







PRACTICA CRIMINALIS CANONICA.

Nouissimè recognita, duodecim capitibus aucta, amplissimis Scholijs locupletata, quibus vltrà iuris communis sanctiones, propè infinita decreta antiquissimorum Conciliorum catholicæ Ecclesiæ & sacrosancti Tridentini, nec non nouissimorum Romanorum Pontificum constitutiones (quas motus proprios appellant) simulque diuersarum Prouinciarum & Diœcesum statuta municipalia interpretantur.

A DOCTORE IGNATIO LOPEZ DE SALSEDO *in inclita Academia Complutensi toto orbe celebratissima iuris Pontificij publico primarioq; professore.*

Accesserunt etiam huic editioni, egregia Responsa Cardinalium, qui Concilij Tridentini interpretationi præsunt, quæ mirè ad hanc Canonicam Practicam desiderabantur, aptissimè constituta.

Opus profectò omnibus iuris Pontificij, & Cæsarei Professoribus, Iudicibus, Aduocatis, causidicis, cæterisque in foro versantibus, non solum vtile, sed necessarium.



ANTVERPIÆ, Apud Ioannem Keerbergium.

ANNO, M. D. XCIII.

Cum Priuilegio ad Sexennium.

BIBLIOTEKA JAGIELLOŃSKA
14047

DENVNCIATIO.

CAPVT I.

CORAM vobis Domino N. Officiali ac Vicario generali, ego N. presbyter promotor seu fiscalis curiæ vestræ, denuncio quòd Colubertius & Serpelion diœcesis huius originarij, in ea domicilio habentes, & beneficia, grauia & plura perpetrarunt facinora. Cùm enim laici essent, sine ordinibus ministrare, ac celebrare sunt ausi. Tandem verò excommunicati, illegitimi, rebaptizati, bigami, serui sine dominorum suorum licentia, & illiterati, & post peractam pœnitentiam solennẽ, per saltum, furtiuè, extra tempora, & ante ætatem debitam. & ab alieno Episcopo, ac simoniaco, excommunicatoque, hæretico, & à collatione ordinum suspẽso, & qui episcopatui renunciauerat, ad sacros ordines sunt promoti, ac suspensionis, excõmunicationis, ac interdicti cẽsura nodati, non ieiuni, ac in die sępius, & sine aqua & igne, vel in pane fermentato, & calice ligneo, & super altari non consecrato, ac in priuatis locis sine licentia Episcopi celebrarunt, missámq; pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrarunt hominibus, vt illi mortis incurrerent periculum, Eucharistiam ob ebrietatem ac voracitatem euomuerunt ac ob negligentiam ipsorum aliquid sanguinis stillauit in terra, & in altari, aliquoties insuper celebrando corpus & sanguinem Domini non percipiebant, super rebus aptis ad faciendum sortilegia, & ad illũ effectum tãtum vnam, vel plures missas scienter celebrarunt, adhibitis nefarijs precibus, & verbis superstitiosis, in custodia Eucharistiæ desides. Commendatumque sibi infirmum baptizare noluerunt: beneficia plura possident, quorum aliqua patres eorũ nullo mediãte possederunt, & in pluribus eorum intrusi sunt, viuis eorum possessoribus, & occasione laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audientia, beneficia Ecclesiastica sibi præsumpserũt vendicare, & in nullo beneficiorum resident, cumque parochiales Ecclesias habeant, intra annum nõ fuerunt promoti. Officium insuper diuinum, prout tenentur, non recitarũt: negotiatores, ac alienæ rei conductores, proxenetæ illicitorũ contractuum, laicorum ministri,

ſtri, ac in rebus eorum procuratores exiſtetes, tabellionatus officium exercẽtes, ac leges & phyſicam audientes, villarum procurationes ſuſcipientes, ac Principum & ſæcularium virorum iuſticiarij, contra Eccleſias, à quibus beneficia obtinent, aduocati, vel procuratores extiterunt. Inſtituti heredes rogati de reſtituendo hæreditatem incapaci, tacitam fidem dederunt. Calumniatores, maledici, venatores, ioculatores, goliardi, ſeu buffones. Carnificum ſeu macellariorum, aut tabernariorũ officium publicè & perſonaliter exercẽtes. Aleatores, ac bona Eccleſiæ dilapidantes: publicis ſpectaculis, ac clandeſtinis nuptijs intereſſentes, nuptias ſecundas benedicentes, virgatis ac partitis & alijs prohibitis veſtibus publicè vtentes, ac comam nutrientes ſiue relaxantes, ebrij, fornicarij, concubinarij, ac matrimonium de facto contrahentes. Monialibus & ſpiritualibus filiabus ſe commiſcẽtes: ſtupri, incæſtus, adulterij, ac criminis nefandi rei, ſacrilegi, vſurarij, à manifeſtis vſurarijs oblationes recipientes, eoſque Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradentes, fures, ſimoniaci, periuri, ac falſi teſtimonij rei, homicidæ, venefici, parricidę, & per aſſaſſinos alios interfici mãdantes, truncationesque membrorum per ſe facientes ſeu iudicantes, duellum alijs ſpontè offerẽtes, ſeu oblatum ſuſcipientes, naues ad pugnam gubernantes, & conflictum perſonaliter exercentes, alioſque ad pugnam incitãtes, violentiæque illatores, literas ad alios directas aperientes, & aduerſarijs oſtendentes. Eccleſiaſticos viros, vt ſua reſignent beneficia, ac ne citati ad curiã accedant, capientes. Incẽdiarij, ac raptorum & Eccleſiarũ violatorum non ſatisfacientiũ, ſepulturis intereſſentes, eorumque eleemoſynas recipientes, ac de eorum rapina participãtes. Sortilegi, conſulenteſque aruſpices, incãtatores, ariolos, augures, ſortilegos, ac eos qui artem magicam profitẽtur, & peccatores, qui ſibi cõfeſsi fuerunt, ſigno, aut verbo, prodentes, blaſphemi, apoſtatæ, ſchiſmatici, hæretici, ac hæreticis receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus eorum Eccleſiaſtica adhibentes Sacramẽta, ac eos Chriſtianæ ſepulturæ tradentes, & eorum eleemoſynas ac oblationes recipientes. Falſarij, cõſpiratores, ac læſæ maieſtatis rei, ſeque de ſuis criminibus gloriãtes. Quare peto, premiſſorum habita informatione ſummaria, eos citari perſonaliter, aut capi, ab Eccleſijs, ad quas confugerunt extrahi, incarcerari, tortura ſiue iuramẽto præmiſſis interrogari: cõfeſſionibus proprijs, aut teſtibus conuictos ab ingreſſu Eccleſiæ interdici, ſuſpendi, beneficijs priuari, ac bonorum publicatione puniri, verberari, in exilium mitti, deponi, ac in arctũ monaſterium detrudi, in perpetuum carcerem damnari, ac exigen-

exigentibus culpis, aut data incorrigibilitate degradari, ac sęculari curiæ tradi, pœnis ve alijs pecuniarijs, vel corporalibus, canonicis, vel synodalibus, consuetudinarijs, siue arbitrarijs puniri, aliquo lapsu tęporis non obstante. Deficiente verò legitima probatione, ob vulgatam infamiam, graue scandalum, vehementem suspicionem ex testiũ dictis obortam illis purgationẽ indici, in qua si defecerint, vti conuictos puniri. Si verò capi nõ potuerint, absentes eos pœnis damnari condignis. Pro quibus omnibus, ac in necessarijs eorũ, vestrum imploro officium, ac expensas protestor, & peto.

Corã vobis Domino N.

CAPVT II.

1 Denunciationes coram iudice fieri expedit.

2 Tabellionum corruptus animus delictorum correctionem impedit.

1 QVoties enim ad expurgãdam Ecclesiasticam Rempublic. facinorosis clericis alicuius eorum flagitium a 2 nunciandum est, decet vt id in prędsentia iudicis fiat. Sic enim & iudex ipse perpendere poterit, quæ sit personæ qualitas, contra quam denunciatio fit: quæ insuper delicti species ac grauitas, vt iuxta illam, quæ futura sunt ordinet, ac prędcipiat, intelligatque, quo animi motu, quavè certitudine delicti, fiscalis suus, aut quiuis alius denũciaturus accedit: & an etiã negocium id, de quo agitur notario, qui tunc se illi offert, tutò committi valeat. Non enim in criminalibus causis minima cura iudicis debet esse personã notarij eligere, ac variare iuxta casuum & negociorum occurrentiam, cùm prædcipuè inter plures optio datur. Multũ nãque impedit delictorum correctionem tabellionũ animus 2 corruptus b precibus, aut pre- b cio, seu particulari quadã affectione, vnde sæpius causarũ secreta reuelant, testes negligenter, & non vt decet, examinãt, & iudices ipsos varijs persuasionibus & fictionibus ad suæ prauæ intentionis tramitẽ inclinare satagunt, aut aptis importunitatibus oppugnãt, eorum insuper torpore & segnicie cùm à iudicibus seu fiscalibus in similibus copia, & reorum pauperũ defensio. Oportebit etiam de omnibus curiæ tabellionibus diffidere, quãdo illos certioraturos malefactorẽ de his, quæ gerũtur, iudex probaliter suspicatur, extraneumque quærere notarium, quo prædsente denunciatio fiat, & per quem summariè informationis testes examinentur, ac mandatum capturæ subscribatur. Proderit prętereà quod Iudice prædsente denunciationes fiant contra reos: nam ex hoc ipse facilius illorum memoriã conseruabit, & melius rationẽ criminalium causarum, & status earum ab officialibus exiget, neç eis licebit, aliquorum

prosequi causas, & reliquas pro arbitrio silentio præterire.

A *Iudicem fiat.* Vide multa lectu non indigna, quæ de hac denunciatione: quæ coram iudice facienda est, circa quã huius capitis argumentum versatur. Scripta per Angel. in tract. malefi. in verbo. *Nec non ad denun.* Bossi. in locupletissimo illo de lictorum tracta. tit. de denunciatione. pagin. 101. Iulius Clar. lib. 5. recep. senten. §. fin. quæst. 3. & 7.

B *Tabellionum animus corruptus* Dolus equidem, & tabellionũ imperitia, destruit mũdum: & multorum conscientias in magno discrimine constituit, vt singulariter scribit Bald. consil. 6. incipien. Viso testamento. lib. 2. Et ex notariorum imperitia plurima damna, & Iniũ occasio oritur, Ita scribitur in sacro concilio. Tridentino, sessione. 22. c. 10. de reformatione. Qua propter iustissimè ibi decretum est Natarios imperitos, vel in officio delinquẽtes, priuandos, vel ad tempus suspendendos esse, ab Episcopo tanquam Apostolicæ sedis delegato. Ex quibus iustissimè defenditur decretum ab Illustrissimo Toletano Præsule factũ: quo statutum est, quod nullus Notarius Apostolicus, fungatur munere suo, in hoc amplissimo Archiepiscopatu, nisi prẽuio examine, approbatus fuerit ab ipso, vel ab iudicibus sui senatus, qui semper floret viris integerrimis, & omni laude dignissimis.

Contra Notarios.

Et multa contra tabelliones & Notarios tradit Ripa in l. Cẽturio. num. 83. ff. de vulgar. Cagno. in l. si librarius. num. 2. ff. de regu. iur. Neuiza. cons. 28. num. 11. & 12. Iaf. cons. 37. col. 2. lib 4. Iacob Menoch. cõs. 38. num. 138. vol. 1. & Antonius Tessara peculiari libello, cui titulum fecit de erroribus notariorum.

Nec minus quam notarij, impedire solent delictorũ condignam punitionem, nonnulli receptores Ecclesiasticarũ curiarũ, qui sic iure optimo nuncupantur, cum receptores sint munerum, & delinquentiũ receptatores, nec non fabricatores iniquitatum: canes sunt ferarum, & ciuium deuoratores. Qui muneribus & donis corrupti, facinorosos homines & publicos peccatores tuẽtur, & probos & bonis moribus imbutos, si nihil eis tribuunt. infamãt, & persequũtur. Quod si crimẽ aliquod, antequàm ad iudicis aures perueniat, ipsi nouerint: sæpe numerò illius causam de plano iudicant, & non sine plena manu. In reorũ informationib⁹ innumera crimina perpetrare solent: nam aliquando testes in suum fauorem deponentes, longe repellunt, asseuerantes, illud omittẽdum esse, quousque pro illis ferant testimonium. Si verò nullam culpam inueniunt, vt salarium itineris reportẽt, ex capite in testium depositionibus asseuerant, scandalum saltim ortum fuisse: ex obiecto crimine, quasi

Contra nonnullos receptores curiarũ Ecclesiasticarum.

ne, quasi hoc alicuius foret mo menti, non probata legitima causa scandali, præsertim apud optimos iudices, & Deum timentes. Inquirunt isti aliena crimina, cum ipsi grauissimis sceleribus irretiti sint. Quibus illud Salustij obijci potest. *Qui in alterum dicere paratus est, vitio carere debet.* Et vt egregiè cecinit ille.

Tollere festucam, si vis de fratris ocello.
Quæ tua conturbat, lumina tolle trabem.

Et Horatius:

Cum tua peruideas oculis mala, lippus inunctis.
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum.

Tempus equidem mihi deficeret, si sigillatim omnes ipsorum iniquitates recenserem. Censeo Christianæ reipublicæ vtilissimum fore, vt istis hominibus ab Ecclesiasticis tribunalibus expulsis, testes in criminalibus causis, præsertim grauioribus coram iudicibus examinarētur, quod iuri communi consonum est l. Apud eloquētissimum. C. de fidei in str. tradit latè Calagur. Episcop. reg. 757. vbi ipse annotaui, Iacob. Menoch. in tract. de recup. possess. 15. remed. q. 26. n. 336. & latissimè doctissimus Auēd. de exequend. mand. Regum. 2. par. c. 17. vbi regulam istā, cum vndecim limitationibus cōstituit. Vel oporteret, quod in singulis tribunalib⁹, vnus vel duo clerici viri probi, & integerrimi ad munus, hoc assignato competenti salario eligerētur, qui cum alijs curiæ officialibus debito tempore sindicarētur. Nec dicta mala medentur, si testium examen (prout nunc fit) priuatis locorum clericis cōmittatur: nā cùm ex proprio munere hoc illis non incūbat, negligētiùs imè in his se gerūt, quia frequentissimè ipsis absentibus, & prorsus ignorantibus, testes ab receptoribus examinantur: nec iudice commissionis opus est, nisi ad solā subscriptionem factæ informationis.

Officiali, ac Vicario generali.

CAPVT, III.

1 *Differentia sit ne aliqua inter Officialem vel Vicarium.*
2 *Officialis vt corrigere & punire crimina possit, potestas expressa sibi est committenda.*
3 *Officialis ex generali mandato potest inquirere.*
4 *Compositio officialis Episcopi, facta super crimine, an Episcopo præiudicet.*
5 *Antiquo iure de diaconorum causis tres Episcopi cognoscebant, de causis vero presbyterorum sex.*
6 *Episcopi vel eorum officiales per se hodie de consuetudine de clericorum causis criminalibus cognoscunt.*
7 *Solennitas, quæ hodie ex Tridentino concilio in clericorum degradatione obseruanda est.*

HI duo termini Officialis ac Vicarius, inter se differūt, vt notat Gulielmus in Clemen. 1. de offic. vicar. quem refert Federic. de Senis in consil. 302. incip. Reuerende pater dicitus

citur in iure, in col. fi. Nã quicquid potest officialis, potest & Vicarius, sed non conuertitur: & Officialis non habet potestatẽ circa actus spirituales extraiudiciales, quia illud pertinet ad Vicariũ in spiritualibus, & Vicarius potest punire & corrigere a, non tamen Officialis. Quãdo autẽ Episcopus vnũ solum Vicarium constituit, credit Feder. vbi suprà, quod transit in eum, quicquid transit in officialem, & quicquid transire potuit in Vicarium in spiritualibus. Ioan. And. tamen in addit. ad specul. in Rub. de officio Vicarij, dicit quòd ista vocabula sunt synonima, & sic idẽ est dicere Officialis, quod Vicarius, & quod dimittẽda est ista diuersitas vocabulorum consuetudinibus patriæ, quem refert Barbat. in Clemen. Et si principalis de rescript. in 1. col. qui dicit, quod ista opinio Ioã. Andr. videtur verior, & sic quod nulla sit differẽcia in effectu, sed solùm in nomine, reiecta opinione Guliel. vt suprà, qui nititur facere differentiam inter ea, quæ sunt gratiæ, & iustitię & iurisdictionis voluntariæ, prout latiùs ipse refert.

2 Præter alia autẽ, quæ in his, qui creandi sunt Officiales adesse debent, tãquàm quibus totius diœcesis moderatio, ac regimen committẽda sunt, aut saltem committi solent (licet verius ij coadiutores, nõ verò excusatores Episcoporum esse deberent) vt crimina corrigere & punire possent, pœnamq; depositionis infligere, nõ sufficit quod solũ aliquis in Officialẽ creetur, sed requiritur quòd sibi expressè prædicta cõmittantur, vt sanxit Bonifacius huius nominis Pontifex. 8. in cap. licet, de officio Vica. lib. 6. Sufficeret etiã iuxta glos. ibi, quòd expressis aliquibus casibus ex requirentibus speciale mandatum, cætera sub generali clausula committerentur. Aduerte tamen quod talis officialis ex generali mãdato posset inquirere, vt notant Ioan. Mona. Lapus, & Domin. contra Ioan. And. ibi, & vide notabile verbum in ista materia per Mariã. in c. Qualiter. lo. 2. de accusa. quæst. 5. artic. 13. quod refert Felin. in capit. Non potest de re iudica. in 4. col. vbi dicit, quod licet Vicarius Episcopi ex generali mãdato non potest punire, tamen sicut potest inquirere, vt suprà, ita posset inquisitum absoluere absque alia relatione ad superiorẽ: & dicetur facta inquisitio & absolutio ex potestate ordinaria Vicarij, quę non impeditur, per. d. c. licet. quod dicit dictũ peregrinũ, & nunquã obliuiscendũ. Et quãuis Ripa in l. qui condemnare. in. 3 col. n. pen. ff. de re iud. referat hanc conclusionem Marian. & Felin. & dicat quod ista decisio non videtur vera, quia Vicarius non prohibetur condemnare criminosos, fauore ipsorum delinquẽtium, sed defectu potestatis iurisdictionis. Vnde cum Vicarius careat potestate, non videtur quomodo

possit

possit absoluere. Ego credo eorum opinionē esse verā in terminis, in quibus ipsi loquūtur, quia dicūt, quod sicut permittitur Vicario facere inquisitionē ad effectū remittendi culpabiles inquisitos ad Episcopū, sequēdo decis. Rotę. 66. in nouis. ita si post inquisitionē inuenerit eos in nocētes, potest absoluere. Nā in isto casu sententia absolutoria Vicarij nō est à crimine, vnde non operatur exceptionem rei iudicatæ, ad quam pronunciandam necessaria esset iurisdictio, sed est solū absolutoria ab inquisitione per eū formata, ad quam sufficit eadē potestas, qua potuit inquisitionem formare, & eūdem quem absoluit ad Episcopum remittere, si fuerat inuentus culpabilis. Et isto modo nō obstat regula negatiua. Quod qui non potest cōdēnare, nō potest absoluere: in qua etiā videtur fundari Ripa, dū impugnat prędictos doctores. 4 An autē quando officialis Episcopi fecit expositionem pecuniariā super adulterio posset præiudicare Episcopo, quo minùs possit iterum cognoscere, & debita pœna Clericum criminosum punire: 5 vide Paul. de Cast. cōs. 368. notādum in. 1. volu. & si quisquā dubitauerit, cur tantorum ac tam grauium criminū causas, corā solo officiali Episcopi tractandas, ac ab eo definiendas proposuerim, cum antiqua iura Agatensiū & Carthaginensium conciliorum statuerint, diaconū à tribus Episcopis vicinis, presbyterum à sex, audiēdos esse, vt habetur in capit. Si quis tumidus. cum duob⁹ seq. 15. q. 7. præcipuè, cum illa tria capitula intellexit Archidiac. ibi, in causa criminali, in qua proceditur ad depositionem, prout sunt in hac nostra denūcatione plura crimina depositione digna. Huic dubitationi 6 satisfaciēdo dicimus, quod de consuetudine audiunt Episcopi per se, vel per Officiales suos causas criminales Clericorum suorum: vt notat Specu. tit. de accusatio. in. §. Quarto loco: cuius meminerunt Ioan. And. & Dom. Philip. in. c. degradatio, de pœnis. lib. 6. Vnde solus Episcopus sine numero aliorū Episcoporum potest Clericum verbaliter deponere, vt notant ibi, Domi. & Philip. In criminibus autem illis, in quibus procedendum est ad actualem degradationem, tunc adhibendus est numerus Episcoporum, de quo in dictis iuribus in examinatione & definitione causæ, & ad pronunciādam illam verbalem depositionem, quæ debet præcedere actualem degradationem, vt notant Domi. & Phil. in d. c. degradatio. & scribitur in lib. Pontif. fol. 203. col. 4. Hodie verò in Concil. Triden. in. 3. sess. celebrata anno 7 Domini 1551. canone. 4. statutum est, quod liceat Episcopo seu eius Vicario procedere in dictis criminibus etiam sine requisito numero Episcoporum: subrogatis tamē loco eorū totidē Abbatibus vel perso-

nis in Ecclesiastica dignitate cõstitutis, prout habetur in decreto dicti concilij tenoris sequẽtis: Episcopo per se seu illius Vicarium in spiritualibus generalem contra Clericum in sacris etiam presbyteratus ordinibus cõstitutum, etiam ad illius condemnationem, nec nõ verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actualem atque solennem degradationem ab ipsis ordinibus & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorum Episcoporũ præsentia, in numero à Canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat, adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus vsum mitrę & baculi ex priuilegio Apostolico habẽtibus, si in ciuitate aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possint. Alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commẽdabiles existãt.

ANNOTATIO.

ADde plura quæ de Officialis, nec non Vicarij generalis iurisdictione, & potestate, quæ scribit Ab. in c. si quis contr. n. 30. vbi Feli. & Doct. de foro comp. Rot. deci. tit. de officio Vicarij in nou. vbi amplissima additio Syluest. in suum, in verbo, Vicarius. q. 4. Petrus Rebuff. in pract. benefic. 1. parte, tit. de Vicarijs Episcopo.

A *Punire & corrigere.* Est sanè peculiare munus Episcoporũ, vel Vicariorum suorum generalium, subditorum crimina, & scelera punire, eorumq; vitia redarguere, & quod ab eis summè cauendum est, ne Clerici præsertim curam habẽtes animarum, criminosi sint, & inhonestam vitam agãt, vel prauis & corruptis sint moribus. vt in Conci. Trid. sess. 14. in præf. de refor. & sess. 6. c. 3. de reform. Iure igitur generalis hæc delictorum denũciatio, coram Vicario generali proponitur, cùm ipse ex munere sibi commisso, puniendi & corrigendi hæc crimina amplissimam iurisdictionem & potestatem habeant. c. licet. c. irrefragabili. de officio ordinarij. c. de persona. 11. q. 3. Cõci. Trid. sess. 24. c. 20. de reforma. vbi interdictum est Decanis, seu Archidiaconis, vel alijs inferioribus iudicibus, criminales causas etiam visitando iudicare. Quæ potestas & iurisdictio non solum eis competit aduersus clericos (quos sæculares appellamus) verũ cõtra regulares, si extra claustrum vitam agentes, delictũ aliquod fuerint perpetrati. Conci. Trid. sess. 6. c. 3. de reform. nec iuuari possunt Clerici, ad effugiendã hãc ordinariam iurisdictionẽ, sub prætextu immunitatis, aut exemptionis, non obstantibus quibuscunque cõsuetudinibus, aut concordijs etiam iuramẽto confirmatis. vt in d. concil. sess. 14. c. 4. de refor. Imò ad defendendam suam iurisdictionẽ procedere possunt ordinarij, contra eam turbantes & impedientes, etiam si fuerint exẽpti, vt egre-

vt egregiè scribit Innoc. in c. dilectus. de pœnis. quē sequitur Step. Aufrer. in tract. de potest. sæcular. super Eccles. personas. n. 23. Ioan. Rojas, Valentinus Inquisitor in tract. de hęreticis. 1. p. nu. 555. cùm sequeti asseuerans, quod cùm ipse esset Episcopatus Pampilon. Vicarius generalis, ita in forensibus controuersijs obtinuit, cōtra Canonicos regulares illius Ecclesiæ, & contra quosdā monachos diui Bernardi. Ipse quoque Inno. singularem sententiā receptam vidi contra moniales exemptas, quæ mulierem nuptam, intra clausura monasterij iniustè detinebāt: & hac ratione, iustissimè iudex ordinarius contra ipsas censurijs Ecclesiasticis processit: quousque mulier ipsa, marito fuit restituta, idemque in similibus casibus erit obseruandum.

Nec possunt Clerici, aut laici, in criminibus mixti fori, fugere ab hac ordinaria Ecclesiastica iurisdictione, etiam si allegent se habere certos & peculiares iudices, per literas (quas conseruatorias nuncupant) vt eos à molestijs & iniurijs defendant (vt moris est) dictæ nempè literæ, cùm quibuscunque clausulis, aut decretis nullius momenti sunt. Conci. Trid. sess. 14. c. 5. de refor. Excipiuntur tamen generales Vniuersitates, seu Collegia Doctorum, vel Scholasticorum, vel regularia loca, aut hospitalia actu hospitalitatē obseruantia: quorum personæ suis priuilegijs & exemptionibus, circa iurisdictionem suorum iudicum cōseruatorum, frui minimè prohibentur.

Sed dubium egregium, & in praxi frequentissimū, nec alienum à nostro instituto se offert vtrum dicti obseruatores Vniuersitatum, vel religiosorū, aut piorum locorū, possint de omnibus causis, cuiuscunque conditionis cognoscere, & dubiū facit Innocentij Quarti Pontificis Maximi constitutio in. c. 1. de offic. deleg. li. 6. qua his iudicibus conseruatoribus, tātùm concessum est, vt de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscant: nec ad alia quę iudicialem indaginem exigunt, suam possunt extendere potestatem. Idem decretum est in c. fi. illo titulo. Quòd si præscriptam formā fuerint transgressi, eo ipso per annum suspensi sunt. Imò & quod non vulgarē difficultatem habet Regia cōstitutio prima. tit. 8. lib. 1. ord. nou. definiuit, minimè posse iudices conseruatores id transgredi, etiam si vberior potestas & iurisdictio in rescripto concessa fuerit: quod si ad vnguem nō seruauerint pœna amissionis, naturalitatis, horū regnorum puniuntur.

Verius tamen videtur, non esse prædictis iudicibus prohibitum, de alijs causis, vltra violentias & manifestas iniurias cognoscere: si in literis Apostolicis, illis fuerit indultum, quod ex eo manifestè patet. Quia Summus Ecclesiæ Præsul causas ad

sas ad Ecclesiastica tribunalia expectantes, auocare potest, & alteri terminandas committere. vt in c. nostram. de appell. c. pastoralis. §. præterea, de offic. deleg. c. Ecclesia. in 2. in verbo: *Nos quidquid.* vt lite pend. Cõci. Trid. sess. 24. c. 20. de reform. conducit. text. in. l. iudiciũ soluitur. ff. de iudi. tradit vltra alios latissimè D. Couar. in pract. q. c. 9. Et istorum iudicum potestas à literarum facultate dependet. cap. recepimus. §. porro. de priuileg.

Nec refragatur text. in. c. 1. quia loquitur quando conseruatorum potestas est limitata. Secùs verò si ampla tribuatur iurisdictio, quia tunc impunè ea vti possunt. Qua propter illius tex. decisio, ferè hodie inutilis est, cùm amplior forma recepta sit, vt scribit Ioan. Andræ. ibi in casus positione, & ibi etiam Archi. & Domi. idē Domin. in. d. cap. fin. §. conseruatores. Petrus Rebuffus in. l. 48. in fine. ff. de verb. signif.

Regiæ cõstitutione. 1. & 5. tit. 3. li. 1. ordi. noui explicãtur

Nec minus aduersatur præcitata Regia lex prima ponẽs, non esse alicuius valoris iurisdictio, quæ contra dictam prohibitionem concessa fuerit. Quia interpretanda est in casu. d. c. 1. cum quo concordat: vel quando talis concessio tenderet in præiudicium Regiæ & sæcularis iurisdictionis: non verò quando ea iurisdictio daretur tantum inter Ecclesiasticas personas. quarum causæ coram iudicibus Ecclesiasticis sunt tractandæ, vt in. c. si diligenti. de foro comp. cum alijs Regiæ lex. 57. tit. 6. part. 1. Vel si causa esset Ecclesiastica, vt in Clem. 2. de iudi. l. 56. tit. 6. eadē part. 1. His nempe casibus, Põtifex summus liberam potestatem & iurisdictionem obtinet, nec Regia potestate potest impediri. c. nouit. de iud. l. 5. tit. 3. li. 1. ordin. noui. & quod iste sit verus, & germanus intellectus. d. legis, ex verbis ipsius colliges: cùm dicit: *Los conseruadoret dados, y diputados por nuestro muy Santo Padre, nosean osados de perturbar la nuestra iurisdicion seglar, ni se entremetan à conocer, ni proceder, &c.* Intelligenda quidem lex est inter laicos: & exceptio, quæ statim sequitur ibi. *Saluo de iniurias y offensas manifestas, y notorias, que suelen ser hechas à las yglesias, o monasterios, y personas Ecclesiasticas.* Interpretanda est respectu laicorum.

Vnde ex illa lege singulariter colligo, iudices conseruatores religiosorum, vel mendicantium, posse non solùm contra Clericos, stante dicto decreto Concilij Trid. procedere: sed contra laicos, pro manifestis iniurijs, vel violentijs personis Ecclesiasticis illatis, quamuis rei sint, quia minimè ex hoc defraudatur Regia iurisdictio, cum talia crimina mixti sint fori. c. cùm sit generale. de foro compet. l. 58. ti. 6. p. 1. l. 4. ti. 18. ead. par. & cum dicta Regia. lex. 5. tit. 3. lib. 1. ord. Loquatur de laicis, in illis regulam constituat, exceptio qua

quâ permittitur conseruatoribus, de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscere contra laicos dubio procul intelligenda est, cùm exceptio semper ex regula profluat. l. nam quod liquide. §. fin ff. de penu. legat. & huic interpretationi nō vulgariter suffragatur. l. 2. tit. 8. lib. 1. ord. noui. dicens: *Iueżes Eclesiasticos ansi conseruadores, como otros qualesquier, no sean osados de exceder los terminos del poderio, que los derechos les dan en sus iurisdiciones: y si excedieren lo que los derechos disponen, y en la nuestra iurisdicion Real se entremetieren, y la atentaren vsurpar, y entre legos, sobre causas profanas, &c.* Non certè inter Clericos, nec circa causas Ecclesiasticas lex illa aliquid diffiniuit.

Et nota, quòd tunc dicetur manifesta iniuria, & violentia inferri, vt pateat aditus iudicibus conseruatoribus cōtra laicos procedendi, quando monasterium vel religiosi suâ possessione perturbantur, aut eorum priuilegia, exemptiones & immunitates violantur. c. cum sit generale. de foro cōp. quod in qualibet oppressione locum obtinet. in cap. si clericus. eo. tit. Abb. & Doctores in. d. c. cū sit generale, vbi Socin. num. 18 Lap. alleg. 58. & 72. & est optimus tex. in capit. conquestus. de foro compe. vbi iudicibus Eccleſiast. permittitur laicos compellere, vt pro iniurijs & damnis Ecclesiæ illatis competenter satisfaciant, & conducit tex. quem ibi ad hoc not. Brab. in. c. licet. de pœnis, in verbo, *Exigunt*. Quia exigere est ab inuito extorquere. l. lex fidei commiss. ff. de lega. 3. & est hodie egregia decisio Conci. Trid. sess. 22. c. 11. de reforma. & in proprijs terminis huius propositæ controuersiæ tenet Io. Lap. Hispanus vir magni nominis in rep. c. per vestras. de dona. inter vi. & vxor. §. sed pulchra dubitatio. n. 3. fol. magno. 181. Et ita non semel iudicatum vidi, maximè hoc anno. 1583. in fauorem religiosissimi, totoque orbe celebratissimi Collegij Societatis Iesu, huius Complutensis populi. Nam cùm quidam ciues oppidi de *Loranca*, vim dicto Collegio quibusdam suis prædijs intulissent, meo consilio querela huius oppressionis, & violentiæ, proposita fuit coram Vicario generali huius Complutensis curiæ, tanquam iudice conseruatore, & licet rei personaliter citati, declinatoriam fori exceptionem proposuerunt, causa ad Reginam Pintianam curiam fuit delata, declaratum in ea fuit, nullam vim à iudice conseruatore illatam fuisse, & causa ei remissa fuit.

Hæc de cōseruatoribus mēdicantium ordinum, piorumque locorum: conseruatores verò Salmanticensis, Pintianæ, & Cōplutēsis Academiæ, indistinctæ de omnib⁹ causis in fauorem Doctorū, vel Scholasticorum, contra laicos procedere possunt. l. 8. tit. 7. lib. 1. dicti noui

noui ordina. cùm dicit: *Que el Maestre scuela o su lugar teniente pueda conocer, y conozca de todas las causas tocantes a la dicha Vniuersidad, y a las personas del dicho Estudio, aunque no sean iniurias, ni fueras notorias y manifestas*

Ego N. Presbyter.

CAPVT. IIII.

1 Laici Clericos accusare non possunt.
2 Prælati cauere debent, ne officialiũ suorum officia sub annuo censu locẽt.
3 Fiscalis curiæ in principio officij iurare tenetur.

1 CVm enim in curijs Ecclesiasticis officio fiscalis functuri, vltrà laicorum crimina, clericorum etiã flagitia accusare, seu denũciare debeant, & laicis interdictum sit clericos accusare, a vt in c. Laico, & in c. Sicut Sacer. 2. q. 7. optimè faciunt Prælati, si Sacerdotes, aut in sacris saltem constitutos viros, similibus præficiunt officijs: illi nanque non ea quæ sæculares viri inuidia, ac infestatione, clericorũ flagitia accusabũt, aut iudicibus nunciabunt, & vitia solum persequẽtes, reorum personas tanquam in eadem sorte Domini vocatas non abhorrebunt. Fiet insuper, vt ad occultanda crimina, non sic facilè muneribus corrumpantur. Quod tandem prudenter statutum inueni inter Constitutiones Cęsaraugustanæ Prouinciæ, cuius est Ecclesia nostra Calagurritana, in tit. de procurat. in constitu. penul. tenoris seq Nullus de cętero procurator fisci admittatur, nisi in sacris sit ordinibus constitutus, suffraganeis nostris, & eorum officialibus cõtrarium faciendi potestatem omnimodam adimentes. Debent tamẽ Prælati cauere ne similia officia illis vel aliis sub annuo censu locent. b Nam dum hoc fit, feruent vitijs omnibus reipublicæ, Clericique ac laici facinorosi, non vitæ emendatione, sed pecuniæ præstatione canonicam vltionem effugiunt quã promerentur, ficque dum quid offerre possint, habeant, quod in eis aliquid puniri possit, nõ timent. Cùm præterea synodalium testium vsus simul cum ipsa synodorum celebratione (non paruo Christianitatis dispendio) perierit, & eorum loco in singulis diœcesibus ij, quos fiscales vulgus appellat, creati videantur, non minima debet esse prælatorũ cura, vt ad huius officij onus & exercitiũ prudẽtes, fideles, ac solertes viros eligant, qui subditorum suorum spiritualia vulnera valeant inuestigare, illaque iam nota, & probatione non difficilia prælatis eisdem, aut suis Vicarijs reuelare ignauia non differant, aut perfidia dissimulent. Et vt hoc diligentius obseruent, aduertant semper Prælati, seu eius Vicarij in creationibus talium fiscaliũ, vt eos faciant ante omnia iurare c, quod officiũ suum fideliter, diligenter, & legaliter exercebunt. Cùm enim tales censeantur publici denunciatores, tenentur in principio sui officij iurare, vt notat Angel. in l.

a

2

b

3

c

in l. si vacantia. de bon. vacan. lib. 10. quem refert Præpo. in c. de accusat. c. q. 8. col. 65.

A Accusare. Vide latè Præpositum in c. laicos n. 4. 2. q. 7. glo. Abb. & Doctores in c. ex parte. de testi. l. 3. tit. 3. li. 1. noui ord. Idque egregiè in concilio Prouin. Toleta. celebrato anno. 1566. act. 2. c. 11. his verbis definitum est. *Fiscales ab Episcopis deputentur, qui vel Sacerdotes sint, vel intra sex menses ad sacrum ordinem, intra annum ad sacerdotium promoueri possint, & promoueatur. Alioqui ad vsum proprij muneris nequaquam admittantur.* Et duas rationes, propter quas laici à clericorum accusationibus repelluntur. Scribit Ioan. Crot. in tract. de testib. n. 59. Hieron. Gig. in tract. de crimine læsę Maiest. in rubr. quomodò & per quos crimen læsę Maiest. prob. quęst. 15. Possunt tamē laici in aliquibus criminibus Clericos iure optimo accusare. Primò, in crimine hęreticæ prauitatis. c. Sacerdotes. c. oues. 2. q. 7. Secundò, in crimine læsæ Maiest. c. sanè. 15. q. 3. glo. in summa. 2. q. 7. & ibi Præpos. Archid. Bellam. & Cardi. à Turrecrē. in c. 1. ibi. Tertiò, in crimine dilapidationis. c. nō liceat. 7. q. 2. & hoc inter doctores communiter receptum esse testatur. Fe. cons. 183. n. 3. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 14. vers. Propter reuerentiam. Quartò, quando laicus suā vel suorum iniuriam prosequitur. c. omnibus. 4. q. 7. c. de cætero. de testib. & licet Archi. in summa. 2. q. 7. in ea sit sententia, vt existimet, id procedere, quando ciuiliter agitur: secus verò si criminaliter. Sed veriùs Hosti. in d. c. de cætero. contrarium censet scribens, permissum esse laicis Clericos accusare, tam ciuiliter quam criminaliter, si suam vel suorum iniuriā prosequātur: cui se subscribit Præpos. in. c. quod verò. 2. q. 7. col. 1. allegans text. in. c. Maximianus. 81. dist. Quinto, nō est locus regulæ in crimine simoniç tex. in. c. tanta. de simo. Sextò, in crimine sacrilegij. tex. in. §. qui autem. 17. q. 4. Septimò, quando semel laicus admissus fuit ad accusandum Clericum, quia posteà non potest repelli. Ita scribit Aug. Ber. in. c. 1. n. 4. de accusat. quod manifestè iuri contrarium est: nam cùm iste fauor, qui in hoc versatur in fauorem totius sacerdotalis ordinis fuerit introductus, minimè in eius præiudiciū & pernitiem Clericorū laicos ad eos accusandos aduersus sacras cōstitutiones magno consilio æditas admittendos esse censeo. Octauo, & vltra supradictos casus illud censeo notatu dignū, quod speciali iure sancitū est, parochianos posse propriū sacerdotem & rectorē denuntiare, cùm sua interfit habere bonum pastorē, & ab omni scelere immunem. In hoc equidem doctores omnes conueniunt, teste Arch. in. c. illa. n. 7. de accusat. & est communis sententia, si credimus Iulio Claro. d. §. fi. q. 7. idem profitetur ipse

Decem traduntur casus, quibus laici Clericos accusare possunt.

Aret,

Aret. in c. ex parte. de testibus. Scribit tamen circa hoc elegãter Host. in tit. de inquisitione. §. 2. ver. vt autem, quod Prælati non debẽt passim, nec frequẽter recipere eas cartulas, quas rustici contra rectores suos clãculo offerunt: nec tamen debẽt esse nimis increduli: nam solẽt hæ manifestationes nõ vulgarem commodum & vtilitatem reportare, si iudex maturo consilio & prudentia veritatem indagauerit, vel saltem legitimã causam inuenerit, vt seruato iuris ordine ad inquisitionem criminis deueniat. Non tamen superdictis capitulis aliquo modo procedendum est, etiam si in ipsis copia testium exhibeatur: tum quia incertus est illorum auctor, tũ etiam quia capitula illa extraiudicialiter fuerunt producta, quod si aliter fieret processus esset ipso iure nullus. Ita scribit Iul. Cla. in pra. crj. §. fi. q. 5. vers. Scias enim. dicens apud suos ita seruari. Nono limita, quando crimen esset notorium. c. cum dilectus. de purg. can. Abb. in. d. c. de cætero. vbi Feli. n. 6. de testib. Quintil. Mandosi. vir doctissimus in anno ad Lap. alleg. 11. litera E. Decimo limita, in patrono laico, qui presbyterũ dilapidãtem bona iuris patronatus accusare tenetur, c. constitutum. 16. q. 1. gl. in. c. filijs. 16. q. 7. tradit latissimè Cæsar Lãb. de iure pat. lib. 3. art. 2. q. 2. quem vide.

B *Locent.* Adde Caieta. in summa. in verb. officiorum venalitas. Dom. Soto. lib. 3. de iust. & iu. q. 6. ar. 4. Frat. Fran. à Vitoria in priuato cõsilio, quod de hoc argumento vernaculo sermone edidit Mart. Nauar. in manuali confessorum latino. c. 25. n. 7 & lege quæ circa hoc longe lateq; scribit noster Bernardus Diaz de Luco, qui ob eius summam integritatẽ ingentem, vberrimamq; doctrinam dum in supremo indice dictionis prætorio esset incorruptus senator, & summæ integritatis vir ob sinceriſſimam eius fidẽ, & sæpiùs exploratam sanctitatem à Carolo V. huius nominis Cæsare, & primo Hispaniarum Rege selectus, eodemque munere syncerè functus Calagurritanæ & Calciatensi amplissimis Ecclesijs ab ipso Cæsare Maximo designatus, tandem Pontificis Romani suffragio, vt reipublicę Christianæ maximum esset ornamentum, Episcopi titulo fuit insignitus. Et paulò pòst cum singulari pietate & religione pontificale munus exerceret ad impiorum hæreticorum labes extirpandas, ad Tridentinum concil. fuit vocatus, quo incredibilis eius pietatis & religionis amplissimum præstitit testimonium. Qua ratione passim doctores eum summis laudibus celebrant, maximè Insignis D. Couar. in. 4. lib. decret. 2. par. c. 6. n. 14. iuris vtriusque consultissimum, meritò appellat, & doctissimus & obseruantissimus Præsul. Nuncupatur ab eodem li. 1. var. resol. c. 11. n. *Ioann. Bern. Diaz. de Luco.*

c. 11. n. 5. & vir moribus & doctrina excellens in rub. de testa. 3. par. n. 26. & multis in locis practicam istam excellẽtissimam esse testatur, & eum meritissimum pastorem Calagurritanæ Ecclesiæ nuncupat Petrus Auend. in capit. prætor. 2. part. cap. 5. numer. 26. Is inquam. in tractat. cui titulũ fecit, *Instruction de prelados.* cap. 19. & 20. Iurisdictiones verò Ecclesiasticæ, siue facultates nominãdi Vicarios in spiritualibus locari minimè licet, nec conductores per se ipsos, aut alij eorum nomine, ea munera possunt exercere, aliter concessiones etiam à sede Apostolica factæ subreptitiæ iudicandæ sunt: ita decretum est in Sacro Concilio Triden. sess 25. c. 11. de reforma. In Concilio verò Prouin. Tole. act. 2. c. 15. ann. 1565. iustissimè decretũ fuit, vt Notariorum Ecclesiasticorum, nec non promotoris fiscalis officia, & cætera alia quæ ad iurisdictionem Episcoporũ, & aliorum inferiorum spectãt, minimè vendantur, vel locentur, alioqui si quis illius decreti transgressor fuerit, hac pœna mulctatur: nempè vt lucrũ non acquirat: imò in animę iudicio fabricæ Cathedralis Ecclesiæ restituere teneatur, & qui officiũ ita fuit assequutus, illo priuari debet quod vtinam in omnibus tribunalibus seruaretur.

Ioann. Bern. Diaz de Luco.

C *Iurare.* Adde Ang. in tract. maleficio. in verbo, Nec non ad denunciatione. col. 2. Petrum Foller. in practi. crim. in parte audiãtur exceptiones. n. 65. pa. 162. Lod. in practi. crim. c. 6. n. 11. Add. Bart. in. l. Diuus. ff. de custod. reorum.

Promotor seu fiscalis curiæ vestræ.

CAPVT, V.

1 *Fiscalis à Prælato vel iudice creatus loco officij iudicis succedit.*
2 *Iudex ex proprio officio procedens, infamia præcedente, cogere potest reum ad iurandum de veritate dicenda.*

OFficium huius fiscalis creati à prælato, vel iudice, loco officij iudicis succedit, & quod facit iste ex mandato iudicis, videtur facere ipse iudex, vt notat Præpo. in. c. de accusat. 2. q. 8. col. 36. & col. 39. Vnde non tãquam pars accusans debet iudicari. Pro quo optimè facit, quòd notat Innocen. & alij, vt refert Felinus in col. 2. in ca. Cùm clamor. de test. quod quãdo persecutor inquisitionis est datus à iudice, ad ipsam inquisitionẽ prosequẽdam, tunc quia talis non est propriè pars, sed minister iudicis, ad eius instãtiam possunt testes repeti, quia tunc potiùs iudicis officio repetuntur. Ex quo ego aliàs dicebam in contingentia facti, quod sicut iudex procedens ex officio suo, & non ad petitionem partis, præcedente infamia, potest reũ cogere ad iurandum de veritate delicti a, de quo infamatus est, vt notat Abb. in c. Cum super. de confess. quasi ad finem. Pari modo poterit hoc facere

1

2

a

ad petitionē dicti fiscalis. cùm hoc tamen necessario temperamento, videlicet nisi fiscalis prosequeretur talē accusationem, ex quasi vincat, defertur lucrum sibi ab aliqua constitutione synodali, vel consuetudine præscripta, cum tunc videatur sequi proprium interesse, & ad id oporteat probationes habere legitimas.

ANNOTATIO.

NOta circa huius capitis argumentum, quod quilibet merum imperiū habens, potest hos promotores, seu fiscales (quos vocant) creare. vt docet Bar. in l. Diuus. ff. de custodi. reor. Ioan. de Anna in c. sicut olim. num. 2. de accusat.

A *De veritate delicti.* Adde Bart. hanc opinionem tenentē, in l. inter omnes. §. recte, in fine. ff. de furt. cuius opinio ab omnibus approbatur. teste Aug. in tract. malefi. in addit. Ang. in parte, *Comparuerunt & confitentur totum.* num. 13. quam opinionem communem esse fatetur Hyppo. in l. quæstionis habendæ. num. 72. ff. de quæst. Ant. Gom. lib. 3. var. resolu. c. 1. nu. 65. & esse magis communē, asseuerat. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 45. vers. Sed quæro nunquid. Quæ opinio Forensi consuetudine recepta est. teste Maria. Soci. in. c. qualiter & quando. nu. 227. de accusa. q. 84. Et communis totius Italiæ stilus, iam pridem eam recepit. vt memoriæ mādabit Bart. in l. 1. n. 6. de iur. col. & eam dicit communem, & apud suos obseruari Doctissimus Octauian. in de cis. Pédam. 66. n. 7. & in Hispania seruatur, quia ei suffragatur egregia Parrinarū. l. 4. tit. 29. par. 7. vbi magnus Greg. Lop. idem annotauit in glo. incip. *Iurar que digala verdad.* Quamuis propter manifestam periurij causam, eam increpet Clar. vbi paulò ante allegauit. Vnde apud Gallos nō iuramentum, sed sola fidei interpositio adhibetur. vt refert Marcus decis. 674. quod Hispanica lege apud nos seruari, piè desiderabat egregius Anto. Gom. (quem præceptorē Salmanticę habuisse anno Domini 1554. nunquàm pœnitebit) is inquam lib. 3. vari. resol. c. 12 nu. 15. non equidem oportet, nec decet iuramentum exigi, quando periurij crimen timetur. c. clericos. de eoha. cler. Sed quando iuramentum exposcitur, à iudice, secundum iuris normam procedente, dubitandum non est, quin reus eius religione astrictus, veritatem patefacere teneatur: nec vllo modo potest, etiam ad effugiendas aduersarij calumnias, iudicem fallere, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 7 art. 3. & ex nostris tenuit Bald. in rub. C. de fid. instru. n. 3. Abb. in c. olim. in 1. col. fin. de rest. spol. & in c. sicut. in 3. col. 6. de iureiuran. Ias. in l. cū proponas col. 2. C. de pact. quā opinionem communem esse profitetur Areti. in l. decē. n. 7. ff. de verb. obliga. Couar. lib. 1. var. resol. c. 2. n. 1. circa quam vide late Mart. Nauar. in c. inter

D. Antonius Gomezius.

ter verba. Corro. 65. n. 237. concl. 6. 11. q. 3. & vide quæ latè scribo inf. cap. 124.

Denuncio.

CAPVT. VI.

1 *Publicæ denuntiationis diffinitio.*
2 *Officiales infames vel criminosi à denunciatione repelluntur.*
3 *Fiscales ex communi curiarum stilo non notoria scelera denunciare possunt.*
4 *Iudex Ecclesiasticus minimè debet permittere clericum sine delatore de occulto crimine accusari.*
5 *Delator debet se obligare quod probabit quod in denunciatione proponit.*
6 *Quando probasse dicatur quod denunciat, vt ab obligatione liberetur.*
7 *Iudices Ecclesiastici non debent ad clericorum capturam sine informatione procedere.*
8 *Sententia absolutoria, super denunciatu prolata, prodest sicut lata super accusatu.*
9 *An iudex Ecclesiasticus accusare volentibus terminum præfigere teneatur.*
10 *Offensus si dixit se nolle accusare, & ideò ad inquisitionem iudex processit: offensus postea, accusare volens, audiendus non est.*
11 *Fiscalis de quocunque crimine potest clericum accusare.*
12 *Scribitur egregia Cæsaraugustanæ Ecclesiæ synodalis constitutio.*

Libuit enim sub denunciationis verbo, hãc delictorum congeriem scribere: quia Episcoporum promotores, seu fiscales magis denũciatoribus, quàm accusatoribus assimilari par est. Et licet variæ sint in iure denunciationis species, vt declarat Henricus in cap. Nouit. de iudic. fin. col. Et latiùs ibi prosequitur Abba. & diffusius Præp. in capit. de accusat. 2. q. 8. in colum. 56. & pluribus alijs. Illa tamen, quæ materiam nostram complectitur, est denunciatio, quæ dicitur publica, quam sic diffiniuit, seu descripsit Præp. vbi suprà, in column. 64. Est enim denũciatio, criminis alicuius apud competentem iudicem, per officialem ad hoc deputatũ facta delatio, ad pœnam eidem inferendam. Competit nanq; hæc ex mero iudicis officio procedentis in ea ad denunciationẽ, seu promotionem suorum officialium, secundum prædictos doctores, vbi suprà, & fundatur ex l. ea quidẽ. C. de accusat. & ea Episcopus in synodo. 35. q. 6. & l. diuus. ff. de custodia & exhibitione reorum. c. præterea. de testibus cogendis. Et nota quòd ab ista denunciatione repelluntur officiales, si sunt criminosi, a vel infames, notat Henricus. d. col. fin. allegat textum. & quod ibi notat Bernar. in d. c. Præterea. Et licet in hac materia denũciationis publicæ Doctores communiter scripserint in d. c. nouit. & in. d. l. Ea quidem. quòd notoria tantũ crimina denunciari possunt. b Communis tamen stylus curiarum Ecclesiasticarum admisit, vt indistinctè illarum fiscales, seu promotores accusationes suas, vel propriùs denũciationes instituant, in quo videtur recepta opinio Saliceti in d. l. Ea quidem, dum dicebat, quod etiam non notoria denunciari debent, dummodò probari possint, quod æquum

a

a

b

videtur: nam si de solis notorijs criminibus clerici per fiscales accusandi essent, plura alia, quæ sæpiùs occulta, & si probabilia sunt, impunita manerent. Vnum autem consulendum se offert iudicibus Ecclesiasticis, vt non permittant, de aliquo occulto crimine accusari clericum apud eos per fiscales, nisi delatorem sibi priùs obtulerint, aut videant, quòd dicti officiales sufficienti probatione, aut legitimis indicijs muniti causam ipsam aggrediuntur. c Si enim Reges nostri suis fiscalibus iniungũt, vt habeant delatorem, cur & ijs, qui ad accusandos clericos creati sunt officiales per Episcopos, hoc non præcipientur? Et quia de delatore mentionem fecimus, & hæc materia Canonistis non est familiaris: ideò circa eam notari debent sequẽtes conclusiones. Quod quando iudex delatorem admiserit, ille se obligare debet, de probando quod denunciat, ita quòd fiscus obtineat, vt probatur in autentica de exhibendis reis. §. 1. per quẽ ita determinat Lucas de Penna. in rubr. de delatoribus, libro. 10. columna secũda, versiculo. Ad deferendũ. Postquàm verò obligauit se probare quod detulit, si semiplene probauit, non sufficit, quo minùs condemnetur ad pœnam, ad quam se astrinxit, si non probaret, vt concludit dictus doctor in. l. 2. eiusdẽ tituli, in. 3. colum. versic. Sed pone. Si autem delator probauit crimen, & reus defensiones iustas, tunc si tales erãt adeò notæ, quòd delator habuit iustã causam credendi, quòd iniquè procedebat ad delationẽ, tunc non excusabitur à pœna. Secus autem quando detulit crimen, quod erat publicè notum, & defensiones totaliter occultæ, & fama in contrarium habebatur: quia tunc delator excusabitur à pœna, si suã vel fuorũ iniuriam prosecutus est. Si autem deduxit crimen in delationem, cuius vindicta sua nõ intererat, tunc puniẽdus est: quia se ad id astrinxit, quod sua nõ intererat. Ita concludit idẽ Lucas in dict. colum. 3. & seq. Ego tamen crederem, in hoc secundo membro mitiùs puniendũ delatorem, cui delictũ fuit notum, & defensiones occultæ, quam in casu præcedenti: quia licet eius nõ interfuerit, ratione suæ vel suorum iniuriæ, potuit moueri zelo iustitiæ & publicæ vtilitatis, quæ versatur in expurganda prouincia malis hominibus. Quando verò reus absolutus fuit, quia testes fuerunt reprobati, propter delictũ delatoris producentis, vt quia corrupti pretio, vel aliàs falsum dixerunt, tunc benè credit Lucas, vbi suprà, in. 4. col. puniẽdum esse delatorem. Et idẽ dicit, si probatũ fuit testes esse inhabiles, aut criminosos, & hoc esse publicè notum delatori. Secùs tamen si sunt repulsi ex alia causa, sine culpa delatoris, vel quam ipse potuit ignorare: quia tunc non tenetur

delator

delator ad pœnam, secundum eum. Quod tamen credit verũ, vbi delator suam, vel suorũ iniuriam prosequitur, aliàs videtur sibi dicendum quòd teneatur, quia non satisfecit ei, ad quod se sponte obligauit. Sed ego etiam in hoc casu crederẽ, arbitrio boni iudicis relinquẽdum, vt consideret, an delator habuerit iustam causam ignorandi defectus testiũ, & an publicum fuerit delictum, & numerus testium sufficiens: aliter enim nullus audebit crimina iudicibus referre, quãtumcunque illa probare possit timore alicuius occultæ defensionis competentis reo accusando. Placet præterea dicti doctoris sententia in.d.l.2.colu. 5. versic. Item quid sit. dum tradit, quòd si quis denunciat plura crimina capitalia, quæ se obligat probaturũ sub aliqua pœna, & ex illis vnicum probat sufficiẽs ad condemnationem capitis, quòd non euitabit pœnam, quia non impleuit quod promisit, & sibi imputet, qui se onerauit ad superflua comprobanda, quod posset practicari in materia nostra, quando quis detulisset plura crimina depositione, vel aliqua pœna canonica digna, & vnũ solùm probaret, imò plus asserit dictus doctor, quòd qui se astrinxit probaturum crimen sub certa qualitate in denunciatione deducta, quòd non excusatur à pœna, si non probauit crimen cum eiusdem circunstantijs & qualitatibꝰ, prout detulit, quãuis crimen probauerit fuisse commissum, vnde in hac materia delatorum iudicibus Ecclesiasticis consulo, vt cùm eos acceperint, denũciationem ab illis factam in scriptis redigãt, eosque astringant ad probandũ omnia crimina ibi descripta, cum suis qualitatibus sub pœna in obligatione declaranda, monendo eos vt crimina, quæ probare nõ possunt, in delatione nõ inserant, nulla in eis post monitionem, & obligationem pœnitentia recepta: quia aliàs clerici accusati de varijs criminibus, infamati manent apud populum, qui cùm accusationis notitiã habet, nõ semper defectum probationis aliquorum capitulorum intelligit. Nec decipiat quosdam iudices pietas quædam nociua, quæ eos retrahit à condemnatione expensarũ & pœnæ, quia vident delatores aliqua ex his quæ detulerint probasse, magis in hoc amantes susurrones & maleuolos fouere, quàm Clericorum honori & famæ consulere. Nec præterea ob id quòd delatores habeant obligatos ad probãdum crimina quæ deferunt, faciles debent esse iudices in capturaClericorum, maximè in grauibus delictis, nisi prius sufficientem habeant informationẽ, dquia si posteà deficit illa, nõ satisfactum est captorum Clericorũ honori, relaxatione à carceribus, & condemnatione expensarũ & pœnæ facta contra delatores: cum infamia carcerationis ob famosum

sum crimen vix aliqua relatione quantũuis honorabili, possit bene dilui, seu purgari. Et nota prætereà in proposito, quod sententia absolutoria lata super denunciatis, prodest si-
e cut lata super accusatis e. Ita notat Præpo. in capit. de accusa. 2. quæst. 8. in col. 68. vers. quær. an absolutoria, allegat Sali. in. l. Ea quidem. ver. 15. quæro. de accusationib. An autem iudex Ecclesiasticus debeat
f statuere terminum, f accusare volentibus? Abbas in capit. inter. de purga. can. col. 2. distinguit, videlicet, quod si Episcopus vel superior habet probationes promptas contra infamatum, tunc non est necesse, nequè vtile statuere terminum accusare volẽtibus: quia posset supponi amicus, & fieri colludiũ, & alia ratione de qua per eum. Si tamen non habet illas prõptas, potest, si vult, sed non est necesse, sufficit enim quòd accusator se non offerat. Ego semper tamen intellexi dictam conclusionẽ, Abb. in delictis, in quibus nõ cõstat, quòd aliqua persona sit offensa ex eis. Aliter enim benè crederẽ iudicẽ Eccle siasticũ debere illã requirere, an velit accusare antequàm ex officio, vel ad fiscalis petitionẽ procedat. Nã si inquisitionẽ ex officio formauerit, vel ad fiscalis petitionẽ processerit, nõ requisita parte offensa, & posteà superueniat accusator, tũc seruanda esset distinctio. Sal. in. l. Ea quidẽ. ver. Quia propt. C. de ac. quam refert & sequitur Ange. in tract. malefi. in parte: hęc est quædã inquisitio. fol. 16. in parua impressi. Cuius etiã opinionẽ dicit cõmuniter teneri Feli. in capit. Qualiter & quando, el. 2. in. §. licet. in fin. de accusa. quã distinctionẽ hic trãscribere nolo. Vnũ tamen non 10
omittam in proposito, quòd si offensus dixit se nolle accusare, & idcò iudex formauit inquisitionẽ, vel fiscalem audiuit, & posteà offensus producat accusationẽ, tunc accusatio illa non debet audiri nec recipi, quia iudex præuenit eũ antequã reuocaret voluntatẽ suã, vt not. Bal. in l. accusationẽ. C. qui accusa. nõ pos. quẽ refert Aug. in addi. ad Ange. in dicto. f. 16. & quia posset aliquis dubitare, vtrum promotor aut fiscalis, de quo 11
in hui⁹ nostri operis denũciatione meminimus, possit clericum accusare de quocũque crimine, nulla facta distinctione priuatũ sit an publicũ, videtur in hoc dicendũ, quòd sic: quia de iure canonico omne crimẽ est publicũ, g vt not. glo. in. c. g
infames. 6. q. 1. & sequitur Bal. in rub. C. qui accu. non pos. in pen. col. & Rom. in singulari de. 81. Tu audisti. & talis est publici criminis natura, quòd cuiuis ex populo competat ius accusandi, vt probatur in princip. inst. de publicis iudicijs. quãto magis cõpetere deberet officiali publico ad accusandũ, vel denũciandũ crimina deputato? & quia in materia huius capituli placet mihi cõstitutio Prouinciæ. Cæsar augustanæ,

quæ

quæ habetur in tit. de accusa. prima in ordine, libuit eã trãscribere, cuius tenor talis est:
82 Procurator fisci noster, seu suffraganeorũ nostrorum nequaquàm ad agendũ, seu denũciãdum, prætextu officii sui cõtra aliquẽ admittatur: donec proposita, seu denunciata credere esse vera, & se posse probare firmauerit iuramento. Quòd si aliquo instigante per se, vel cũ eo processerit ad prædicta, instigator ad expensas se obliget, vel det inde quam poterit cautionẽ: reus autem & citatus respondere minimè cõpellatur, donec iuratum & cautum fuerit, vt præfertur. Contra factum sit irritum ipso iure. Consuloque omnibus Episcopis, vt in omnibus suis curijs hoc idem seruari præcipiant, iusta est enim prædicta decisio, & quæ honori prospicit subditorum, & fiscales omnes vigilantiores reddit, eorumque leuitatem in accusando compescit.

ANNOTATIO.

VIde plurima, quæ de hac denũciationis materia, de qua in hoc capite, scribit Bart. in l. Diuus. ff. de custo. reor. vbi plures tetigit quæstiones huic loco accõmodatissimas. & in extrau. ad reprimendũ. in verb. [Denũciationẽ.] Ang. Aretin. in tractat. malefi. in verbo. [Ad denũciationẽ.] Ioã. de Anani. in cap. sicut olim. de accusat. Bos. in tract. delict. tit. de denunciatione. pag. 101. Lod. in pract. crimin. c. 6. pag. 18. Iul. Clar. li. 5. recep. senten. §. fi. q. 3. &. 7. A

[Criminosi.] Vide tex. in. c. cũ oportet. cũ sequen. de accusationib. Hosti. in summ. tit. de denun. §. quis potest. Anton. in c. cùm dilectus. de accusation. Bar. in l. diuus. nu. 7. ff. de cust. reor. quo loco scribit, q; prohibitus accusare, censetur etiam prohibitus denunciare. Sed opinio ista autoris nostri, minimè iam in forensibus controuersijs admittitur, nam isti officiales (quos appellant) qui ad denunciandum constituuntur, vt in plurimum sunt pauperes, & viles, & quandoque infames, ita communiter seruatur, teste Ange. in d. maleficior. tracta. in parte: [Nec nõ ad denunciationem.] nume. 4. Marian. in capit. qualiter & quando, numero. 81. de accusationib. & ridiculum foret, si quis contrarium asseueraret. vt scribit Iulius Clar. libro. 5. recep. senten. §. fina. quæst. 7. versic. pro intelligentia.

[Denunciari possunt.] Adde B quod istã sententiã communẽ esse fatetur Cardin. Alex. in ca. de accusation. versi. quæro an malitia. 2. q. 8. Maria. in. d. qualiter & quãdo. n. 179. Mar. Nauar. in. c. inter verba. 11. q. 3. cõcl. 6. Corrol. 63. n. 188. eamque sequitur Domi. Soto, vir religione, pietate, & literis insignis in tract. de ratione tegẽdi & detegend. secret. memb. 2. q. 6. pag. 5. Sed vt bene aduertit autor, Stilus curiarum contrariũ obseruat. idẽ testatur pract. Cõrardi, fol. 235. num. 5. in fin. Dom. Soto.

C [Aggrediũtur.] Vide nouissimã & egregiã decisionem, quæ in Prouinciali Concilio Toletano, anno, 1565, statuta fuit act. 2. cap. 12. quæ sic loquitur. [Promotor Fiscalis apud Eccle siasticum iudicem neminẽ deferat, vt eius delatione inquisitio fiat, nisi quem legitima ac frequẽs grauet infamia, nec ex ea delatione iudices inquirere audeãt: imò priusquàm ad inquisitionem procedant, diligẽter curent inuestigare, an ea infamia à maleuolis, an à prouidis & honestis, orta fuerit. Quòd si promotor Fiscalis quẽquã accusare velit, eo casu quo iure accusatio ei sit permissa: accusatoris officio functus, eas leges sequatur: quæ publicis accusatoribus, hisve quibus iuris publici ratione accusare permittitur, iure vel consuetudine datæ fuerint. Sed si accusatus ab accusatione fuerit absolutus, nullo modo in expensis condemnetur. Imò si fiscalis temerè eum accusasse constiterit, non solum expensarũ solutione, sed alia pœna, iudicis arbitrio: propter accusationis temerariæ calumniam, omnino puniatur. Hactenus Toletanum concilium.]

Concilii Prouin. Toletan.

D [Informationem:] Adde Sali. in l. nullus. C. de exhi. reis. vbi scribit, iudice posse malefactorem statim capere, modo qualis qualis informatio interuenerit. Hyppo. in l. 1. num. 1. ff. de quæst. Folleri. in pract. crimin. in parte. [Notatus capiat de persona.] & vide quæ scribit autor infra, cap. 116. num. 5. & quæ ibi scripsit, vbi dixit, quòd hoc casu sufficit quod de crimine præsumptiuè constet. At si crimẽ graue fuerit, prout noster autor probè cẽset, ad capturam absque sufficienti informatione, procedi non debet. vt de crimine hæreseos scribit Iacob. Septimancẽsis meritissimus Pacensis Episcopus in Catholicis illis, & eruditissimis institutionib⁹. c. 17. nume. 2. & vide quæ nouissimè scribit Licentiatus Rojas quondam Valentinus Inquisitor, nunc verò Episcopus Patẽsis Reuerendissimus in sing. & egregio tract. de hæreti. 2. part. asser. 1.

Iacob. Septimancẽs.

[Super accusatis.] Vide Bar. idem tenẽtem in l. Diuus. col. 3. ff. de custod. reor. & in l. si cui. §. eisdem. ff. de accusa. E

[Statuere terminum.] Adde Bal. in l. quamuis. in 2. huius initij. col. 1. C. de adult. & est tex. egregius, qui passim allegatur. in l. diffamari. C. de in. gen. & manu, qui licet indiffamãte, statum libertatis loquatur, locum habet in qualibet causa, ciuili vel criminali, vt doctores ibi communi cõsensu profitentur, & sentit Bart. in l. Titia. ff. de accusatione. & in auth ad hæc. C. de vsur. Cinus, Bar. & Bal. in l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Alberi. & Bald. in l. Papinianus. §. si quis. ff. de inoffic. testa. & est glos. not. in l. sed etsi per prætorẽ. §. ait Prætor. ff. ex quibus caus. mair. Innoc. in c. conquerente. col. F

L. diffamari. C. de ingẽ. & manumiss.

col. 1. de offi. ord. Abb. & doctores in. c. licet. de accusa. quod latissimè tractat & resoluit Anton. Gab. lib. 2. commũ. opin. tit. de actio. conclus. 6. Dom. Episcopus Couar. libro. 1. variar. resolution. capit. 18. Decissio. Pedam. 151. per totã. & circa intellectum d. l. diffamari vide nouissimè Illustrissimum, & Reuerendissimum Præsulem D. Francis. Sarmiento in libro. 1. select. interpreta. cap. 2. quo loco argutè satis à doctorum traditionibus recedit. Sed in practica nõ dubito, quin cõmunis & recepta sententia sit seruanda. prout passim in controuersijs forẽsibus receptam vidi: & post hæc scripta legi doctissimum Doctorẽ Ludouicum Ludouici à Molina, li. 3. de primoge. Hispaniæ. c. 14. nu. 23. cum sequen. qui communem opinionẽ sequutus, à noua opinione supradicta aliquibus rationibus innixus recedit.

Nota tamẽ singulariter, quod ad hoc, vt accusator monitus, vt intra certum temporis spatium accusationem proponat, vt eo lapso nõ audiatur, oportet quòd iudex interlocutoriã sententiam proferat, qua pronuntiet, eum vlterius non esse audiendum. Ita deducitur ex rex. in. d. l. Titia. vbi scribẽtes. Innoc. in cap. cum in tua, qui matr. accusar. poss. vbi Card. Ancha. & Abb. Bal. in. d. auth. ad hæc. col. pen. Paul. de Cast. & doct. in l. quamdiu in. 3. ff. de acquir. hære. Sufficeret tamen, si iudex in primi termini assignatione, sententiam proferat, qua accusatorẽ ab accusatione longe repellat, vt eleganter docet Bart. in. l. mancipiorũ. ff. de opt. lega. Bal. in. l. si ea. C. de accusat. & in l. si eo tẽpore. C. de remis. pigno. Ang. in d. l. Titia. & in d. l. quamdiu. Salicet. in l. si. ea. nu. 9. C. qui accus. non poss. Securior tamẽ opinio est, vt lapso termino, sentẽtia proferatur, qua is qui diffamatus est, absoluatur, perpetuumque silentiũ aduersario imponatur. Ita probare videtur Regia l. 46. tit. 2. parti. 3. vbi noster Greg. in verbo, *Deue dar por quito.* dicit in practica id esse seruandum. Et an sufficiat vna monitio, vel duæ desiderẽtur prius, quam dicta sententia proferatur. Vide glo. not. in auth. de hære. & Fal. §. si quis autem non adimplens. in verbo, admonitus. quę ad hoc, vt quis iure suo possit priuari duas monitiones necessarias esse censet, & illius glos. authoritate innixus Ang. ibi idẽ censet in casu. d. l. diffamari. & licet ab eius opinione recedat Roma. in. l quamdiu. ff. de acqui. hæred. eum tamen sequitur Greg. in. d l. 46. in verbo, *E si por ventura.* & hoc verius censeo.

[Est publicum.] Adde quod G hanc opinionem communem esse fatetur Anani. in. c. statuimus. num. 19. de maledi. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. 1. versic. hæc tamen.

Quod Coluberius & Serpelio.

CAPVT VII.

1 *Turpis nominu effectus aliquot remissiue traduntur.*
2 *Vno eodemq; libello accusari plures possunt.*

CVm in hac ficta denũciatione tot scelera aliquibus imponẽda essent, qui ex illis inculparentur, placuit etiam hęc nomina fingere, quę à Colubro & Serpente deriuarẽtur. Qui enim tantis criminibus irretiti essẽt non hominũ quidem, nec quorũuis animaliũ, sed deteriorum nomen promereri par est, illorum præcipuè, cuius effigiem Dæmõ assumẽs (qui autor ẽst malorũ omniũ) parentes primos decepisse, ac
1 vicisse comperimus: libuit hoc etiam & ea ratione, quia & nostri iuris interpretibus placet, effectus aliquos tradere, ex eo
a quod quis malum nomẽ a habeat, vt per Fran. Bru. in tracta. de iud. & tor. 12. car. in. 3. col. & per Hippol. in. l. 1. in princip. colu. 16. ff. de quæst. quamuis ego semper credidi doctores prædictos intelligendos esse de malo nomine malis moribus adquisito, nõ verò de eo, quod licet sit malum, qui habet illud non elegit, sed susceptit tẽpore quo non fuit in eius arbitrio, vel potestate repellere. Duo præterea Clerici, & nõ vnus in hac denunciatione positi sunt, vt per hoc compertum habeat iudex Ecclesiasticus, plures eodem libello accusari posse de eisdem criminibus. vt in. l. 1. & libi Bal. C. si rens, vel accusat. mort. fuer. & in l. vim passam. §. incæsti. ff. de adult. Et notat. Specul. in tit. de accusatore, in princi. in vers. itẽ q̃ non potest.

MAlum nomen Vide text. A
in ca. 1. vers. Belial. & quę per eũ not. Barba. Imo. & Ioã. de Anani. nu. 2. de depos. Mari. Soci. in. c. cũ dilect. de excessib. prælato. Propterea Plutarchus de liberis educandis inquit: Primũ debere curare parẽtes, vt filii, bonis nominibus nuncupentur. Oritur sanè ex bono nomine bona præsumptio, ex prauo autẽ & turpi nonnunquàm oritur sinistra, vt inquit Abb. in proœm. Gregoriano in parte, Gregorius nu. 7. vnde refert Ioan. And. in c. cùm secundum Apostolum. depræhendi vxorem suam, sæpissimè dixisse, quod si nomina venderentur, etiam magno precio bona nomina emi deberẽt. Arguũt sanè multi, quamuis hoc sit argumẽtum plerunque fallax ex nomine ad probitatem, vel malos mores hominũ. Vnde Claudius Mumertus, [Nomen dici putãt, quod rem notam faciat, sitque veluti rerum imago.] Arguunt item sacræ literæ à nomine personarũ, vt Abigail. Reg. 1. c. 25. improbat maritũ à nomine, quod Naba dicebatur Nabal, equidẽ stultũ significat, & secundũ aliquam proprietatẽ putantur imposita nomina Patriarcharũ, vt Isaac à risu. Iacob supplãtator, sic de alijs, de quibus percurrit Eusebius Pamphil. lib. 11. de præpa. Euan-

pa. Euange. c. 4. Vnde Martianus iurisconsultus remittit hęredi cōditionem à testore impositam, vt ferret nomē inhonestum, velut i Vespilionis, cum sit habēda cura honesti nominis, & dignitatis, vt in l. Sed sciendum ff. ad Trebel. Et qui effectus ex malo & iniquo nomine oriuntur, scriptos reperies apud Gerar. sing. 75. Nico. Euerar. in locis legalib. loco ab Ethimolo. fol. 1. Hyppol. in pract. §. Expedita. n. 52. Cassa. in consuetud. Burg. rub. 1. §. 6. nu. 53. Ioan. Mont. de bigamia. q. 2. num. 2.

B [De eisdē criminibus.] Adde quod opinionem istam cōmunem esse profitetur Marian. in c. 1. n. 143. de libelli oblatione. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. fin. q. 13. versic. quæro nunc. quam sequitur literis & prudentia insignis Gregor. Lopez in l. 2. titul. 1. par. 7. versi. *La tercera.*

Huius diœcesis originarij.

CAPVT, VIII.

1 Origines propria ratione quia forum sortitur.

2 Iudex originis procedere potest contra subditum, ratione delicti alibi commissi.

1 ORiginis propriæ ratione sortitur, quis forū, vt probatur in. l. 2. C. de munic. & orig. libr. 10. iuncta glos. ibi eodem tit. & in l. 1. in princi. & notatur in. l. assumptio. ff. ad municip. Specul. in tit. de cōp. iudi. abdi. in versi. 42. & ibi Bart. in d. l. Assumptio. §. filius quasi ad fi. vbi post Iacobum de Aret. quem refert, concludit, quòd potest quis conueniri in loco originis propriæ vel paternæ, per. l. incola. ff. eod. si ibi inueniatur. & ita tenet Bald, in rubr. C. Si non à cōp. iudi. in fin. loquendo simpliciter de loco originis, & quod ratione originis suæ sortiatur quis forum, notat Bal. in l. fin. col. 1. C. si non à compe. iudi. Allegat. text. in c. ex parte. de for. cōpet. & talis dicitur subditus secundum eum, ratione personæ tantum & vide Alexand. in. d. l. Assumptio. in addit. ad Bart. qui dicit hanc esse communem sententiam, videlicet, quòd si ibi non inueniatur, non potest conueniri, nisi quò ad finem distribuendi bona ibi sita. In criminalibus autem causis, Bal. in sua margarita, in vers. iudex. in 5. col. dicit, quòd iudex originis potest procedere cōtra suū subditū de delicto alibi commisso. a vt in l. 3. cū l. sequent. ff. de interd. & allegat. Bar. in l. sepulchri. ff. de sepulc. violat. & glo sing. in. l. relegat. §. interdicere. ff. de interd. & relegat. Idē voluit Bart. in. l. sicui. §. fin. ff. de accusat. per l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Vide etiā Alciat. in cap. 1. de offic. ord. super glos. in verbo, iudicare in princ. vbi dicit, quòd communis opinio est, quòd si quis nō puniatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis secūdū formā statutorū loci, b in quo deliquit, per. l. sa- b

cularij.

2

cularij. §. sunt quidam. ff. de extra ordina. crim. Et per notata per Moder. in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate, & fid. cathol. Ex quo videtur inferri posse, quòd iudex Ecclesiasticus originis propriæ, vel paternæ potest procedere contra clericum originarium, si ibi repertus fuerit ratione delicti alibi commissi. Pro quo etiam facit tex. in c. Cum nullus. de tẽp. ordin. lib. 6. vbi probatur, quod Episcopus loci originis, dicitur proprius, vt quis possit ab illo ordines recipere. Quod procederet siue per viam accusationis, siue inquisitionis agatur cõtra clericum, per ea, quæ infrà dicentur in seq. §.

A Libi commisso.] Adde Bart. in. l. cunctos populos. nu. 47. C. de summa Trin. vbi Cyn. & Bal. idem Bal. in l. fi. ff. de iurisdom. iud. & in cõs. 313. li. 5. Ant. & Abb. n. 8. in. c. cum contingat. de foro comp. Caro. Ruin. consil. 84. n. 9. lib. 4. quæ opinio communis est, teste Bolog. cons. 54. idem fatetur Aug. Arimẽ in add. ad Angel. in tract. malef. in §. hæc est quædam inquisitio. ver. Quæro an de delictis. And. Alciat. in c. 1. n. 67. de offi. ordi. Bossi. in tract. delict. tit. de foro cõp. n. 182. quo loco scribit opinionem istam vsu Forẽsi comprobatã esse. Sylua. cons. 103. Marcus decis. 989. n. 6. Bomb. cons. 8. n. 11. Cagn in. l. fi n. 153. ff. de iurisdom. n. iud. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent §. fi. q. 39. versic. sed quæro. Contrariam tamen sententiam quod de iure ciuili, nec iudex originis, nec domicilij possit crimina extra territorium cõmissa punire. Tenuit Ioã. And. in addit. ad Spec. tit. de comp. iudi. Sali. in. l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. pub. quam esse communem sentẽtiam asseuerat Hyp. in practi. crim. §. constante. nu. 90. Tho. Gram. decis. Neapol. 26. & noster Ioannes Bernar. infra cap. proxim. quam sequitur Bolog. male sibi cõstans. consil. 8. versic. Capio igitur. quo loco scribit, quod secundum magis cõmunem opinionem, etiam si subditus ratione originis, delinquat in alieno territorio nõ potest iudex inquirere nec procedere contra talem delinquẽtem. Hanc etiam communem appellat egregius & magnus sui temporis aduocatus, Petrus Auendan. in respons. 40. numer. 3. Pau. Paris. consi. 159. numer. 7. vol. 4. Ioan. de Ami. cõs. 60. num. 10. Rolan. Vall. cons. 19. nu. 20. lib. 2. Et generali cõsuetudine receptum est, vt nullo modo iudex de crimine extra territorium commisso inquirere possit. Vt fatetur Riminaldus vir doctissimus, consil. 32. num. 20. & cõs. 471. nu. 10. & consi. 484. n. 1. vol. 1. Primã tamẽ opinionem magis communem, & veriorem censeo, quam pro eius insigni eruditione defendit D. Præsul Didac. Couarr. vir vtique doctissimus, sed vna præsertim ingenij castitate mirabilis in pract. quæst. capit. 11. num. 6.

Petrus Auendanus.

D. Præsul Didacus Couarr.

[Statu-

B [Statutorum loci.] Quando crimen aliquod extra territorium commissum sit, an puniatur secundum statuta municipalia loci, vbi quis delinquit, an secundum patrię statuta, vel secundum ius commune. Vide pulchram distinctionem traditam à Bar. in l. cunctos populos. num. 74. C. de summa Trin. vbi Ias. nume. 30. primæ lectionis. & nu. 67. secund. Abb. Feli. & Doct. in c. licet. de foro cõpet. idem Abb. in c. contingat. nu. 30. eo. tit. Alex. cõsil. 11 col. 3. lib. 1. Bos. in tract. delictor. tit. de pœnis. num. 19. Iulius Clar. li. 5. recep. sen. §. fin. q. 85.

In ea domicilium habentes.

CAPVT. IX.

1 *Iudex domicilij de delictis suorum clericorũ alibi commissis cognoscit.*

2 *Quando de domicilio fit mentio, de domicilio habitationis in dubio intelligitur.*

1 DOmicilij forus generalior a est omnibus alijs. Vnde Card. Anton. & Abb. in cap. cùm contingat. de foro. comp. concludũt, quòd iudex domicilij potest cognoscere de delictis suorum Clericorum etiam alibi commissis. & idem tenet Ioan. Calde. in repet. c. de illis. de rapto. in col. 6. in. q. 6. qui respondet ad fundamenta, quę in contrarium videbantur vrgere. & vide Bart. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & relegat. qui notat ex tex. quòd iudex loci, vnde quis est incola, potest quem punire de delicto alibi commisso b, quod b dicit esse notandum, & vide Abb. in c. in fin. de foro comp. in col. 13. vers. Sed circa primã. Vbi concludit, quod iudex domicilij potest exercere omnimodam iurisdictionem in sibi subditum ratione domicilij, si ibi reperitur, etiam in criminibus alibi commissis. Et vide Ioan. Andr. in capit. vt animarum de constit. in. 6. qui dicit quod siue subditus delinquat extra diœcesim, siue in loco exempto diœcesis, potest ratione fori conueniri corã iudice suo, & idem tenet Ioan. de Ligna, in Clem. pastoralis. de re iudi. quod refert Andr. Siculus in d. c. cum contingat. in col. 5. vbi respondet ad. d. cap. Vt animarum, qui huic sentẽtiæ videtur aliqualiter aduersari. Et tandem refert Ioan. And. post Odofr. in add. ad Specul. tenentem, quòd hæc sententia procedat, quando proceditur per viam accusationis, secus si per viam inquisitionis: quia tunc iudex agit ad vindictam, & sua non interest, ex quo non deliquit in suo territorio, & hoc attento iure ciuili. Secundùm verò, iura canonica vtraque via iudex procedere potest, & posteà refert Anto. Cin. & Bart. volẽtes quòd etiam de iure ciuili hoc procederet, & Abb. in consil. 24. volum. 1. incipien. Rodulphus num. 1. qui in contingentia facti ita consuluit fieri posse. & vide Abb. in colum. 2. in. d. c. Cùm cõtingat. qui tenet opinionẽ Anto. & Bart.

& Bart. & tandem Barba. ibi, in col. 7. & 8. sustinet opinionē Ioan. Andr. & Odofr. cōtra Cinum & Bart. & resident in eorū opinione, & credit quòd in practica sua tenetur opinio, quia æquior, & fortioribus innititur rationibus. Et vide Gādin. in tractatu maleficiorū. in fin. vbi hanc quæst. disputat, & tandē cōcludit, quòd iudex domicilii nō potest procedere per inquisitionē contra delinquētem propter delictū alibi commissum, & in fin. col. dicit, ꝙ licet aliud obtineat de iure canonico, tamen hoc procedit de iure ciuili, & sic videtur tenere opinionē Ioā Andr. de qua suprà in addit. ad Specul. licet eū non referat. Et vide Hippol. in sua practica crimina li. in. §. Constante. in col. 14. vbi mouet hanc quæst. & dicit, quòd doctores in ea sunt varij, & pro vtraque parte remissiuè refert plures doctores, & tandē dicit, quòd magis communis opinio est, ꝙ iudex originis nō possit inquirere: & sic opinio Ioan. Andr. de qua suprà, quem ipse allegat in primo loco pro ista sentētia. Et aduerte quòd quādo fit mentio de domicilio in dubio, intelligitur de domicilio habitationis. c per glos. notab. in cap. Statutū. §. cùm verò in verbo, vnam dietam. de rescript. lib. 6. Notant doctores in cap. fin. de for. compe. Bal. in. l. fin. col. 11. de edict. diui Adria. Iason in. l. cunctos populos. C. de summa Trinit. & fide cathol. in col. 6. Si tamē Clericus est vagabundus, tunc videtur quòd vbicunque fuerit repertus poterit puniri, d iuxta glos. in l. 1. C. Vbi de crim. agi opor. quam allegat Gandi. in tracta. maleficiorū in rubr. vbi puniatur delinquēs, circa principiū. d

GEneraliter.] Et sic Ang. sententia exploditur, qui consil. 40. col. 2. domiciliū originis, potentius quouis alio domicilio existimabat. A

[Alibi commisso.] Vide autorem, & quæ ibi scripsi addit. 1. cap. super. B

[Habitationis.] Vide Dom. & Fran. in. c. statutū. §. cùm verò de reseri. lib. 6. vbi glo. quā hic allegat autor valde cōmendant: quam hanc opinionē sequuntur not. & dicit sing. Anton. consil. 21. in fine Alex. in l. cū quędā. col. 2. vbi Socin. ead. col. ff. de iurisd. om. iud. Idē Alex. dicens eam valde notandā, cōsil. 101. col. 2. li. 3. & in addi. ad Bart. in l. assumptio. ff ad municip. Anton. Imo. & alij in c. vlt. de foro cōpet. Felin. in. c. 1. in fine. de sponsa. Iaf. in l. cunctos populos nu. 25. C. de sum. Trin. Decius in l si eadem. nu. 2. ff. de offic. assesso. Stepha. Bertran. cōs. 109. lib. 2. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 384. num. 7. cui cōmuni & receptæ sententiæ suffragatur glos. quā vbique doctores summis laudibus celebrant. in Clem. 1. in verbo, subditos, in fine. de foro comp. quæ voluit, quē propriè subditum dici ratione habitationis: quā approbat ibi Imo. qui ad hoc multa allegat. & C

Petrus

Petrus de Anchar. in c. Romana. §. contrahētes. de foro cōp. in. 6. Bal. in. l. omnes. §. si non apparitor. C. de Episc. & Cleric. Abb. in c. 1. in fine. vbi Felin. de foro cōp. Petrus de Anchar. cons. 437. nu. 2. Paul. de Cast. cōs. 44. num. 5. lib. 1. Barba. in proœm. Clem. §. sane. Corne. cons. 323. col. 2. lib. 4. eam fatetur esse sing. Alex. in addi. ad Bar. in. d. l. assumptio. & est cōmuniter ab omnibus recepta, quia contradictorē nō habet, quod ego sciā. Et quod plus est, iura etiam exorbitantia loquentia de domicilio originis, locum obtinent in habitationis domicilio, vt tenuit glos. not. in. c. præsenti. in vers. Sane. verbo. originarius. vbi Domi. & Fran. de præben. libro. 6.

Vagabūdus vtrū ad delicti locū remitti debeat.

D [Puniri.] Adde Bar. in l. hęres absens. §. proinde. num. 4. vbi Cur. Iu. ff. de iudi. Corset. in repe. Abbas in verbo, vagabundus. Cassan. in consuetu. Burg. tit. Des *adueuz*. §. vnic. num. 12. Bossi. in tract. delict. tit. de foro comp. num. 69. Nec in hoc casu, ad locum commissi criminis remissio faciēda est, vt tradiderunt Calderi. & Ioan. Anania. in. c. 1. de raptorib. Guid. Pap. q. 202. num. 2. quam esse communem sententiam, fatetur Bellam. cōsil. 11. col. 1. quē refert Probus in addit. ad Ioā. Monach. in c. inquisitionis. nū. 5. de sent. ex commu. Bossi. d. num. 69. & nouissimè diligentissimus Doctor Didacus Perez Salmantinus, in l. 2. tit. 14. ver. quæro vlterius. lib. 8. ord. Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. fina. q. 39. vers. Cæterum si reus. Quam quidem opinionē falsam esse existimo, & ideò iuris esse certissimi censeo. vagabūdum ad delicti locum remittēdum esse, vt in eo condignis pœnis puniatur. Sequor in hoc Innoc. quem in Sacro Iure Pōtific. veluti terrestre numē veneramur, in cap. 1. de raptori. vbi Abb. & Cardina. idē Abb. Post. Anton. in. c. vltim. num. 21. de foro comp. Mari. Socinus in capitulo, postulasti. numero. 15. de foro comp. D. Couar. in pract. quæstio. capit. vndecimo. numero. 7. Boni. de Vitali. in tract. malefi. in rub. de inquisi. n. 56. Montal. in. l. 32. tit. 11. par. 3. idem in. l. 1. tit. 1. lib. 2. foro. leg. Nam vt eleganter scribit Abb. d. num. 21. fortiori ratione vagabundus ad delicti locum remittendus est, quam non vagabūdus, cū talis remissio, sine alicuius iudicis iniuria fiat. & hoc manifestè probat Regia lex. 1. tit. 29. par. 7. cùm dicit: *Acusado seyendo algun home de yerro que viesse, en algunas maneras, que diximos en los titulos desta setena partida. &c.* In quibus quidem titulis mentio fit de his criminibus, quæ à vagabundis perpetrantur idem probat. l. 15. titu. 1. par. 7. ibi. *Por yerro que todo home saga.* Et sic generaliter loquitur tam de vagabundis, quam de alijs hominibus.

D. Didacus Perez.

Benè tamē hæc controuersæ opiniones distinctionis fedare possunt

possunt componi, vt prima tũc locum obtineat, quãdo offensus accusat reum vagabundum coram iudice loci, vbi eum inuenit: tũc iudex loci delicti ex officio nullomodo procedere potest. Secũda verò opinio vera est, quando iudex loci delicti parte postulante, remissionem petierit, quod probare videtur egregia Par. lex. 15. suprà allegata, quam ad hoc refert Auendan. resp. 40. numero. 9. Et nota, quod vagabundus dicitur, qui per mundum vagatur. Bartol. in. l. quarta. §. Prætor ait. nume. 24 ff. de damn. infect. & est communis, teste Maria. in capitulo finali. numero. 57. de foro comp. & qui nõ habet certũ domicilium. glos. in dicto. §. Preter ait. Quam sequitur Guid. Papa, decis. 202. num. 2.

Et beneficia.

CAPVT, X.

1 *Clericus ratione Ecclesiastici beneficij residentiam requirentis, in loco illius domicilium fortitur.*

2 *Habens plura beneficia residentiam requirentia, totidem habet domicilia.*

3 *Prælatus subditum Clericum ratione beneficij, pro delicto alibi commisso in propria diœcesi inuentum punire potest.*

1 AN Clericus, ratione beneficij, quod habet, dicatur habere domicilium in loco illius a? Sufficiat referre breuiter, quæ tradit latè Felin. in cap. dilectus, el 2. de rescrip. in. 1. col. vbi materiam istam, more suo, per conclusiones resoluit, videlicet, quod si Clericus habet beneficium non requirens residentiam, non censetur illic habere domicilium, secundũ Innocen. Anton. & Abb. in cap. ex ore. de priuilegijs. Si verò requirit residentiam, fortitur ibi domicilium, secundum omnes Doctores. ibi. & in dict. cap. Ex ore. & alios, quos ibi refert: quod procedit, licet ibi nõ resideat, si secum non est dispensatum super residentia, vt per eundem Felin. ibi. in 2. col. in. 4. conclusione. Qui post multa concludit, quòd talis de facto non residẽs, fingitur ibi habere domicilium in loco beneficij in oneribus: Vnde habens plura beneficia requirentia residẽtiam, dicitur habere plura domicilia, secundum eum, ibi. in. 3. conclusion. allegando. glos. in cap. Primatus. 71. distin. & in. c. quoniam. 21. quæst. 2. Et in cap. quia in tantum. de præbend. quod intelligit, quando quasi æqualiter in vtroque residet: secus tamen si in altero seruit Vicarius eius, quia tunc habet domicilium tantũ, vbi residet: & hoc etiã tenet Abb. in cap. Postulasti. de foro competen. col. 1. Imò plus dicit idẽ Felin. vbi suprà, in. 3. col. in 6. cõclu. quòd licet Clericus possit habere domiciliũ alibi, tamen principale dicitur esse in loco beneficij, pro quo refert Innocen. in. d. c. Ex ore, & alios. & idem not. ipse in d. c. postulasti. in princip. Ex quibus omnibus sic breuiter collectis, & sic

diffusius

diffusius illa prædictus Doctor scripserit, videtur, quod possit inferri ad nostrum propositū, quòd prælatus diœcesis (in qua quis habet beneficium, in quo tenetur residere, licet non
b resideat) potest punire b talem Clericum inuentū in sua diœcesi, de delicto alibi commisso, tanquàm sibi subditū ratione domicilij, quāuis nullū aliud domicilium in sua diœcesi habeat. Et in materia huius capituli. Vide Decium in c. quia in tantum. de præben. circa fin. vbi inter alia ponderat text. in c. 3. de tempo ordin. in 6. contra communem cōclusionem, & tandem in fine respondet.

A IN loco illius. Vide glo. not. in c. quia in tāntū. in verbo, plures. in fine, vbi Abb. de prębend. Archi. in cap statutū. colum. 5. Ioan. And. col. pen. & Domi. & Franc. in § cū verò, de præben. in. 6. Arch. in summa. 3. q. 6. & in c. si clericus. 11. q. 1. Specula. in tit. de accusa. §. 1. versic. Sed nunc quid sufficit. & in. § sequen. Abb. Bard. & Marian. in cap. postulasti. de foro comp. Bal. in l. omnes. in 2. not. C. de Episc. & Cleri. Anton. & Abb. in cap. cùm causam. de dolo & contuma. Cardin. in Clem. causam. §. quòd si forsan. not. 3. de elect. Fab. in §. vlt. colum pen. Inst. de pœna temere litig. Felin. in c. dilectus. in. 2. huius initij. colum. 1. de rescrip. Bertran. consil. 101. lib. 3. Bober. in sing. in cip. Forus.

6 [Potest punire.] Adde quòd hæc autoris opinio intelligenda est, quando non petitur remissio à iudice loci, vbi delictū fuit commissum, si enim peteretur: teneretur quidem prælatus diœcesis, in qua clericꝰ beneficium habet, & in quo residere tenetur, clericum petenti iudici remittere. Sicuti eam facere tenerentur ālij iudices, qui ratione originis, vel domicilij, alterius causæ in ipsum delinquentem iurisdictionem habēt. ita Ant. de Butrio. num. 10. Archi. col. penul. Felin. nū. 9. in c. n. fide foro cōp. D. Episcopus Couar. in pract. q. c. 11. num. 6. & hanc opinionē communem esse testantur eam sequuti Cep. consi. crimi. 59. versi. Primum est an de iure. Cur. Iun. in l. heres absens. §. 1. num. 5. vbi Sapia. num. 10. ff. de iurisd. omn. iud. Iul. Clar. in pract. crim. § fi. q. 38. vers. Est autem. & vide tex. in. §. si verò quis compræhensorum. in auth. vt nulli iudicum.

Grauia & plura perpetrarunt facinora.

CAPVT. XI.

1 Delicta leuia, grauia, grauiora, seu grauissima, quæ dicantur breuiter & dilucidè, per totum caput explicatur.

QVia ex qualitate delictorum in dispositione sacrorum canonum pœnæ minuuntur, vel augentur, & in his quę ad iudicis arbitrium relinquuntur, pari modo aggrauari vel moderari debent: ideò de clericorum delictis tractaturi

oportunum est, vt aperiamus, quæ leuia, grauia, grauiora, seu
1 grauissima iudicentur. Et in hoc Panormi. in cap. tuæ. de
a pœnis, scripsit, quòd leuia a dicuntur, vbi dolus non requiritur, vt quando aliquid contingit per imperitiam, vel culpam sine dolo: vel quãdo dolus interuenit circa rem modicam. Cui adde Ang. in l. non solùm. §. Si mandato. §. de iniur. & in l. leuia. ff. de accusat. ad hoc videlicet quæ dicantur crimina leuia, vel non. Et vide August. in addi. ad Angel. de Aret. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in addi. 5. in fin. quæ per glos. in c. Cùm illorum, de senten. excommunica. dicit, quòd hoc relinquitur arbitrio iudi-
b cis: b & quod secundum vulgi opinionem ista veniunt in cõsideratione. Item quòd grauia sunt in quibus exigitur dolus, & tendunt in graue præiudiciũ alterius, seu reipublicæ: & ma-
c gna pœna imponitur, e vt in furto, periurio, & similibus. Grauiora sunt publica, & quãdo non imponitur pœna mortis. Grauissima vbi imponitur pœna mortis. Pro leuibus secũdum eundem Panorm. non debet deponi clericus, nec priuari beneficio, sed poterit ad tempus suspendi, vel aliter corripi ad arbitrium superioris. Pro grauibus potest deponi. & adde Felin. in cap. At si clerici. de iudi. in princ. in colũ. pen. qui dicit, quòd quæ dicãtur crimina grauia statur arbitrio iudicis, & refert ad hoc Abb. vbi suprà. Pro grauioribus quãquãm non sint publica, poterit vltra depositionem detrudi in monasterium. Pro grauissimis, vbi de iure ciuili puniretur pœna mortis, potest deponi & dãnari ad perpetuum carcerem. Et quia qualitas cuiusque criminis latius in quolibet eorũ infra declarabitur, ista sufficiant pro commento huius particulæ.

LEuia.] Quæ dicãtur leuia, A
grauia grauissima q̃ delicta. Explicat eleganter Bar. in l. non solùm. §. si mãdato meo. num. 7. ff. de iniur. & in l. leuia. ff. de accusat. glos. in l. auxiliũ. ff. de minori. Sali. in l. 1. C. de requi. reis. Felin. in c. cum illorum. de sent. excomm. Aug. Are. in tract. malefi. in prin. col. 3. Abb. in c. tuæ. de pœn. Petrus Foller. in pract. crim. in parte audiantur excusatores. n. 49. pa. 70. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. 1. Vers. Sunt etiam. Qui scribit sereniss. imum & inuictissimum Regem, & Dominũ nostrum Philippum. II. Hispaniarum Regem, à suo supremo Senatu interrogasse, quæ essent delicta atrocia, cui Senatus respondet atrocia delicta esse sequẽtia Rebellionis læsæ maiestatis homicidij ex proposito commissi, falsæ monetæ, tertij homicidij, scilicet commissi ab eo qui alia duo commiserat, etiam si pro his condemnatus non fuisset, vulneris illati proditoriè, etiam si mors sequuta non fuerit, tertiæ tonsationis monetæ,

Responso Regij Senatus Hispaniæ declarantur, quæ crimina atrocia iudicari debeant.

monetæ, raptus virginis honestis parentibus ortæ, etiãsi copula sequuta non fuerit: vsus venereus cum sacra virgine in habitu, & intra monasterium de gente Sodomia, famosorum latronum in vijs grassatiõ, falsificatio Sigilli Principis, aut Senatus, quod responsum Regi nostro placuit.

B [Arbitrio iudicis.] Vide Bal. in c. proposuit. de appella. Feli. post alios. in cap. at si clerici. de iudi. num. 13. And. Tiraq. in repet. l. si vnquàm. in verbo, omnia. num. 31. pag. 177. C. de reuocan. dona. Bermo. Chrouer. tit. de pub. concubinar. c. de Sod. crimin. num. 30. & latiùs eod. tract. in parte fuerit dispẽsatum. numero. 1. fol. 206. & hanc opinionem communem esse fatentur eam sequuti And. Alciat. in c. cùm non ab homine. num. 28. de iudic. Villa. Hispa. in lib. commu. opin. litera. D. nu. 56. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. 1. versic. Sũt etiam. eamque sequitur vir nostra ętate in iure cõsummatissimus Iacob. Menoch. in lib. illo omni eruditione pleno, de arbit. iud. quæstio. lib. inquam. 2. centu. 3. casu. 266. num. 2.

Iacob. Meno.

Responso Regij Senatus Hispani declaratur, quæ crimina atrocia iudicari debeant.

C [Magna pœna imponitur.] Et ideò delictum tãto grauius iudicari debet, quanto pro eo grauior pœna imponitur, hæc fuit Bar. opinio in. l. leuia. circa prin. ff. de accusat. & hanc dicit communem regulam & theoricam. Socin. consil. 157. num. 5. lib. 2. & vide Barba. cõsi. 48. lib. 2. Deci. consi. 65.

Cum Laici essent sine ordinibus ministrare, ac celebrare sunt ausi.

CAPVT, XII.

1 *Clericus huius criminis reus, iudicis arbitrio est puniendus.*
2 *Ingerens se in actibus clericorum: cum non sit, est falsarius.*
3 *Clericus in ordine, quem non habet ministrans, deponendus est.*
4 *Clericus ordinatus ministrãs in alquo ordine in apparatu, irregularitatem contrahit, cum quo Papa solus dispensat.*

QVæ pœna sit imponenda laicis, missam vel aliud sacrum ministerium celebrantibus hucusque canonica iura non statuerunt: forsan enim antiqui illi patres non crediderunt tantam futuram esse aliquorum hominum temeritatem, vt tantum nefas (quale est sine ordinib⁹ missam celebrare) committerent, & si iam hodie dignum esset hoc speciali sanctione punire, cum temporibus istis hoc aliquando accidisse comperimus.

a Cum ergo casus acciderit, hoc arbitrio iudicis puniendum videtur, in quo oportebit considerare ea, quæ in arbitrarijs inferius suo loco considerãda describim⁹. Bald. tamẽ in l. Qui sub prętextu. C. de sacrosanct. Eccl. notat, quòd dicẽs se clericũ, & ingerens se actibus clericorũ, cũ nõ sit, est falsari⁹, quem refert Felin. in cap. Tertio loco, de probat. in prin. vide etiã Felin. in procemio decre. in nu. 37. vbi dicit q⁹ mentiẽs se clericũ punitur arbitrio

a

2

iudicis, & vltra hoc faciens actus clericales punitur pœna falsi. b Et vide Præpos. in cap. 3 Quod interrogasti. 27 distinct. Clericus autem ministrans in ordine quem non habet, depo- c nendus est, c & amplius non ordinãdus. Tex. in c. 1. de cler. non ordin. minist. qui sic sumatur. Diaconus missam celebrans ad sacerdotium non potest promoueri, à diaconatu suspenditur biennio, vel trien- 4 nio. vt in cap. 2. eodem tit. Clericus præterea qui cum nõ esset ordinatus ministrauit in aliquo ordine in apparatu incurrit irregularitatẽ, cum quo solus Papa dispensat: tenet Lapus in allegatione. 29. incipi. An dispenset, referendo Calderi. in c. Si celebrat, de cle. excom. Idem tenent Hostien. & Gofre. vt ad maiores ordines ascendat, sed in susceptis dispẽsat Episcopus, vt notant Angel. in summa, in §. 38 incip. duodecimo incurritur, in verb. irregularitas, & Siluester in eod. verbo, in §. duodecimo quæritur.

Factum memorabile. A COmperimus,] Id sanè cõtingit in hac celeberrima totius Archiepiscopatus Toletan. Complutensi curia quidã ciuitatis de Baeça (de quo ipse oculatus sum testis) anno Domini 1569. cum laycus esset, nec aliquo ordine sacro esset insignitus, duas missas celebrauit, alteram in religiosissimo Diui Bernardi collegio, alterã verò in pijssimo collegio societatis Iesu: sed quia demẽtia laborabat, & ob iustas alias causas, pœna detrusionis perpetuæ in monasterium fuit punitus à Licenciato Martino Lopez de Salas, tunc dictæ curiæ vicario generali integerrimo & incorruptissimo, à quo ipse tãquam huius Complutensis Academię Cancelario, Doctorali laurea sacrorum Canonum (licet immeritus) fui insignitus, anno Domini. 1570. die vero. 6. mẽsis Iulij. Et nisi me mea fallit sententia existimo præclaros, & omni laude dignissimos hæreticæ prauitatis censores, posse ad tãti criminis punitionem procedere, reumque tanquam malè sentientem de sacramento ordinis, condignis pœnis punire.

[Pœna falsi,] Adde expressam Regiam l. 2. tit. fin. 7. par. vbi Grego. Lopez. [Deponẽdus,] Vide Autorem in regul. & fallen. reg. 357. & doctum & diligentissimum Ioann. Gracian. in reg. & fallen. reg. 61. Hostiẽ. in summa. tit. de cleri. nõ ordi. minist. §. qualiter, & Regiam. l. 29. tit. 6. part. 1. & hoc sex modis limitat Silu. in summa in verb. irregularitas. ver. Duodecimò, Angel. in sum. de verbo. q. 38. & Nauarr. in manuali. c. 27. nu. 242. Imò si nondum sacerdos ausus fuerit missam celebrare curiæ sæculari tradendus est, vt statuit Felicis recordationis, Paulus III. vt refert Iudit. inquisito. die. 17. Feb. ann. 1559. decret. 7. & die. 20. Maij, ann. 1559. & Simon Maiol.

Maiol. de irregul. lib. 4. c. 13. num. 1. qui pro totius cap. huius materia legendus est.

Excommunicati.

CAPVT, XIII.

1 *Clericus excommunicatus ordinem recipiens illo ordine est deponendus, cum quo tantum solus Papa dispensat.*

2 *Episcopus quãdo cum irregulari possit dispensare.*

3 *Pœna huius capitis afficitur clericus, qui cùm esset suspensus vel interdictus, sacris ordinibus fuit insignitus.*

1 POEna clerici sæcularis recipientis ordinẽ, dum existit in excommunicatione, est quòd deponatur ab illo ordine. Not. Abb. ex tex. ibi in cap. Cum illorũ. in. 2. nota. de sentẽ. excom. cum quo solus Papa dispensat, vt ibi. Quod procedit, etiam si ab excommunicatione, qua erat ligatus, poterat ab aliquo inferiori citra Papam absolui, vt cõcludit Abb. post Ioan. And. vbi suprà, ex ratione, quia fuit effectus irregularis, & cum irregularibus
a solus Papa dispensat. a Et idem voluit Ang. licet Abb. non referat, in sua summa, in verbo, irregularitas. in §. 22. inci. Se-
2 cundò contrahitur, & Siluest. in eodem verbo, in ver. Secundo quæritur. Hostien. verò in sua summa. ti. de cleric. excom. minist. dicit, quod videtur sibi, quòd quando excommunicatus ab ordinario incurrit irregularitatem, quia sententiam eius violauit, posset ordinarius secum dispensare: dicit tamen quòd consuetudo refragatur. Et aduerte quòd idẽ est in cle-
3 rico, qui suspensus vel interdictus ordines recepit, vt firmant Angel. & Sylvest. vbi suprà, referendo Rai.

Dispẽsat.] Adde quod prę- A sertim hoc procedit, si detur in recipiente certa scientia, vt in cap. 1. de ordin. ab Epis. qui renun. Episco. vbi idẽ constat, si crassa vel supina daretur ignorantia. vt in cap. illorum. de sentẽ. excom. Quòd si quis probabili affectus ignorantia, vel excommunicatus, vel ab excommunicato sacris fuerit ordinibus insignitus ab Episcopo proprio, qui in eo actu minime deliquerit dispẽsationẽ poterit obtinere. vt in cap. vlt. de ordin. ab Episc. qui renun. vbi omnes Doctores not. traditur etiam à Doctoribus in d. c. cum illorũ. Quamuis huic vltimę opinioni, refragetur Inno. qui in c. 1. de schismat. scribit collationem ordinis factã ab excommunicato, vel excõmunicato, probabili tamẽ ignorantia excommunicationis, ita firmã esse, vt absque aliqua dispensatione, eius executio permissa sit: quam opinionem tenuit Hugo doctor antiquitatis venerandæ, si credimus glo. quæ illum refert in cap. ab excommunicatis. 9. q. 1. Collect. in cap. vlt. de ord. ab Episc. Abb. num. 46. in. c. veritatis. de dolo & contu. idem in cap. ad pro- *Alphõ.* bandum. vbi Felin. col. pen. de *sus à* re iudic. Alphonsus à Castro *Castro.*

Zamorēsis, acris & subtilis ingenij, & diuini verbi orator celeberrimus. in lib. 2. de potest. leg. pœna. c. 15. Quam opinionem falsam esse censeo, & iuris esse apertissimi existimo, dispensationem semper necessariam esse, siue adsit scientia, siue probabilis ignorantia. Sequor equidem in hoc glo. in dict. c. ab excōmunicatis. & in c. 1. de chisma. & in. c. 2. de ordin. ab Episc. & in cap. si qui à simoniacis. 1. q. 1. quā communē esse sententiā fatetur Abb. in dict. c. veritatis. num. 46. D. Episcopus Couar. in c. alma. mat. 1. par. relect. §. 6. num. 6. de senten. excom. li. 6. & est tutior opinio secundū Anani. in d. c. 1 de schisma. num. 2. Selua. de benefic. 2. par. q. 11. col. 3.

Hodie verò siue detur scientia siue ignorantia Episcopus iure poterit in hac irregularitate dispensare. ex Sacro Concilio Triden. sessione. 24. c. 6. vbi Episcopis noua conceditur facultas dispēsandi, super quacunque irregularitate descendente ex quocūque delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Erit equidem in proposito casu occultum delictū, si excommunicatio occulta est, licet celebratio ipsa publica sit. arg. text. in l. in delictis. §. si extraneus. ff. denoxali. nam quamuis actus celebrandi publicus sit, eius verò malitia, quæ ex excommunicatione emanat occulta est, ita in sacræ pœnitentiariæ summo Prætorio diffinitum esse testatur, vir egregius Martinus Nauar. in manu. cōfesso. c. 27. num. 241.

Illegitimi.

CAPVT. XIIII.

1 *Filij illegitimi apud Ethnicos honoribus, & dignitatibus indigni iudicabantur.*

2 *Illegitimus non potest sacris ordinibus insigniri.*

3 *Si tamen de facto fuerit ordinatus, licet recipiat characterem, ordinis tamen executione caret.*

4 *Celebrans verò non obtenta dispensatione irregularis non est.*

VT ab illicita copula retraherētur, scque iustis nuptijs alligarent homines, ex quibus prolem legitimam susciperent, meritò etiam apud Ethnicos sancitum ac obseruatum est, vt filij illigitimè nati quātumcunque sine sua culpa labē ipsam cōtraxissent, honoribus & dignitatibus indigni iudicarentur. a Quod nempe & si cōsideratione prędicta, vt sic fiat, non reputetur iniquum, licet filijs ipsis (quibus natura negauit ortum suum eligere posse) crudele quodammodo ac durū videatur. Cum illis tamen illegitimè natis viris, qui propria virtute ac bonis actibus paternam culpam in se ipsis abstergunt, pluresque legitimè natos moribus ac meritis antecellūt, b ac reipublicæ seipsos reddūt vtiliores, talis iuris asperitas liberaliter & sine pecuniarū exactione temperanda esset, vt sicut parentes ab illicita copula retrahit (si forsan retrahit) filiorū damnū futurū, sic iā natos contra leges filios, spes reçuperandi

rãdi honores, ad virtutẽ sequẽdam impellat. Iustũ est enim, vt quos aliena culpa honore destituit, propria virtus, & si pauperrima sit (vt ferè semper esse solet) ad honores restituat. Quid enim crudelius, aut iniustius quã quod naturalis quidã parentũ excessus, virtute sola, quantũuis clara filiorum, in pauperibus reparari nõ valeat, in diuitibus tamẽ, qui patrum suorũ reatui plura propria addiderunt scelera, hoc facillimè deleat sola præstatio pecuniæ?

2 Prædicta igitur cõsideratione, etiã sacri canones, quibus maxima cura est sancto fauere instituto matrimonij, ac sic illicita punire connubia, illegitimos quosq; à clericali tonsura, cæterisque Ecclesiasticis ordi- c nibus arcet, prohibetq; e vt in cap. 1. de fil. presbyt. Et in c. 1. & 2. 56. dist. & hoc per sex rationes, quas describit Præpo. in d. c 2. licet Hostien. in summa. 3 de fil. presbyt. in §. quæ est causa. solùm tres scripserit. Si quis autẽ illegitimè natus promotus fuerit, licet recipiat characterem, nõ habet tamẽ executionem ordinis. probat tex. in cap. fin. 56. distin. Ex quo notãt ibi Domini. & Præpo quòd licet illegitimitas nõ inficiat habitum ordinis, sed executionẽ: sed talis ordinatus recipit cha- 4 racterẽ. Et aduerte quòd tales illegitimi ordinati non incurrunt nouam irregularitatem, d si ante obtentam dispẽsatio- c nem e celebrant, vt notat Nicolaus Plouius in tractatu de irregularitate, in 40. regula, referendo Guliel. & Archidi, & hoc dicit seruare curiam.

[Ndigni iudicãtur.] Adde la- A tissimè And. Tiraq. virũ sanè variæ & indefessę lectionis, & de vtroque iure bene meritissimũ, nec pro meritis satis laudatum in tract. de nob. c. 15. num. 10. cum sequen. Gab. Paleotum Cardi. in tract. de not. & supr. c. 55. & vide Regiã. l. 2. tit. 13. par. 4. & l. 3. tit. 15. ead. part. & ibi multis nominibus magnus Gregor. in verbo, Dignidades y honras. Alber. Troti. lib. 2. devero & perfecto cleri. cap. 1. & 2.

Andr. Tiraq.

Greg. Lopez.

[Antecellũt.] Quæ sanè in B locis iam citatis, longa manu traduntur in filiorum illegitimorum execrationem minimè intelligas de his, qui virtutum suarum splendore natalium tenebras effuderunt, eos enim apud bonos & probos viros, nec vllo contemptui esse nec legitimis inferiores iudicari censet Hyppol. sing. 273. & vt bene inquit Sophocles:

Legitima est natura viris, quibus obtima mens est.

Imò sæpissimè, vt in hoc loco inquit autor, legitimè natos antecellunt. Hinc Statius.

Vidi ego transfertos, alieno in robore ramos,
Altius ire suis.

Et Euripides præclarè inquit:

Ex nobis spurios nasci, non turpe putandum est.
Fat namque ingenio valeãt fac moribus, ipsum.

Haud vnquàm poterit, naturam inuertere nomen.

Et plures viros præclaros, qui illegitimi fuerunt, commemorat Doctissimus pariterque Illustrissimus Card. Palæ. in. d. tracta. ad finem, & fuerunt, & nostra tempestate sunt multi viri clarissimi, qui natalium defectum passi sunt, inter quos non infimum locum obtinet, noster D. Episcopus Bernardus Diaz de Luco, qui vt compertum habui multorum integræ fidei testimonio, illegitimus fuit: quod præter alios testatur D. Episcopus Ioan. à Rojas in tractat. de succes. ab intesta. c. 15. num. 19.

Card. Palæ.

Ioann. Bernardus fuit illegitimus.

[Prohibẽtque.] Adde quod Deus Opti. Maximus prohibitionem hanc induxit Deuter. c. 23. vbi scribitur, [Non ingredietur Manzer (hoc est) de scorto natus in Ecclesia Domini vsque ad decimam generationẽ.] tex. in cap. innotuit. de elect. c. per venerabilem, qui filij sint. leg. Sed hoc in cap. nisi cũ pridem. de renun. declaratur, quod illis qui paterna vitia nõ sequuntur, possunt suffragari virtutes, quæ sunt mum Fia sulem Romanum inducent, vt cũ eis dispensetur, si morum honestas eos commẽdabiles reddat. tex. in cap. presbyterorum. 56. dist. nam vndecunque homines nascantur, si parentum vitia non sequantur, honesti & salui erunt. c. vndecunque. ea distin. nullum æquidem parentis delictũ innocenti filio pœna esse debet. l. 2. §. nullum. ff. de decurion. Si contrarium diceres maximum absurdum sequeretur. Vnde Bion. Philosophus nõ minus ridiculum hoc esse affirmabat, quam si medicus quispiam ob aui aut patris morbum nepori vel filio medicamentum adhiberet. Huius verò prohibitionis ne illegitimi sacris donentur ordinibus. Plures rationes scripsit Pet. Rebuff. in benefi. præct. in part. de dispen. super defect. natali. fol. 407. & vide Regiam. l. 12. tit. 6. par. 1. vbi Greg. in verbo, [ordẽ] Et notat quod impedimẽtum de quo in hoc cap. locum obtinet, etiamsi defectus natalium sit occultus, & qui eum patiuntur pro legitimis habiti sunt, quales sunt multi, quos coniugatæ ex adulterio habuerunt, vt egregiè scribit Nauar. in manu. confessio. cap. 27. nume. 201. Filius verò matri hoc asseueranti credere non tenetur. l. 1. § si quis ab aliquo. ibi, [Si testator cũ negauerit.] vbi Bar. & Doct. not. ff. de carb. edict. l. 1. §. mulier. ibi, [Spuriũ in actis professa est.] iuncta glos. fin. ibi. ff. de proba. glo. in. l. si vicinis. C. de nup. & in. l. si posthumus. § fui. verb. probetur. ff. de lib. & posthum. Regia. l. 9. tit. 14. par. 3. vbi Gregor. & opinio hæc communis est, vt cõstat ex multis autoribus cõgestis, quia eam sequuntur à Ioan. Rojas, tracta. de succes. cap. 2. num. 28. & ita quo ad sacrorum ordinum promotionem tenet. Mart. Nauar. in loco iam allegato. Tamen (quòd

salua

salua tanti viri pace dicam) in prom.ouendo tutius esse credo, propter animæ periculum, vt ab ordine suscipiendo abstineat. In eo verò qui iam est ordinib⁹ insignitus, propria eius conscientia inspicienda est: nam si in intimo conscientiæ motu pendeat, ad credulitatem assertionis maternæ præsumens se esse illegitimum, abstinere debet à sacri ordinis ministerio, & ad cautelam dispēsationem oportet impetrare. Si verò internus conscientiæ motus, ad credulitatem non pendeat, sed potiùs firmissimē credat, se legitimum esse, nec abstinere tenetur, nec dispensationem impetrare ex Abb. sententia in.c. 1.de fil. prob. & hæc est communis summistarum sentētia, vt fatetur Simon Maio. de irreg.li.1.c.7.num.3. Hinc illud mihi dubium est, quòd scribit vir doctissimus Alphōs.à Cast. li.2.de potest leg. pœna.c.vlt. 3.concl. asseuerās, filium presbyteri ex coniugata, ita occultē genitum, vt nō possit aliunde probari, quam per parentū assertionem promoueri posse. Cuius contrarium tenet Anto. in.c.1. de fil. presb. & de hoc dubitat Coua.in Clem.si furiosus.2.par.§.3.nu.4.de homicidio. Sequitur tamen Anto.Nauar.in manuali.c.27.nu.193.

Notabis tamen vtiliter non esse Episcopis permissam dispensationem, vt qui defectum natalium patitur, ad sacros ordines possit aspirare, etiā hodie autoritate Sacrosancti Concil. Trid. sess.24. c. 6. Nam quāuis nouissima illa constitutione, detur Episcopis facultas dispēsandi in omni irregularitate, descendente ex delicto occulto, non deducta in iudicium, excepta ea quæ prouenit ex homicidio volūtario, exceptis aliis deductis ad forum contētiosum, in hac vero huius capitis irregularitate, quæ aliunde, & non ex proprio delicto oritur, dispensandi facultas concessa non est, quod non vulgariter notari debet, pro illius decreti interpretatione. Ita tenet insignis Mar.Nauarr.in manu. confes.cap.27.11.194.

Si tamen illegitimus quispiā monasticam profiteatur disciplinam vitam suam dicitur innouasse, & eo ipso, quibuscunque sacris ordinibus potest insigniri.tex.in.c.156. distin. & in cap.1.de filijs presbyte.glos. in sum.56.dist. Regia.l.12. tit. 6.par.1.ibi. *Pero aun ay otra razon, porque puede recebir estas ordenes sobredichas el que no fuesse legitimo. Esto seria si entrasse en orden de religion primeramente.* Tradit Bal.in.l.1.in lectura. n. 5.C.de Sacrosan Eccles. Rom. in Auth.si mulier. 7. priuileg. C.ad.l.Fal.Feli.in cap.testimonium.num.31.de testib.Hypp. sing.273. & in rub.ff. de. fideiusso. & in sing.501.Anton.de Rosel.de legit.lib.3.in fine.vbi id limitat. procedere tātum in filio naturali, non verò in spurio, quod falsum est & merito eum reprehendit Ioan. Rojas in tract.de succes.c.23. nume.

109. Quod notandũ est ad interpretationem. text. in c. dilectus. de filijs presby. & in cap. 1. eot. tit. in. 6. Aboletur sanè omnis illicita macula per religionis ingressum, vt in auth. de monachis. in prin. c. non liceat. 19. q. 3. quod tantum quo ad ordines sacros intelligendũ est, quoad dignitates & grauiora munera is qui Spurius natus est, promoueri nullo modo potest, absque Summi Præsulis indulgentia glo. not. in c. fin. de filijs presbyt. Abb. in c. 1. in fin. eo. tit. Felin. in cap. meminimus. not. 6. de accusat.

Nimis tamen inter Doctores controuersum est, vtrũ ingressus religionis operetur legitimationẽ, quoad successionem bonorũ parentũ. Siquidẽ Guil. de Cęno. qui huius quæstionis fuit antesignatus, in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccle. in ea fuit sententia, vt cẽseret filium illegitimũ monasticam vitam professum, posse succedere in bonis parẽtis. Idẽ sequitur Bal. in d. l. 1. in lect. col. 5. Feli. in c. cũ de putati. de iud. col. 2. Rom. in Auth. si mulier. C. ad leg. Falc. 7. Speci. Alex. Romam. & Archid. colum. 2. in l. necessarijs. ff. de acquiren. hæred. Barba. in c. quia nos. de testamen. col. 1. Iaſ. in l. 1. nume. 30. C. quand. non peten. part. Anto. de Rosc. in tracta. de legitim. ad finem. in qua fluctuat Roderic. Suar. allegat. 25. ita vt in casu, de quo fuit irrogatus consuluit concordiã faciendam esse, tandem religionis fauore. Guli. sequitur, & de ea nimis dubitat Gregor. Lup. in dict. l. 12. in verbo, *en ordẽ*. & tueri eam conatur duobus casibus. Primò, quando filius est naturalis non spurius. Secundò, quando parentis cõsensu religioni offertur tãdem in fine illius glo. dicit valde dubiam esse quæstionem hãc, & quod in practica vix reciperetur. Guil. opinio eam verò communẽ esse testatur insignis Couartu. in. 4. decret. 2. par. capite octauo. §. 7. in fine. Quæ ea solum ratione innitur, quia sicut filius naturalis patris cõsensu Curiæ Principis oblatus, fit legitimus ipsi offerenti, etiam si filios legitimos habeat. l. 3. C. de naturalibus. & in Authentic. quibus modis natur. effic. sui. §. 1. 2. & 3. Reg. l. 5. tit. 15. part. 4. multo magis per oblationem curiæ cælesti. Sed propter id quod hæc legitimatio ab aula iam recessit, teste Ang. conſ. 17. & in dict. authẽtic. § quod verò. Rosel. de legit. ca. fina. Oblatus equidem Curiæ Cæsaris, ideò legitimus fiebat quod præsumebatur à Cæsare ipso legitimus fieri, quod non conuenit oblationi Curiæ cælesti: & ideò contrariam sententiam tenet Fab. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. Præpositus in c. tanta. colum. 2. qui filij sint legiti. Flor. in 3. part. tit. 1. capite. 27. §. 2. Couar. d. §. 7. Et hæc opinio verior est, & Forẽsi vsu recepta.

ordines promoueri.

Sed huic loco accommodatissimum illud non omittam, an expositus cuius parentes adeò *Expositus an possit ad*

ordines promoueri.

deò latent, vt prorsus incertum sit, an legitimis cõceptus sit nuptijs, possit ad sacros ordines promoueri. Qua in re dubius & anceps est Anchar. in ca. 1. de infan. exposi. cuius dubitationis ratio est, quia nemo legitimus præsumitur, & qui se legitimum dicit probare debet. Ang. per illum tex. in l. liberorum. ff. de his qui not. infam. Deci. cons. 54. Iaſ. in l. nec professio. C. de test. idem consil. 102. vol. 4. And. Alcia. de præsu. reg. 3. præsu. 1. num. 12. D. Couar. in 4. Decretali. 2. par. cap. 8. §. 3. num. 1. Et opinionẽ hanc nouissimè sequitur Doctissimus & diligẽtissimus Simon Maiolus Episcopus Vulturarien. de irregula. lib. 1. cap. 11. num. 1. vbi plures viros egregios commemorat, qui expositi fuerunt. Contrariam tamen sententiam tenet Anani. in dict. cap. 1. de infan. exposi. nũ. 11. vbi concludit nullã dispensationem necessariam esse, vt expositus possit promoueri. Sequitur Bermond. Cho. in tract. de publ. cõcubina. in verbo, qui etiam filias. nu. 90. col. 363. quam opinionẽ communem esse testatur eruditissimus Cardi. Paleo. in d. tract. c. 63. nu. 3. Nam vt ipse, c. 20. eiusdẽ tractatus probare contendit à supradicta sentẽtia recedẽs vnusquisque legitimis natalibus ortus præsumitur, quod latius apud eum legendum erit. Sed quod ad nostram spectat propositam cõtrouersiam. D. Præsul. Couar. in Clem. si furiosus. 1. par. relect. in prin. num. 9. de homi. à cõmuni opinione videtur recedere, ea innixus ratione, quod non soleant filij ex legitimo nati matrimonio exponi, sed potiùs qui ex furtiuis & illicitis fornicationibus cõgressibusq; nascuntur. Sed hæc ratio concludens nõ est. Siquidem veterũ exemplis constat multos, filios exposuisse: qui tamẽ ex matrimonio nati sunt, vt de Semirami. Paride, Cyro, & de alijs pluribus, historię testãtur. Nos equidẽ quotidiano vsu id experimur, quam plurimos rei familiaris inopia oppressos, qui cũ liberis suis alimenta nõ possint suppeditare, solere eos exponere, ea potius spe, vt cõmodius ab alijs educantur, quã quod paterna erga illos pietate sint destituti. Opinio tamẽ dicti Domini Episcopi summè mihi placet, qui cẽset expositos ad Ecclesiasticos ordines nõ esse promouendos absque dispensatione, quod si promoti fuerint, ordinum vsu prohibẽdi nõ sunt, propter cõmunis sententiæ autoritatem, quamuis indistinctè communem sententiam sequatur, vir nostro sæculo in iure consummatissimus, & perspicacis & acris ingenij. Iacobus Menoch. de arbit. iud. quæst. lib. 2. cen. 4. casu. 396. *Iacob. Meno.*

[Irregularitatẽ.] Vide Abb. D in c. si celebrat. de cler. ex com. minist. Gonsal. à Villadiego de irregu. c. de susp. col. 1. Petrum Rebuff. in pract. benefic. in parte de dispen. super defectu natali.

Expositus an possit ad

natali. numer. 13. quã opinionem communem esse fatetur D. Episcop. Couar. in Clemen. si furiosus. § 1. numer. 3. de homi. Petrus Rauen. in Alpha. aureo. fol. 186 colum. 2. Marti. Nauar. probitatis & eruditionis vnicum exemplar in cap. si quando. exceptione. 11. de rescrip.

E [Dispensationẽ.] Vide multa de hac illegitimorum dispẽsatione, tam circa ordines, quã beneficia, quæ scribit Alber. Trot. lib. 2. de vero & perfecto cleri. c. 2. per totum.

Rebaptizati.

CAPVT, XV.

1 Rebaptizatus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.

2 Si tamen de facto fuerit ordinatus, qua pœna puniatur.

1 a REbaptizati in tãtum odio habentur ab Ecclesia, a vt qui non ignari rebaptizantur, dicuntur quasi iterùm crucifigere Christum, vt in cap. Qui bis. de cõsec. distinct. 4. & ideò b non sunt ordinandi b ad clericatum, vt in capit. confirmandum. 50. distin. & habetur in Concilio Carthag. Quinto, Can. 11. quod adeò est verum, quod dicit text. in dict. cap. Qui bis. quod etiam si ignorãc ter c rebaptizati fuerint ordinari non possunt. vbi glos. hoc intelligit de ignorantia iuris, quæ non excusat, non autẽ de ignorantia facti: quia talis rebaptizatio non impediret pro2 motionem. Qui autem ex rebaptizatis ad sacerdotij gradũ indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. Ita disponit Concilium Toletanum. 4. de quo in cap. fi. 51. distinct. quamuis ille tex. non intelligatur de ordinatione ad sacerdotium, sed ad Episcopatum, secundũ Archi. ibi, quem vide notãtem, quòd tales sciẽter rebaptizati censentur perpetuò irregulares, qui respondet ad argumentum, quod potest obiici, qualiter actus, qui non habet effectum, sicut rebaptizatio inducat irregularitatem, & vide glo. in dict. capit. Qui bis.

A ECclesia.] Quæ non semel diffiniuit, Sacramentum baptismi, non esse repetẽdum, nec iterandum, quemadmodũ Diuus Augustinus libr. de vnico Baptismo, & aduersus Donatistas docet. Et in libro de vera & falsa pœnitentia, capit. 3. Paulus sanè ad Hebræos, capite sexto, contra quosdam rebaptizari volentes ait: [Rursus crucifigentes sibimetipsis filiũ Dei.] Et iterum ad Ephesios capite quarto ait: [Vna fides, vnum baptisma.] Est æquidem à Catholica disciplina alienum rebaptizari, vt ostendit Clemẽs Papa Sextus, capit. 15. Constitutionum Apostolicarum Act. inter cætera. [Eodẽ modo cõtenti sint vno solo Baptismo, qui in Domini mortem traditur, non ministerio abominandorum hæreticorum, sed probatur Sacerdotem in nomine Patris,

Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c.] Et paucis verbis interpositis subdit: [verùtamen initiatos iterum baptizare tētantes, Crucifigunt Dominum, & iterum eum interimunt: deridēt diuina, eludunt sancta: insultant spiritui, sanguinē sanctum veluti communem contemnunt, &c.] Idem docet Damascenus libro quarto, de fide orthodoxa, capit. primo. Leo Papa ad Rusticum Episcopum, Epistol. 70. capit. si nullo. de cōsecratio distinct. 4. D. Thom. in 3. par. q. 66. artic. 9. idem tenēt Theologi omnes in 4. sent. distin. 6. Alphon. à Castro, libro. 2. de hæresi. c. de Baptismo hæresi. 5. Quod nouissimè hodie Sacrosanctum Concilium Tridentinum docuit sessione. 7. c. 11. [Si quis (inquit) dixerit verum & rite collatum Baptismum, iterandum esse, illi qui apud infideles fidem Christi negauerit, cum ad pœnitētiam conuertitur, anathema sit.] Et sessio. 14. cap. 2. & tradiderunt latissimè Ioan. Fab. & alij Catholici viri, qui ætate nostra, aduersus Anabaptistas Germanos scripserūt, qui quidē multis magnisque testimonijs impiā hæresim illorū improbant.

B [Ordinandi.] Adde Alber. Trot. lib. 2. de vero & perfecto cleri. c. 14. requisi. 9. & Regiā. l. 9 tit. 6. par. 1. Et ista irregularitatis labe afficitur, is qui ministrauit hoc Baptismi Sacramētum, sciens iterum illud repetēs. 2. c. de apost. l. 1. C. ne sanct. Baptis. reite. & his mirē suffragatur canon. 47. ex Concilio Lugdu. apud Burchard. libr. 4. decre. 56. [Episcopus inquit, aut presbyter, si eum qui secūdum veritatē habuerit, Baptisma denuò baptizauerit, aut si pollutum, ab impijs & non rectè baptizatū, non baptizauerit, deponatur, tanquam deridens crucem & mortem Domini.] Hactenus canon.

Et non solùm à principio rebaptizatus irregularitatem cōtrahit, sed etiam postquā scieret ratam habuerit rebaptizationem, in se factam. ita tenet Syluest. in summa. in verb. irregularitas. q. 4. Tab. in verbo, dispensatio. num. 13. versic. 14. Imò & si quis metu etiam cadenti in constantem virū compulsus rebaptizatus fuerit irregularis efficitur. cap. eos, quos. vbi glo. de consecratio. dist. 4. Syluest. in verbo, irregularitas. dict. quæst. 4. At non ita erit, si per vim coactiuam, vt narratur de quodam Episcopo, cui nomen impositum fuit, habet Deum, quem Arriani ligatis manibus & pedibus inuitum rebaptizarūt, nō æquidem illi dicta rebaptizatio nocuit, vt elegāter scribit Victor Episcopus Vitensis de persecut. Vandal. libro. 3. qui contrarium tenentes merito reprehendit, sequitur Simon Maiolus de irregul. libro tertio, capit. 14. Efficiuntur etiam similiter irregulares, qui rebaptizanti ministrant Acoliti, Subdiaconi, vel Diaconi officio fungentes. tex. in dicto capit. 2. de aposta. glos. in. l. 1.

in.l. 1.C. ne sanct. baptism. Pari etiam ratione idem dicendū videtur, de compatribus scientibus: sunt equidem isti rebaptizationis participes. cap. vos autem. de consecrat. distinct. 4 & tenet expresse Maiolus dict. capit. 14. numero sexto. Istorū autem omnium dispensatio ad solum Romanum Pontificem spectat, qui vix illos dispensabit, vt religionem ingrediātur. text. in dict. capit. secundo, de aposta. Tabi. in verbo, dispensatio. nu. 13. ver. 14.

A qua quidem irregularitate immunis erit, qui hac interposita conditione baptizauerit dicēs, si est baptizatus &c. nam cùm conditio vel de præsenti, vel de futuro, & talis falsa, faciat cessare actū. l. cùm ad præsens. ff. de rebus dubijs. & ex interpositione huius conditionis manifestè constat, istū noluisse iterare Baptismum, & actus agentium non operatur vltra eorum intentionem. l. nō omnis. ff. eo. ita sing. tenet Martin. Nauarr. in manu confessor. capit. 27. nu. 246. licet assequeret istum à mortali crimine, minimè excusari, qui nō adhibita debita diligentia id fecerit. Eum tamen censet in vtroque foro irregularem non esse: sed labitur in hoc vir egregius, solum sanè inculpabilis ignorantia, ab irregularitatis labe hoc casu excusare potest. capit. 2. de baptis. & ita tenet Domi. Soto in 4. sentē. distinct. 3. quæst. 1. artic. 9. quā esse verā & communem opinionē contra Nauar. testatur. F. Anton. Cordoua, in suis quæstionibus vernacula sermone æditis. q. 37. Nam licet verissimum sit, quod si legitimus processit baptismus, nihil secundum eum cōditionale ministerium operetur. hoc tamē à notabili culpa clericum immunem minimè reddit, qui in re tam graui supinè nimis se gessit. Propter quam culpam sacris canonibus irregularitatis pœna iustissimè fuit statuta. Nec aliquid dicta clausula operatur, quia adhibēda non est, nisi quando est magnum dubium, an quis fuerit baptizatus vt scribit Sylvest. in tractat. de strigima. lib. 3. capit. vlti. in fine. Propterea Sacerdos sciens puerum necessitatis causa fuisse domi baptizatum, si ille postea deferatur ad Ecclesiam, vt ritus solennes seruentur: non potest cum eadē clausula eum baptizare, aliàs efficeretur irregularis, vt expressim traditur in Catheciſmo Sanctissimi Pij Quinti Pontificis Maximi, in tracta. de baptis. cap. de fructibus baptismi in fine.

Egreg. Martī. Nauarri opinio confutatur.

C

Quæstionis etiam est, vtrùm is qui bis Sacramentum Confirmationis susceperit, vel contulerit, hac irregularitatis labe notetur. Qua proposita quæstione, glos. in cap. dictum. de consecration. dicti. 5. censet irregularitatem contrahi, quàm sequitur Archid. in capit. primo. 68. distin. Albert. Trot. de vero & perfecto cleric. libro secūdo, cap. 14. requisi. 9. in princip. Ioā. Maior. in. 4. sent. dist. 7. qui om-

Qui bis Sacramentū confirmationis susceperit, vel contulerit, an sit irregularis.

qui omnes id probari censent in dict. capit. dictum, quo loco apertissima est decisio, Sacramentum Baptismi & Confirmationis iterari prohibēs, pœnam debitam transgressoribus imponens: vnde cum ibi æqualiter iterari prohibeātur, Baptismatis & Confirmationis Sacramentum, mirum non est, si quo ad irregularitatem eadem fiat æquiparatio. Idque Regia lex Partitarum comprobat, lex inquam. 20. titulo sexto. part. 1. qua diffinitum stat, eum qui bis Sacramentum Confirmationis susceperit, irregularē esse, si scienter id fecerit. Contraria tamē sententia placuit Scoto, qui in dicta distinctione. 7. quæst. 5. existimat non esse illū irregularem, qui bis etiā scienter Sacramētum Confirmationis susceperit, aut contulerit: cum id iure Pontificio expressum non sit, & irregularitas nullo casu constituenda est, nisi expressa reperiatur. cap. is qui. de sentent. excommunicat. lib. 6. quem Fran. ibi sing. esse fatetur. idem in c. dilectus. col. 4. de appellation. Bertachi. in tract. de Episcop. cap. vltim. num. 8. Nam cùm hoc irregularitatis vitium iure tantū humano Pontificio inductum sit ex Inno. sententia. in cap. nisi cùm pridem. colum. 3. de renun. vbi Anton. nume. 19. & Doctores. Imo. in Clem. si furiosus. de homi. Palud. in. 4. sent. dist. 25. q. 3. Flore. in 3. par. tit. 28. c. 2. §. 6. quam opinionē communem esse fatentur eam sequuti Villadi. de irregula. in princip. Syl. in summa. in verbo, irregular. in fine. Couar. in. d. Clemē. si furiosus. in. 1. part. in prin. num. 2. ex hoc manifestē sequitur, nunquàm vitium hoc contingere, nisi codē iure expressum reperiatur. Et supradictam Scoti opinionem, sequitur Palud. in. 4. senten. dist. 7. quæst 2. colum. 1. Alphon. à Castro, lib. 2. de potest. leg. pœna. capit. 7. docum. 3. versic. ex ratione. Cardi. à Turrecremata. in. d. c. dictum. ad finē. Couar. in. d. prin. n. 8. quam opinionē communē esse fatetur D. Mar. Nauar. in Manuali confess. c. 27. Et hæc vltima opinio summè mihi placet: nam nihil vrget inductio. text. in. d. c. dictū, qualicet ibi Sacramentū Baptismi, & Confirmationis, iterari prohibeantur: non tamen inde sequitur, quòd eadē pœna imponatur cōfirmationem iteranti, quæ Baptismum repetenti infligitur, & licet doctissimi viri, qui in Partitarum legibus condendis interfuerūt, priorē probauerint, in hac tamen irregularitatis materia Sacri Iuris Pontificij Sanctionibus standum erit. Et licet de iure hoc verissimum videatur, consuetudo tamen contrariam amplexa est sentētiam, cui stari debet, vt asseuerat Nauarr. vbi paulò antè allegaui (cuius autoritate salua, si mihi casus occurreret, non auderem ab Scoti, & aliorum communi, & verissima opinione recedere, cùm hæc irregularitatis materia gra uissima

Qui bis Sacramentū confirmationis susceperit, vel contulerit, an sit irregularis.

uissima, & pœnalis sit, & ideò non solùm iura extendēda nō sunt, sed strictissimè interpretanda, vt vulgatissimis iuribus cautum est.

C [Ignoranter.] Vide Cardi. à Turre cre. in c. qui bis. de cōsecra. dist. 4. quo loco num. 7. probat rebaptizatum, aut rebaptizantem, ex iusta ignorātia irregularem non esse. eandē sententiam sequi videtur Henri. in cap. 2. de apost. Scotus in 4. senten. distin. 6 & hāc sequitur Illustrissimus Couar. in loco iam allegato. nu. 8. qui eam probabiliorem dicit text. autoritate in d. c. 2. de aposta. Soto in. 4. senten. dist. 6. q. 8. Martin. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 246. F. Antonius Cordoua, in summ. casuum cōscietiæ quæstionem. 37. Nec refragatur text. in dict. capit. qui bis. quia responsio illa non est Summi Romani Præsidis, nec generalis, nec prouincialis cōcilij, nec facta fuit ab aliquo, qui legis condendæ autoritatē haberet. Iure tamen interpretari potest, vt procedat, quādo rebaptizatus ignoranter, post scientiam ratam habet Sacramenti reiterationem. Ita tenet Floren. in. 3. par. tit. 28. cap. 6. §. 3. quæ interpretatio mera diuinatio est, & ea ratione longè repellenda, vel intelligi potest, quando crassa & supina ignorantia, quis fuerit rebaptizatus. Sed Archid. in dict. cap. qui bis. vt rem in tuto constituat, censet, quod rebaptizatus etiā iusta ignorantia, ab Episcopo dispēsationem impetret. idem sentit. Aluer. Troti. dict. c. 14. nu. 1. licet de iure absque aliqua dispensatione istum ad sacros ordines promoueri posse censeat: quod verius ipse existimo. Erit equidem in rebaptizante iusta ignorantia, vt ab irregularitate excusetur, si filios infidelium rebaptizet, nam iustè ignorare potuit eos fuisse baptizatos. text. in capit. placuit. de consecra. distin. 4. habetur in Concilio Carthaginensi, capite sexto. Idem esse censeo de infantibus expositis, sine vllo signo aut scripto attestāte, de Baptismo tenet Maiolus, dict. capit. 14. num. 4.

Tex. in ea. qui bus. de cons. distin. 4. interpretatur.

Bigami.

CAPVT XVI.

1 Bigamia octo modis contrahitur; remissiuè hic traditur.

2 Bigamus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.

3 Mirtus post adulterium vxorem carnaliter cognoscens non potest ordinari.

PRæmisso priùs quòd bigamia pluribus modis cōtrahitur, a vt per Archid. Florē. in. 3. parte. tit. 28. cap. 3. vbi octo modos illius scripsit, quos hic referre non curo, transcripsit enim illos Syluest. in sua summa, in verbo, bigamia, in princ. bigamos ordinari non posse b ex pluribus capitulis, in distin. 34. à Gratiano collectis comprobatur, præcipuè in cap. curandum. & in cap. præcipimus. & in c. si quis viduam. el. 1. cum duobus sequētibus. Si verò de facto fuerint aliqui ad sacros ordines

1 a

2 b

ordines promoti, illis priuandi sunt, quia in bigamia contra Apostolum dispensare non licet, c vt in cap. super eo. de bigamis, ex quo patet, quòd biga d mi recipiunt characterem d ordinis, quod etiam probat tex. 3 & ibi notat Præpo. ex eo in c. si quis viduam. l. distinct. Et inter alios casus bigamiæ aduerte ad vnum, quod pluries contingit, quòd si maritus adulteræ post adulterium illã cognouit, e non potest ordinari. e Ita probat text. in can. 8. Concilij Neocæsariensis in 2. edictione. & est tex. & illum sic summat Præpo. in cap. si cuius. 34. dist. Cuius ibi bonam distinctionẽ vide, videlicet quòd cognoscẽs adulteram scienter, siue ignoranter f repellitur à suscipiendis ordinib⁹: ab executione verò susceptorum non repellitur, si ignoranter cognouerit: dum tamen possit vxorem de adulterio cõuincere, & eam dimittere. Imò fortiorem affirmat sententiam, ibi Præpos. post Bart. Brixi. Ioann. de Fan. & Hostien. quòd licet maritus cognoscat adulteram ad mandatum iudicis, sibi præiudicat, g licet Inno. in cap. Inquisitioni, de senten. excommunicat. in hoc aliter distinguat.

A

COntrahitur.] De quibus modis quibus bigamia contrahitur vltra Doctores, quos hoc in loco allegat autor. vide latè S. Thom. & Theologos. in 4. sen. distin. 27. q. 3. Ioã. Mont. in tract. de irregula. bigamiæ. in prin. D. Couar. in Clem. si furiosus. in 1. par. relectiõ. §. 2. de homi. Alue. Troti. li. 2. de vero & perfect. cleric. c. 11. requi. 9. & vide Regiã. l. 5. tit. 5. par. 1. Nauar. in Manuali. c. 27. num. 195.

[Ordinati non posse.] Quæ sanè irregularitas, à veteris testamenti legibus originem habuit. Leuitici nãque scriptum est. c. 21. de Sacerdote. [Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito.] Post legẽ verò Euãgelicam, statim bigamia ab Apostolis instituta fuit, quod sacris ordinibus esset impedimento. Scribit equidẽ D. Paul. ad Tim. 3. [Oportere Episcopum irreprehensibilem esse, & vnius vxoris virum.] Quẽ locum elegantissimè pro eius singulari eruditione declarat Domi. Soto de iust. & iur. li. 7. q. 6. arti. 2. Quod in principio nascentis Ecclesiæ semper fuit obseruatũ, vt fatetur Ioã. Driedo. de liber. Christi. li. 3. c. 3. fol. 126. vers. quod vltra in argumẽto. idque patet in canonibus Apostolorum, cano. 18. Quod verò apud Ethnicos circa hoc obseruabatur. lege Aulum Gel. lib. noct. Atticar. arti. 10 c. 15. Tertullian. lib. de exhortatione ad castitatem. & in lib. 1. ad vxorem. & in lib. de monogamia. ad finem. Ludoui Cel. lib. lectio antiquar. 15. ca. 22. Primus verò qui contraxit bigamiam, fuit Lamech. vt constat Gẽesios. cap 4. quo loco idem adnotauit Nicol. de Lira, &

B

Tertul. in dict. lib. de exhortatione. ad castitatē refert ex nostris Couar. in d. § 2. num. 1.

C [Dispensare non licet.] Adde quòd cùm hæc bigamiæ irregularitas, ab Apostolis, & ab antiquissimis vniuersalis Ecclesiæ concilijs, originem habuerit, vt superiori annotatione scripsimus, Episcopus cū bigamo, vt sacris donetur ordinibus, dispensare non potest. quā opinionem receptam fatetur Præpo. in c. lector. 50. dist. idē fatetur. Ioan. Monta. in dict. tract. de bigam q 7. D. Couar. vbi paulò ante allegaui. num. 4. quam sequitur Ange. in summa. in verbo, bigamus. Gonsal. à Villard. de irregular. q. vlt. Quamuis Card. à Tur recrema. in d. c. lector. post Diuum Tho. in 4. sen. dist. 27. q. 3. probare contendit, Episcopum posse cū bigamo, in minoribus ordinibus dispensare, quod Sylvest. sequitur in summa, in verbo, bigamus q. 7. & Domi. Soto in 4. sente. dist. 27. q. 3. arti. 3. nam vt ille inquit, per minores ordines qui nō simpliciter sacris emancipatur, & ea ratione nō est cur nō liceat Episcopis dispensare, qui ordinaria pollent potestate. Quæ opinio fortè admitti poterit, quando maxima dispensandi causa interueniret, vt scribit Ludoui. Gom. in tracta. breuinm. nume. 20. vel quando quis bigamiā contraxit, erat merè laicus. Henri. in c. 1. in fine de biga. Sed incōtrarium est communis omnium sententia, nempe minimè concessum esse Episcopo, vt cum bigamo etiam in minoribus ordinibus dispenset. ita fatetur insignis Gregor. in l 5. in verbo, *dos mugeres.* in fine. tit. 5. par. 1. & Marti. Nauarr. in Manuali confesso. c. 27. num. 197. quo loco admittit S Tho. & aliorum opinionem, quoad vsum ordinum susceptorū, non verò, vt nouis ordinibus possit insigniri.

Summus tamē Ecclesiæ Præsul iure potest cū bigamo dispensare. vt tradit Thom. in. d. q. 3. & est text. in c. lector 34. dist. vbi Martin. Papa cum bigamo, vt subdiaconus fieret dispensauit. & ibi not. Præp. Card. à Turrecrema. glo. & doct. in c. super eo. de bigam. Floren. 3. par. tit. 28. cap. 3. Petrus de Ancha. consil. 124. Ioā. à Medina, huius celeberrimæ Complutensis Academiæ: imò totius Hispaniæ decus & ornamentum, in tracta. de ieiunio. fol. 135. & opinionem istā cōmunem esse fatentur, Ioā. Mōta. d. q. 7. Alber. Troti. de vero & perfect. cler. lib. 2. c. 11. Grego. Lup. in d. l. 5. titu. 5 part. 1. Marti. in d. c. 27 numer. 197. Quæ quidem dispēsandi facultas, de iure ordinario permissa est, non verò de absoluta (quod aiunt) potestate, vt existimat Hēri. in cap. 1. col. 5. de bigam. Ioan. Staphyl. de liter. gratiæ, & iusti. col. vlt. quos meritò reprehendit insignis Couar. in Clem. si furiosus. de homi. 1. par. relect. §. 2. num. 4. & manifestè probat. d. Regia. l. 5. tit. 5. part.

D. Io. à Medina.

part. 1. cùm dicit: E otro *si el puede dispensar que reciba ordenes sagradas, con aquel que uuiesse auido dos mugeres vrgines de benedicion, o vna viuda.* Quę verba ad potestatem ordinariam Summi Pōtificis referenda sunt. Fatetur tamen Staphyl. d. col. vlt. Summum Præsulem maxima cum difficultate, in hoc bigamiæ vitio dispēsare. Idem asseuerat Nauar. tanquàm testis huius rei integerrimus dicens: in loco nouissimè allegato, non solere Romanum Pontificem, sine magna causa, de ordinaria potestate dispēsare in bigamia vera & propria sed in similitudinaria, solere & posse cum iusta causa.

D [Recipiunt characterē.] Adde text. in c. quicūque. in 2. 59. distin. & in c. pœnitentes. ead. dist. Host. in summ. tit. de bigā. §. vlt. Ant. in c. debitum. de bigam. Alber. Troti. de vero & perfecto cleri. lib. 2. capit. 11. quam dicit communem esse opinionem, & Theologorum & Canonistarum. D. Couar. d. §. 2. num. 4.

E [Ordinari.] Adde Abb. Anani. & Doct. in c. 3. de adult. Imò irregularis est, qui vxorē adulteram post pœnitentiam recōciliatam cognouerit. ita sentit. Anch. consi. 124. Felin. in c. ius generale. col. 6. 1. dist. Anani. in d. c. 3.

F [Siue ignoranter.] Adde Hosti. in summ. tit. de bigam. vers. quod sunt species. qui indistinctè intelligit text. in c. si cuius vxorem. 34. dist. quod bigamus efficiatur vir, qui vxorē adulteram, ignoranter cognouerit. sequitur Ioan. And. post antiquiores. in d. c. 2. de biga. Præpos. in summa. 50. dist. col. 5 sentit Abb. in d. c. 2. de adult. Alber. Tro. li. 2. de vero & perfecto cleri. c. 11. nu. 2. & esse communem sententiam testatur Gregor. Lopez in l. 35. titu. 5. par. 1 in ver. que ver. Quam probabiliorem & tenendā esse scribit Domi. Soto, in 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. Nam hæc irregularitas, non contrahitur in hoc casu, propter pœnam culpæ, quæ nulla est: sed propter defectū significationis Sacramenti, veluti si corruptam duxisset, & hac ratione, irregularitas hæc præter voluntatē cōtrahi potest. A Equior tamē est contraria opinio, quam nonnulli ex antiquioribus tenuerunt, & eam sequuta est Regia Partitarum. l. 35. supra allegata ibi. *Esso mismo seria si alguno casasse con muger, que cuydasse, que era virgen y no lo era, o seyendo casado con aquella que uuiesse virgen, fiziesse ella adulterio, e despues ouiesse que ver con ella, sabiēdolo.* Sed cùm in hac irregularitatis materia Sacri Iuris Pontificij sanctionibus, & receptissimis opinionibus sit standum, à communi & verissima Theologorum, & Canonistarum opinione recedendum non est.

[Sibi præiudicat.] Adde glo. G & Doctores in c. si cuius vxorem. 34. dist. S. Thom & Palud. in 4. sent. distin. 27. q. 4. Floren. in d. c. 3. Capel. Tholosa. q. 255.

& horum opinio tutior est si credimus. Hēri. in d.c. 1. col. 4. de bigam. & est magis cōmunis vt asserunt Sylvest. in verbo, bigamia. q. 1. Alber. Troti. d.c. 11. nu. 2. Non tamen maritus, mandato iudicis compelli potest, vxori adulterę occultè, debitum reddere, quoniam si iudex id compertum haberet, nō præciperet in præiudicium mariti, qui sic adulteram cognoscens bigamiæ nota inficitur. Quod si in eo casu iudex vellet virum esse obligatū, iniustum esset eius præceptum, tanquàm cōtra ius marito debitum factum. ita optimè censet Ioan. Dried. lib. 1. de liber. Christi. §. ex supradictis. pag. 234. quo loco verè iudicio meo scribit, quòd quamuis maritus non possit occultam vxorem adulteram à domo repellere, potest tamen à coniugali thoro eijcere.

Corpore vitiati.

CAPVT, XVII. QVOD nouè æditum est.

1 *Corpore vitiatus, ad Ecclesiasticos ordines admittendus non est.*
2 *Huius capitis irregularitas, ab antiquissimis diuinis legibus originem habuit.*
3 *Apud Ethnicos, qui corporis labē patiebantur, à suis sacerdotijs longè repellebantur.*
4 *Traditur cap. huius germanæ ratio.*
5 *Corpore vitiatus, si de facto sacris fuerit ordinibus insignitus, characterem ordinis recipit.*
6 *Hodie non tam exactè deformitatis ratio habetur sicut antiquitus. Leuit. cap. 21.*
7 *Deformitas, vel corporis vitium, quoad susceptos ordines quando impedimentum præstet.*
8 *Qui membrū sibi propria culpa abscinderit, irregularis est: licet ex eius defectu, ad sacri ordinis ministeriū minimè impediatur.*
9 *Matthæi locus cap. 19. explicatur.*
10 *Manus in seipsum iniycere, nec religionis nec castitatis causa licet, imo acerrimè panis interdictum est. Quid verò apud Ethnicos.*
11 *Seipsum interficiens, non est sepultura Ecclesiastica sepeliendus, traditurq́, ibi locus egregius ex Platonicis legibus.*
12 *Mortuus qui in puteo, vel alio simili loco reperitur, non ex eo si aliud non probetur, priuandus est Ecclesiastica sepultura.*
13 *Qui membro aliquo caret, cuius defectus irregularitatem nō inducit, secum portare non tenetur.*
14 *Monoculus irregularis est. Vbi de intellectu tex. in c. si Euangelica. 55. dist.*
15 *In irregularitatis labe, quæ ex corporis vitio procedit, solus Romanus Præsul dispensationem poterit indulgere.*
16 *Quæ deformitas, irregularitatem producat: iudicio Episcopi relinquitur.*
17 *Corpore vitiatus, contra Clericum in criminalibus causis, testis esse non potest.*

MEritò quidem Sacri Canones, non omnes passim ad presbyteratus dignitatem, nec ad eius ministeria, nec ad alios ei subseruientes ordines, absque delectu admisērūt, imo ab eisdem institutum est, non solùm ab ordine repellendos esse, qui moribus iacturam aliquam fecerint, sed eos qui eorum culpa, vel sine culpa, labem aliquam corporis contraxerint: cap. 2. & toto tit. de corpo. vitia. cap. 2. & ibi. Abb. de cler.

cler. ægrotan. capit. si Euangelica. 55. dist. not. Hostien. in summ. tit. de corp. vitia. Alue. Troti. lib. 2. de vero & perfect. cleric. ca. 16. Cardi. & Docto. in dict. c. 2. de corp. vitia. Ricard. in 4. senten. dist. 25. q. 5. artic. 5. & Palud. ibi. q. 3. ad finem. Villadi. de irreg. c. de corp. vitia D. Episcopus Couar. in Clem. si furiosus. de hom. in prin. Ioã. Corrasius, de sacerd. 3. par. cap. 6. quam receptam sententiam comprobat Regia l. 25. tit. 6.

2 part. 1. Quæ quidem irregularitas à lege antiqua, & à beatissimis Saluatoris nostri Apostolis originem habuit. Legitur enim Leuit. cap. 21. Dominũ ad Moysen dixisse: [Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministeriũ eius, si cœcus fuerit, si claud⁹, vel paruo, vel grãdi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lipp⁹, si albuginem habẽs in oculo, si iugem, scabiem, si impetiginem in corpore, vel Hernios⁹.]

Cuius seriẽ sanctissimè & doctissimè explicat Diuus Gregor. cap. 11. primæ partis pastoralis. vt refertur in cap. hinc etenim. 49. dist. cuius etiã sententiæ fuit Diuus Hieron. ad Fabiolam, de veste sacerdotali.

3 Et apud Ethnicos idem obseruabatur, teste Plinio, li. 7. natura. hist. idem professus fuit Seneca lib. 4. declama. 2. declam. Gentiles eandem legem obtinuisse, vt sacerdos integer esset, quasi sacerdotes sacrorum ministri corpore integri essent, vt apud Romanos inuiolabiliter à tempore Romuli obseruatum fuit, qui sacerdotes elegit genere excellẽtes, nec corpore vlla ex parte trunco. vt testatur Diony. Alicarna. li. 2. Roman. antiqui. & inibi laudat Romulum Romanorum legumlatorem, qui Sacerdotes non venalia, nec sorte diuinẽda fecit, sed cuiusque curiæ binos creauit, supra annum quinquagesimũ natos, excellẽtes genere, simul & virtute præstantes, nec tamẽ inopes aut corpore vlla ex parte truncato. Et Plinius lib. 7. capit. 28. de Sergio loquẽs, [Quę omnia (inquit) ex oratione ei⁹ apparent habita, cùm in prætorio (aut vt alij legunt in prætura) sacris arcerentur à collegijs, vt debilis (id est) vt mancus & mutilus, nam primũ dixerat illam dexteram manum perdidisse.] Quibus consonat vetus mos Romanorum, apud quos, virginem vestalem capi fas non erat, quę aliqua corporis labe maculata esset: vt ex Autistij Labeonis autoritate prodit Gellius lib. noct. antiq. 1. c. 12. Feste. de magis. Roman. cap. 7. idem apud Persas vsu receptũ fuisse. tradit. Alex. ab Alex. lib. 6. dierũ geni. c. 14. secundum quam sententiam Diuus Hierony. vbi paulò antè allegaui parentes arguit, qui deformes filias virginitati cõsacrent. idem Hierony. ad Demetriadem ita scribit. [Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani deformes, &

aliquo membro debiles filias, quia dignos generos nō inueniant virginitati cōsacrant.] Et plurima lectu non indigna de more. Circa hoc scribit doctissimus, & nunquam pro meritis satis laudatus Andræas Tiraquel. in l. 2. connu. num. 59. D. Couar. in dict. prin. dict. Clem. si furiosus. num. 5. Petrus Placa. lib. 1. Epit. delictor. c. 25. num. 2. Iacob. Meno. de arbi. iudi. quæst lib. 2. centu. 3 casu. 226 Hieron. Maggius, libro. 4. Miscela cap. 4.

4 Et huius irregularitatis, potissima ratio est, quia incompositio corporis inæqualitatē inducit mentis, testimonio Diui Augusti. quod habetur. §. vltim. 41. distin. [Rarenter enim in corpore deformi, nobilis, formosusq́ue animus insidet: vt scribit Abb. in c. quia diuersitatem. 1. not. per illum tex de concess. præbē. & Bald. in l. obseruare. col. 3. C. quor. appel. nō recip. scribit, turpem corporis habitudinem declarare procliuem esse hominem ad scelera, pulchram verò ad virtutes. Sequitur Hyp. in. l. 1. in prin. col penul. ff. de quæst. Vnde Galenus lib. de tēpera. 2. cap. 6. scribit, naturam membra componere, prout moribus animæ conuenit. idemq́ue ipse affirmat li. 1. & 11. de vsu partium. Et cuius facies est deformis, vix potest habere bonos mores: vt scribit Rasis medicus sui temporis celeberrimus, lib. ad Almansore. 2. c. 33. & iterum. c. 54. faciem fœdā malos mores significare ait. Et qualis forma, talis est anima, vt est apud Planudem in vita Aesopi, quòd antiquissimis Gothorum legibus cautum erat his Hispanorum verbis: *Ca home de mala catadura no puede haZer buenas obras.* vt habetur in ordinationibus militum, *de la vanda.* Idque manifestè ostendit Cornelius Tacitus libro. 12. [Iulius inquit Pelignus ignaui animi, & de ridiculo corporis iuxta conspiciendus.] Quod etiam pulchrè scribit Echorus Poeta Græcus apud Stobæum ratione sermone. 88.

Faciem aspectu huiusmodi possides.
Mores etiam huiusmodi habes.
Ex malo enim natura malum producit.
Vt ex vipera rursum vipera nascitur.

Et illud Græcum Epigramma Latinitati donatum.

Claudatibi mens est, vt pes, natura notasq́;
Exterior certas interioris habet.

Quin & Valerius Martialis lib. 12. Epigrammat. Zoilū quendam ex oris deformitate malū esse suspicatur.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus.
Rem magnam præstas, Zoile si bonus est.

Circa quam huius capitis irregularitatem aliqua notatu digna illa quæ selectiora notare constituit.

Primò, quod licet corpore vitiatus, non possit sacris ordinibus insigniri, si tamen de facto 3

fuerit

fuerit ordinatus, verè recipit ordinis characterem, licet non eius executionem. Hæc enim est communis & Theologorū, & Canonistrarum sententia, quæ contradictorem non habet, vt patet ex Doctorum traditionibus, quos in capitis huius principio allegauimus.

6 Secundò, quod hodie non tam exacta deformitatis ratio habetur, vt antiquitus, Leuit. d. cap. 21. sed sola deformitas repellit homines sacris insigniri, quæ sacra ministeria tractare impedit, vt si cæcus quis sit, vel mancus, vel quid aliud simile patiatur: nam modica deformitas non repellit. tex. in cap. 2. de corpo. vitiat. vbi Antō. de Butri. & Card. Conrrad. de sacerdo. 3. par. c. 6. n. 5.

7 Tertiò, quòd dictum deformitatis vitium impedimētum præstat, quo ad ordines suscipiendos, quia quo ad susceptos tantum inducitur irregularitas in illò actu ordinis, qui ob insignem deformitatē vel defectum impeditur corporis vitio. Ita colligitur ex text. vbi Abb. in cap. 2. de cleri. ægrotan. Mari. Soci. in cap. ad audientiam. nu. 21. de hom. Gonsa. à Villadiego de irregu. c. de corp vitia. Qua ratione, qui patitur vitium corporis celebrationem impediens, nempe in his digitis, qui ad consecrationem & eleuationem necessarij sunt, solùm à missarū celebratione abstinebit, non verò à diacónatus, vel subdiaconatus ministerio: pariq́ue ratione is qui ob maximam deformitatem quam patitur, longe ab altari arcēdus est, minime impeditur absolutionis Sacramētum ministrare. Ista est communis omnium sententia, teste Diuo Episcopo Couar. vbi suprà.

Quartò, nec illud silētio prę- 8
termittēdum est, quod si quis membrum sibi propria culpa abscinderit, irregularitatis labe inficitur, etiam si ea abscissio nullum ordini impedimētum præstet, nec insignē deformitatem inducat, quæ assertio, ad eos referri debet, qui propria voluntate pudēda sibi exsecuerunt, capit. pœnitentes. 55. distin. cap. si quis abscinderit. c. qui partem. eadem dist. capit. maritum. 33. dist. c. vlt. 87. dist. & habetur in Canonibus Apostolorum. c. 22. & est Regia. l. 25. tit. 6. par. 1. Idem quidem erit, quamuis quis sibi non abscindat, sed ali⁹ sua culpa, quia iussit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dās operam tale membrum casu perdidit. arg. text. in cap. presbyterum. & in cap. cōtinebatur. de homicid. aut si forte, in pœnam alicuius sceleris ab inimicis fuit illi abscissum. Ita tenet Host. in sum. tit. de corp. vitiat. §. Et quæ, & in capit. ex parte. eo. tit. vbi Ioan. And. idem scripsit de eo, cui maritus ob adulterium pudēda abscinderet: idemq́ue sequitur Villadiego de irregula. cap. de corpore vitia. colum. 2. & communem esse testātur eam sequuti Diuus Couar. vbi su-

prà. & Nauar. in Manuali confeſſo. cap. 27. num. 98. Id ſanè ſæpiſſimè contingere ſolet, & ætate noſtra: nam anno milleſimo quingẽteſimo trigeſimo ſeptimo, tribus in locis, nempè de Villa Nubla, & de Cigunuela, ac de Laguna (quæ non longè diſtant ab inſigni populo Valliſoleti, vbi tunc temporis Regia curia aderat,) in octo ferè menſium ſpatio filius viduæ cuiuſdam & duo mariti, in tres ſacerdotes ſæuierunt, de inimicis membris ſe vindicantes, & acta iudiciaria ſuper his confecta vidiſſe teſtatur Diuus Epiſcopus Ioan. Bernard. infra cap. 79. num. 8. Fortiori etiam ratione idem erit affeuerandũ, quando pudenda iure abſciſſa fuerunt. arg. text. in cap. fin. de tempor. ordinan. At verò ſi membri imbecillitas, aut eius defectus cõtingit abſque propria culpa, ſed à medicis, caſu, vel per vim, vel hoſtium inſidias, promoueri poterit, & promotus cùm is caſus euenerit, in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. cap. ex parte. cap. ſignificauit. cap. ex parte. in. 2. de corpo. vitiat. cap. ſi quis infirmitate. cap. lator. 55. diſt. cap. Eunuchus. ibi. Id etiam habetur in Canonibus Apoſtolorum capit. 21.

9 Nec enim his refragatur Matthæi locus. c. 19. Eunuchos eſſe dicens, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, &c. & hi ſummè laudantur. Nam de his accipiendus non eſt, qui verenda ſibi ipſis amputant: maledictum enim hoc, ſed de his, qui continentes ſunt ob amorem Chriſti. De quibus loquitur Eſaias, cap. 56. [Hæc dicit (inquit Dominꝰ) Eunuchis, id eſt, continentibus, qui cuſtodierint Sabbata mea, & tenuerint fœdus meum, dabo eis locum in domo mea.] Sicuti eleganter Euangelij locum explicat Diuus Auguſt. lib. vni. de ſancta virgin. ca. 23. & 24. Baſſi. Mag. li. vni. de virgin. Diuus Hieron. & glo. ord. in d. c. 56. Eſaiæ, in quo deceptus fuit Origines, qui illud diuinũ teſtimonium vt narrat Nicephorus Caliſtus lib. 3. Hiſtoriæ Eccleſ. cap. 8. ad literam intelligit & ex noſtris Coraſ. de ſacerdo. 2. par. c. 6. Et ideo ſicut ciuiles leges homicidij pœna puniendos cenſent, qui alteri virilia amputauerint. l. 3. §. qui hominem. & in l. 4. §. idem Diuus ff. de Siccar. l. 1. & 2. C. de Eunuchis. l. 13. tit. 8. par. 7. eadẽ pœna afficitur qui ſe caſtrandum prębuerit. d. l. 4. ad finem. Semper equidem ipſa virilių abſciſio, etiam apud Gentiles turpis fuit iudicata, vt autor eſt Valerius Maximus lib 7. ca 7. Nulla vnquàm cauſa etiam caſtitatis, vel religionis licuit ſibi ipſi quemquam manus inijcere ad occiſionem, vel alicuius membri mutilationem, nullus ſanè liberum arbitrium circa vitam vel eius membra habet. Vt iuriſcõſultus probat in l. liber homo ff. ad leg. Aquili. ca. contingit. in 1. de ſenten. excommun. capit. diſplicet. verſic.

sic.] Noli ergo iam dicere. 23. q.4.cap.si non licet.cap. tu dixisti. c. non est nostrum.c.placuit.23.q.5. factū verò aduersus hanc prohibitionem leges nostræ acerrimæ reprehendunt.l qui rei.§.sic autē distinguēdū. ff de bonis eorū,qui sibi mortem consciuer. vbi ita ad verbum scribitur. [Meritò sine causa sibi manus intulit puniendus est,qui cum sibi nō pepercit, multo minus alijs parcet. Et alibi in l si quis filios.§.eius qui ff de iniust.test. Vlpianus clanculum veluti deridet quosdam qui iactationis causa mortem sibi conscinerint. Et ex Theologis id planè damnant Origines in 2. tract. in commen.in Iob,enarrans illius ipsius Iob cap.2. [Benedic & morere.] & Diuus Chrysostomus in Epistola Pauli ad Galathas,vbi inter alia egregiè ibi tradita, scribit Deum illos qui laqueo aut alia violenta morte vitam sibi abrumpunt, atrocius punire, quam cæteros homicidas. & Diuus Augustinus in lib. 1. de ciuitate Dei c. 17. & multis sequentibus vsq; ad c.24. & Lactantius in lib. 3. qui est de falsa sapientia. c. 18. Diuus Hieron. in Epistola ad Paulum super obitu Blesillæ eiusdem Pauli filiæ, vbi inter cætera scribit, quod tales habet stulta Philosophia martyres. & tradit S.Thom. in 2.2. quæst.64.ar.5. Ex Ethnicis verò Socrates apud Platonem in Phædone exhortatur, pieque monet, ne quisquam audeat mortem sibi inferre. Aristoteles autem libr.Ethicorum.3.c. 7.in fine [Mortem(inquit)Sibi consiscere ad fugiendam paupertatem,vel mœrorē, aliudve huius generis,nō fortis est hominis,sed potius timidi. & lib. 5.c.11. Qui se occidit (inquit) sibi iniuriam non facit, quia spōtè iniuriam patitur nemo, sed facit contra legē quæ prohibet quēquàm interfici, ideò ciuitati iniuriā facit. Qua propter & ciuitas mulctat,& instituta est ignominia quædā aduersus eum, qui sibi mortē cōsciuit) vt ciuitati iniuriam facientem.] Et eiusdem sententiæ fuit totius eloquentiæ parens, Cicero libro. 1. Tusculaquæst. Idem in Somnio Scipionis: [Tibi(inquit(publi,& pijs omnibus retinēdus est animus in custodia corporis nec iniussu eius, à quo ille est à nobis datus, ex hominum vita migrandum est,ne munus humanum assignatū à Deo deseruisse videaminī.] Et videndus etiā est de hac re Aegesyppus lib.3, cap.17.vbi prudenter asseuerat ingrati hominis esse,citius discedere quam velit qui vitā donauerit, nec licet animā soluere,nisi ei qui ligauit. & Heliodorus Emissenus lib.2.historiæ Aethiopicæ tradit illum crimē læsæ maiestatis diuinæ committere, qui sibi ipsi vitā abrūpit, & conducit etiam illud, Martialis,lib.10.Epigra.47.

Summum nec metuas diem nec optes.

Idem dicto libro decimo.

Optima mors parca quæ venit apta die.

Et ideò meritò improbanda est Ceorum lex de senibus, qua senes se delirare incipere cognoscentes, & ob ætatē patriæ inutiles esse, coronati cicutā bibebant, vt testatur Aelia. lib. 3 variæ historiæ c. 26. Nam impia & abominanda fuit lex Sardea, vt filij parentes senio cōfectos fustibus cæderent, & interemptos sepelirent: absurdū arbitrantes, si delirus senex vlterius viueret. Idem Aelius lib. 4. variæ historiæ. cap. 1.

Et circa hoc argumentū legendus est insignis D. Episcopus Couar. in dict. Clem. si furiosus. in prin. de homil. num. 6. & in lib. 1. variarum resolu. cap. 2. num. 8. & lib. 2. capit. 1. num. 11. & omnium latissimè & elegantissimè And. Tiraq. de nobilit. cap. 3. num. 475. & num. 520. And. Alciat. li. 6. par. c. 27. Petrus Greg. quē post hæc scripta, legi. 3. part. Synt. lib. 36. cap. 22.

11 Illud verò prætermittēdum non est, quod seipsum occidēs Ecclesiastica non est sepeliendus sepultura. text. in cap. placuit 23. quæstio. 5. quem dicit esse singularem Roman. sing. 264. glo. not. in cap. ex parte de se sepult. Quamuis licitum sit priuatim pro eo orare, & illud licet ei qui pia mente credederit, in vltimo vitæ spiritu condignam criminis cōtritionem habuisse. tenet Palud. in 4. senten. dist. 20. quæst. 1. colum. 1. Mart. Nauar. in cap. 1. de pœniten. distin. 7. legibus autē Platonicis, minimè hoc atrocissimum crimen perpetranti, sepultura denegabatur: sed potiùs insolita cōstituebatur, vbi alius nemo condebatur: inquit enim ipse lib. 9. de leg. [Qui seipsum, vita & sorte fatorum vt scelerata priuauerit, nec iudicio ciuitatis, nec tristi & ineuitabili fortunæ casu coactus, neque extremo aliquo pudore compulsus, sed ignauia & formidolosi animi imbecillitate, iniustè sibi mortem consciuerit, ei sepultura fiat solitaria, vbi alius nemo condatur: deinde his locis sepeliatur, quæ de duodecim partibus vltima deserta innominataque sint, sic obscurus vt nec statua, nec inscriptione sepulchrū notetur.] Hactenus Plato. Quod si fortè, indicijs & coniecturis, liqueret cum furore, aut mentis alienatione seipsum occidisse, tunc nō priuaretur sepultura Ecclesiastica, vt egregiè scribit Ioan. Gallus in quæstion. Parla. 127. & hoc iure vtimur.

Nec equidem ex eo, quod 12 aliquis mortuus in puteo, vel in alio simili loco reperitur, priuari debet sepultura Ecclesiastica, quia minimè credendum est, seipsum præcipitasse. Quod ex eo manifestissimè probatur, quia criminis suspicio longè semper repellēda est. l. merito. ff. pro socio. cum similib. potuit enim is ab alio in puteum eijci, & non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. nam hoc. C. vnde legi

Mart. Socin. Iunt.

legi.l. neque natales. l. ad prouocationem. C. de probat. & ita in proprio casu, in facti cõtingentia interrogatus consuluit excellentissimus & magni nominis Iurisc̃ōsultus Marian. Soci. Iuni. consi. 51. num. 1. vol. 2. quem sequitur D. Episc. Couar. lib. 2. var. resol. c. 1. nu. 11. & non semel in controuersijs Forensibus obtinui, quod plurimum est notandum.

Marĩ. Socin. Iun.

13 Quintò, vt ad institutũ sermonem redeam, prætermittẽdum nõ est, quod si quis membro aliquo careat, cuius defectus, eum irregularem minimè constituit, nõ tenetur illud abscissum membrum, vel aliquã eius partem secum portare. Ridiculum enim esset hoc. glo. not. in cap. si Eunuchus. 55. distin. Abb. in d. c. 2. & Henri. in cap. vlt. de corp. vitiat. Gomsal. à Villadiego, vbi suprà allegati. Alber. Troti. lib. 2. de vero & perfecto clerico. c. 16. num. 8. quã glo. dicit sing. & communiter receptam Nauarr. in manuali. cap. 27. num. 20.

14 Sextò, illud est animaduersione dignissimum, quod quãuis monoculus ad sacros ordines promoueri non possit, est enim is irregularis tex. not. in cap. si Euangelica. 55. distin. tamen qui caret visu oculi dexteri, qui sanus videtur & sinistro probè cernit, irregularis nõ est. Ita contra alios defendit Marti. Nauar. in dict. cap. 27. num. 199. vbi scribit se non semel ita respondisse. & est egregius & nouus intellectus ad text. in d. cap. si Euangelica disponens de carentia oculi, quæ magnã deformitatem inducit, quod non extendatur, ad visus carẽtiam, quæ illam non inducit. arg. tex. in reg. odia. cum simil. de regul. iur. lib. 6.

Septimò, quod in hac irre- 15
gularitate à solo Romano Põtifice dispensatio impetranda est, nullus autem inferior eam potest indulgere, ex celebri Innocen. sententia in capit. significauit. de corpo. vitiat. cuius opinio communis est, vt ita Cardi. testatur. & Villad. de irregula. c. vlt. D. Episc. Couar. in d. Clem. si furiosus. nu. 7. licet contrariam sententiam tenuerit glo. in d. c. significauit. illius tex. malè intellecti autoritate, qui longè aliter intelligendus est, quàm glo. intellexerit, nam loquitur & procedit de Episcopi dispensatione, Apostolica autoritate sibi delegata & præstita, & ideò nõ Episcopus ibi dispensationis gratiam concessit, sed summus Præsul: & iste est germanus illius tex. intellectus, vt Abb. & Doctores ibi intellexerũt, & ideò à communi & verissima sententia recedendum non est, quamuis opinionem glo. sequantur. Villadiego in loco iam allegato, & Sylvest. in sum. in verbo, corpore vitiat⁹. q. final. Imò, quod memoratu dignum est difficiliorem hanc dispẽsationem redit, scribit, Ioan. Staphi. de literis gratiæ & iusti. 2. par. fol. 193. non consueuisse Pontificẽ Romanum dispensare, circa irregulari-

irregularitatem, quæ ex corporis vitio oritur, quando horrēda est deformitas: & si is quicam pateretur sacris donaretur ordinibus, scandalum maximum apud Christianam plebē generaret, quod in his dispensationibus cōcedendis præcauendum est.

16 Octauò, quod omne impedimentum, vel deformitas, an irregularitatem inducat, Episcopi iudicio relinquitur, cum nulla certa regula in hoc constitui possit. Ita tenet Archi. in prin. 55. dist. tex. in capitulo secundo, vbi Cardi. Anton. & Doct. de corpore vitiat. Inno. in cap. 1. eod. tit. quam opinionē communem esse testatur Illustrissimus Couar. in d. princ. Clementi. Si furiosus. num. 5. eam quæ ex nouioribus sequitur, Plaza. lib. 1. epitom. delictor. cap. 25. num. 4. Iacob. Menoch. lib. 2. de arbi. iud. Centuar. 3. casu. 226. numer. 8. vbi dicit quod prudens Episcopus modicum vitium iudicauit, si quis caret vno digito: ita tamē quod administrare & celebrare non impediatur, vt in ca. 1. de corpore vitiat. vel si maculā habet in oculo, capit. 2. illo tit. vel si vngula pollicis caret, cùm tamen in pollice ita fortis sit, vt frangere possit. capit. vltim. illo tit. Non verò Prælati regularium, in promouendis suis subditis in his arbitrium habent. Sylues. in summ. in verbo, corpore vitiati. quæst. 1. sequitur Mart. Nauar. in manu. confesso. c. 27. nu. 209. licet cōtrarium & male tenuerit Tabi. in summ. in verbo, corpore vitiati. quem sequitur Simon Maiolus in tractat. de irregularita. lib. 1. capit. 2. in prin.

Nonò, vt iam vltimam manum huic capiti imponam, vsque adeò corpore vitiati sacris canonibus sunt infesti, quod non solùm à sacris ordinibus repelluntur, sed etiam à testimonio ferendo in criminalibus causis contrà clericum. Ita colligitur ex text. in capitulo primo, de exception. secūdum communem intellectū, vt ait Felinus ibi in primis verbis. & Deci. num. 13. Hyp. Sing. 98. Did. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. D. Episcop. Ioan. Bernar. infra ca. 120. num. 4. & ibi. aliqua ipse tradidi. & hāc opinionē communem esse testantur Iulian. Clar. lib. 5. recep. senten. § final. quæst. 24. versic. Præterea quæro Diuus Couar. in pract. quæst. cap. 18. num. 2. quam tamen dicit non omnino veram esse, vel non ita intelligēdum, vt ex aliquo corporis vitio, absque aliqua animi labe fides alicui non negetur. 17

Et sine titulo.

CAPVT, XVIII. QVOD nouè æditum est.

1 *Sine titulo nullus ad sacros ordines potest promoueri.*

2 *Declarantur duæ Pontificiæ constitutiones, altera Pij Quinti, altera verò Gregorij Decimi tertij in fauorem religiosorū Societatis Iesu.*

3 *Traditur huius capitis germana ratio.*

4 *Beneficium adeò tenue, quod non sufficeret*

sufficeret ad humanæ vitæ sustentationem nihil prodest, vt eius titulo quis possit ordinari, contra D. Martinum Nauarro.

5 *Titulus non requiritur, vt quis minoribus ordinibus possit insigniri.*

6 *Titulus præsens ad sacros ordines necessarius est, nec sufficit futurus.*

7 *Titulus coadutoriæ an legitimus sit iudicandus.*

8 *Titulus perpetuus esse debet, & hac ratione vicaria temporalis, vel beneficia manualia (vt appellant) ad sacrorum ordinum promotionem non sufficerent.*

9 *Qui capellaniam obtinet, an dicatur titulum obtinere vt possit ordinari.*

10 *Qui præstimonium habet, titulum iustum habere dicitur ad ordinum perceptionem.*

11 *Quid vere de eo iudicandum qui portionem habet.*

12 *Qui cum titulo sicli patrimonij ad sacros ordines promouetur, non suspensus, sed irregularis est.*

13 *Clericus qui post sacros susceptos ordines sui patrimonij remisit, nullo pacto ante ordinationem conuento, nec irregularis, nec suspensus est contra Fratrem Bartholomæum à Medina, licet arbitraria pœna sit mulctandus.*

14 *Patrimonium ad cuius titulum Episcopus aliquem ordinauit, vtrum obtineat priuilegia bonorum Ecclesiasticorum.*

15 *Donatio vel melioratio facta filio, vt iure melioration is possit sacris ordinibus donari, vtrum reuocari possit ad intellectum Regiæ legis, primæ titu. 6. libr. 5. nou. ordina.*

61 *Donatio vel melioratio dicto modo facta in legitima filij imputanda est cum doctissimo Didaco Couarru. & alijs contra Tellum Ferdin.*

1 CLericus qui ad sacros ordines, absque titulo promouetur, vacuam manuū impositionem accipit: & ideò ordinis executionem nō recipit. Ita diffinitum fuit in Concilio Calced. 6. habetur in c. neminem. 70. distinct. & in Concilio Vrbani habito Placentiæ, quod refertur in capitulo, Sanctorum, eadem distinctione. [Sanctorum (inquit) Canonū statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur. Quorum canonum pœna innouata est. Hodie ex Sacro Cōcil. Trid. sess. 22. cap. 2. de refor. Fuit sanè pœna hæc, antiquis temporibus in vsu, & successiuis temporibus obseruata, teste Abb. in capit. cùm contingat. de ætate & quali. idem Abb. in cap. veniens. in primo nota. de filijs presbyt. & in cap. cum secundum. de præbend. Qua ratione qui absque titulo sacris fuit ordinibꝰ insignitus suspēsionem contrahit, & celebrans efficitur irregularis. Ita tenet Simon Maiol. de irregu li. 4. c. 15. in prin. Insignis Mar. Naua. in man. confes. capit. 27. num. 158. eiusdem sententiæ fuit Magister Bart. à Medina quondam in inclyta Salmanticensi Academia, Sacratissimę Theologiæ primarius professor, vir multis nominibus insignis, nō tamen ex eo libello, Hispanico sermone ædito (cui titulum fecit) [Instruction de Confessores.] §. 8. de suspēsione. fol. 49. Nihil tamen allegat, sed sua innititur autoritate, quod peculiare vitium illi esse solet.

Mag. Bart. à Medina.

Hodie tamen stat nouissima 2 Pij Quinti Pontificis Maximi egregia constitutio, anno sui Pontificatus tertio, Millesimo quingen-

Declaratur quadam

Pij V. Pont. Max. constitutio.

quingentesimo sexagesimo octauo, pridie Idus Octobris ædita, qua sancitum est, quòd nõ solùm clerici sæculares, sed regulares ante professionem emissam, ordinari sine titulo nõ possint, & transgressores inhabiles efficit ad ordines exequẽdos, & exequentes reddit irregulares, cũ alijs pœnis ibi constitutis, quæ plurimum est notanda. Sed illa Pij Sanctio non comprehendit religiosos Societatis Iesu, qui post tria vota emissa, ante solennem professionem absque titulo possunt ad omnes etiam sacros ordines, & presbyteratus promoueri, dummodò sui præpositi generalis facultas interueniat, de quo stant Apostolicæ literæ dictæ Societati cõcessæ, à Sanctissimo Domino nostro Gregorio XIII. die vltima Februarij, anno millesimo quingẽtesimo septuagesimo tertio, Pontificatus sui, anno primo.

3 Huius verò prohibitionis potissima ratio est, ne clerici diuini cultus ministri, cum maximo totius ordinis sacerdotalis dedecore mendicare cogantur. Ita tenuit glo. à Doctoribus ibi sequuta in dict. c. 1. 70. distin. cap. diacon. 93. dist. circa medium. Concil. Triden. d. cap. 2. cùm dicit: *Cum non deceat eos qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere.* Turpis equidem in clero visa est mendicitas. Deuteron. cap. 15. ibi: *Non sit omnino mendicus inter vos.* Etiam si semper dilecta fuit paupertas voluntaria, & diuitiarum contemptus. Miseria enim summa est esse mendicum autore, Bal. in l. finali. C. qui bon. cedere poss. & Esdras libro quarto, capit. 15. paupertatẽ inter ingentia mala enumerat. *Immittat* (inquit) *tibi mala, viduitatem, paupertatem & famem.* Et Dominus Malachiæ, capit. 2. minatur se egestatem improbis daturum. Et paupertas ipsa vilitas est, vt inquit Imperator in l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur. libro. 10. vbi appellat paupertatis vilitatem, veluti quod paupertas vilis sit. Imò etiã si pauper aliàs sit nobilis, omnibus ludibrio & cõtẽptui est, vt asserit ex nostris Iacob. de sancto Georgio in tracta. Fœud. fol. 29. Et nobilitas sine diuitijs, admodum mãca est & mutila, teste Bo. Curt. in tractat. de nobili. columna secunda, versic. tertius & vltimus.

His congruit, quod nobilis si inops est, non potest nobiliter viuere. Nobilis autem qui non potest nobiliter viuere, priuilegijs nobilitatis non gaudet, vt autor est Isernia in cõsti. Sicel. incip. vt in dignitatũ. post glo. ibi. & sequitur Afflict. 1. not. & apud Stobæum ser 68. ex traductione Gessic legimus.

Sciſne quod nobiles quidem mortalium, Dum pauperes sunt nõ amplius clari existant.

Etenim paupertate vilescũt, ac penè ludibrio habentur de facto, qui titulo tantũ sunt Episcopi, si aliunde non habent beneficium,

neficium. vel bona, ex quibus secundum dignitatẽ (quæ maxima est) alimenta suscipiant: similiter & mercenarij clerici, è cõtrario autem diuites atque potẽtes omnib⁹ sunt venerabiles. Paupertas enim (vt ille ait.)

Ridiculos homines facit, & vbique iacere.

Vnde Isidorus cap. 63. plus ait, venerantur homines pro temporali potentia, quam pro reuerentia sanctitatis. Præterea consulto quæ in eandẽ sententiam retulerunt Ioan. Stobeus serm. 89. cum seq. Lucas de Pena. in l. fin. C. de his qui. num. lib. 10. Seneca de vita beata ad Galionem. Circa quod plurima de more diligentissimè scribit And. Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 2. & 24. Hæc non de paupertate ex animi sententia, sed de paupertate ex fortuna intelligẽda sunt. Veritas enim ipsa dixit: [Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorũ. Matthæi. c. 5. Quæ sanè paupertas perfectiores Discipulos Christi facit. Matthæi. c. 19. & Lucæ 14. & Seneca Ethnicus. [Beatissima (inquit) res est paupertas. Et alibi. Nullum maius lucrum quam carere his quæ possides.

4 Nec equidẽ sufficeret, pro legitimi titulo quale beneficium Ecclesiasticũ obtinere: sed requiritur quòd is qui ad sacros ordines promouẽdus est, beneficium habeat, quod sibi ad victum honestè sufficiat. Ita decretũ est in dicto Triden. Concil. sess. 21. ca. 2. de refor. Quod verò dicatur beneficium sufficiens, prudẽs ordinarius arbitrabitur per regulã illã quę definiuit, quòd determinatio eorum, quæ interminatè à iure statuuntur, prudẽti viro, nempè iudici relinquũtur. l. prima. ff. de iur. de lib. c. de causis. de offi. delegat is pro eius prudẽtia circũspicere debet ordinandorũ condiciones, & qualitates, quia beneficium quod ignobili sufficeret, sufficiens non erit nobili & egregiè literato. Ideoque labitur mea sententia vir egregius D. Mar. Nauar. in tract. de oratione. cap. 21. num. 11. qui in ea fuit sententia, vt existimet beneficiũ etiam exiguum, sufficere, vt quis absque patrimonio, possit ad ordines sacros promoueri. Est equidẽ eius doctrina contra expressam dicti concilij decisionem. Nec antiqua iura quæ ipse allegat, prout quod ipse intendit. Sed potiùs oppositũ maximè text. in cap. Episcopus. de præbendi. ibi. [Donec in aliqua Ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericalis assignet. Semper igitur necessarium est, vt beneficium, siue patrimonium sufficiens sit, ad humanæ vitæ sustẽtationem, vel potest Nauarri opinio intelligi, quando beneficium non tam tenue & exiguum est, quod ad id non sufficiat.

Contra Mart. Naua.

Titulus verò, qui, vt prædiximus, necessarius est, vt Canonica sit ordinatio, tantum desideratur, cùm quis ad sacros ordines promouetur, non 5

verò

verò si minoribus initiatur. Ita colligo ex dicto Sacrosancto Trid. Concilio, ibi: [Statuit sancta Synodus, ne quis deinceps clericus secularis, quamuis aliàs sit idoneus moribus, scientia & ætate, ad sacros ordines promoueatur, nisi prius legitimè constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè possidere.] Minores quidem ordines sacri non sunt, sed solum ministerium ad sacros, ita tenet Sanctus Thomas cõtra Gentes, libro quarto, capit. 75. Caietan. in tract. de modo & tit. ord. suscip. Marti. Nauar. in manuali confes. capi. 22. numero, 17. litera. A. vbi increpat Canonistarum opinionem cõtrarium tenentium, & hoc expressè sancitum est in Cathechismo ad Parochos in tracta. de sacra ordin. pag. 365. & multis probat Simon Maiolus de irreg. lib. 3. cap. 21. nume. 7. & ita tenendum est, licet cõtrarium tenuerit. glos. in dict. cap. 1. in verbo, neminẽ. 70. distin.

6 Rursus, illud maximè notandum est, quòd titulum accipere debemus, non solùm eum, qui præsens habetur, sed qui habendus est posteà. Et ideò quando ad dignitatem aliquã obtinendam sacri ordinis necessarij sunt, si aliquis ad eam fuerit nominatus, vel postulatus, promoueri potest ad eum titulum, quem habitus est, & sic sufficit titulus de futuro. Est enim de hoc glo. insignis. in c. Osius. in glo. magna. 61. dist. quam sequitur Maiolus de irregular. li. 4. c. 15. num. 3. Multum tamen huic sententiæ refragantur verba Conci. Triden. supra relata, quib⁹ cõstat quod ad consequendos ordines sacros futurus titulus beneficij minimè sufficit, imò nec præsens titulus, nisi pacifica possessio interfuerit. Quomodò igitur postulatus promoueri potest, cùm non solùm possessionem beneficij vel dignitatis non habet, sed nec circa tituli proprietatem ius obtinet, & ideò alterius electio teneret. text. in c. bonæ in 2. & in c. postulatione. de elect. & vtrobique Doctores longa manu id tradiderunt: & ea ratione cum Catholicum Concilium possessionem pacificam hoc casu requirat, minimè sufficeret postulatio, vel nominatio. Sed collatio & Canonica institutio necessaria est, cum absque ea beneficium Ecclesiasticum, neque obtineri nec possideri possit: vt in reg. beneficium. de regul. iur. lib. 6 cum simi. Quapropter opinionem istam veriorem hodie esse censeo, licet neminem legerim, qui eam tenuerint.

Ex quo videtur asseuerandũ, 7 ad titulum coaudiutoriæ, sacros ordines conferendos non esse. Is equidem qui eam obtinet, non dicitur habere beneficium Ecclesiasticum cum eius diffinitio, de qua per nostrates, in rubr. de præben. ei non competat. Sed in hoc veriùs cõtrarium censeo, non tamen ratione bene-

ne beneficij possessi, quia is nullum habet, sed alterius iuris, quo sustentari potest, quod iam cum possessione obtineat, sufficit ad ordines susciepiēdos. Ita tenet insignis Nauarr. in tractatu illo sing. omni pietate & eruditione referto de oratione. capit. 20. num. 18.

8 Præteteà animaduerti oportet, quōd titulus qui ad sacros ordines recipiēdos necessarius est, perpetuus esse debet. Ita colligitur ex iuribus in huius capitis principio allegatis potissimum ex prędicti Concilij Tridentini decissione, vbi ad tituli perpetuitatem decissum est, vt nullo modo liceat ei, qui ad titulum alicuius Ecclesiastici beneficij fuerit promotus, illud resignare, neque ea resignatio admittenda est, nisi constito, quod aliūde viuere commodè possit, & resignatio aliter facta nullius momenti est. Et ea ratione, vicaria temporalis & omnia alia beneficia manualia pro titulo non sufficerent. Perpetua autem vicaria legitimum titulū inducit text. & ibi not. Abb. in c. constitutus. & in c. Michael. de fil. presbyt. cap. postulasti. de rescrip. capit. ad hæc. de offic. vicarij. Clemen. vni. eo. titulo. Anton. de But. consi. 3. nu. 2. Rom. cōs. 356. num. 5. Bellam. decis. 702. Petrus Rebuff. in tractat. congruæ portionis. num. 110. & 112. Quinti Mād. in reg. Cātel. 34. de annali. quæst. 13. num. 3.

9 Sed vtrum is qui capellaniā obtinet, possit ad eius titulum sacris insigniri ordinib⁹, quod ex eo permissum esse videtur, quia capellania si appellatione beneficij compræhēditur. glo. celebris. in Clem. si beneficiorum. in glo. magna, circa finē. de decim. quàm sequitur Felin. in cap. ex parte. 5. num. 2. de rescrip. Deci. consi. 210. num. 4. Guid. Pap. decis. Grati. quæst. 187. num. 1. Quintil. Mand. in reg. Cancel. de annali. q. 17. nu. 1. Bermon. in comm. in tit. de pub. concub. in verbo, Papa. nu. 5. quæ opinio communis est & verissima quæ contradictorem non habet, quando ab initio in fundatione interuenit autoritas Episcopi, & datur in titulum perpetuum, aliàs non reputatur beneficium Ecclesiasticum. ita Rota Romana obseruat, teste Bermondo dicto num 5.

Illud vero iure defendi potest, quod licet in primæua capellaniæ fundatione, nō interuenerit ordinarij autoritas, si tamen nō reluctante fundatoris voluntate, postea capellania in Ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, nempe per collationem & Canonicam institutionem fundatoris consanguineus, vel alius qui ad eam vocatus est, eius nomine & titulo poterit ordinari. Et ita receptū est absque controuersia.

Et ex supra traditis infertur, quod aliquando in facti cōtingentia interrogatus respondi, quod licet apud nos, quā plurima sint sacella, siue oratoria, quæ obtinent collegia discipli-

natorum, seu societates Sacramenti, vel Diui Rochi, vel aliorum Diuorum, de quibus per Bartholum, in l. Sodales. numer. 6. C. de colleg. illici. Bald. in consi. 162. numero quarto, volum. 5. Card. consil. 11. Decius consi. 148. Pariſ. consil. 34. num. 27. vol. 4. quæ ad celebrationem diuinorū capellanias annexas habere solent, quæ iuxta distinctionem suprà traditam, dicentur Ecclesiastica beneficia, vt illarum gratia, sacri ordines conferantur, scilicet, si autoritate ordinarij in perpetuum titulum conferantur.

10 Qui verò prestimonium obtinet, ad eius titulum, ad sacros ordines iuste potest promoueri: ex eleganti decisione. text. in capit. finał. post princip. de cōcess. præben. libro. 6. vbi præstimonia inter beneficia Ecclesiastica connumerātur, & facta mentione, præstimonij, Canonicatuum, Parrochialium, &c. Subijcitur clausula, & alijs quibuscunque beneficijs: illa dictio alijs, implicat & designat similitudinem. l. si fugitiui. iuncta glos. fin. C. de seru. fug. capit. cum non ab homine. ibi, *seu alio crimine*. de iudic. capit. sedes. de rescrip. Quæ opinio tunc procedit, quando præstimonium datur in titulum perpetuum, & habet annexū obsequium spirituale, secus si in sola temporalitate consistat, & non detur in titulum. Ita intelligenda est opinio Ioānis And. qui prestimonium, beneficium non esse affirmat. in capit. vni. numero tertio de rerum permu. lib. 6. & Abb. consil. 74. libro primo. num. 4. quæ distinctio colligitur ex Oldrad. consil. 81. & 140. Gemi. consil. 89. Rebuf. de pacifi. possess. numer. 90. Ioann. Staph. de literis gratiæ de forma creationis, in Cano. numero. 5. Sed hodie nulla distinctione opus est, præsertim in Hispania, quia semper præstimonium in titulum datur, & habet annexum onus spirituale, ita testatur Mandosi. dict. teg. Cano. quæstione. 12. numero tertio.

Si verò is qui ad sacros ordi- 11
nes affectat promoueri, beneficio Ecclesiastico caret, si pensionem vel patrimonium obtinet, ab ordinibus repellendus non est, hac enim lege, vt condigne viuere possit, sed id passim nō omnibus cōcedi debet, sed solū ij titulo pensionis, vel patrimonij promoueri debēt, quos necessitas, vel Ecclesiæ vtilitas ordinari suaserit. Patrimonium verò vel pensio deinceps sine Episcopi licentia alienari, aut extingui, vel remitti nullo modo potest, donec beneficiū Ecclesiasticum fuerint consequuti, vel aliunde habeant id quod sibi ad victū honestè sufficiat. Ita in maximā Christianæ reipublicę vtilitatem statutū fuit in decreto Conc. Sacrosan. Trid. suprà allegati. Qua in re longè cauendū est, ne in cōsignatione patrimonij, loco tituli vllum pactū fiat, inter ordinatorē & ordinatū, quo promittat ordinat⁹, se nullo tēpore

ab

ab Episcopo victum petiturũ, nam talis conuentio symoniaca est, & ob id qui ordines contulit, triennio collatione ordinum est suspensus, ordinatus vero indeterminato tempore, & ideò perpetuo suspẽsus manet, vt in c. penult. de simo. Nec tale pactum firmitatem poterit obtinere. glo. not. in d. c. pẽ. in glo. 1. quam communiter Doctores sequuntur teste Ana. ibi. n. 1. qui contra Abb. in. d. c. dicit id procedere etiã si iuramentum interuenerit, idem sequitur Feli. ibi.

12 Illud verò circa nostrum institutum notatu dignum censeo, quod si quis sacris ordinibus innitiatur patrimonio cõstituto, vel alimẽtis promissis, vel donatis, eo pacto interposito, quo postquã ordinatus fuerit, se non petiturum id quod sibi donatum, vel promissum est, vel si donatum & traditum fuerit, restituturum promiserit, is absque dubio sine titulo ordinatur: propterea quæ in huiꝰ capitis pœnam suprà constitutam incurrit. Ita tenet Marti. Azpilcueta. in. d. c. 27. nũ. 158.

13 Sed nec est omittendũ. quod qui pòst Sacros susceptos ordines remittit ius patrimonij, quod sibi donatũ fuerat, nullo pacto ante ordinationem conuento, pœnam supradictã non incurrit. arg. glo. sing. in c. tuis. de præbend. & in capit. si Episcopus. eo. tit. in. 6. quod sequitur Nauar. in. d. nu. 158. Qua in re cauendum est, à Fratre Bart. à Medi. in d. tract. §. 8. fol. 49. qui clericum hoc facientẽ suspensum esse iudicauit. Non tamen diffiteor, vltra actus anullationem, arbitraria pœna pro modo culpæ tanquam sacratissimam legem violantem, puniendum esse.

Hoc verò patrimoniũ, cuius 14
ratione absque titulo beneficij Ecclesiastici Episcopus aliquẽ ordinauit, habere priuilegia bonis Ecclesiarum à iure concessa tenent glos. not. in capit. Episcopus. de prębend. & ex ea ita colligit Baldus in titul. de pace const. columna. 5. Deci. in d. capit Episcopus, idem in capit. Ecclesia. S. Mariæ. de consti. nume. 18. à qua quidẽ opinione ipse libẽter dissentio, authoritate. glos. in capi. tuis de præben. quam Abb. & Imol. ibi sequuntur, & Felinus in dicto capit. Ecclesia. numer. 10. asserentes, quod ea assignatio patrimonij, vt quis sacris ordinibus innitiatur, nihil aliud operatur, quam per eam satisfiat Canonicis constitutionibus circa hoc loquentibus, vnde ex hac assignatione patrimonium non efficitur Ecclesiasticum: & vltra suprà allegatos, opinionem istam amplectuntur Ioan. à Selua de benefi. 1. par. q. 3. num. 10. & num. 29. D. Couar. in li. 1. var. resol. c. 4. num 4. & sentit idẽ in c. Raynaldus. §. 2. num 7. de testam. Fernand. Vasq. de succes. creati. §. 32. num. 33. Nec refragatur glo. autoritas. in dict. cap Episcopus. de præb. quæ solum dicit istũ ad sacros ordines pro-

motum, in persona & in rebus priuilegio clerici gaudere. Quod nemo negauit, quo ad ea priuilegia, quæ clericis eorumque patrimonio à iure concessa sunt: non tamen ex hoc sequitur clericum in hoc patrimonio habere priuilegium Ecclesiarum. Vnde in præscriptione talium bonorum, non est tantum tempus necessarium, sicut in præscribendis bonis Ecclesiæ glo. sing. & ibi Abb. in cap. Sanctorum. de præscrip. & in cap. 1. de consue. Franc. Bald. qui alios allegat in tract. præsc. 5. par. prin. q. 5. Pari ratione restitutio, quæ iure minoris Ecclesijs competit, minimè conceditur clericis ratione patrimonij. glo. celebris. in Clem. 1. in glo. 2. de in integ. resti. quã fateatur esse communiter approbatam, D. Couar. & Fern. Mencha. in locis suprà allegatis: & opinionem istam veriorem censeo, licet contrariã tenuerit Lara. in l. si quis à lib. §. solet. nu. 36. ff. de lib. agno.

15 Occurrit tamen disceptatio huic loco accommodatissima, quid si parentes donauerint filio, vt iure melioratiõnis ad titulum patrimonij ad ordines sacros possit promoueri, an post promotionem ab eis possit reuocari, iuxta Regiam cõstitutionem primam. tit 6. lib. 5. Regij ordina noui. Et dubiũ facit, nam licet ob onerosam causam donatio facta sit, non tamen iuncta est cum tertio, vt Regia lex, vt irreuocabilis efficiatur melioratio sanciuit. Sed verissimum esse censeo, prædictam melioratione nullo modo post sacros susceptos ordines, à parentibus posse reuocari. Nam vt suprà tradidimus, nullus absque Ecclesiastico beneficio, vel saltem sine patrimonio ordinari potest. Imò si Episcopus absque titulo ordines contulerit, tenetur ordinato necessaria ministrare, donec in aliqua Ecclesia condigna stipendia clericalis militiæ assignet. vt ex Lateranensi Conci. probat Summus Pontifex in c. Episcopus. & in cap. tuis quæstionibus. de præben. & ideo nõ tantùm donatio hęc ob onerosam causam fit, nempe vt spirituale matrimonium celebretur, sed etiam tertium respicit, scilicet Episcopum, vt eum nõ ordinasset, nisi sub spe verę donationis ordinando facta fuisset, quare iniquum & captiosum esse, huiusmodi donationẽ reuocari posse, vt in terminis dictæ Regiæ constitutionis asseuerat Michael Cifontanus eruditi vir ingenij, in l. 17. Tau. col. 2. versi. Idem in donatione. D. Episcopus Couar. in cap. Raynal. §. 2. num. 7. de testam. Petrus Auẽdan. resp. 17. in fine. Ioan. Mati in d. l. 1. tit. 6. lib. 8. ordi. noui. & doctissimus Tellius Ferdi. in dicta. l. 17. num. 81. & 82. & de iure communi, idem tradiderunt multi, qui à præcitatis doctoribus allegantur. *Mich. Cifon.*

Ex quo subsitur anceps 16 quæstio, in forensibus tamen controuersijs frequentissima, an dona-

an donatio facta à patre filio ad titulum patrimonij, vt ordines suscipiat, imputetur ei in legitima, vel præcipuam habebit: quam primus omniũ quos ego legi tetigit Ioan. Fab. in l. si emancipati. C. de colla. versi. ideò credo. & in ea est sentẽtia vt existimet, talem donationẽ conferendam non esse. idem in §. fin. Iusti. de inoffic. testam. Ioan. Igneus. in l. 3. §. subeunitur. num. 177. ff. ad Sylan. Bart. Chas. in consuet. Burg. Rub. 7. §. 5. fol. 246. & omnium latissimè, Aymon consi. 136. per totũ. & ex nostris Anto. Gom. (obiter tamẽ & veluti per trãsenam) in l. 29. Tauri. num. 21. Sed ad hac opinione recedit D. Episcopus Couar. in c. Raynaldus. de testam. §. 2. num. 7. quo loco censet donationem istam imponendam esse in legitima, eo quod sit donatio ob causam quasi propter nuptias, cui accedit Petrus Auend. resp. 17. Fernand. Mench. de succes. creati. 1. par. lib. 3. §. 22. nu. 44. nouissimè verò Telius Ferdin. in l. 29. Tauri. num. 16. primã Fabri opinionẽ contra D. Couar. amplectitur, quam veram & communem esse testatur. Idem fatetur Ioan. Matien. in l. 3. tit. 8. lib. 5. ordi. noui glo. 2. num. 14. quam Tellius ea ratione corroborat, quia secundum leges nostras (vt ille inquit) omne quod non est ob causam cõcessum, ad quod parentes poterant compelli iudicis officio, vel in iure expressum non est, non imputatur in legitima, nec confertur. Sed pater compelli minimè potest, vt hanc donationem filio faciat, vt Aymon dict. consil. latissimè disserit, nec hoc in iure sancitum est, ergo donatio hęc simplex erit, & ideò in legitima filij non imputabitur. Ego tamen (vt meum quale sit iudicium interponam) D. Episcopi Couar. opinionem veriorẽ censeo, quam ipse & Doctores, qui ei accedunt suprà allegati, multis rationibus eam corroborant, solum enim superest, vt satisfaciamus fundamento Tell. Ferdi. contra D. Episcopi opinionem adducto. Nam respondetur, quòd non est necessarium, vt ex necessitate præcisa à patre proficiscatur donatio ob causam, vt in legitima imputanda sit: imputabitur quidem etiam si donatio ob causam ex necessitate tantùm causatiua proficiscatur, quod probat text. optimus in l. omnimodo. §. imputari. C. de in offi. testa. vbi pater filio ad officiũ, vel militiam emendam pecuniã subministrauit, nullo quidem iure, nec præcisa necessitate cogente, sed solùm causatiua necessitate impellebatur, quia aliter is filius non posset, vel nõ sic facilè eam militiam vel officiũ adipisci, & illa pecunia in legitima est imputanda. Sic & in quæstione nostra cùm is filius non posset, vel nõ sic facile ad sacerdotium promoueri, nisi à patre dictam donationem receperit, iuri consonum est, vt in sua legitima

Defenditur opinio D. Couar. contra Tellium Ferdi. & communem.

præfata donatio imputetur. Et ita sæpissimè in facti contingentia interrogatus, cum peritissimis consului & obtinui.

Serui sine dominorum licentia.

CAPVT, XIX.

1 *Seruus ordinari non potest.*
2 *Si tamen de facto fuerit ordinatus, vere suscipit ordinis Sacramentũ.*
3 *Episcopus qui sciens seruum ordinauit, qua pœna puniatur.*

1 QVod nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, a nisi prius à proprijs dominis libertatem consequantur, cautum est Concilijs Tribuciensi, & Toletano, de quibus in capitulo, Nulli. & in capitulo, De seruorum. 54. distin. & in capit. 1. & 2. de seruis non ordinandis. Est enim irreligiosum obligatos existere serituti, qui sacri ordinis susçipiunt dignitatem, vt sunt verba Cõcil. 4. Tolet. in Cano. 73. Adeò præterea Ecclesia olim abhorruit promouẽdos ad Clerum, alicui subesse seruitutis speciei, vt etiam libertos b b sæcularium promoueri vetuerit, vt in Concilio Elibertino, Can. 70. sub his verbis: [Prohibendum vt liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clericum nõ prouehantur.] Et nota quòd in hac materia, appellatione sacrorum ordinum, comprehenduntur etiam minores, vt firmat Præpo. in 2 dict. cap. Nulli. Aduerte tamen quòd seruitus non impedit ordinis susceptionem de facto: quia si seruus ordinetur, verè ordinem susçipit. c Istam conclusionẽ ponit Præpo. in summa. 54. distinct. post Cardi. ibi. Attamen si seruus aliquis fugiens Dominum suum qualibet calliditate, aut fraude ad gradus peruenerit Ecclesiasticos, decretum est vt deponatur, & eius Dominus eum recipiat, vt in cap. 2. de seruis nõ ordinan. Vbi vide bonam distinctionem, quam descripsit Abb. post glos. quã nec in substantia referre licet, nec trãscribere decet, quia temporibus istis casus hic rarissimè cõtingit. Qua autem pœna puniatur 3 Episcopus, qui sciens seruum ordinauit, aut qui illi nescienti testimonium perhibuit. de eo, vide Concil. Aurelia. 1. in Cano. 10. vbi illa describitur in hæc verba: Si seruus absente vel nesciente Domino, Episcopo sciente, quod seruus Diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in Clericatus officio permanẽte. Episcopus eum Domino duplici satisfactione compensẽt. Si verò Episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut supplicauerint ordinari, simili rehibitioni teneantur obnoxij. Quod Concilium transcripsit Gratianus in c. Si seruus. 54. distinct.

c

A PRomoueatur. Serui quidem nullo modo ad sacros ordines promoueri possunt, ne obscuretur maxima sacerdotij dignitas, & autoritas minuatur, vt deplorat Basil. in Epist. 8. ad

Egregie declarat. Regia lex Hispanorum 6. titu. 22. par. 4. tit.

8. ad Eusebium Episcopum Samosaten. Licet enim libertas non sit de substantia Sacramẽti, sicut nec membrorum integritas, est tamen ad ordinum vsum necessaria: nam cùm per ordinum susceptionem homo diuinis officijs mãcipetur, debet esse sui iuris, vt libere ministerio Ecclesiæ possit vacare. Et ea ratione non licet ordinibus insignito, saltem in sacris, sese in seruitutem tradere, nisi insignis aliqua pietas intercesserit, vt de Paulino Nolanæ Episcopo, refert Grego. li. 3. dialogo. c. 1. qui seipsum Tyrãnis vendidit, vt subditos redimeret. Et circa huius capitis materiam, vide Regiam l. 6. tit. 22. par. 4. qua diffinitum est, seruum qui ad subdiaconatus ordinem fuerit promotus, dominо restituendum esse, si intra annum ab eo postuletur: de cuius legis sanctione miratur ibi doctissimus Greg. in glo. in verbo, *subdiacono*. cum aduersetur. tex. in cap. miramur. de seruii. non ordi. vbi idem in subdiacono quod in diacono est statutum. Idem disponit Regia l. 18. tit. 6. par. 1. qua in re Sacri Iuris Canonici decisionibus standum est, vt prudenter scribit Grego. in dict. glos. dicta tamen l. 6. procedebat de iure antiquo, secũdum statum primitiuæ Ecclesiæ, quãdo subdiaconatus non erat sacer ordo. Ita eam interpretatur Greg. in d. l. 18. in ver. *Epistola*. Et vide etiam Hosti. in summ. tit. de seruii. non ord. Sylues. in sum. in verb. seruitus. q. 6. & latissimè examinat & resoluit Aluer. Troti. lib. 2. de vero & perfecto cleri. cap. 4. per totũ. & melius Simon Maiolus de irregulari, cap. 35. vbi. num. 4. scribit, quibus modis irregularitas, quæ ex seruitute contrahitur, deletur.

Egregie declaratur Regia lex Hispanorum 6. titu. 22. par. 4. tit.

[Etiam libertos.] Vide omnium latissimè Simo. Maiol. de irregula. dict. lib. 1. cap. 36. B

[Ordinem susçipit.] Vide F. Domin. Soto. in 4. senten. dist. 25. quæst. 1. artic. 1. C

Ad Ratiocinia obligati.

CAPVT, XX. QVOD nouè æditum est.

1 *Obligati ad ratiocinia, minimè possunt ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*

2 *Tutores dolo connicti, vel si publicæ Principis tutelæ gesserint, vel patrimonium eius tanquàm curatores fuerint administrati, à sacris ordinibus susçipiendis repelluntur.*

3 *Astrictus ad priuata, & non publica ratiocinia, à sacris ordinibus non arcetur.*

4 *Huius capitis irregularitas perpetua non est, quia finita administratione, & rationibus redditis, funditus euanescit.*

5 *Administratores rerum Ecclesiasticarum, vel miserabilium personarum, pendente administratione, ad ordines promoueri non prohibetur.*

6 *Ad ratiocinia publica obligati, præstita fideiussione, sacris possunt ordinibus insigniri.*

RAtiocinijs implicati nullo modo ad sacros ordines promoueri possunt, nam qui tot curis distrahuntur, & tot inuoluti negotijs, sacrorũ or- 1

dinum ministerio vacare non possunt. Tum quia in reddendis rationibus, doli crimine forsan redargui possent, & multis magnisque litibus vexari, quod frequentissimum est. Ita fuit diffinitū in Concilio Carthagi. 1. cap. 8. & habetur in c. magnus. 54. distin. cap. præterea: si dict. cap. vni. de oblig. ad gratioci l. Officiales. C. de Episco. & cle. Regia. l. 23. tit. 6. par. 1. Nec mirum hoc esse debet, cùm ius ciuile istos ad honores & publica munera promoueri prohibuerit. l. rescripto. §. debitores. ff. de munerib. & honorib. & facit lex. 1. C. de debit. bono. ciuit. lib. 10. & in l. his oneribus. §. 1. & §. fin. ff. de vacat. munē. & in l. semper. §. cōductores. ff. de iure immu. Et tanti habetur ista irregularitas, vt quasi ad exemplum actionis popularis omnis Ecclesiastica persona excipere potest, ne isti ordinibus sacris initientur, & dominus cui rationes reddendæ sunt, multo magis id efficere poterit, & quilibet alius qui sua interesse putauerit. Ita sing. tenet Abbas in dict. cap. vni. quæst. vlt. Simon Maiolus in tracta. de irregula. lib. 2. q. 11. num. 2. Imò si totum vnū collegium, ob publicam administrationem rationem reddere teneatur, nullus de illo collegio administratione pendente potest ad ordines promoueri. Hæc est celebris Archi. sententia in cap. tantis. 81. distin.

2 Tutores quoque, si de dolo conueniantur, vel si publicam Principis tutelam, vel curā administrauerint, ad sacros ordines ascendere prohibentur, sicuti reliqui ad publica ratiocinia obnoxi. text. in dict. capit. vni not. Specula. in tit. de obliga. ad ratiocinia post princi. Quod intelligēdum est, nisi compulsi administrationē susceperint, vel pro miserabilibus personis, præsertim si Episcopi cōsensus accessisset. ita expresse not. Sylvest. & Tab. in suis summ. in verbo, ratiocinia. & sicut promoueri possunt, ita & promoti susceptos ordines exercere promittetur. text. in cap. mōnachi. 16. q. 1. c. peruenit. 86. dist. & in optima. l. 48. tit. 6. par. 1. ibi. O *clerigo que ouiesse en guarda bienes de huerfanos*. Et licet Diuus Cyprianus lib. 1. Epi. 9. negat, Sacrificium offerendum esse pro eo qui moriens, clericum ad tutelam vel curam minorum administrandam nominasset, quasi quod clericus huiusmodi administratione, eiusque ratiocinijs inuolutus, à sacrorum ordinum ministerio impiè arceretur: vt probatur in c. Cyprianus. 21. q. 3. Est tamen testimonium illud Cypriani interpretandum, quando tutela vel administratio alicuius magnatis esset, vel alterius qui amplissimum patrimonium haberet, ita vt clericum illud administrantem, veluti oppressum, & sacris exercendis, segregatū haberet: alioqui si pauperum tutela foret, non solùm eam suscipere clericis permissum est, sed piū est opus.

opus. Leo enim Summus Pontifex maximus huius nominis primus. in sermone. 2. de Ieiunio decimi mensis. [Studeamus (inquit) viduarum defensioni, pupillorum vtilitati, lugentium cõsolationi, diffidentium paci.]

3 Huius tamen capitis irregularitas, dum tantat locum obtinet, quando quis ob publicam aliquam administrationem ratiocinijs astrictus esset. At si priuata fore administratio, nullum ad sacros ordines, impedimentum præstat, nisi tantùm in duobus casibus. Primo, si de dolo in administratione perpetrato, Is aliqua mota esset. Secundo, si in procinctu esset vt moueatur, ante litis exitum, promoueri nõ potest, imò si de facto promoueretur, dignus esset depositione, etiam si postea in causa vinceret. glos. sing. in dict. cap. tantis. 81. dist. per illum tex. & ibi not. Archidia. & dict. Regia lex. 23. & 24. tit. 6. par. 1 & ibi Grego. Lup. quæ opino verissima est & communis, licet antiqui nonnulli, quos allegat Inn. in dict. cap. vni. nullam differentiã inter publica vel priuata ratiocinia constituerunt, an quis conuincatur, dolo vel culpa: cùm talis distinctio secũdum illum nullo iure probetur.

4 Nec irregularitas hæc perpetua est iudicanda, imò administratione finita rationibusq; redditis, prorsus extinguitur. Ita tenet gl. Hostiem. & omnes in dict. ca. vni glo. in c. priscis. 55. dist. idem sequitur Archi. in prin. 51. dist. & in dict. cap. prętereà. ead. distin. multi tamen venerãdæ antiquitatis viri perpetuam esse iudicarũt. Sed manifestissimè allucinantur, & in contrarium est recepta nostrorum sentẽtia. Quæ ita demùm recipienda est, si publicam administrationẽ nullo dolo malove exercuerunt, at si dolus interuenerit, & Episcopus nouerit: nullo petente ex proprio eius munere, potest eum tanquam criminosum repellere. text. in cap. infames. 6. q. 1. glo. not. in c. alieni. 2. q. 7. & in dict. cap. vni. & d. Regia lex. 24. Alber. Trotĩ. lib. 2. de vero, & per. cler. capit. 6. numẽro. 3.

Inter hos verò qui publicis ratiocinijs sunt obnoxij, minimè ascribuntur ij qui Reipublicæ sunt debitores: ex debito tamen sine aliqua administratione contracto, forte ex mutuo, locatione, vel emptione, vel similibus alijs cõtractibus, nam obligatione, vel lite pendente ab ordinibus sacris minimè arcentur. glo. not. in d. c. propterea. vbi Archid. Abb. in dict. cap. vni. q. antepenult. Syluest. & Tau. in summis. in verbo, Ratiocinia. per. l. quisquis emensis. C. de Episcop. & cler. & d. l. rescript. §. debitores, ad municipal.

Item nec ordinibus innitiari prohibentur, administratores rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum, aut cuiuslibet alterius piæ causæ publicæ, vel priuatæ, etiam ad- 5

miniſtratione pendente. tex. in c. 1. ne clerici vel monach. tex. in. d. cap. peruenit. 86. diſt. cap. iudicatum. 89. diſt. & dict. Regia. l. 23. & not. Calagur. Epiſcopus infra capit. 60. in principio.

6 Tollitur etiam dictũ Canonicum impedimẽtum, ſi is qui publicis ratiocinijs aſtrictus eſt, fideiuſſores præſtiterit. Ita ſing. tenet Vicen. in dict. c. vniq̃ ibi refert & ſequitur Abb Panor. quæſt. antepen. & noſter Gregor. in d. l. 23. in ver. *No ſe puede ordenar*. Et quo ad publica munera, ita deciſum eſt, in dict. §. debitores. Quod ita demùm verũ eſſe intelligo, quando tales fideiuſſores ita obligarentur, vt poſſent ante principalem debitorem conueniri, alias ſimplex fideiuſſio ſufficere non videtur, cùm creditor ipſe non vulgare detrimentum pateretur, ſi prius diſcutiendus eſſet principalis, antequàm fideiuſſores poſſet conueniri, vt in auth. de fideiuſſo. & mandato. §. 1. col. 1. vbi glo. Iacob. de Veloui. Bar. & Ang. & in auth. ptæſente. C. de fideiuſſo. Regia l. 9. tit. 12. par. 5. & ita in terminis tenent Maiolus in dict. tract. de irregu. lib. 2. cap. 11. num. 14. Quod ad dictum. §. debitores multum notari debet.

Illiterari.

CAPVT, XXI.

1 *Illiteratus non poteſt ad Eccleſiaſticos ordines promoueri.*

2 *Cum omnino illiteratis, vt promoueantur ad ordines non poteſt diſpenſari.*

3 *Clericus ignarus, qui de facto ſacris fuit ordinibus inſignitus, arbitrio iudicis eſt puniendus.*

4 *Clericus illiteratus priuari debet ſuo beneficio.*

5 *Papæ etiam ex certa ſcientia ſcribenti pro illiterato, obtemperandum non eſt.*

6 *Collatio beneficij, illiterato facta, eſt nulla ipſo iure.*

7 *Illiterati penitus qui dicantur.*

POſteaquàm almus ille Paracletus Apoſtolos, ac omnes alios, qui primum mundo orthodoxam fidem noſtram annunciaturi erãt doctrina ſacra perdocuit, ac diuinis imbuit myſterijs, alioſque Eccleſiæ Doctores illuminauit, qui doctrinam ab eo inſpiratã futuris temporibus pro ſalute fidelium in ſcriptis redigerent, iam non ſic in quacunque ſæculi ætate, nouos docet Apoſtolos, aut Doctores illuminat. Vnde Eccleſiam ſanctam gubernaturis, onus committur inijũctum, vt proprio diſcant labore, quæ populis valeant prædicare, quoue ignorantes in fide inſtruant, ac omnes ad Chriſtianos mores obſeruãdos perſuadeant: Pieque conſtitutum eſt, vt qui ad diſcendi laborem non ſunt perpeſſi, gubernandi, miniſtrandique in Eccleſia Dei honore non fruantur, permaximè quidem ac ſui regimen viris literatis Eccleſia noſcitur indigere,

a indigere, a vt inquit tex. in ca.
1 cum ex eo de elect. in 6. Vnde merito Gregorius prohibuit ignorantem literas ordinari, vt in capit. Præcipimus. 34. dist. & idem censuit de illiteratis Gelasius, vt habetur in cap. illiteratos. 36. distinct. & in capit. 1. 55. distinct. & Hilarius Papa in cap. pœnitentes. ea dist. Præterea Iustinianꝰ Imperator in authen de Sãctis Episcopis. §. Clericos. col. 9. nisi literas scirent, non permisit clericos ordina-
b ri, b & hodie etiam neque ad primam tonsuram illiterati vi-
c ri promoueri possunt. c vt in cap. fin. de tempor. ordin. in 6. quod ibi intelligũt Domin. & Philip. in penitus illiterato, per text. iunctis glos. in dicto cap. præcipimus. & in d. cap. illite-
2 ratos. cum quo non possunt
d dispensare Episcopi, d vt fiat clericus, vt notat Inno. in cap. Dilect. de tempo. ordin. cui assentiuntur Domi. & Philip. vbi suprà. & Phil. in c. per tuam. de Simon. num. 3. & vide Cardi. de Turrecremata, in cap. si in laicis 48. distin. vbi facit firmã cõclusiõnem, quod super omnimoda ignorantia in sacerdote, nulla potest cadere dispensatio: quia de iure diuino est, ꝙ sacerdos habeat scientiam, vt habetur Oseæ. 4. cap. Si autem carẽs literis omnino fuerit ordinatus, recipit characterem,
e e vt firmant Inno. & Ioã. And. in capit. cum in cũctis. de elect. quod refert Car. Turrecrema. in dict. cap. illiteratos. & idem tenet Cardi. post Lauren. in Clemẽ. 1. in fin. verbis, de ætat. & qualit. qui asserit, quòd etiã puer vnius diei baptizatus, si ordinetur, recipit characterem. Pœna autem illiterati, qui ad 3
sacros ordines fuerit promotus, cum de iure non sit statuta, expressè arbitrio iudicis relinquitur, f quæ videtur esse con- f
ueniens, vt ab ordinibus suspẽdatur, donec sufficientiam tali ordini requisitã habuerit. Practica præterea prælatorum & suorum officialium, qua solent ignorãtes clericos semipromotos, pœnis condignis, vt studio vacent, compellere: fundamentum habere potest ex his, quæ dispositа sunt in Concilio Toletano. 8. in Canõ. 8. sub his verbis: Illi sanè qui iam honore dignitatum fungũtur, huiusce tamen ignorantiæ cæcitate vexantur, aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscẽdi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Absurdum siquidem est eos, qui cæteros simpliciores & laicos habent docere, quibus & disciplinæ & vitæ debet esse veluti quoddam speculum, ad alicuius ordinis promoueri statum, qui legem Dei ignorant, nec literarum saltẽ mediocritate sunt insigniti. Si verò om- 4
nino illiterato vltra prædictos ordines beneficium fuerit collatum, eo dignè priuari potest: g quia collatio beneficij facta g
tali non tenet: vt notat Philip. in dict. capit. fina. de tempo. ordin. in 6. referẽdo Inno. & Ioã. Andr. in cap. cum nostris. de
concess.

cõcef. præben. æquiparat enim Inno. ibi illiteratum mulieri ac
5 infanti. Et facit quod Felin. tenet in cap. inquisitioni. de sententia excommu. vbi dicit quòd si Papa scribat, etiam ex certa scientia pro illiterato, credit, quòd non est ei obediendum: quia vitium illiteraturæ est de iure diuino. cap. nisi cum pridem. de renuntia. c. literaturæ.
6 38. distin. Et confirmat hoc, quia ius canonicum magis abhorret illiteratũ, quam homicidam, quia collatio facta homicidæ tenet: secus si fiat illiterato, quia est ipso iure nulla,
h h & refert ita tenere expresse Imol. in dict. capit. cũ nostris. Per quæ verba dicit etiã idem Fel. in cap. si quando. col. 10. nume. 30. de rescrip. quòd omnino illiterat⁹ est incapax dignitatis ipso iure, sicut infans, furiosus, & similes. Et paulò inferiùs tractãdo de sufficientia requisita in prælatis, dicit, quòd vbi concurrit totalis illiteratura, credit quòd si Papa dispensaret, esset dispensare di-
i rectè contra ius diuinũ i penitus autem illiterati illi dicuntur, qui nesciunt facere officium ad quod tenentur, vbi dicit Domin. in capit. sedulò. 38. dist. col. 2.

A *Indigere.* Vide Ioan. Monachum, in cap. cùm ex eo. de electio. lib. 6. Felin. in cap. si quando. col. 4. de rescrip. & latissimè Albert. Troti. libro. 2. de verò & perfecto cleri. ca. 32. cum multis sequentibus.

B *Ordinari.* Vide Petrũ Rebuff. in pract. benefi. in parte de cleri. & à quibus & quo mod. creent. num 25. fol 12. Domi. Soto, in 4. sent. dist. 25. quæst. 1. artic. 4. Et quod illiteratus sit irregularis, tenet expressè Inno. in cap. cùm in nostris. col. 1. de consef. præb. Aluar. Pelag. de planctu Ecclesiæ. lib. 1. artic. 48. & latissimè differit Simon Maiolus de irregula. li. 1. c. 32. Quæ sententia communis est, vt fatetur Mart. Nauar. in cap. si quando. de rescrip. excep. 11. in prin. Quæ vero scientia in promouendis ad sacros ordines desideretur, iudicandũ est pro ratione ordinum, ac oneris susceptri. cap. cùm in Ecclesia. de elect. cap. quod ipsis. 38. dist. Inno. in dict. ca. cùm in cũctis. vbi eleganter scribit quod is dicetur idoneam, & sufficiẽtem scientiam habere, quę sufficiens est attenta illius dignitate, loco & ordine: cuius opinionem communi suffragio Doctores approbant, ibi, Card. Imo. & Bonif. in Clem. 1. de ætate & qualit. & tenet. S. Thom. in 1. 2. quæst. 76. artic. 2. qui sic ait. [Omnes tenentur scire communiter ea quæ sunt fidei & vniuersalia iuris præcepta: singuli autem ea quę ad eorum statum vel officium spectant.] Et ideò quæ scientia sufficiens sit, iudicis arbitrio relictum est. vt scribit Bonif. in dict. Clem. 1. Marti. Nauar. in d. excep. 11. Hodie autem ex Sacro Concilio Triden. per singulos ordines melius explicatum ac diffinitum est. Tonsura etenim

etenim non nisi chrismate cõfirmatis, & fidei rudimenta, & legere ac scribere scientibus confertur, vt dispositum est sessione. 23. cap. 4. de refor. Minores verò, vsque ad acolicatum, non conferuntur, nisi Latinam linguam intelligentibus. ibidē cap. 11. & post redditum testi-
4 monium de literis ac moribus per parochum & scholæ magistrum. ibi. cap. 5. Maiores autē sacri, non conferuntur nisi ijs qui probè versati sint in minoribus, ac de his benè instructi sint, quę exercendo ordini, quē suscipiunt conueniunt. ibidem cap. 13. Presbyteratus ei soli conceditur, qui docere possit populum, ea quæ ad salutē scire necesse est. ibi capit. 14. Episcopatus verò ei solum conceditur, qui vtrumque testamentum scit, diuinis literis, & suos posit docere, & alienos confutare. cap. omnes. 38. dist. cùm iudex sit animarum. c. de persona. 11. q. 1. & ea ratione in Tridentino Concilio. sess. 22. c. 2. de refor. vt quis ad Episcopatus dignitatem possit promoueri, Doctor aut Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio esse oportet, aut publicæ alicuius Academiæ testimonio idoneus, ad alios docendos apparuerit.

Aliquando tamen, ad consequendum Sacerdotium, tam ardens in homine charitas esse potest, vt scientiæ defectū supplere possit, si non sit penitus insçius & illiteratus. text. in c. nisi cum pridem. de renun. ibi, [Scientia inflat, charitas autem ædificat: & ideò imperfectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis.] Antiquis enim temporibus quandoque permissum fuit, vt charitas scientiæ præponderaret: maxima tunc spes erat, vt qui plurimum diligeret, etiam in scientijs plurimùm proficere posset. glos. in cap. solicitudo. 52. dist. Sanctus quidem Flauianus Episcopus Mancedonicum Anachoretam ad sacerdotium promouit, virum cuiusuis disciplinæ expertem in locis agrestibus, & in verticibus montium educatum, simplicē, sacrarumque literarū imperitissimum, sed quia in eo summa Charitas vigebat, ob id eum promouit, vt testatur Theodoret. in Philotheo in vita Macedonij, & Lippom. Vit. S. Thom. secūdo. Nonne etiam Sacerdotio dignus fuit S. Antonius Anachoreta, ob eius incredibilem charitatem, quem fuisse indoctum probat Augustin. lib. 1. de doctrina Christi, in prologo, de quo multa scribit Cassiodo. historiæ tripart. lib. 1. cap. 10.

[Promoueri possunt.] Vide C Sacrosanctum Concilium Tridentinum suprà allegatum, sess. 21. cap. 4. de format. Marti. Nauarr. in manuali confess. cap. 27. num. 205.

[Dispēsare Episcopi.] Adde D quòd hæc autoris sentētia procedit, in viris iam ætate graueſcētibus, sed in iuuene septē annorū, potest Episcopus cum modica scientia ei primā tonsuram

ſuram conferre, habita ætatis ratione, & ſub ſpe futuri ſtudij. Ita autorem noſtrum interpretatur Petrus Rebuff. in pract. benefi. tit. de clericis. & à quibus & quomodo creen. num. 29. Hodie tamen præcedens cõcilij deciſio ad vnguem ſeruanda eſt.

E [Recipit characterẽ.] Vide Domin. Soto. in 4. ſenten. diſt. 25. quæſt. 1. artic. 2. Simo. Maiol. de irregularita. lib. 1. c. 32. num. 11.

F [Relinquitur.] Adde text. in l. 1. §. expilatores. ff. de effractor. vbi Bar. tradit Deci. in c. de cauſis. de offic. delega. & in l. ſi fugitiui. numer. 84. C. de ſeru fug.

G [Priuari poteſt.] Adde Concil. Trid. ſeſſ 21. c. 6. quo ſancitũ eſt, quod ſi illiterati & imperiti clerici Rectores Eccleſiarum ſteterint, priuandi non ſunt: ſi aliàs honeſtè & probæ vitæ fuerint, ſed ab Epiſcopis illis coadiutores deputãdi ſunt. Quæ deciſio procedit, in iam promotis, alioqui nondũ promoti prætextu idonei vicarij admittendi nõ ſunt. Ita declarat Maiolus de irregul. lib. 1. c. 32. num 13. Et nota, quod is qui illiterato beneficium contulit, à pœna nõ eſt immunis: nam omne damnum ab eo illatum reſarcire tenetur. Ita expreſſe docent Anchar. & Cardin. in Clemen. 1 col. vlt. de ætate & quali. Angel. de Clauaſi. in ſum. in verbo, reſtitutio. Felin in cap. ſi quando. num. 7. de reſcrip. Coſmas in pragma. Gall. in verbo, indignorũ. quã doctrinam tanquàm mirabilẽ, & ſtupendam, refert & ſequitur Mart. Nauar. in dict. excep. 11. Ioan. Lup. in c. per veſtras. §. 26. num. 11. de don. inter vir. & vxo. & ſuffragatur text. in l. 1. & 2. C. de peri. nom. lib. 11. cap. Valentinianus. 63. diſt. ad mediũ, cũ dicit: [Super vos eſt talis electio.] Et mortalem culpam cõtrahit, quia miniſterio Dei indignos & immeritos eligit. tex. in cap. monaſterij. 19. q. 3. glo. pen. in cap. ad Apoſtolicam. de regular. & tranſgreditur Decreta Canonica ſtatuentia optimum eligendum eſſe. c. Metropolitano. 63. diſt. & ea ratione etiam mortaliter peccat. cap. quia eadem. 1. diſt. capit. quæ in Eccleſiarum de conſt cap. fin. eod. tit. in 6. Et duodecim pœnas quibus afficitur, qui indigno beneficium Eccleſiaſticum contulit, diligenter congeſſit Petrus Rebuf. in practi. benè de pœnis contra collato. indi conf.

[Nulla.] Adde Martin. Nauar in d. c. ſi quando excep. 11. de reſcrip. qui opinionẽ iſtam communem eſſe teſtatur, quã tenuerunt Inno. & Panor. in cap. cum in noſtris. de conceſ. præben. Felin in capit per tuas de Simon. Ioan. Cora. in tract. de ſacerd. 3. part. cap. 5. num. 3. cui communi & veriſſimæ ſententiæ ſuffragatur text. not. in cap. cùm in cunctis. §. fin. de elect. qui probat, eum qui confert beneficium, vel ad illud ſcienter eligit indignum, ob

H *Collatio beneficij illiterato facta, an firmitatem obtineat.*

ætatis,

ætatis, morum, scientię, vel natalium defectum, pro ea vice priuari eligendi, vel conferendi facultate: collationē vel electionem ipsam ad alium deuolui. Ex quo quidem text. ponderandum est collationem vel electionem factam, patiēti aliquem ex illis quatuor defectibus, ad alium deuolui: igitur collatio nulla fuit, quia aliàs non deuolueretur facienda, si iam facta teneret. Deinde conducit text. optimus in cap. dudum. de election. quo dispositum est electionem eius, qui tempore quo eligebatur defectum ætatis, vel scientiæ patiebatur, inutilem esse ipso iure: cuius ratione Abb. ibi. n. 11. not. collationem nescienti factam ipso iure nullam esse. & vide text. glo. & Doctores in Clem. de ætate & qualitate. Quæ communis sententia procedit in tantum, vt ea collatio quæ literarum inscio facta fuerit, coloratum titulum possidēti non præstet. Ita colliges ex doctissimo & omnibus numeris cōsummatissimo Petro Rebuffo in tract. de pacifi. posse. numero. 213. Si iunges ea quæ ipse dixit, ibi n. 172. ver. Quarto non procedit. Hæc tamen opinio vera est, in penitus illiterato, qui Latini sermonis apud Latinos est ignarus, & Græci apud Græcos, non verò procedit, quando quis qualemcunque scientiam habet, licet non idoneam: licet æquidem collatio ei facta firmitatem de iure non obtineat, coloratum titulum præbet. Ita sing. interpretatur Nauar. de excep. 11. verſicu. Et ideò fol. 47 quod probat ex his quæ Ab. & Doctores tradiderunt in d. capit. cùm in nostris. de cōcef. præben. Cosmas in pragm. tit. de pacific. posse. verb. coloratum, Imò amplius existimat ipsemet Rebuff. in loco nouissimè allegato: clericum illiteratum qui beneficiū triennio possidet, non gaudere beneficio regulæ de triennali possessore. Sed hoc iure improbat in dicto loco. Ex cuius dictis limitanda est autoris nostri & aliorum recepta sententia dupliciter. Primò, vt solùm procedat in eo qui nunquàm literas didicit: secus verò si eas semel didicisset, & posteà ob infirmitatē, vel ob aliam causam, lapsus fuisset memoria: ita vt prorsus literas ignoraret, quia quo ad habilitatem impetrantis, tempus acquisitionis beneficij attendi debet. text. incapit. ei cui. de præbend. in 6. & in capitulo, cùm de beneficio. & in capitulo, is cui eodem tit. & libr. & in Clemen. si de beneficio. eodem titulo. Secundo singulariter limita, nam licet collatio beneficij illiterato facta nulla sit à principio, si ita tamen literas ille addiscat, & is qui contulit, non pœniteat, pristina collatio tacita quadā, collatiōe reuiuiscit, quod multis confirmari potest, maximè ex his, quę scribit Abbas in capitulo, cùm ex officij. de præscriptionibus. vbi Felin. nu. 36.

H *Collatio beneficij illiterato facta, an firmitatem obtineat.*

1 [Contra ius diuinū.] Adde Inno. in capit. dilectus. de tempor. ordi. Cardi. à Turrecrema. in cap. si in laicis. 38. dist. vide latissimè circa hoc nec non totius huius capitis argumentū, Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæst. li. 2. Anchar. 5. casu. 425. quem post hæc scripta legi.

Neophiti.

CAPVT, XXII. QVOD nouè æditum est.

1 *Neophitus, quis propriè nuncupetur.*
2 *Neophitus minimè sacris ordinibus potest insigniri.*
3 *Munera, siue officia secularia, Neophitis sunt interdicta. ibiq; de interpretatione Toletani Concilij 3. capit. 14.*
4 *Iudæus Christiani tutor, vel administrator, esse prohibetur, ibi interpretatur. l. Spadonem. §. iam autē. ff. de excusa. tutor.*
5 *Neophitus contra Christianum testimonium proferre prohibetur.*
6 *Nouiter conuersi, quos vulgo (moriscos appellamus) non sunt testes idonei.*
7 *Neophitus quando ordinibus Ecclesiasticis possit insigniri.*
8 *Neophitus qui impropriè sic appellatur, an à Sacris ordinibus sit arcendus.*
9 *Iudæi Hispaniam coluerunt; à qua multis iustissimisq; causis fuerunt expulsi.*
10 *Nullus Iudæus, vel alterius sectæ, potest in Hispaniarum regnis incolatum habere.*
11 *Descendentes à Iudæis, vel ex alia infecta familia, à Collegijs & Cōfraternitatibus, iustissimè possunt repelli, quod multis magnisq; rationibus ostenditur.*
12 *Qui ex Iudaica, vel ex alia infecta familia descendunt, solent malis corruptis moribus coinquinari.*
13 *Apud Hebræos & Ephesios nullus ad sacerdotium promouebatur, qui labem generis pateretur.*
14 *Defenduntur constitutiones collegiorum excludētes, ab ipsorum domicilio eos qui generis labem patiuntur.*
15 *A domo amplissima Regū Hispaniarum, sanguine infecti repelluntur.*
16 *Mutanda nō sunt, quæ certam interpretationem habuerunt.*
17 *Licet generis labe infecti, virtutibus & literis polleant, minimè ad dicta collegia admittendi sunt, & vtrum his dispensatio indulgeatur.*
18 *Refertur Alphonsi à Montalbo Hispani opinio, quæ postea refutatur.*
19 *Defenditur contra apologia Henrici Mauroi Franciscani, statutum Sanctissimæ Toletanæ Ecclesiæ, necnon Genensis.*
20 *Generis macula, siue nota in antiquis, indicijs & fama probatur, & testibus de auditu deponentibus fides adhibenda est.*
21 *Testes qui circa generis qualitatem testimonium protulerunt, pro militari dignitate consequenda, vel progressu collegiorum, vel adipiscēdis beneficijs publicandi non sunt.*
22 *Hæreticorum filij an ad sacros ordines possint promoueri.*
23 *Summariæ probationes, circa generis qualitatem, quæ fieri solent, ab illis qui ordinibus sunt decorandi, quem effectum contineant.*
24 *Concilium Tridentinum sess. 23. ca. 7. de reforma. interpretatur.*
25 *Neophitus is dicitur, qui nuper religionem ingressus est, & quo tempore ad dignitates religionis possit aspirare.*

NEophitæ propriè hi appellantur, qui ex Iudaica lege, aut Mahumetica, vel Ethnica, nuper Christi legē sacrosanctam professi sunt, quasi nouiter in Christiana religione plantati: testimonio Diui Gregorij

gorij li.7.Epist.ca.111. ad Siagrum Episcopum. Habetur in cap.vlt 48.distin.Nō verō propiæ Neophitæ dicentur, qui à primis incunabulis Christianā militiam professi fuerunt, etiā si à Iudæis, Ethnicisve originē habuerint. Primos verò (quos propio vocabulo Neophitos appellamus) à Sacris ordinibus arcēdos esse pluribus antiquorum patruum decretis institutum fuit. Primo sanè Apostolica authoritate Diuini Pauli prima ad Timoth.ca.3.ibi. [Non Neophitū.] Prætereà Niceno Concilio his verbis decretum est: [Tēpore opus est vt cathecumenus quisque fiat, & post Baptismum multa probatione indiget euidens: namque est Apostolicum præceptum non Neophitū.] Retulit Gratianus in cap quoniam 48.distin. Cōciliumque Arelatense secundū sub Syluestro Pontifice primo huius nomine celebratum canone primo diffiniuit, eos ad Diaconatus vel Subdiaconatus ministerium promouēdos non esse. Hoc item prohibuit Concilium Laodicēse celebratum sub Libero Pontifice Romano,cap.3. apud Laodiceam Phrygiæ vrbe, & licet Prouinciale fuerit, posteà confirmatū fuit sext.i Synodo generali. Ideoq; qui in ægritudine baptizatus fuit ad Sacrum susciendum ordinem nō admittitur.text.in cap.1.57.dist. quē singularem esse testatur Romā. sing.46. & vidēdus est Euseb. lib.6.historiæ Eccles.ca.33.qui testatur olim minimè licuisse clericū fieri, qui maxima pressus necessitate morboque grauatus baptizatus fuisset. Præterea Summorumque Pontificum decretis Neophiti à Sacris ordinibus arcentur. Sozimus Summus Ecclesiæ Præsul hoc ita sanciuit in cap. qui Ecclesiasticis.59. distin. & Vrbanus Papa in capit. si officia. eadem distinct. Gregorius in capit. sicut.48.distinct. & in capit.hoc ad nos.59.dist.& in capit.si sacerdotale.61.dist. Celestinus in ca.ordinatos.59.distinct. Hormisda.in cap. in sacerdotibus. 61.distin. & in cap. non negamus.ibi. Leo Papa in cap. miramur 61.distinct. Sirius Pontifex huius nominis primus, hoc ipsum prohibuit in Epistola tertia ad vniuersos orthodoxos, Diuus etiam Ambrosius in cap. Neophitæis. d. distin.61. Cuius quidem prohibitionis ratio adducitur à Diuo Paulo.d.ca.3. ibi. [Ne forte eleuatus in superbiā, in iudicium incidat, & in laqueum diaboli (hoc est, in arrogantiā) quæ est Diaboli ruina.] Tum quia is alios edocere non potest, quæ nūquàm ipse didicit. Tum etiam quia alijs se conformare nō poterit, cùm nunquam ipse, statum Ecclesiæ regēdo, expertus est (vt vtar verbis glo.) in principio. 48. distin. in verbo, [Prohibentur.] De quo argumento vltra ordinarios interpretes, latè legēdus est insignis D.Couar. in Clem. si furiosus.1.parte,relecti.§.secundo

cundo.numero.7.de homi. Alber. Troti. libro. 2. de vero & perfect. cleric. cap. 12. Simon Maiolus de irregula. li. 1. c. 31.

3 Nec mirum est neophitos ad sacros ordines admittēdos nō esse, cum officia publica sæcularia munera eis interdicta sint: vt statutum fuit in Concilio Toletano. 4. c. 63. & habetur in cap. constituit. 17. q. 4. & in Concilio Toletano. 3. cap. 14. quod continetur, in cap. nulla. 54. distinct. cap. penult. de iud. Quod idem obseruandum est in his qui ex Iudæis sunt, qui apud Christianos publicis muneribus fungi non possunt. vt in dict. 3. Toletano Concilio continetur. & in d. cap. constituit. tenet Roman. sing. 672. Iaſ. in rubr. ff. de iusti. & iure. col. 1. Couar. in loco nouissimè allegato. Montal. in l. 2. tit. 3. li. 4. Fori. vbi multis probare cōtendit Toletanum Concilium non esse intelligendum de his qui ex Iudæorum gente fidem Catholicam susceperunt, quia à sæcularibus muneribus isti arcendi non sunt. Hoc idē not. Felin. & Ripa, num. 31 in dict. capit. eam te. de rescrip. idem Felin. in ca. cùm sit. de Iudæis. & est egregia l. 6. tit. 24. par. 7. Sed quòd tantum Concilium pro cedat in ipsismet Iudæis, qui fidem nostram nunquàm professi sunt, qui ad publicos magistratus vel publica munera recipiendi non sunt l. vlti. C. de iud. l. 3. tit. 24. par. 7. Quibus minimè refragatur l. generaliter. §. fi. ff. de Decurioni. quę ad honores admittit eos qui Iudaicam superstitionem sequuntur. Quoniam non de Iudæis intelligitur, sed de Christianis, qui in Iudæa primùm fuerant: ideoque Iudaicam superstitionem sequi dicuntur à iureconsulto, vt eruditè, elegāter, & copiosè ostendit Andr. Alciat. libr. disputation. 3. cap. 8. & in l. quidam ignauiæ. C. de Decurioni. libro decimo. Sequitur Andr. Tiraquel. de iure primogeni. quæstion. 66. num. 40. Qui quidem intellectus minimè placet D. Couarru. in loco nouissimè allegato, num. fin. qui quibusdam rationibus in medium adductis, testatur receptam esse sentētiam. d. §. fin. d. l. generaliter. antiquatum & correptum esse, per d. l. vlt. de Iudæ.

Pariq; ratione Iudęus Chri- 4
stiani tutor, vel administrator esse nullo modo potest, ne eum prauis & iniquis moribus, & Iudaicis superstitionibus eruditat. ita Bart. & Iaſ. in rub. ff. de iust. & iure. Ana. in rubr. de Iudæis. num. 7. Felin. in cap. cum sit. col. 1. eo. tit. Roma. in l. pactum. num. 11. C. de colla. Socin. consi. 70. col. vlt. lib. 1. Imò nec mater Iudæa filiorum suorum tutrix esse potest: vt tenuit Angel. Aretin. in §. prætereà. col. 25. ver. [Ex isto tex.] insti. de excep. vbi asseuerat ita tenuisse & consuluisse, licet (vt ille inquit) quidā doctor Bononiæ non gustauerit, & fortasse intelligit de Barba qui contrarium consuluit, consi. 15. in 1. dubio,

dubio,li.1.& Bar. Opinionem vltra supra allegatos sequuti sunt Andr. Tiraq. dict. quæst. 66.num.17. Couar.d. §. 2. nec dubito communem esse, licet contrariam tenuerit Fulg. & Mart.Laud. in d.tub. ff. de iustitia & iur. authoritate tex. in l.spadonem.§.iam autem ff.de excusat. tutor. vbi Modestinus ait.[Iam autem Iudæi quoque non Iudæorum tutores erunt, quemadmodum cetera munera subeunt. Namque eos constitutiones solutos esse volunt solis illis rebus,per quas superstitio eorum pollui videatur.] Nam vel illa lex est correcta,vel si in viridi obseruantia, locum obtinebit in municipio, quod Iudæos incolas vel Gētiles habet, non de eo quod Christianorum legem obseruat, & eorum iurisdictioni subditur. ita interpretatur Didac.Couar.vbi suprà.

Et non solùm Neophitus à sacris ordinibus, publicisque officijs arcendus est,sed ex sententia sapientissimorum virorum is ad testimonium ferendum contra Christianum admittendus non est: ita tenet sing.Felin in dict.cap. cum sit. & in cap.Iudæi.de Iudæis, qui allegat pro hac sententia, text. in cap.nō potest.2. q.7. ex Cōcilio Toletano 4.capit.62. qui minimè id probat. nam Concilium solum tractat de eo qui cum Iudæus esset,ad Christi fidem conuersus, eam impiè deseruit: non autem de eo, qui nouiter fidem nostram profitetur:& ea ratione Feli. opinio non placet.D. Couar.in dict. §. 2.non tamen prorsus ab ea recedit,prudenterque iudices admonet, vt ea opinione ad praxim recipienda cautissimè vtātur: eam tamen indistinctè sequitur Fran.de Ripa in d. cap. eam te,num.30. Tamē ab hinc annis plus mille, antiqua lex de hoc ædita seruabatur, vt nullus de Iudæorum progenie, etiam iam baptizatus contra Christianū testis esse poterat. Ita inter alias Gothorum leges sancitum erat in l. 10. lib. 12. Sed cùm lex illa antiquata iam sit,iudicis prudentiæ relinquēdum censeo,qui perpensa qualitate rei, ipsorumque testium, ex dicta causa fidem adhibeat vel denegauit.

Illud verò ex superioribus certissimum esse censeo, quod nouiter conuersi, qui ad nos peruenerunt ex Granatēsi rebellione,anno millesimo quingentesimo, sexagesimo nono, (*quos Moriscos* appellamus) licet baptizati sint,cùm tamen contra eos plurimum vrgeat sinistra suspicio, quod fidē Christi non pio ānimi candore profiteantur, & multi in ea præuaricati sunt, & malis impijsque moribus sint imbuti,testes idonei non sunt, nec integra fides eis dabitur:pro quo plurimum conducit text. egregius. in dicto capit. non potest, quod in Forensibus controuersijs vtilissimum est.

Poterit tamen Neophitus(vt ad institutum sermonē redeamus)

mus) tunc ad sacros ordines & beneficia Ecclesiastica promoueri, cum Christianis moribus satis fuerit instructus, & grandes iam progressus in fide nostra fecisset : ita vt veteranus Christi miles dici possit. text. in capitulo primo. 57. dist. quem ad hoc notat Romã. sing. 416. Deci. in cap. eam te. de rescrip. colum. 3. Feli. in dict. cap. cum iam sit. de Iudæis. Non æquidẽ breui transacto tempore antiquos mores mutasse credendũ est, vt elegantissimè scribit Seneca, lib. 2. de ira. Propterea Marcus Tullius omniũ doctrinarum ne dicam horarum homo & is consummatissimus in ea oratione, quam pro Publico Sylla elegantissimè recitauit. [Omnibus (inquit) in reb⁹ iudices quæ grauiores maioresq́ue sunt quod quisque voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex morib⁹ eius, qui arguitur est ponderãdum, neque enim potest quispiam nostrum subito fingi : neque cuiusque repentè vita mutari, aut natura conuerti, nemo repentè fit summus, nemo repẽtè turpissim⁹.] Quæ posteriora verba suppresso Ciceronis nomine vsurpauit Gratianus. in §. charitas hæc, quæ de charitate. & in §. exordia. de pœni. dist. 2. vbi glo. in eam sententiam citat illud Satyrici Poetę, Satyra secunda: [Nemo repente fuit turpissimus: accipient te Paulatim, qui lõga domi redimicula sumunt.]

Neque satis est vt semel quis, aut vnico actu bonus vir probatus sit, sed vt sæpissimè & in pluribus diuersisq́ue actibus perspectus exploratusq́ue sit, necesse est. Nam sicut veteri prouerbio apud Arist. li. Ethi. 1. c. 7. vna hirundo ver non facit : quod refert Bal. in l. iura. constitu. in prin. ff. de legibus quam sententiam Poeticis numeris eleganter complexus est Baptista Mantuanus.

Ver non vna dies, non vna reducit hirundo.

Sic neque vnus actus satis est ad probationem consummatæ & absolutæ virtutis, vt satis innuit text. in proœm. Institu. §. cumq́ue hoc Deo propitio. in illis verbis. [Iam ex multis rerum argumentis accipimus.] Quibus mirè concinit, quod doctissimè scribit Eusebius de præparatione Euangelica, lib. 4. ca. 1. [Non arcu (inquit) aut funda artificiosè eum vti dicemus, qui cum sæpius atque sæpius telum proiecerit semel aut ad summum bis vel ter ad signum peruenerit, cum pænè infinities longissimè à signo abfuerit : nec ille certè medicinã tenet, qui cum multos interemerit, vix tãdem vnum à morte liberauit.]

Secũdi autem quos in huius § capit. limina impropriè, Neophitos appellari, ex communi & recepta sentẽtia tradidimus, nec à sacris ordinibus, nec ab Ecclesiasticis beneficijs secularibusq́ue officijs excluduntur, si enim à natiuitatis tempore, fidem Christi coluerunt, nullũ sibi

sibi impedimentum præstat, quòd à Iudæis Sarracenisve originem habeant: licet apud Hispanos hi ignominiæ causa Conuersi vel Marrani nuncupẽtur. ita Sing. tenet D. Couar. d. §. 2. num. 8. & tradit latissimè Ioan. Otalora de nobilitate. 2. part. 3. par. principalis. capitulo septimo, per totum. Licet Ioan Staphi. in tractat. de liter. gratiæ, & iust. versiculo fina. numero. 30. asseueret consuetudine receptũ esse, vt istis dispensatio indulgeatur. Sed certè verius est quod nulla dispensatio necessaria sit, cum nullo canonico impedimento astricti sint. Quod testimonio D. Pauli supra allegato manifestissimè probatur, qui non appellat Neophitum, eum qui ex gente Iudæorum iam pridem Christi legem fuerit professus.

Si hoc quidem casu canonicum cõstitueretur impedimẽtum propè infiniti essent, qui ad ordines sacros promoueri non possent, in multis orbis prouincijs, atque in Hispania nostra, quæ licet maximis Illustrissimisque familijs explendescat, magnaque nobilitate sit decorata, cùm tamen antiquis temporibus Iudæi & Sarraceni incolatum in ea habuerint: multi sunt qui ex his originem habent. Sed ne Iudaicæ prauitatis labes diutius serperet, vel perfidia sua Christianis noceret, quia Iudæi eam retributionem impendere solent, quam mus in pera serpens in gremio, & ignis in sinu. sicut Innoc. 3. Archiepisc. Senẽsis scitè admodum scripsit. Iustissimè Iudæi à tota Hispania lege lata à Catholicis Regibus & sempiterna memoria dignis Ferdin. & Elisabeth expulsi fuerunt, longa sapientissimorum virorum consulatione præmissa concessum fuit, tamen quadrimestre tempus, quo ad Catholicam fidem conuerti possent, quo tempore elapso, qui in sua perfidia contumaciter persisterunt, bonis suis venditis, ab Hispania cum vxoribus liberis familiaribus, rebusque suis recedere sunt coacti. Prohibitumque illis fuit, sub pœna vltimi supplicij, bonorumque publicatione, ne vnquam rediret: sancitum etiam fuit, vt nullus Iudæus ingrediatur Hispaniam quouis quæsito colore, eadem pœna mortis, & cõfiscationis bonorum in eos exequenda, ita vt nihil eis prosit, si forte dixerint se velle ad fidẽ conuerti, nisi in limine primi Regni id fuerint publicè protestati. Si vero quispiam Christianorum temere Iudæos receptare ausus fuerit, in bonorũ publicationis pœnam incurrit, sic statutum fuit pragmatica. 5. data Granatæ, anno Domini. 1492. & pragm. 6. ibidem lata anno Domini. 1299. Cuius legis Catholicæ quæ sanctionis meminit Ioãnes Picus Mirandulæ comes, lib. 5. aduersus Astrologos, qui de hac electione his verbis loquitur. [Non minoribus vere post ea temporã calamitatibus genus He-

Hispania nobilitate explandescit.

bræorum obruta est, quam aut sub Tito, aut sub Adriano pulsis nuper Iudæis omnibus ex tota Hispania à Christianissimo illo Rege nunquàm certè satis laudato: vbi & numero, & diuitijs, & autoritate plurimū poterāt. Qua eiectiõe nihil vnquàm ferè vel tristius, vel acerbius passos ipsi se non diffiterentur. Ita multi naufragio, pestilentia quam plurimi, fame maxima pars eorum absumpti: vt nobis etiam Christianis in tanta calamitate, in qua diuinæ iustitiæ gloria delectabat, homines tamen extrema adeò patientes commiserationẽ facerent:] Hactenus Ioannes Picus. c. 12. Fuerunt tunc ab Hispania expulsi Iudæi numero quadraginta mille: vt allegans alios testatur Dominus Episcopus Iacob. Septim. in Catho. instit. tit. 35. num. 9. Qui si in ea vsque ad hæc tempora permansissent, dubitandum nõ est quin ferè totam sua perfidia infecissent, & vsuris spoliassent.

Ideoque in Hispania, quæ inter cæteras prouincias religione & pietate floret, maximè nunc regnãte Philippo II. huius nominis Christianissimo, & summæ potẽtiæ, & fœlicitatis Hispaniarum Rege inuictissimo: nullus Iudæus vel Mahumetanus, vel alterius cuiuslibet sectæ cõmorari potest. Quod iam pridem in sexto Toletano, Concilio Canone. 3. maiores nostri decreuerãt, hoc verborum tenore. [Sanctum Concilium simul & cum consensu Christianissimi Principis suorumque optimatum, illustriumque virorum hanc promulgamus Deo placiturã sententiam, vt quisquis succedentium temporum Regni sortitus fuerit apicem, non ante cõscendat Regiam sedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullum non Catholicum permittere, in suo Regno degere. Si verò postquàm ad regni gubernacula accesserit, ipse temerator huius steterit promissi, sit Anathema Maranatha, in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni: similiter & omnes qui cum eo consenserint. Sic Iustinianus in tertio Imperij sui anno legem promulgauit, vt in iurisdictione sua nõ essent pagani, neque hæretici, nisi soli orthodoxi Christiani, datis illis inducijs vsque ad tres mẽses ad conuersionem. Autor est Paul. Diaconus li. 16. rerum Romanarum.

Et licet qui originem à Iudæis Sarracenisve ab ordinibus sacris, publicisq; functionibus minimè repellãtur: licitum tamen est legitima authoritate interueniente, eos expellere ab aliquibus congregationibus, literarumque collegijs, alijsq; muneribus vel officijs. Quia licitum & permissum est Cuilibet communitati honorem & vtilitatem quærere, quæsitam modis omnibus tueri, & opposita incõmoda euitare, eosque eijcere, ex quibꝰ vel ignominia, vel aliud incommodum iustè

iustè timeatur: non obstante eorũ dedecore vel incommodo, per accidẽs ex hoc illis proueniente, quia cæteris paribus plus nobis communitatiq́ue nostræ tenemur, & licitè possumus prouidere: pro quo conducit text. elegans in l. 1. § denique. ff. de aqua pluui. arcen. vnde elegãter scribit Caietan. in quodlib. 5. in resp. ad 4. dub. quod non solum propter honorem Societatis tuendum, sed etiam, quia tales, vel de tali genere non benè in moribus, vel consuetudine cum alijs conue-
12 niunt, possunt à Societatibus repelli, vel non admitti. Tum quia tales homines, qui hac nota laborãt, maximè qui sunt in gradibus propinquis vel notis, vt in plurimum inconstãtes sunt in fide & iniquis corrupti moribus, tardi & rudes ad diuina munera exercenda. Sunt equidem inquieti, ambitiosi, seditiosi, & propter parẽtum suorum infamiam dignitatibus & honoribus indigni, & collegijs honestioribus minus idonei. Nec negari potest istorum maiores perfidos fuisse Iudæos, & ore Saluatoris nostri vocatos fuisse progeniem viperarum, generationem prauam & adulteram. Matth. c. 12. Et maximè hoc verũ est in illis qui ex progenie Mahometanorum originem habent, quia eorum secta nihil habet præclarum vel sublime, nihil de puritate cordis attingit, sed tota in terrenis delitijs & in obscœnis corporis voluptatibus constituta est, cuius vestigia in eis liquido apparent, vt experientia docemur in nuper conuersis Sarracenis ex Regno Granatæ, Valentiæ, Aragoniæ. Non igitur idonei sunt ad cõsortium cum alijs probis vel intergerrimis habendum, nec ad officia honorifica, & Ecclesiasticas administrationes: tum quia descendẽtes ex Iudæis vel Sarracenis, non vulgarẽ ignominiæ notam saltem de facto patiũtur: ita vt apud Hispanos nullum magis conuitium excogitari potest, quam dicere alicui: tu es Iudæus, Maranus, Conuersus, vel Mahumetanus, & ideò dignitatis portæ eis patere non debẽt, sed propter infamiam dignitatibus & honoribus priuari debent. text. in l. 1. C. vbi senato. vel clarisſ. l. si qua. C. de secund. nup. lib. 2. l. quoties. l. iudices. C. de dign. lib. 2. reg. infamibus. de reg. iur. in 6. cã. nobilis. 2. q. 5. cap. 1. vbi glo. & Docto. de purg. cano. cum alijs. Tum quia isti ad malum sunt procliues, & natura est, vt ramus, id est, proles frequentissimè suam originem sapiat, eamq́ue sequatur, quod Diuinus Paulus ad Roman. 11. insinuare videtur, cùm dicit: [Si radix sancta & rami. & infra. Si tu ex naturali excisſus oleastro, & contra naturam insertus in bonam oliuã.] Quod eleganter ille cecinit:

Qui viret in foliis venit à radicibus humor.

Et patrum in filios abeunt cum semine mores.

Quo fit vt sæpe numero oblata occasione ad generis infecti vitia redant, text. in c. Iudæi. 4. distin. vbi scriptum est quod Iudæorum perfidia multoties ad vomitum redit. Nullus ferè ad Iudæorum ritus transit, nisi qui à Iudæis parentibus descendit, & ab eis Iudaicam superstitionem didicerit, quod ante multa sæcula Iuuenalis Satir. 14. his versibus prodidit.

Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem.
Nihil præter nubes & cæli numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt,
Romanas aut solti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius.
Tradidit Arcano quodcunque volumine Moses.

Non æquidem in prædictis statutis vel priuatis legibus condendis, sola ratio generis perpenditur, sed delictum relapsus dedecus, & plura alia quæ his hominibus contingere solent, iustè timentur: & ideò iustum est eos expellere, nè mundos & candidos contaminēt. Et quāuis sæpe numero hæc præsumptio & timor deficiat, quia multi qui hanc generis labem patiuntur, probi sunt & integerrimi: statutum verò vel lex quæ in commune fertur quæ frequentiora sunt prudēter attendit. l. nam ad ea. ff. de legib. Tum suffragatur D. Thomæ sententia in 1. 2. q. 105. artic. 3. in respon. ad secundum arg. artic. 1. ad quartum, vbi scribit, quod spurij propter generis vilitatem excludebantur à collegijs populi Hebræorum vsque ad decimam generationem. Deut. cap. 23. Nec sacerdotes de qualibet familia vel tribu creabantur, vt maiori honore & fastigio dignitatis haberentur. Hebræi namque antiquissimi diligenter prouiderunt, vt genus sacerdotū sine permixtione purum immaculatūque consisteret. Oportebat sanè vt is qui ad sacerdotalis dignitatis fastigium erat promouendus, ex eiusdem gentis muliere nasci, & genus per antiquam lineam multis testibus probare, vt autor est Iosephus lib. 1. contra Apionem. Plato etiam sexto dialogo de legibus constituit, vt in sacerdotum creatione illa comprobetur, qui integer sit atque legitimus: deinde à domo quam maximè mūda expers quoque cædis omniumque huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur, cuius & pater & mater quæ similiter vixerint. Theseus quoque vt Plutarchus in Theseo refert nobilibus tātùm rem diuinam tractandi magistratus ex suo ordine creandi, administrandique leges, tum pia religiosaque interpretandi, diffiniendique potestatem tribuit. 13

Sic & propter eandem rationem isti de quibus loquimur in casu supra constituto excludi possunt. Tum quia proprij patrimonij quilibet est moderator

rator & arbiter l. in re mandata. C. mand. l. etiam. §. licet. ff. solu. matr. Si ergo potest quis cùm collegium Societatemq; ex proprijs bonis instituit, eam legem in fundatione statuere, vt tantùm admittantur, qui ex familia sua originem habuerint vel de tali genere, siue patria vel natione nullus sanè id increpauit. Imò in Complutensi Academia nostra, bonorum anctarumque studiorum parente, receptum esse vidimus: potissimum in celeberrimo & illustri collegio (quod sub titulo Diui Iacobi Hispaniarum patroni) Apostolica autoritate erexit, atque fundauit Illustris vir & omni laude dignissimus D. Garsias Manrique, & inter alias leges, quas inuiolabiliter obseruari præcepit, ea potissimum id continet: vt tantùm in suo collegio admittantur, qui ex familia sua originè habuerint, insigniq́ue nobilitate fuerint condecorati, non vulgares pœnas transgressoribus impones, prout in fundatione ipsa, & in literis Apostolicis latiùs continetur, quas multoties legi ab ipso fundatore rogatus, vt debitę executioni traderentur. Ergo similiter eadēq́ue causa generis ratione excludi possunt, qui ab Hæbræis & ab aliis infidelibus originè trahunt: imò à fortiori cùm ex alijs rationibus iam dictis repellantur.

14 Quare iustissimè in nostra Hispania collegiorum constitutionibus, qui notam generis patiuntur, ab ipsis excludūtur. Quæ constitutiones Regia autoritate sunt confirmatæ, nempe l. 22. tit. 7. lib. 1. ordina. nouí his verbis: *Porque en algunos collegios de las vniuersidades destos nuestros reynos ay constituciones, en que los dichos collegios no reciban por collegiales Christianos nueuos, mandamos que sobrè ello se guarden las constituciones sobre ello fechas por los fundadores de los dichos collegios*, quod nō sine summa publica vtilitate constitutum est. Sunt æquidem collegia mundissimi fontes, ex quibus ad rempublicam gubernādam scatent flumina & diriuantur riuuli personarum sanctitate, virtutibus, & omnigena doctrina insignes, quorum prudentia diuina & publica munera iustè administrantur, inter quos tam difficile est aliquem à virtute deficere, quàm facilè est inter Iudaicæ sectæ & originis successores, de quibus ceciniſſe illud Naso Poeta videtur.

Nec facile inuenies, multis in milibus vnum
Virtutem pretiū qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti si præmia desint.
Non mouet & gratis pœnitet esse probum.
Nihil nisi quod prodest charum est, hem detrahe menti.
Spem fructus aude nemo petendus erit.

De his diuina veritas loquitur à fructibus eorū (inquit) cognoscetis eos. Et rursum nō po-

est arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala bonos. Matth. cap. 7.

15 Tum quia vidimus quòd in ampliſſima Hiſpaniarum Regum domo minime admittũtur, qui huiuſmodi labe infecti ſunt, & hac ratione ferè in omnibus legibus. tit. 9. par. 2 quæ loquuntur de officijs & muneribus obtinendis, illud in primis expoſcunt, vt qui ea munera obtinere debent, ſint ſanguine mundi & nobiles, quos *Hijosdalgo* vulgo appellamus. vt in l. 24. 6. 11. & in alijs ſolum equidem in medicis, & in illis qui ea tempeſtate appellabantur *Almojarifes* non requirebatur quod nobilitate eſſent eondecorati, ſed quod eſſent ſapientes, acuti, à longa experiẽtia exercitati. vt in l. 10. & 25. dicto tit. 9. Hodie verò minimè admittuntur in Regia domo medici qui generis macula notentur, quod in cæteris muneribus obtentũ eſt, quod ſi quãdo alij ſunt admiſſi, vel admittantur, id maximo fit conſilio ob inſignem prudentiam, & ſingularem virtutẽ, vel propter aliquod bonũ publicũ, q̃ inde ſucceſſurum eſt. Itaſcribit Otalora de nobil. 2. parte. 3. part.

16 Tum quia opinio iſta antiquiſſima conſuetudine eſt recepta, à qua non licet recedere, quia in opinionum conflictis tenenda ea eſt, quam vſus comprobauit. l. minimè. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. & vera interpretatio à practica ſumitur teſte Bal. in ca. 1. in prin. de feud. ſine culp. non amit. Sic Iuriſconſulti noſtri in eorũ reſponſis illud crebrò inculcãt, hoc iure vtimur; quaſi in populo, & multitudinis conſenſu magna interpretandi vis reſideat. l. eſt receptũ, eoque iure vtimur. ff. de iuriſd. omn. iud. l. hoc iure vtimur. ff. de dona. l. hoc iure vtimur. ff. de aqua quotid. & æſti. l. hoc iure vtimur. ff. de verbo. oblig. & alibi fæpè, & conducit tex. in l. illud vſitatiſſimum. ff. de excuſa. tutor. Sunt ſanè in Hiſpania inſtituta ſancta collegia militarũ ordinũ, aliáq; bonarũ literarũ collegia, & diuerſæ aliæ ſocietates, in quibus minimè recipiuntur ſpurij, ſeu illegitimi, vel ignobiles: ſed qui generis nobilitate polleãt, alijſque animi dotibus ſint inſigniti, prout in ſuis pijs inſtitutis ſancitum eſt, quæ inſtituta repræhẽdere, temerarium, impiũ & inſani hominis eſſet. Quia cum Summi Præſidis Regũque Catholicorũ autoritate cõfirmata ſint, iuſta iudicãda ſunt: nec credẽdũ eſt tantos Monarchas circa hoc errare, eaq; iuſtaeſſe cenſet Sima. in ca. inſtit. tit. 47. nu. 82.

Imò quamuis quis morum 17
ſanctitate, inſigniq̃ue eruditione decoratus ſit, ſi tamẽ generis labe infectus ſit, admitti nõ debet. Quamuis in hoc caſu contrarium profeſſus fuerit vir alioquin doctiſſimus & religioſiſſimus F. Antonius à Cordoua minoris claſſis ſodalis in libro primo quæſtionarij. q. 54. concluſ. 3. folio. 438. Non quidem

quidem decet vt quotidie hoc quæsito colore, iustissimæ sanctiones violentur, nec propter probos mores, alicuius iura sunt violanda, vt eleganter inquit Bal. vlti. nota. per illum text. in cap. 1. vt lite pēde. quod sequitur & sing. esse testatur Barba. consil. 18. col. 10. lib. 2. Iaſ. in l. qui iurisdictioni. col. vlt. ff. de iurisdi. omn. iud. Dec. in capit. postremo. in fine, de appella. Et vbi quærimus de simplici iustitia, non curamus merita personarum. vt egregiè ab eodem Bal. proditum est in capit. sedes. paulò ante fin. de rescrip. per l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. & conducit bonus text. in capit. mulier. in verbo, sancta. 23. dist. & plura pro vtraque parte tradit And. Tiraquel. in tract. de pœnis causa. 51. Si illud tamen fateor quod tanta potest esse morum integritas, & alia quę præclara opera: vt dispensatio à superiore indulgeri possit. Ita expresse notat Cardi. à Turrecrem. in c. 1. 48 distin. quē sequitur Cordoua in loco iā allegato, quod multis potest comprobari, quę cōgerit And. Tiraquel. d. tract. cau. supra dicta. nume. 150. & hoc rarissimè & cum magna causa faciendū est, & talis causa in dispensatione exprimenda est, ita scribit Ioan. Otalora in tracta. de nobilitate. 2. par. 3. capit. 7. num. 23. his verbis. *Y aunsi las vezes que a personas deste linage se han dado encomiendas o priuilegios de hidalguias, se han expressado las causas, y puesto en la escriptura la dispensation de la falta.* Quo quidē casu isti qui talia priuilegia consequuntur, non possunt verè nobiles, appellari & nobilitas, quam consequuntur, datiua est nuncupāda, cum non habeat materiam præexistentem, ex qua oriatur, vt aliàs de actionibus, inquit Bar. & doctores in l. iurisgentium. ff. de pact. & in l. 1. ff. de cond. in de. quia nō potest ius istud sanguinis priuilegio dari, vt allegato loco tradit Otalora. Et hæc dispensatio circa generis maculam in specie faciēda est. Nec sufficeret quem priuilegio nobilē fieri, vt ad collegia admitti possit, vt in terminis proprijs scribit Pelaez in tracta. de maiora. 1. part. quæst. 51. numer. 30.

Sed cùm ferè præsertim in 18
iure nostro nihil sit quod controuersia careat, opinionē contrariam: nēpe non valere huiusmodi statuta, multis rationibus defendere conatur Alphōsus à Montaluo (vir prout sua ferebant tempora doctus, & bene eruditus) in l. 2. in verbo, *Tornadize*. tit. 3. libr. 4. for. leg. vbi audacter nimis scribit ea hæreticam prauitatem continere, inuehitque contra Toletanum statutū priuilegio Alphonsi Regis munitum, quo continetur, quod nullo modo Iudæi, nec illi qui ab eis originem habuerint, publicis muneribus fungi possint, & contra Ciuitatem Toletanam, his verbis prorumpit. [O gloriosa Ciuitas Toletana, propter ciuium

uium tuorum malitiam, tua gloria redditur, sine gloria tua stabilitas vocatur instabilis, tuæque constantiæ antiqua soliditas linguis hominum vocatur infirma.] Quem refert D. Perez in l. 8. tit. 1. lib. 1. ordin. in verbo, *en offensa*. lapsus tamē fuit Monta. Non æquidem ciuitas illa Regia dicti statuti vel priuilegij ratione antiquā gloriam & maiestatem perdidit: sed potiùs diutiùs conseruauit incolumem (Dixi Toletanam vrbem Regiam ciuitatē) quia Gothi sic eā appellabant, quòd ibi esset sedes regni perpetua, prout euidenter ex Concilijs Toletanis Diuo Isidoro Roderico, & Luca Tudensi comprehenditur. Adducit etiam pro hac opinione contraria aliquas rationes F. Anto. Cordoua in loco iam allegato, primam tamen ipse amplectitur, & dicit eam procedere in his qui in gradibus propinquis & notis originem habent à Iudæorum vel Sarracenorum gentibus, nō verò in eis qui in remotissimis gradibus & ignotis sunt constituti. Ego verò rationibus iam adductis ea statuta potissimumque superioris autoritate cōfirmata sunt ad vnguem seruanda esse censeo.

19 Et post hæc scripta incidi in apologiam quādam cuiusdam Henrici Mauroy Franciscani, qua licentiosè nimis inuehitur in Archiepiscopum Toletanū, & eius assecias, multisque fucatis, fallacibus & importunis argumētis, temerè conatur euertere Sanctissimæ Toletanæ Ecclesiæ statutum, magno consilio decretum, quo cautum est, vt qui ex Iudæorum, Sarracenorumque progenie ex infectaque familia procedunt, & originem habent ad illius præbendas non recipiantur, sed illi dumtaxat, qui vltra virtutum & morum integritatem, sint genere cādidi. Sed iustissimum esse ex superioribus apparet: & ita non sine maxima illius Ecclesiæ (quæ Hispaniarū est prima) vtilitate seruatur. Longe itaque repellenda est Mauroy apologia, non tamen me præterit nonnullos (quos fortè vehemēter tangit iste dolor) perperam de huiusmodi statutis & decretis sentire. Fuit æquidem statutum illud Toletanum ab Illustrissimo & Reuerēdissimo D. Ioā. Martinez de Siliceo Toletano Archiepiscopo conditū quod iustissimum visum fuit Pontifici Maximo, gratissimūque Regi & Domino nostro, & ab vtroque libētissimè perpetua firmitate fuit confirmatum, & ab ipsius exemplum in sanctissima Genensi Ecclesia, aliàs Mentesana simile statutū in lucem promulgatum fuit opera & diligentia Illustrissimi, pariterque Reuerendissimi D. Petri Pachequi Cardinalis ipsiusque Ecclesiæ meritissimi Præsidis: & quod in cæteris Hispaniæ Ecclesijs Cathedralibus & collegialibus id fieret vehemēter in maximam Christianæ Reipublicæ vtilitatem desiderabat vir doctissimus,

Ioan.

Ioan. Otalora in tract. de nobilitate, 2. part. 3. part. capit. 7. num. 26.

20 Circa quæ statuta non est omittendum, quòd dicta labes & generis macula, vt qui eam patiuntur, lõge repellantur per indicia & famam probari potest, quia in antiquis fama pro plena probatione habetur, & testes de auditu, si aliter veritas probare non possit fidem faciant. l. si arbiter. ff. de proba. l. 1. § fin. l. in summa. § idem Labeo. ff. de aqua plu. arce. & in hoc propio casu tenet Petr. Auend. in suo dictionario, in verbo, *Iudio.*

21 Nec illorum testium depositiones, quæ fieri solent in inquisitionibus de qualitatibus generis & nobilitate pro militari dignitate, vel collegiorum ingressu, vel pro adipiscendis beneficijs Ecclesiasticis publicandæ sunt. ita scribit D. Redin. de Maiestate Principis, in verbo, sed etiam per legitimos. num. 199 Olan. Anti. litera. T. num. 26. & inueterata Hispaniæ consuetudo iam ptidem istam opinionẽ recepit, à qua recedendum non est.

22 Dubitari etiam solet circa huius capitis propositum argumentum, an hæreticorũ filij Catholici ad sacros ordines possint promoueri, & licet nõnulli illis permissum esse crediderint: quia (vt aiunt) non reperitur in iure prohibitum. Sed contrariam sententiam sequuti sunt patres in 3. instructione Hispalen. cap. 11. quod sanè verius est, quia hi minimè admittũtur ad Ecclesiastica beneficia, nec ad publica officia adipiscenda. tex. in cap. 2. § hęretici. de hęreti. lib. 6. & Regia. l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. ordin. noui ordines autẽ sacri ad maxima officia ministranda instituti sunt. Tum quia filij hæreticorum infamia notantur, & alijs etiam inferioribus honoribus priuantur. text. in dict. §. hæretici. c. cleros. 21. dist. c fœlices. §. nulli. de pœnis lib. 6.

Id tamẽ benignissima interpretatione legũ latoribus placuit, vt illi tantum hæreticorũ filij ab honoribus & publicis muneribus repellantur, quorũ parentes Ecclesiæ vnitati non fuerunt restituti, & vsque ad secũdum gradum per generationem masculinam, per lineam verò fœmininam vsque ad primum gradum, dicta infamiæ nota extendatur. Cuius discriminis ratio ea potissima esse potest, quia deterior est infectio viri, quàm fœminæ, maiori enim bono maius malũ opponitur. Sicuti Aristot. docet libro 8. Ethicorum. Præstãtior equidem est mas quam fœmina, & primæ causæ efficienti propinquior. vt ait Philo. li. de victimis. Nam quidquid fœmineum censetur esse imperfectum, vt quod patiatur magis quam agat, vel potest esse nõ incongrua ratio: nam sicut nobilitas, dignitas & familiæ honores descendunt in posteros à sexu virili: sic ex cõtrario maiorem iacturam ex paterno crimine

crimine soboles iustissimũ est, quod patiatur, ita rectè perpendit D. Iacob. Septim. in Catho. instit. tit. 29. num. 15.

23 Et licet in hoc Archiepiscopatu Toletano, & frequentissimè in alijs diœcesibus, qui ad sacros ordines promouẽtur, iustissimo quidẽ instituto summaria saltim informatione probare teneãtur, quod nec generis notam, nec maculã patiuntur: non tamen repellendi sunt, nisi qui secundum Iuris Pontificij sanctiones, iuxta ea quæ prædiximus à sacrorum ordinum perceptione arcentur.

24 Sicque censeo interpretandũ esse Sacrosanctum Tridentini Concilij decretum, sess. 23. cap. 7. de refor. quo Episcopis iniũgitur, vt antequàm ad sacrorũ ordinum ministeriũ accedant, summa diligentia inter alia inquirant, eaque ad genus ordinandorum exspectant, non tamen Concilium Catholicum nouum ordinis impedimentũ induxit, sed dumtaxat quæ antiquo iure statuta erant, seruari ad vnguem præcepit, quod nõ vulgariter notandum censeo, quia multi circa hoc hallucinantur.

25 Sed vt iam huic capiti finem imponam, notandum est illũ etiam Neophitum dici, qui nuper religionẽ ingressus est, qui in anno probationis ad dignitates aspirare non valet, nec etiam ad ordines minores. cap. monasterijs. 19. q. 3. abbatiam igitur vel quamcunque præfecturam in religione obtinere non potest, nisi post professionem. tex. in ca. nullus. de elect. lib. 6. Tradit vltra ordinarios interpretes Siluest. in sua sum. in verb. Abbas. Quod in monialibus nouitijs eodem iure & ratione procedere debet tex. in ca. indemnitatibus. de electione. lib. 6. Et ideò Abbatissa vel præfecta professa eligi debet non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post professionem laudabiliter vixit. Concil. Trid. sess. 25. cap. 7. de reforma. Benè tamen potest nouiter religionem ingressus in Episcopum eligi, vt in. d. capit. nullus. & ratio est, quia ad Episcopatũ fortè instructus iam erat, at ad regularium prælaturas non sic, quia recens ad claustrũ accesserat.

Post peractam pœnitentiam solennem.

CAPVT, XXIII.

1 Qui solennem egerit pœnitentiam, irregularis est, & ideo minimè ordinibus Ecclesiasticis donari potest.

2 Episcopus illum, qui solennem pœnitentiam fecerit, si scies ordinauerit, qua pœna puniatur.

3 Episcopus an in irregularitate prædicta, posit dispensare.

SOlennis pœnitẽtia a ab antiquis patribus inducta est, vt grauia & scandalosa in populis crimina euitarentur. quæ quidem ætate nostra in vsu nõ est, b non peccatorum defectu, b sed prælatorum incuria. Quia tamen futuris sæculis Ecclesia ad pristinum decorem restituta, & ipsa pœnitentia solennis restituenda erit, placuit effectũ, quem

quem operatur in nostra materia, in præsenti describere, qui talis est: vt qui sic solēnē pœnitentiam egerunt, nō admittantur ad clerum, vt disponit Siricius Papa in cap. illud. l. distinct. & statutum fuit in Concilio Toletano primō in Canone 2. de quo in cap. placuit. ea distinct. Si tamen necessitas aut vtilitas Ecclesiæ exegerit, tunc deputari possunt inter ostiarios vel lectores, ita quòd Epistolam vel Euangelium nō legant, vt in dict. capit. placuit. Quod ideò sancitū est propter
e quatuor rationes. e Primō, propter dignitatem sacrorum ordinum. Secūdò, propter timorem recidiui. Tertiò, ob scandalum vitandum, quod posset oriri ex memoria præcedentiū peccatorum. Quartò, quia ille, qui sic solennem pœnitentiam egit, nō haberet frontem alios corrigēdi, cùm peccatum eius fuerit publicum, quas scripsit Archi. in dict. c. Placuit. Si quis autem ordinatus fuerit, Episcopo ignorante, à clero deponendus est, quia ordinationis tempore non prodidit se fecisse pœnitentiam, vt in Concilio Carthagin. 4. Canone. 68. de
2 quo in cap. ex pœnitentibus. eadem dist. Episcopus autem, qui sciens ordinauerit, nō manebit impunitus, quia etiā ipse in Episcopatu suo, ordinandi dumtaxat potestate priuatur, vt ibi. Quod intellige, quando ordinauit scienter absque dispensatione, vel cùm indiscretè dispensauit secundum Archid. in dicto cap. placuit. Poterit tamen Episcopus dispēsare cum prædictis ad minores, non autem ad sacros: vt notat Syluest. in sum. in verbo, pœnitentia. vers. Tertiò quæritur. per tex. in dict cap. Placuit qui text. de Episcopo nihil dicit. Videtur tamen probare opinionē Syluest. dum dicit, quòd propter necessitatem, vel vtilitatē possunt inter lectores vel ostiarios deputari. Ex quibus verbis posset etiam dici, quòd Episcopus prolibito volūtatis suæ non poterit dispensare extra dict. duos casus. Et quòd in tali casu posset dispensare, notat Archi. in dict. cap. Placuit. referendo Lauren. & Rai. licet ipse hoc simpliciter dicat, non distinguendo inter maiores vel minores ordines. In materia insuper huius capituli, vt melius appareat, quantum impediebat antiquis illis & sanctis temporibus, quenquam promoueri ad clericatū, quod publicam receperit pœnitētiam, considerandā sunt verba notāda Concilij Toletani. 4. in Can. 53. Quæ sunt tenoris sequētis: Si qui in discrimine constitut, pœnitentiam accipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, huiusmodi si reuelauerint, possunt etiam per morum probitatem ad gradus Ecclesiasticos peruenire. Qui verò ita pœnitentiā accipiunt, vt aliquod mortale peccatum perpetrasse publicè fateantur, ad clerum, vel honores Ecclesiasticos
3

siasticos peruenire, nullatenus poterunt: quia se confessione propria notauerunt.

A *Solennis pœnitentia.* De qua solenni pœnitentia, vide latè Host. in summ. tit. de pœni. & remis. S. Thom. in 4. sent. distin. 14. q. 1. artic. 5. & ibi Palud. 6. quæst. Floren. in 3. part. tit. 14. cap. 17 §. vltim. D. Episc. Couar. in Clem. si furiosus. de homicid. in initio. 1. par. num. 10. Albertum Trot. de verò & perfect. cleri. lib. 2. cap. 14. & benè & eleganter Simō Maiol. de irregul. lib. 3. ca. 2. Quæ quidem solennis pœnitētia, antiquitus in quadragesimæ principio certis statutis solennitatibus fieri solebat, text. in cap. in capite. 50. dist. Nec ab alio quam ab Episcopo imponi poterat. glo. not. ibi. & in ca. conquærente. vbi Abb. col. 3. de offici. ordin. Quæ non pro quibuscunque criminibus, sed pro illis quæ grauissima & atrocissima forent, poterat iniungi. Clerici verò propter maximā eorum dignitatem, etiam ab Episcopo, hac solenni pœnitētia cùm in vsu erat, puniri non poterant, vt manifestè patet in dict. cap. in capite. & in capit. confirmādum. & in cap. illud. & in capit. alia. 50. dist.

Solennis vel publica pœnitētia, an moribus recepta sit.

B *In vsu non est.* Adde q̄ huius solennis pœnitentiæ vestigia quædam apud Saxones repe-riuntur: in vrbe nanque Albertadiensi in eo templo quod virgini matri sacrum est is homo ex plebe eligitur, qui hominum opinione nequissimus sit hunc velato capite, pulla veste, cinerum die sacris admouent, & sacris iam peractis, templo eijcitur: electus toto ieiuniorum tempore, nudis calcibus pererrat, & diuinas ædes ingredi ei fas non est, sacerdotésque ei victum suggerūt, neminem alloquitur, non indulget somno, nisi post concubiam noctem, nox in Dominica cœna, iterum in templum inductus post olei consecrationem, à sacerdote quibusdam solennibus cæremonijs de more absoluitur, oblataque illi pecunia, quam piè templo offert, & hunc Adamum vocant, quem omni scelere mūdatum existimant, ac per cum creditur expiata ciuitas, ita testatur Ioan. Bohemus Aubanus. lib. 3. de moribus omnium gentium. c. 13. quem retulit insignis Nauarrus in ca. si quis. num. 2. de pœnit. dist. 5. D. Couarr. lib. 2. varia. resolu. cap. 10. numer. 3. idem recenset Aeneas Siluius, postmodum Summus Ecclesiæ præsul. Pius huius nominis secundus in Europæ descriptione. c. 31. Rapha. Volaterranus Geographię, lib. 7. And. Alciat. lib. 9. pareg. cap. 22.

Publica verò pœnitētia moribus apud nos recepta est, quę ad reipublicæ tranquillitatem mirùm in modum necessaria est, cùm Apostolus 1. ad Timot. ca. 5. moneat publicè peccantes palàm corripiēdos esse, cap. sed illud. 45. dist. ca. si peccauerit. versi. ergo. 2. q. 1. Quæ quando imponenda sit, diffinitum

hitum est hodie Sacro Concilio Tridentino. sess. 24. ca. 8. de reforma. his verbis: [Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos commotosque fuisse, non sit dubitandum huic condignâ pro modo culpæ pœnitentiam publicè iniũgi oportet, vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Episcopus tamen publicè hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire.] Hactenus Sacrum Concilium.

c *Rationes.* Adde quod huius irregularitatis germana ratio est, quam Hormisda Papa in Epistola ad vniuersos Episcopos Hispaniæ exponit, & retulit Gratianus in cap. non negamus. 61. dist. & multas alias rationes congerit Alber. Troti. d. cap. 14. & quatuor rationes constituit Regia Part. l. 19. tit. 6. patt. 1.

Per saltum.

CAPVT, XXIIII.

1 Clericus per saltum non potest ordinari.

2 Clericus per saltum ordinatus, ordinis executione caret.

3 Episcopus an possit cum clerico per saltum promoto dispensare.

1 CLericis prohibitũ est per saltum ordines recipere, a a vt in cap. Solicit. 52. dist. & in cap. vno. de cle. per sal. promo. tenet tamen collatio ordinum præposterè facta, licet fieri non debeat, vt notat Abb. in dict. c. vno ex tex. ibi in 1. nota. & vide Host. in summ. eius. tit. in. §. 1. asserentem, quod qualiscunque ordo conferatur siue gradum, siue per saltũ character confertur, b non tamen executio. Quod tamen omissum fuit est cautè supplendum, vt probatur in dict. iuribus. Pœna autem, quam patitur recipiẽs ordines per salt. est. quod interdicitur sibi executio ordinis, quẽ susceptit, donec omissum supleatur: probat tex. in dict. cap. Solicitudo, & ibi notant Domi. & Præpo. in 1. nota. Imò plus dicit Domi. ibi, in vltimo nota. quod est ibi arg. quod recipiens ordinem per saltũ videtur esse inhabilis, vt nõ possit ad maiores ordines promoueri, etiam post suppletionem ordinis omissi, nisi secum dispensetur, etiam vt maiores possit suscipere. Et vide postea eũdem Domi. ibi. in. 1. q. vbi concludit post Archi. quod talis non est ipso iure suspensus ab ordine sic recepto, sed per sententiam suspendendus, c quod ibi etiam sequitur Præpo. vide tamen eosdem Dom. & Præpo. ibi, qui post Hugo. & Archi. tenent, quod si quis se faceret ordinare, scienter per saltum, vel ambitionem, vel superbiam, debet omnino deponi, nec secum dispensaretur, vel saltem nõ de facili. Nec potest insuper per saltum promotus in ordine sic suscepto ministra-

re sine dispensatione, vt probat tex. in. d. c. Vno. & ibi not. Abb.
3 in vlt. nota. Quæ dispensatio potest fieri per Episcopū, quādo scienter fuit promotus per saltum, & non ministrauit, iuncta sibi pœnitentia, & facta cauta suppletione eius, quod omissum est, vt not. Host. vbi supra. in §. fin. & sequitur Domi. vbi supra post Archi. Domi. tamen refert ibi eundem Hosti. in d. c. Vno. tenentem in hoc cōtrarium, imò quod sciēter recipiens ordinem per saltum, quia dolose offendit mētem tituli, de cleri. non ordi. minis. & de eo qui fur. ordi. rece. dato quòd in illo nō administret, cum tali solus Papa dispensat. Et vide Præpo. ibi, qui eadem verba Hostien. refert, & addit quod non potest administrare in ordine sic suscepto, & est deponēdus. Sed si ministrauerit, credēs se promotum fore gradatim, licet vicini contrarium asserant, cùm talis fuerit promotus in minori ætate dispensat Episcopus secundum Host. in d. summa. Si tamen scienter promotus per saltum ministrauerit in ordine non gradatim recepto non potest, cum eo nisi per sedem Apostod licam dispensari, d vt per eundem Hostien. ibi: quia incidit in pœnam tituli de cleric. non ord. minis. quod sequitur Domi. vbi supra Et vide Sylvest. in summa, in verbo, irregulai tas. in §. Vndecimo quæritur. vbi facit bonam distinctionem, sequēdo Hostien. Bonauen. Raymun. & supplemen. & tenent contra summas Angelicam, & Rosellam.

Martin. Nauar. recātat palinodiam.

OR*dines recipere.* Vide egregiam. l. 18. tit. 6. par. 1. & ibi Grego. Lopez. Et not. quod is etiam promotus per saltum censendus est, qui sine Baptismo Sacris ordinibus initiatur: ita vt hoc casu nullus character imprimi potest, cū Baptismus omnium Sacramentorum sit ianua. text. in capit. veniens. de presby. non bap. cum alijs. At si quis non suscepto Sacramēto Confirmationis, ad ordines promoueatur, nullam cēsuram incurrit, quia iure expressum non reperitur: Nec Sacrosanctū Tridenti. Concil. sess. 23. c. 4. de refor. pœnam aliquam imponit, quam quod ante cōfirmationem nullus ad primam tōsuram admittatur. Quin & Dom. Soto in 4. sen. dist. 24. q. 1. ar. 4. ad finem, in ea est sentētia, vt existimet, mortalem culpam non incurrere, qui suscepit ordines Sacros, vel in eisdē ministrauit, ante confirmationem, quem sequitur insignis Nauar. in manuali confes. c. 12. num. 9. Sed opinio hæc hodie defendi non potest, nam cùm dictum concilium præceptum contineat, & in materia graui Sacramentorum Ecclesiæ, eius transgressores ad peccatū mortale obligat. vt latè colligitur ex Diuo Tho. 1. 2. q. 69. ar. 4. & 2. 2. q. 60. art. 5. ad 1. Archiep. Flo. in 1. par. tit. 18. c. vni. §. 2. Sylue. in verb. lex. q. 8. Baptista Trouamala in verbo, lex. q. 17.

Nullus ad ordines, non suscepto Sacramēto confirmationis, absque mora tali crimine peccat, qui promouetur.

F. Alphon.

Alphon. à Cast. in lib. 1. de potest. leg. pœna. c. 4. Ioan. à Methi. de rest. q. 36. ver. Quo præmisso. tex. in l. 16. tit. 1. par tit. 1. ibi, *Y meter se hian en la carrera de la muerte.* Et ita ipse Nauar. sibi aduersatur palinodiámque recantat, in eodē manua. capit. 25. num. 69. in princip. tantum eum excusari censeo, qui legitima ignorantia ductus id fecerit.

Marti. Naua. recātat palinodiam.

Inter promotos autem per saltum is annumerari potest, qui omisso subdiaconatu, vel diaconatu, sacerdos & Episcopus consacratur: suscipit tamen caracterem ordinis, sed nō eius executionem, quia ordines illos conferre non poterit, quos non accepit, ex Diui Thom. sententia, in 4. senten. dist. 25. & est glo. not. in capi. 1. de cler. per sal. promo. Fundamentū sanè potissimum Episcopalis potestatis sacerdotium est. Sylvest. in sum. in verbo, ordo. 2. q. 1. Ray. in tit. de form. consecra. versic. Quid si clericus. quā sententiam communem esse Theologorum, fatetur Pisa. in sum. in verbo, ordinatus. 2. in prin. & ibi supplementum, & Simo. Maiolus de irreg. lib. 4. c. 12. num. 3. Nec nostrorum opinio recipienda est, qui absque sacerdotio Episcopalis consecratio firmitatem habere censebant: nempè Hosti. & Abb. in dict. cap. 1.

Nullus ad ordines, non suscepto Sacramēto ordinis, absque mortali crimine potest promoueri.

Dicitur etiam is per saltum promotus, qui necessarios ordines ad dignitatē consequendam nondum obtinuit, puta, si ad Cathedralem Ecclesiā assumatur, nondum Sacro ordine insignitus. Nam sicut quando antiquitus subdiaconatus non annumerabatur inter Sacros ordines, scilicet ante Beatum Gregor. in cap. nullum. 28. dist. vel ante Siritij tempora, vt in ca. quicunque. 77. dist. c. à multis. de ætate, & quali. nullus subdiaconus poterat ad Episcopatum promoueri, absque Summi præsidis indulgentia. c. nullus Episcopum. 60. dist. & ita quando subdiaconatus inter Sacros haberi cœpit, Episcopus creari non poterit nisi subdiaconus. vt in d. c. multis. Quod innouatum est in Sac. Conc. Trid. sess. 22. cap. 2. de refor. scilicet, vt subdiaconatus præcedere debeat in obtinēdis Episcopatibus, & quia illius decreti verba, cùm dicit: [Quicunque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, &c.] generalia sunt. Idem videtur dicendum esse, in Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus.

Illud verò circa capitis huius propositum argumentum notandum censeo, quod si quis ostendit titulum quo constat in sacerdotio esse constitutum, præsumitur præcedentibus ordinibus fuisse insignitum, & non per saltum: sicut si titulū & doctoratus ostendo, iam ex eo probo baccalarium & designatum esse, nec credendum est, quod non ostensis his titulis fuerim laurea doctorali cō decoratus. Ita optimè tenet D.

Dida. Perez, in l. 1. tit. 5. lib. 8. ord. fol. 177. Et licet ipse non alleget, vide Inn. & Ant. in. ca. 1. de cleri. pereg. vbi scribunt, quod si quis fuerit Sacris ordinibus insignit⁹, à persona prouida, & honesta (vt illorū verbis vtar) non tenetur ostendere literas aliorum ordinum. Abb. in c. nisi in 1. not. de præbend. Pet. Rebuf. in concord. tit. de colla. §. Præfati. litera A. de quo legendus est ipse in pract. benef. de forma literarum tonsuræ. n. 28. quo loco scribit temporis antiquitatem plurimum in hoc operari. & Feli. cons. 2. nu. 29. & 32. Quia posito subsequenti supponitur antecedens. Ita scribit Baldus in l. 2. C. de dot. promiss. per tex. illū, vbi ex solutione vsurarum debitum principale sortis probatur. Et ita tenendum censeo, licet opinionem contrariam tenuerit Corra. in tracta. de sacerdotio. 3. part. capitulo primo, nume. 6. quo loco censet, nō esse satis sacerdotij seu presbyteratus literas producere, nisi testimoniales literæ cæterorum ordinum simul producantur: cuius non meminit D. Perez.

B [Character confertur.] Et ea saltè causa si merè laicus, non susceptis alijs ordinibus, de facto ad sacerdotium promouetur, verè ordinis character ei confertur glo. not. in cap. solicitudo. 52. dist. & in cap. 1. de cleri. per sal. promo. tradit D. Thom. & omnes Theologi, in 4. sent. distin. 24. Abb. & Doctores in d. c. 1. Sylvest. in verbo, ordo. 5. q. 5.

C [Suspendēdus.] Adde quod in contrarium plurimùm vtget Regia. l. 28. tit. 6. par. 1. cùm dicitur. *Que despues no deue vsar de aquella orde ̄ que anſi recibio.*] Et ibi eam ad hoc notat insignis Grego. in verbo, *No deue*: quo loco censet Archid. Domi. & Præposi. & autoris nostri opinionem procedere quando per negligētiam, siue incuriā, quis fuit per saltum ordinatus, tunc non sit ipso iure suspensus: si verò sciēter fuit promotus, per ambitionem, vel superbiā: tunc quia dolosè offendit mentem tituli de clerico non ordinato ministrante, quia idem videtur non esse ordinatum, vel non debito modo, tunc ipso iure suspensus est, & celebrans efficitur irregularis, siue celebret in ordine susceptо, siue in ordine prætermisso, & ita procedat, quod voluit Sylvest. in summa, in verbo, irregularitas. ver. Vndecimo quæritur.

D *Dispensari.* Adde Marti. Nauarr. in manuali confess. c. 25. num. 71. Gregor. Lup. in l. 63. in verbo, *Otras en medio.* tit. 5. part. 1. vbi dicit autorem nostrum nimis confusè hoc capite fuisse loquutum. At hodiè omnis quæstio circa istā irregularitatem sublata est ex Cōcilio Triden. sessio. 23. capitulo. 14. de reforma. his verbis: [Cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispēsare.] Ex quibus manifestè cōstat,

stat, non licere Episcopo dispẽsare, quando per saltum promotus ministrauerit, nec ibi vlla distinctio constituitur, de administrante sciẽter, vel ignoranter. Et ita hodie iure defendi potest, quod indistinctè promotus, per saltum, de facto celebrans: semper dispensatione Summi Pontificis egeat, quod est notandum.

Furtiuè.

CAPVT, XXV.

1 *Furtiuè ordinari quis dicatur.*
2 *Furtiuè ordinatus non potest in suscepto ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere.*

1 FVrtiuè dicitur quis ordinẽ recipere, quãdo sine ordinatione & sententia superioris, a & sine examinatione a quis ingerit se cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore, & sic ordines recipit, vt per glos. in capitulo primo, in verbo, furtiuè, eiusdem tit. & per Hostien. in summ. §. 1. & latiùs per Abba. in rubr. eiusdẽ 2 tit. Qui autem tali modo receperit, si erat lata excommuni- b catio b contra illud facientes, non potest in ordine sic suscepto ministrare. vel ad superiorem ascendere sine dispẽsatione Papæ. Si tamen excommunicatio lata nõ erat, Episcopus & Abb. poterunt dispensare, vt patet in capitulo primo cum duobus sequentibus eiusdem tit. de quo per Ang. in summa, in verbo, irregularitas. in §. 23. & per Syluest. in summa, in eodem verbo, in §. Tertiò quæritur. Item nota quod dicitur quis furtiuè ordinem recipere, quando recipit quatuor minores ordines, & subdiaconatum in vna eadem die, c vel quando e recipit duos ordines sacros simul, d vt probatur in capit. 2. d & fin. de eo. qui ordi. furtiu. suscepit: & notat Hostien. in dict. §. 1.

Sine examinatione. Adde quod A examen & scrutinium, ideò in promouendis ad Sacros ordines desiderantur, vt virtutum honestas & illorum scientia apparere possint, nec aliter sint admittendi: ita in Carthaginensi Cõcilio his verbis fuit statutum. ⌈Nullus ordinetur clericus nisi probatus, vel examine Episcoporum, aut populari testimonio. Et si quis presbyter, aut diaconus, sine aliquo examine fuerint ordinati, à clero sunt repellendi.⌉ Text. in cap. fin. 24. distinct. & in capit. si quando. ibi tradit latè Gofred. in summ. tit. de temp. ordina. §. rest. videre Petrus Rebuff. in pract. benefi. tit. de clericis, ad Sacros ordines malè promo. glos. quarta, numero. 11.

De examine, si ne scrutinio faciendo in promouendis ad Ecclesiasticos ordines.

Nec solum hoc necessarium est in clericis sæcularibus, sed etiam in regularibus, quos ab Episcopo examinari & approbari iussit Concilium Tridentinum, sess. 23. cap. 12. de reforma. Nec sufficeret suorum superiorum fides, aut attestatio meritorum priuilegijs quibuscũque, quo ad hoc penitus exclusis,

cluſis. At ſi ad Epiſcopatum promouerentur Prelatorũ ſuorum atteſtatio, perinde valeret, ac ſi alicuius Academiæ publicum adduceretur teſtimoniũ, vt in dicto Tridentino Concilio, ſeſſ. 22. cap. 2. de refor.

Hoc autem examen, ſeu ſcrutinium circa multa verſatur, nam per menſem ante ordinationem nomina ordinandorũ ſcribenda & publicanda ſunt, vt conſtare poſſit de natalibus, moribus, ætate, & genere: vt in Concilio Tridentino, ſeſſi. 23. cap. 5. de reforma. Aliud verò ſcrutinium habetur feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, & in eo agitur de approbãdis vel reprobandis ijs, qui ad miniſterium ſacrum accedere voluerint, ad id vocatis peritis, & probis viris, & in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, qui ſumma diligentia ordinãdorum genus, perſonas, ætatẽ inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem inueſtigare, & examinare debẽt. Qui quidem examinatores ad vnguem ſeruare debent egregiam illam ſanctionem, Conci. Naonaten. quod habetur in dict. ca. quando. 24. diſt. quæ his verbis decreta fuit. [Ipſi autem quibus cura committitur cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti, à verò deuient, vt indignum & minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos Epiſcopi manibus applicent. Quod ſi aliter fecerint, & ille qui indignè acceſſerit, ab altari remouebitur, & illi qui donũ Sancti Spiritus vendere conati ſunt coram Deo iam condemnati, Eccleſiaſtica dignitate carebunt.] Quod quidem examẽ in clericis ſæcularibus faciendum eſt ab Epiſcopo, qui demiſſorias literas concedit, ſi ordinandus ſit præſens: ſi verò abſens, ab Epiſcopo, qui Sacros ordines confert: vt colligitur ex Concilio Tridentino, ſeſſio. 23. cap. 3. & 7. de reform. & ex cap. ſi Epiſcopus. de præbendis lib. 6. Tertium autem ſcrutiniũ eſt, quod fit ipſa hora qua ordines conferuntur, quando Epiſcopus Archidiaconum interrogat, an aſſiſtant promouendi, & vtrum ſint idonei. De qua formula peculiare decretũ habetur in lib. Pontific. ibi videndum erit à lectore.

Poſſent equidem quæ dicta ſunt, aliquando ab ipſo rigore laxari, quando promouendus, adeò ſpectatę virtutis & probitatis eſt, vt notus ab omnibus habeatur, & populari teſtimonio dignus habeatur, nam tũc examen omitti poſſe, ſine peccato, Sentit Concil. Carthag. 3. cap. 22. habetur in cap. nullus ordinetur. & ibi gloſ. 24. diſt. cap. de Petro. 48. diſt. cap. valde. 94. diſt. not. Sylu. in ſumma, in ver. ordo. 2. q. 2. Pet. Rebu. in dict. pract. tit. de clericis. ad Sacros ordina. male promo. glo. 4. num. 11. Quia notoriè doctus examinari non debet. glo. in Clemen. vna. de iureiuran. vbi Barb. not.

Et non

Et non solùm in promouendis ad clericatum, examen & scrutinium modo & forma, vt iam scripsimus necessariũ est, sed in illis qui Episcopali dignitate sunt condecorandi prius examinari debent, iure veteri, vt in Concilio Carthaginensi. 4. cap. 1. & retulit Gratianus in cap. qui Episcopus. 23. distin. & iure nouissimo diligẽti examine inquiri debet, an ea nouerint, quæ ad munus suũ spectent, & an eligẽdus sit in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus, in Sacra Theologia, vel Iure Canonico: vel Testimonio alicuius publicæ Academiæ idoneus iudicetur, vel si regularis ipse sit publico prelati sui testimonio idoneus iudicetur. Deinde discutiendum est quibus natalibus, quibus honoribus, qua ætate quis sit: & an sit in Sacris saltem per sex menses antequàm eligatur, vt decretũ est in Sacro Concilio Triden. sess. 22. cap. 2. de reforma. & pro ratione & opportunitate Prouinciarum examina hæc fient, & de his publica conficiuntur instrumenta, seruatis omnibus alijs sancitis ab eodẽ Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. Quo loco in Cardinalibus eligendis idem fieri statuit, quo ad vitam, ætatem, ac doctrinã illorum inuestigandam, sicut in ipsis Episcopis promouẽdis.

B [Lata excõmunicatio.] Adde quod iam de more consueuerunt Episcopi in ordinibus conferendis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna prohibere, ne quis audeat se ingerere, qui nõ fuerit approbatus, & tunc is ordinatus, nõ poterit in suscepto ordine ministrare, nec ad superiorẽ ascẽdere, sine Romani Pontificis dispensatione. Et vide de hoc vltra ordinarios interpretes summam confes. tit. de ætate ordinan. q. 13. & sequent. Symo. Maiolum. de irregula. li. 4. cap. pit. 8. & vide Regiam. l. 18. tit. 6. par. tit. 1. & ibi Gregor. Lopez. Hodie verò si crimen hoc occultum sit, & non deductum ad forum contentiosum, Episcop⁹ potest indulgere dispensationem, autoritate Concilij Trid. sessio. 24. capit. 7. Si tamen Episcopus eo tempore quo confert ordines, his verbis vtatur. [Non intendimus ordinare non examinatos & approbatos.] Tunc qui se ingessit, non erit ordinatus, ideò oporteret denuò ordinari, iniũgẽdaque priùs illi erit pœnitẽtia, quia valdè delinquit se ingerendo susceptioni ordinum, ante approbationem. ita tenet Petrus Rebuff. in dicta glosa quarta, num. 18.

[Vna eadẽ die.] Adde quòd opinio ista procedit etiam hodie stante Sacrosancto Concil. Triden. sessi. 23. cap. 11. de reforma. vbi decretum est minores ordines non vna die, sed diuersis conferendos, nisi aliud Episcopo expedire videatur, & quod susceptis minoribus annus interponendus sit, priusquàm ad primum sacrum, qui

C *Declaratur Concil. Triden. sess. 23. c. 11 de refor.*

ſubdiaconatus eſt, quis aſcendat niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas, iudicio Epiſcopi aliud expoſcat. Quod quidem arbitrium, vt ex mẽte concilij dignoſcitur, Epiſcopo conceſſum eſt, ad hoc vt hęc interſtitia abbreuiari poſſint, non autem vt eadem die ſacros ordines duos conferre poſsit, vel vltimum minorem cum primo ex ſacris: quod adeò verum eſt, quòd ſi ſabbatho vnum ſacrum ordinẽ cõferat alicui, & cõtinuato ieiunio, alterum eidem conferat in Dominica, ſuſpenſus eſſet Epiſcopus à collatione ordinum, & ordinatus ab executione, donec Apoſtolica ſedes diſpenſationem indulgeat. tex. in cap. literas. de temp. ord. In locis autem, in quibus conſuetudine obtentum eſt, vt minores ordines cum ſubdiaconatu conferantur, id ſeruari debet: nam talem conſuetudinem validam eſſe ſcribit. Anto. in 3. par. tit. 14. c. 16. § 16. quem ſequitur inſignis Nauar, in manuali confeſſ. c. 25. n. 71. dicens eam à dicto concilio minimè derogari. Sed veriùs contrariũ eſſe cenſeo quod ex Tridentini Concilij decreto omnis cõtraria conſuetudo circa ordines conferendos derogetur, cùm omnes tã minores, quã maiores, ſeruatis certis temporũ interſtitijs conferri præcipiat. conſulitur ſanè hoc modo ipſorum ordinum maieſtati, & Eccleſiæ vtilitati, & eorum qui ordinandi ſunt commodo, vt in his cum ætate vitæ meritũ, & doctrina maior accreſcat. Vnde contraria conſuetudo, ſi qua erat ante concilium tanquam bono publico contraria firmitatem non obtinebit. Et opinionem iſtam ſequi videtur Symõ Maiol. de irreg. li. 4. c. 11.

Opportunè tamen hoc loco quæri poteſt, an Epiſcopus qui facultatem habet diſpenſandi in iſtis temporum interſtitijs, autoritate dicti Concilij Tridentini, ſi tacitè eum promoueat qui non expectauit tempora annua, quæ de vno ordine ad alium deſiderantur, cenſeatur diſpenſare, & cum in facti contingentia eſſem interrogatus, cõſului quod ſi Epiſcopus ignorãs fecerit, nullo modo diſpenſare cenſetur. At ſi ſciens ordines contulit, credẽdũ eſt diſpenſare voluiſſe. gloſ. notabilis, in cap. qui aliquando. in verbo, qui concubinas. 51. diſt. Abbas not. in c. veniẽs. de filijs presb. Felin. in ca. præterea. num. 7. 8. & 9. de teſtib. cogẽd. Symon. Maiol. de irreg. lib. 3. capit. 24. num. 14. Idemque iudicandum eſt, ſi ipſe nõ conferat ordinem[1], ſed dimiſſorias literas cõcedat, quia hæc à pari procedunt Sylueſt. in verbo, irregularitas, in fine, quod ad dictũ Trident. Conc. decretũ ſummè notandũ eſt.

[Duos ordines ſacros ſimul] D Vide Concil. Triden. ſeſ. 23. ca. 13. vbi decretum eſt, ne eodem die duo ſacri ordines cõferantur etiam regularibus non obſtantibus eorum priuilegijs vel indultis.

Extra

Extra tempora, & ante ætatem legitimam, & ab alieno Episcopo.

CAPVT, XXVI.

1 *Ordinatus extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ab alieno Episcopo, ordinis executione est suspendendus.*

2 *Hodie autem ex nouissima Pij. II. constitutione, ordinatus aliquo de prædictis tribus modis, ipso iure suspensus est: & celebrans irregularis efficitur.*

3 *Suspensus propter crimen, si de facto celebrat, irregularitatis nota afficitur.*

4 *Promotus ad sacros ordines ante 14. annum, si post quam peruenerit ad ætatem legitimam cogatur continere.*

1 a ORdinatus extra tempora a suspenditur, donec cum eo dispensetur, vt in cap. cum quidam, de tempo. ordi. Item ordinatus ante legitimam ætatem b tem b suspēditur vsque ad eius aduentum, vt in cap. Vel nō est compos. eodem tit. Non tamē est ipso iure suspensus, vt not. Bernard. Rai. Guliel. Archidia. Anto. Paul. de Eleazar, & Zabel. in varijs locis relatis per Archiepiscopum Florent. in 3. part. tit. 28. cap. 1. in fin. Ordinato insuper sine licentia sui c præsulis c ab alieno Episcopo, interdicitur ordinis executio, d d vt in cap. Quod translationē. eod. tit. Hodie verò ordinatus aliquo de prædictis tribus modis est suspensus ipso iure, & celebrans efficitur irregularis, à solo Papa absoluendus, & beneficijs potest iure priuari: vt habetur in extrauag. Pij. II. e qu æ incip. Cùm ad sacrorum ordin. de qua ad istud propositum meminit celebris memoriæ Doctor Hispanus Didacus de Villadiego in tractat. de irregular. in cap. de suspensione, in secunda col. & refert etiam eam ad hoc Sylvest. in sua summa, in verbo, irregularitas. in §. Decimò quæritur. qui allegat regulas Innocen. 8. & Alexand. 6. Roman. Pontificum, quam etiam extrauagantem seruari præcepit Leo. 10. in suis regulis Cancellariæ, in regula. 22. incip. Item de clericis extra tempora. Et Paulus Papa. 3. in suis regulis, in regula, quæ etiam incipit: Item de clericis, quæ est. 24. in ordine. Vt autē illius extrauagātis plena notitia habeatur, libuit illā inserere: maximè cùm soleat ab aliquibus referri additis quibusdam verbis, quæ in ea non sunt: cuius tenor talis est: Pius. &c. Ad futuram rei memoriam. Cùm ex Sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animę imprimitur, sacra mysteria dispēsantur, vt ipsarum cura tribuatur animarum in eorū susceptione excessus, grauius tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cùm itaque sicut fide dignorū relatione non nisi molestè accipimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam: aliqui verò sine dimissorijs literis, cōtra sanctiones canonicas, se faciāt ad Sacros ordines promoueri. Nos eorundem temerita-

tem tali castigatione reprimẽtes, vt alij in posterũ committendi similia aditus præcludatur, aut Aposto. præsenti constitutione perpetuò valitura statuimus,& ordinamus,quòd omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica aut legitima licentia,siue extra tempora à iure statuta,siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs literis, etiam citramontani à citramontanis,prẽterquàm si in hoc vltimo casu per cameram Apostolicã,iuxta ipsius stilum ordinati fuerint ad aliquam ex sacris ordinibus se fecerint promoueri à suorũ ordinum executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinib⁹ ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, propter quam vltra alias pœnas in tales generaliterà iure inflictas, beneficijs Ecclesiasticis,quę obtinẽt,possunt iure priuari. Volumus autem quòd præsens nostra constitutio in Romana curia existentes post quindecim dies: Absentes verò Italicos post duos, alios autem etiam vltramontanos post sex menses ab ipsius in audientia contradicti & cancellaria Apostolica publicatione ac affixione, ligare incipiat. Nulli ergo si quis. &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. 1461. quintodecimo kal. Decẽbris Anno quarto. Aduertendum præterea est, quòd cùm nouissimè in Concilio Tridentino (cui ego & ſi indignus Episcopus Calagurritanus interfui) fuerit inhibitũ capitulis Cathedralium Ecclesiarum,ne sede vacante licentiã recipiendi ordines concedant infra annũ aliquibus, sub pœna inibi, contrafaciẽtibus imposita, vt habetur in septima sessione illius concilij, in Can. 10. tenoris sequentis. Non liceat capitulis Ecclesiarum sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, recipiendi ordines concedant infra annũ aliquibus, sub pœna inibi, contrafaciẽtibus imposita, vt habetur in septima sessione illius concilij, in Can. 10. tenoris sequentis. Nõ liceat capitulis Ecclesiarum sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiã, aut literas dimiss. seu reuerendas (vt aliqui vocant) tam ex iuris communis dispositione,quàm etiam cuiusuis priuilegij, aut cõsuetudinis vigore, alicui qui beneficij Ecclesiastici recepti siue recipiẽdi occasione arctatus non fuerit concedere: si secus fiat, capitulum contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint,nullo priuilegio, clericali præsertim, in criminalibus gaudeãt: in maioribus autem ab executione ordinũ ad beneplacitum futuri Prælati sint ipso iure suspensi. Si quis esset promotus ad aliquem Sacrum ordinem contra dispositionem concilij, cùm ex hoc fuerit

fuerit ipso iure suspẽsus ad beneplacitum futuri prælati, si posteà celebraret ante obtentum illius beneplacitum, esset irregularis: quamuis suspensionis pœna fuerit ad beneplacitum eligendi Episcopi, & ab illo posset relaxari. Cùm enim suspensio hęc sit imposita propter delictum (propter inobedientiam videlicet factam decreto concilij) tunc conclusio communis, quod celebrans, est irregularis secundum Panor. in cap. si celebrat. de cleric. excõmunica. in col. final. per text. in cap. 1. de senten. excommun. in 6. & in capit. cum æterni. de re iudic. eod. lib. licet quidam cõtrà tenuerint secundum eum. Facit quod notat Felin. in cap. Apostolicæ de excep. col. 3. & melius in colum. 7. nu. 17. vbi scripsit quòd suspensus ab officio celebrans est irregularis, siue suspensus sit à canone, siue ab homine: allegat glo. 2. & 3. & ibi Paul. col. 4. in ca. is cui. de senten. excommu. lib. 6. & decis. Rotæ. 3. in antiquis. eod.

4 tit. An autem promotus ad Sacros ordines ante 14. annũ co-

f gatur continere, f si postquàm peruenerit ad ætatem legitimã vult cõtrahere matrimonium, vide Hostien. in summa, de cle. per sal. prom. in §. 1. in fin. qui mouet quæstionem, refert opiniones contrarias, & in ea, quã vltimo loco scripsit, videtur tenere quòd talis nõ cogitur cõtinere. Contrarium tamen videtur tenere glos. in capit. Vno de cle. per sal. promo. in verbo, discretionis, quæ mouet istam quæstionem, vbi tamen Abb. refert Archi. post Hugo. in ca. pueri. 1. quæst. 1. tenentẽ, quòd si ordinatus ante pubertatem illa adueniente vult tenere clericatum, & gaudere priuilegio clericali, tunc tenetur continere, aliàs secus: quam opinionẽ approbat, & dicit hoc fuisse de mente Inno. & Hosti. & vide Præpo. in cap. Subdiaconus. 77. distinct. tenẽtem quòd Docto. communiter in dict. cap. 1. notant, quòd si factus maior contradicit non acceptans ordinẽ, non tenetur continere, ex quo dicit ipse quòd resultat monstrum, videlicet quòd minor recipit characterẽ ordinis Sacri, & tamẽ si cõtradicat maior factus non tenetur continere, licet Cardin. in Clemen. fin. de ætate, & qualitate. in 1. q. teneat, quòd si talis erat doli capax, tenetur cõtinere, per glos. in dict. cap. Pueri. 1. q. 1. Et idẽ dicit, si quam primum peruenit ac doli capacitatem non reclamauit, quia tunc incipit obligari. Et vide in hoc proposito, quod notat Nicolaus de Millis in suo repertorio, in verbo, Clericus promotus, vbi referendo Hosti. & Inno. in cap. vel nõ est compos. de tẽpo. ordi. Et Cõpostella. & Ioan. Andr. in cap. vnico. de cler. per sal. promo. Et in dict. cap. vel nõ est compos. & Archi. in cap. pueri. 1. quæst. 1. dicit quòd promotus infra pubertatem inuitus & coactus potest cõtrahere matrimoniũ, per glos. in dict. cap. vnico. &

quod

quod idem est, si non fuerit coactus, dum tamen infra pubertatem contradicat, & perseuerat in contradictione vsque ad pubertatem, vel si infra pubertatem non contradicit, & statim dum cœperit peruenire ad pubertatē contradicat: & quod illud statim intelligitur intra triduum, & quod aliàs nō auditur, licet glo. in dict. cap. vnico. & in dict. cap. vel non est compos. aliter teneat secundum eundem.

Ordines Ecclesiastici quibus diebus sunt conferendi.

Extra tempora. Adde quod prima tōsura quolibet die conferri potest, cum iura certū diem ad eam conferendam nō præfigant, & sic de consuetudine generali seruari testantur. Hostien. Ioan. And. & Cardina. in cap. pen. de tempo. ordi. per cap. cùm contingat. de ętate & qualitat. Et tam in dicœcesi, quā extra potest Episcopus subditis suis tonsuram conferre. Barba. in capit. nouit. de offic. delega. quem sequitur Petrus Rebuf. in pract. benefic. tit. de clericis. ad sacros ordines male promo. glo. 1. nu. 4. idem in tract. nominationum q. 14. num. 29. & 65. Hodie tamen ex Sacro Cōcilio Tridentino, sessio. 6. ca. 5. de reformatione nō licet Episcopo extra suam dicœcesim cuiuslibet priuilegij prætextu pontificalia exercere, sine ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantum, quòd si aliter factum fuerit, Episcopus ipse ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum ipso iure suspensi sunt.

Minores verò ordines, quādo Episcopo, & vbi sibi videbitur, dari possunt: licet Dominicis & alijs festiuis diebus conferri debeant. cap. de eo. de tempo. ordin. Sacri verò ordines, nunquàm nisi in publica ordinatione conferuntur. cap. quando. 75. dist. & in maiori Ecclesia. gl. not. in cap. ordinationes. d. dist. Concil. Triden. sess. 23. ca. 8. de refor. vbi decretum est. Sacros ordines in cathedrali Ecclesia conferendos esse, præsentibusque ad id Ecclesiæ canonicis: si autē in alio diœcesis loco celebrētur, semper in Ecclesia & clero presente fieri debet. Vnde nō erit valida ea consuetudo, cuius ratione, Episcopi hos ordines, vbi eis placebat, conferebant. Quā validam esse scripsit Floren. in tertia parte, capit. 14. §. 17.

Item Sacri ordines, nempe subdiaconatus, & diaconatus, & presbyteratus, non nisi in Sabbathis quatuor tēporum, aut Sabbatho sancto, vel Sabbatho ante Dominicā de Passione sunt ministrandi. text. in capit. 3. de tempo. ordin. capit. fin. 75. distin.

Diuus Ignat. Apostolorum coætaneus.

Hos equidem Sacros ordines & alios nominat D. Ignatius Epistola ad Antiochenses, ibi, [Saluo sanctum presbyterium vestrum saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque cōfessores. Vt non dubium sit hos ordines Apostolorū tempore

porequo vixit Diuus Ignatius fuisse.

Constituitur ratio, propter quã statutis tẽporibus & non in alijs sacri ordines ministrẽtur.

Ratio verò propter quam his temporibus statutis, potiùs quàm alijs ordines Sacri ministrentur, ea adducitur à Præpo. in cap. quoniam. §. cæterũ. 75. dist. nempe, quia sacerdotes & alij clerici cum in Sacrosancta Ecclesia locum obtinẽt, quem olim Leuitę apud Israeliticum populum obtinuerunt: quos vt legitur, libro Numer. Dominus pro primogenitis recepit eos, & in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorum interficerẽtur custodiuit, cum quasi primitiæ sint, equidem quasi primitias Deo summè gratas offerimus, cum aliquos Sacris ordinibus donamus, vnde consentaneum est, vt pro primitijs temporum scilicet quatuor tẽporibus, hominum primitias afferamus. Item hoc ita stabilitũ fuit, vt ordinati sub quatuor Euangelijs, Deo & Ecclesię seruire firmissimis animis concipiant. Vere vt virtutibus floreant, in æstate, vt fructus afferant, in Autumno, vt fructus operum metant, in Hyeme, vt iam collectos fructus in horreo conseruent, vt eis in Domino fruantur. Hanc rationem tradit Petrus Rebuff. in dict. glos. 1. num. 9. Nouissimè autẽ Catechismus ad Parochos Pij huius nominis V. Pontificis Maximi, iussu æditus in titulo de Sacramẽto ordinis vers. Sequitur nunc egregiam rationẽ his verbis scribit. [Ex quo factum esse intelligimus, vt statutis tãtummodo diebus, quibus & iam solennia ieiunia ex vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more inducuntur, ordinationes fiant: vt scilicet, fidelis populus eiusmodi Sacrarum rerum ministros, pijs & sanctis precationibus à Deo impetrẽt, qui ad tanti ministerij potestatem, rectè & cum Ecclesiæ vtilitate gerendam aptiores esse videantur.]

Nec ea consuetudo firmitatem obtinebit, qua introductũ fuerit, quod Sacri ordines extra tempora ministrentur. cap. 2. de tempore ordi. Imò tam ordinans quàm ordinatus grauissimè peccat, tãquàm Sacrorum Canonũ violator ab Spiritu sancto, cuius instinctu cõditi sunt condemnatur. ca. violatores. 25. q. 1. Florẽ. in. 3. parte. tit. 14. capitulo 16. §. 16.

In Sabbatho sanè potiùs quã alijs diebus ordines conferri debent, quia dies illa Spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus longa manu recipiuntur. cap. quod à patribus. 75. distinct. notat Rebuff. dict. glo. 1. num. 9.

Ista autem Sabbathorũ tempora duobus casibus tranferri possunt, in sequentes dies Dominicos. Primò si ab ordinandis & ordinatis ieiunium seruetur, vsque ad sequẽtem diem Dominicum: tunc equidẽ ipso Dominico die ministrari ordines possunt. text. in dict. capit. quod à patribus. Sed quia tale ieiunium indiscretũ, & maximè periculosum esse censetur, vt benè

vt benè not. Innoc. Hostien. & omnes in cap. literas: de tempo. ordina. minimè decet, vt tanta dicti ieiunij productio fiat. Secundò, si die Sabbathi tanta esset ordinādorum multitudo, vt non possent omnes ordinibus insigniri: tunc equidem in diem Dominicam ordinum collatio differri potest. Ex Inno. sententia in dict. c. literas. quem sequitur Sylvest. in summ. in verbo, ordo. 2. q. 6.

Consecratio. Episcoporum, quibus diebus facienda sit.

Episcoporum verò consecratio, solis Dominicis & festiuis diebus facienda est, à summo mane, à ieiunijs saltem circa horam tertiam. cap. ordinationes. 1. 75. distin. not. Sylvest. in summa, in verbo, consecratio. 1. q. 3. Quæ sanè consecratio Episcoporum, aliud tempus à iure statutū habet, intra quod fieri debet: nam quisquis Episcopus fuerit pronuntiatus intra trium mensium spaciū cōsecrari debet, sub pœna amissionis perceptorum fructuum, quòd si per aliud trimestre distulerit, ipso iure ipsa Ecclesia Episcopali priuatur. Cōci. Trident. sess. 23. capit. 2. de refor. Quando verò trimestre currere incipiat, an à die electionis vel à die conformationis tradunt doctores in cap. quoniam quidam. 75. distinct. Sylvest. in d. q. 3.

Virginum etiam consecratio solis festis facienda est. cap. 1. de tempor. ordin. vbi glos. & Doctores latè de hoc differunt. Ecclesiarum autem consecratio quibuslibet etiam feriatis diebus fieri iure potest, quia id suadet necessitas, & cultus diuini augendi causa. cap. 2. cum glos. de consecrat. Ecclesiæ, vel alta.

Et licet ad ordines conferēdos præfixa & diffinita certa tempora sint vt iam ostendimus: summus tamen Romanæ Ecclesiæ præsul quolibet tempore ordines etiam sacros conferre potest. cap. 1. de tempo. ordi. Quia prohibitio hæc à iure positiuo originem habuit, à quo ipse solutus est. cap. proposuit. de consec. præben. Imò scribit Ang. in l. 1. C. de sent. pass. posse Antistiten Romanū solo verbo Episcopum vel prælatum creare, licet hoc facere non sit solitus, sed formam debitam seruat, vt alij ita seruēt. Et hanc ipsam gratiam ordinandi extra tempora concedere potest Episcopis in ordinādorum fauorem. Tradunt Doctores in dict. cap. 1. Rebuff. in d. pract. d. glo. 1. nu. 12. & hoc Romanæ curiæ Stillus obseruat: prout testatur Simō Maiolus in tract. de irreg. lib. 3. c. 14. num. 9. Is verò qui extra tempora absque Romani Pontificis indulgentia temerè fuit ordinatus, caracterem recipit: nō verò ordinis executionem. cap. cum quidam. de temp. ordin. Imò sic promotus inter irregulares ascribitur à Specula. in tit. de dispensat. §. iuxta. versic. Item ordinatus extra tempora, de quo latius infrà agendum erit. Quinimò Episcopus qui ordines contulit, graui pœna plectetur

plectendus est. cap. cum quidã. cap. 2. de tempo. ordin. & ordinandi potestate priuatur. ca. Subdiaconus. 77. dist. Hodie verò ex sacro Concilio Triden. sessione. 23. cap. 8. de reform. ab ordinum collatione per annum suspensus est.

Dispensatio autem cum eo, qui extra tempora ordinibus fuit initiatus ab Episcopo qui in nulla fuit culpa obtineri potest, vt post condignam pœnitentiam susceptos ordines possit exercere. capit. consultationi. de temp. ordin. Sed vt ad altiores promoueatur, à solo Romano Antistite impetrari potest. Nor. Sylvest. in summa in verbo, irregularitas. q. 10. Tabi. in verbo, irregularitas. 4. num. 6. Summa confessor, de ætate ordin. q. 35.

B [Ante legitimam ætatem.] Adde quod natura (vt libro de Senectute, scribit Cicero) [Vnicuique suam tempestiuitatem dedit, infantium puerorum & adolescentium infirmitas est, ferocitas iuuenum, grauitas iam constantis ætatis, maturitas Senectutis, Senij autem labor & dolor: atque inter illas ætates quædam consiliorũ expertæ sunt, vt infantia, pueritia decrepita ætas. Quædam consilia habẽt, sed ea fragilia & infirma, vt adolescentes: quędam firma quidem, sed necdum vsu & experientia corroborata, vt iuuentus: quædam matura & solida, multaque rerum cognitione, vsu & exercitatione confirmata, vt media ætas & senectus.] Hac itaque ratione fit vt clericis pro ætatis qualitate ordines & beneficia cõferantur. Et ideò sunt equidem singulis ordinibus præscriptæ ætates, quamuis pro varietate temporum diuersis mensuris statutæ. Tonsura etenim ferè semper in septennio obseruata est. text. cum glo. in cap. nullus de tempor. ordin. in 6. qui annus debet esse completus. cap. in singulis. 77. did. Regia. l. 27. tit. 6. par. 1. Reliquorum verò ordinum varij fuerunt termini, vt constat in dict. cap. in singulis. & in ca. placuit. ead. distin. 77. Postea autem in Concilio Vienensi, Sacris ordinibus certus statutus est terminus, nempe subdiaconatui annus decimus octauus, diaconatui vigesimus, sacerdotio vigesimus quintus. vt in Clem. generalẽ. de ætate, & qualitate. Episcopatui semper annus trigesimus necessarius fuit. cap. cum in cũctis. de elect. At Cõcilium Tridenti. sess. 23. ca. 12. summa cõsideratione huic rei prouidit, nam subdiaconatum permittit existenti in vigesimo secundo anno, diaconatum vigesimo tertio, presbyteratum vigesimo quinto. Reliquis verò minoribus ordinibus nullũ tempus præfixit, quasi plus momenti habendum sit in literis & moribus, quam in ætate: ad quod mirè congruit sententia Diui Thom. in 4. senten. distin. 25. Hi autem anni omnes, in ordinibus recipiendis necessarij nõ exacti, sed cepti sufficiũt, vt in

Ciceronis elegãtissima verba de humana ætate.

Qua ætate singuli ordines sint conferendi.

vt in dict. Clem. generalem. vbi glo. & Doctores. & notat notiter Gregor. in dict. l. 27. part.

Ordinatus ante legitimã ætatem ea super veniete. an impedimẽtum deleatur.

Is vero, qui ante legitimam ætatem Sacris ordinibus fuit insignitus, non potest eosdem ordines exercere, donec legitima ætas accesserit: qua quidẽ accedente, cessat omne impedimentum, & ea ratione libere poterit in susceptis ministrare. cap. non est compos. de tempo. ordin. not. Arch. & Prepos. in capit. placuit. 77. dist. Henri. in cap. consultationi. de temp. ordi. & hanc opinionem communem esse fatetur insignis D. Couar. in Clemen. si furiosus. de homi. 1. part. §. 1. nu. 4. Nec ante legitimam ætatẽ, ordinatus est ipso iure suspensus, sed suspendẽdus. vt in dict. ca non est compos. Quem ita interpretantur Archi. Præpo. Cardi. à Turrecrema. in dict. cap. placuit. Florent. in 3. parte, tit. 14. capit. 16. §. 15. Alber. Trot. de vero & perfecto cleri. lib. 2. ca. 17. quam opinionem communẽ esse testantur Card. in dict. ca. vel non est compos ad finem. Præpo. in dict. capit. placuit Gonsal. à Villadiego de irregular. cap. de suspen. col. 2. Mart. Nauar. in manuali confess. capit. 25. num. 70. & eam sequitur Maior. in 4. sentẽ. dist. 24. q. 5. Fuerunt tamen multi (maximæ autoritatis viri) qui expressim tenuerũt, ante legitimam ætatem ad ordines promotum, ipso iure suspensum esse. At si communem sententiam amplectimur omni prorsus difficultate caret in ordinibus ministrante ante ætatem à iure diffinitam minimè irregularitatem contrahere, cùm nec à iure vel ab homine suspensio imposita fuerit. Quod si quis contrariam sequi maluerit, idem assecuerare necesse erit, cùm suspensio hæc nõ ob crimen, sed ob defectum à iure fuerit statuta. Ita tenuerunt Card. in dict. Clem. generalem. 5. & 6. q. Domini. in ca. eos de tempo. ordi. in 6. Cardi. in cap. si celebrat. de cleri. excom. Villadiego in dict. cap. de suspensione. col. 2. quam opinionem communem esse fatentur eam sequuti. Floren. in 3 par. tit. 28. cap. 1. §. 1. col. 2. D. Couar. d. §. 1. nu. 4. hoc de iure veteri, quid autem de iure nouo in hoc decretum sit infra docebimus.

[Sine licentia sui Præsulis.] C Adde quod facultas hæc per literas (quas dimissorias appellamus) concedi solet, illarumque vsus etiam S. Augustini temporibus seruari consueuerat: vt ipse testatur in Epist. ad Clerum Hyp. Epist. 137. vers. *forsit.* [Cum enim ista mea causa.] Et aliquando literæ istæ sunt speciales, nempe vt possit quis à tali Episcopo ordinibus insigniri, & tunc si ab alio ordinatur, ordinibus collatis minimè iuuabitur, cùm nullam ad hoc facultatem habuerit, & vnius concessio alterius censetur exclusio. l. cum prætor. ff. de iudi. cap. nonne de præsump. Solent etiam literæ generales concedi, vt possit quis ordinari

Traditur multa lecta non in digna de literis dimissoriis

à quo-

à quocũque Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente. capit. pen. de præscrip. notat Petrus Rebuff. in pract. benefi. de literis dimissorijs. nu. 3. Quibus quidẽ literis oportet vt exprimatur, qui ordines illarum ratione sunt ministrandi, quia concedendo solùm recipi minores, vel ordines tantum, maiores ordines minimè comprænduntur. capit. 1. de temp. ord. Oportet etiam quòd dictæ literæ contineant excusationis causam, ob quam ipse proprius Episcopus non potest ordines conferre cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. ibi. [Per eius Episcopi patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare.] Consuetudine tamen in multis Prouincijs receptũ est, vt nulla causa assignetur, quam consuetudinem validam esse scribit Petrus Rebuff. in loco iam allegato. num 28. Nec dimissoriæ literæ concedi debẽt, ante legitimum examẽ, & approbationem, vt in Concilio Trident. sess. 23. cap. 3. Has autem dimissorias ab Episcopo originis, dummodò sit electus & confirmatus, licet non consecratus concedi oportet. cap. nullus. de temp. ordi. lib. 6. vbi decretum est etiam concedi ab Episcopo domicilij, vel beneficij, & à Vicario Generali Episcopi, ac capitulo sede vacante, inferiores nullo modo eas cõcedere possunt, vt ibi nisi hoc faceret ex legitima consuetudine, vt glos. & Doctores ibi not. & Aufre. in Capella. Tolosa. decisione. 450. Hodie verò secundum Concilij Tridentini decretum, sess. 23. cap. 10. solus Episcopus eas cõcedit. Et ideò nec Abbatibus, nec alijs Prælatis exemptis prætextu priuilegiorum, aut immemorialis cõsuetudinis, nec capitulo sede vacante id iam licebit, nec illis permittitur, qui in Episcopi iurisdictione succedũt, qui verò sanctissimam illam sanctionẽ violauerint ab officio & beneficio per annum ipso iure suspensi sunt. Capitulum autem ipso facto subiacet Ecclesiastico interdicto Concil. Triden. sess. 7. cap. 10. de reformatione. Ordinati autem prætextu dictarum literarum (quas capitulum misit) si in minoribus cõstituti fuerint nullo clericali priuilegio, præsertim in criminalibus gaudent maioribus, etenim insigniti eorum executione ad beneplacitum futurũ, Prælati sunt ipso iure suspensi, vt ibi.

Poterit tamẽ capitulum has dimissorias literas tribuere, quando Episcopalis sedes vltra annum vacauerit, ita colligitur manifestè ex dicto Sacrosancto Tridentino Concilio. d. cap. 10. sessione 7. cum tantùm capitulo, vacante sede, prohibeat dimissorias literas indulgere infra annum, à die vacationis lapso: vero anno ius antiquum non mutatur: & ideò in viridi obseruantia manet. l. præcipimus. C. de appella. cum

alijs. Alter & secŏdus casus est, quando quis ratione obtenti, vel obtinendi beneficij, arctatus sit ad Sacros ordines susci-piendos, tunc capitulum vacãte sede, dimissorias literas po-terit concedere. Cõcil. Triden-ti. allegato. cap. 10. ibi. [Alicui qui beneficij Ecclesiastici re-cepti, siue recipiendi occasio-ne arctatus nõ fuerit.] Tertius casus erit, Sede Apostolica va-cante, tunc sacro Collegio eas literas dare prohibitum non videtur, quia illius vacantis se-dis iurisdictionem, non appa-ret in hoc, à Tridentino Con-cilio fuisse limitatam, & ideò ea vti permissum esse censetur ita tenet Simon Maiolus de ir-regulari. lib. 4. c. 5. nu. 5.

Non tamen poterit Episcopi superior, nempè Archiepisco-pus iure Metropolitano, sub-ditis suffraganeorum suorum, vt prima initientur tonsura, vel ad ordines promoueantur, di-missorias literas tribuere. ita te-net Perusi. & est cõmunis sen-tentia scribentium in dict. cap. nullus. de temp. ordi. in 6. At Summus Ecclesię Præsul. Chri-stianis omnibus eas potest in-dulgere. cap. 1. de tempo. ord. quia est generalis Episcopus to-tius mundi. cap. fraternitatem. 81. dist. capit. cuncta per mun-dum. 9. q 3.

Postquàm verò dimissoriæ literæ ab Episcopo fuerint cõ-cessæ minimè spirant concedẽ-tis morte. Ita singulariter tenet Cardin. in Cleme. fin. quæst. 5. de elect. & suffragatur casus no-tabilis in extrauag. inter cun-ctas. §. duos de priuileg. & hãc opinionem sequi videtur Pe-trus Rebuf. in pract. benefi. de formula dimissariarum. num. 40. & eam fatetur communem insignis Marti. Nauar. in c. pla-cuit. num. 35. & num. 161. de pœnit. distinct. 6. Pari ratione idem videtur asseuerandum in dimissorijs literis, à capitulo concessis sede vacante, in casi-bus sup. expressis, & à Sacro Concilio permissis. & hoc do-cet expresse Ioan. Imo. in cap. 2. in fine sede vacante. Nam concessa à capitulo, effectum sortiuntur finita capit. potesta-te. capit. his quæ. de maiori. & obi. capit. vni. eo. tit. lib. 6. An-char. in capit. 1. in fin. ne sede vacan. Federi. de sen. consil. 16. Quibus plurimum conducit, quia licet mandatũ de aliquid faciendo, morte mãdantis spi-ret: non tamen gratia. text. in cap. si cui. de præben in 6. & in capit. si super gratia. de offi. de lega. eo. li. vnde dixit glo. cele-berrima. in capit. cum ex eo. de elect. lib. 6. in verbo, septenniũ, quod dispensatio Parocho ab Episcopo concessa, de non resi-dendo, vt literis vacare possit, non solùm morte eius nõ finiri, sed & quod plus est, nec ab eo possit reuocari, quam dicit esse Sing. Roman. sing. 517. His etiam consonum est, quod facultas cuipiam concessa de celebrando in domo sua, mor-te concedentis non extingui-tur. Ita Rota in antiquis decis. 580. incip. Camerarius. Nec ab

hoc

hoc alienum est, quod pulchrè scribit li. nocen. in capit. quod trail ationem. de offn. de lega. nempè ndulgentias à Legato concessas, eius legatione finita durare cuius opinionem communem esse testatur Nauarr. in dict. capit. placuit. d. num. 164. quo loco ipse iure consonũ esse censet facultatem eligendi confessarium minimè concedentis morte finiri.

Tribus tamẽ casibus singularibus potest quis ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs ordinibus insigniri. Primus est, Si Episcopus propius fuerit suspensus, eo quod alienos ordinauerit, tunc alienos suos ordinare poterit. text. not. in cap. 2. de temporibus ordin. libro sexto. Sed ordinati probare tenentur Episcopi suspẽsionem, per Metropolitani declarationem, alioquin non crederetur ordinario: vt optimè scribit Petrus Rebuff. vbi suprà. num. 19.

Elegãter interpretatur text. in c. Lugdunẽsis. 9. q. 2.

Secundus, quando Episcopus sibi non subdito ordines confert, cùm spe ratihabitionis proprij Episcopi, quę posteà sequuta est, tunc sanè nullæ dimissoriæ literæ necessarię sunt, & absque pœnæ metu id fieri potest. text. not. in cap. Lugdunensis. 9. q. 2. Sic tenent Raymũd. qui fuit opinionis huius antesignanus in sum. tit. de form. consecra. versicu In summa. Nota quod ordinati. & sentit glos. in capit. nullus alterius. in fin. glo. mag 9. q. 2. Sequitur Maiolus de irregularitate. lib. 4. cap. 2. numer. 7. & à sensu cõtrario probari opinio hæc videtur in Concilio Tridentino, sess. 14. ca. 3. de reforma. Contrarium tamen innuit glos. in c. eos. de tempo. ord. in 6. & opinionem istam sequitur Rebuf. vbi paulò ante allegaui. num. 11. Paris. cons. 136. col. 1. volum. 4. sum. confess. tit. de ætate ordin. quæst. 38. Quæ opinio ea ratione fulcitur, quia proprius Episcopus eam ordinum collationem ratam habere non potest, cum suo nomine celebrata non sit. vt in reg. ratum. de regul. iur. lib. 6. capit. cum quis. de sensen. excom. lib. 6, Et cum talis ordinatio Sacris canonũ decretis itrita sit, rata haberi minimè potest. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. quę sententia mihi verior videtur cõtraria, namque ansam præstaret Episcopis, vt hoc quæsito colore alienos ad ordines promouerent, inde innumerabilia damna orirentur. Fateor tamẽ quod plurimũ refragatur. text. in dict capit. Lugdunensis. de cuius intellectu nimis inter Doctores controuersum: & ea ratione patitur diuersos intellectus. Primò, quod illius text. decissio iuribus nouioribus sit antiquata, vt sentire videtur Archid. ibi. ad finem. vers. Sed contra. qui allegat plura iura contrarium disponentia, quorum pleraque emanarunt. post illius sanctionem. Secundò, interpretari potest, vt tantũ procedat, in collatione primę tonsuræ, seu minorum ordinũ, nõ

verò in sacris maioribus ordinibus: quem intellectum scribit Quinti. Mando. vir sanè doctissimus in regu. Cancel. reg. 24. quæst. 4. num. 12. Tertio, potest asseuerari, quod ideò admissa fuit ratificatio, quia ille ordinatus notus erat. prout ibi ponderat Arch. num. 3. erat equidem, saltem secundū antiqua iura, maxima differentia inter ordinatum cognitum vel incognitum. Quartò, ex eo quidem procedere, text. ille videtur, quod ordinatio facta fuit idoneo & habili, & nō in cōtemptum proprij Episcopi, sed quia crediderit ei placere, non verò liceret alias. ita sentit glos. ibi. & glo. mag. in cap. nullus alterius. ead. causa & quæst. & in cap. Episcopus. in diœcesi. 7. q. 1. sequitur Mādo. d. quæst. 4. sed mihi primus intellectus magis arridet. Nec quintò displicet intellectus assignatus à Petro Rebuffo in pract. benefi. 1. parte. de formula dimissoriarum literarū. num. 14. qui asseuerat. eo. text. non probari, quod per ratihabitionem Episcopi confirmetur ordinatio, sed Episcopus relaxat iniuriam, sibi ab ordinato illatam. ibi, miserationis intuitu in suo quoque honore recipias.

Tertius casus est, quando quis triēnio commoratus fuerit cum aliquo Episcopo, tunc ab eo potest ordinibus insigniri, si statim cum ordinibus, illi beneficium Ecclesiasticum cōferat, ita diffinitum est in Concilio Tridentino, sess. 23. capit. 9. de reforma. quod tantum locum obtinet, vt ex eius verbis deducitur in illis familiaribus, qui cum Episcopo commorantur, & præsentes suis obsequijs assistant, alioqui, si absentes fuerint, in regione remota, etiam si illorum sumptibus viuant, sine dimissorijs literis ordinari non possunt, nam Episcopus hoc casu minimè potuit, illius mores nosse: quandoquidem hoc triennium ad hoc præfixum est. Et conducit etiam eiusdem Concilij Tridētini decretum, sess. 14. cap. 2. de reforma. ibi, [Etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatis suæ.] Et cum potestas hæc limitata sit, non debet excedere limites. l. diligenter. ff. mand. tradunt latissimè Moderni in ca. cum ordinem. & in cap. si quando. de rescrip. Quæ qualitas necessario probanda erit. not. Lap. alleg. 59. Bellamera decis. 747. Nec verbis narratiuis Episcopi hoc asseuerantis fides adhibenda est. vt multis adductis probat doctissimus Petrus Paul. Pari. cōsi. 137. num. 31. volum. 4. Episcopi tamen titulares familiares suos nullo modo ordinibus cōsecrare possunt, nec primā tonsuram cōferre, absque sui proprij prælati expresso consensu, vel literis dimissorijs: contrafacientes ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione ordinū sic susceptorū, donec suo prælato visum fuerit ipso iure suspensi

penſi ſunt. vt in dicto concilij decreto.

D [Ordinis executio.] Adde quod de iure antiquo ad Sacros ordines ſine literis dimiſſorijs promoti ab alieno Epiſcopo ſuſpenſi ſunt ab ordinum executione: quo ad ſe tamen, non quo ad alios: & ideò ſi in ſuſceptis ordinibus miniſtrauerint, nullam irregularitatis labem contrahebant. ita gloſ. Domi. & Doctores in cap. eos. de tempor. ordin. lib. 6. Ioan. Andr. in cap. quod tranſlatus. eo. tit. in volumine. Et ea ratione in diſpenſatione obtinenda contractę ſuſpenſionis ſat erat, quod exprimeretur quod non obſtante tali ſuſpenſione poſſent vti clericali charactere, & in ſuſceptis miniſtrare. ita Angel. in ſumm. in verbo, irregularis. §. 32. Sed hodie aliter ſtatutum eſt, vt infrà latiùs deſcribimus.

Et non ſolùm minores, vel alij Sacri ordines miniſtrari nō poſſunt ab Epiſcopo alieno, abſque dicta ſuſpenſionis pœna: ſed ſi prima tantum conferatur tonſura, talis ordinatio nulla eſt: quia Epiſcopus Sacrorum Canonum ſtatuta violat, quia nititur huiuſmodi initiatum, ab aliena plebe vſurpare. cap. primatus. 71. diſtin. & ibi not. Card. à Turrecrema. text. not. in dict. cap. eos. de tēpor. ordin. in 6. & ibi not glo. in verbo, ordinare. & Doctores ibi communiter ſequūtur. tex. in cap. fin. & ibi glo. fin. eo. tit. & libro. Et ea ratione, gaudere non poteſt, qui tonſura ſic initiatus eſt, priuilegio clericali: prout ſe ita vidiſſe iudicatum, teſtatur Bartho. Caſſa. in conſuetu. Burg. Rubr. Des iuſtices. § glo. *Sont creux.* in fine. Quod ſequitur Petrus Rebuf. in tract. nominati. q. 14. numer. 42. & hoc verius cenſeo, licet contrarium tenuerit Guid. Pap. deciſ. 449. incip. laicus.

Ex quo manifeſtè ſequitur, quod ſic promotus non poterit Eccleſiaſtica obtinere beneficia, ſicuti ſi tonſura non eſſet initiatus. cap. fin. de clerico excom. miniſtran. paria namque ſunt, nullam obtinere tonſurā, & habere inutilem, quoties vitioſe cautum eſt, pro non cauto haberi debet. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogan. Et ideò impetrans à Summo Romano Præſide aliquod beneficium, ſi nō exprimit ſe ab alieno Epiſcopo fuiſſe promotum, illius impetratio ſubreptitia eſt iudicanda: quia ſi Pōtifex compertum habuiſſet, tonſuram nullā eſſe, ei non contuliſſet: vel ſaltem non ita de leui. cap. poſtulaſti. in fine. de reſcrip. tradit Oldral. conſil. 215. col. pen. Nam cùm iſte quo ad ſe ſuſpenſus ſit: priuatus eſt omni actu ſpirituali, tendente ad ſui commodum: vt ſcribit Anton in dict. cap. fina. & ob eam cauſam redditur inhabilis ad obtinenda beneficia. cap. cùm bonæ. de ætate & qualit. Ita ſingulariter multis adductis rationibus & fundamētis cōſulit Ioā. Cepha. cōſil. 682. per totū. vol. 5. quē vide.

Et ea ratione optimum erit consilium, vt is à Pontifice Sũmo literas impetret (*quas perinde valere vocant*) vt impetrantis ordinatio perinde valeat, si à proprio Episcopo collata fuisset, & sufficeret sola signatura, & tunc nihil ei opponi poterit, quod fieri poterit, antequàm beneficium acceptet: posteà verò in præiudicium alterius non valeret. Ita scribit Petrus Rebuff. in tractat. nominationum. q. 14. num. 42.

E

Extrauagans cõstitutio Pij II. Tõ. Maxi. quæ incipit: Cum ad Sacrorũ ord. laudabilissimè interpretatur.

[Extrauagans Pij secundi.] De qua extrauaganti constitutione, vltra Doctores hoc capite ab autore allegatos meminerunt Petrus Rebuff. qui ad literam eam refert in practic. benefi. in titulo, de clericis ad Sacros ordines male promot. glos. 4. Didac. Couarru. in Clemen. si furiosus. 1. parte. relecti. §. 1. numer. 4. de homi. Domini. Soto in quarta distinct. 25. quæst. 1. art. 3. Gregor. Lopez in. l. 28. tit. 6. part. 1. in verbo, *El beneficio*. Mart. Nauar. in c. accepta. oppositione. 8 num. 34. de resti. spoli. & in manua. confess. cap. 25. num 70. Quæ hodie confirmata est nouissima Pij V. Pontificis Maximi constitutione, vt habetur inter suas Apostolicas sanctiones (quos motus proprios appellamus) sanctione inquã. 22. fol. 14. Circa quam constitutionẽ, aliqua sunt cõsideratione dignissima, & vsu frequentia à cãdidis lectoribus notanda.

Primò, quòd eius dispositio minimè eum compræhendit, quo ad forum enim conscientiæ, qui bona fide, & probabili ductus ignorantia (puta ætatis) ordinibus fuit insignitus. Ita optimè scribit Mart. Nauar. in. d. ca. accepta. opposi. 8. numer. 32. Quia illa Pontificia constitutio his verbis vtitur, *Præsumpserit, &c.* quæ dolum significant, ex Cardin. sentẽtia in Clem. 1. quæst. 38. de priuileg. Idem sequitur ipse Nauar. in manua. confessor. capit. 27. numer. 155.

Secundò, quod is qui temerariè suspensionem illam contraxit, posteà verò peccato iam per pœnitentiam purgato, bona & candida fide, existimans sibi licere celebrauit, irregularis non est. Ita Nauar. in dicto capi. accepta. numero. 34. hoc ipsum intelligens, quo ad forũ interius & exterius modo probabilis ignorantia interuenerit. Idem Nauar. in *dict.* cap. 27. quod ipse probat ex his quæ in simili voluit glo. in cap. solent. de sentent. excommun. in. 6 in glos. pen. Quæ probat frequẽter bonam fidem ab irregularitate excusare, quam glo. Doctores ibi communiter amplectuntur, & eam nonnullis rationibus confirmat Nauar. in cap. cum contingat. remedio. 3. de rescrip. fol. 161. versi. Secunda decissio. Pro quo etiam iterum sunt ponderanda verba dictæ constitutionis. *Præsumpserit, &c.* quæ, vt dixi, dolũ significãt: vt tenet glo. insignis in extrauag. iniuncti. de elect. in verbo, præsumat. ita etiam

dictam

dictam extrauagantem interpretatur D.Couar. in. d. §. 1. numer. 4.

Tertiò, erit egregia illa constitutio interpretanda, quando quis Sacris ordinibus fuerit insignitus, secùs si ad minores tantum ordines fuerit promotus, tunc equidem pœnam illam suspensionis ipso iure minimè incurrit. Ita scribit Nauarr. in manu. confess. cap. 25. num. 70. & vltra cum idē scribit Petrus Rebuf. in benefi. pract. tit. de clericis, ad Sacros ordines malè promot. glos. 3. num. 1. Quod ex dicta extrauag. manifestissimè deducitur, quæ tantum loquitur de Sacris ordinibus, & non de alijs, & vnum exprimēdo, alterum negare videtur, capit. nonne. de præsun. l. cùm prætor. ff. de iudi. & si voluisset intelligere de omnibus ordinibus dixisset. c. ad audientiam. de decim. Maximè quia decretū illud odiosum & pœnale, est & ea ratione restringendum. reg. odia. de regul. iur. in 6. cum alijs. Nec refragatur tex. in cap. 1. de tēp. ordin. lib. 6. Si quidem in suo casu intelligitur, vt ibi Doctores not. & ita tenendum est, licet contrarium tenuerit Syluester, in summa, in verbo, irregularitas, quæst. 9.

Quartò, nec illud est prætermittendum, quod suspensio illa quæ inducitur ex collatione Sacrorum ordinum si fieri contigerit ab alieno Episcopo, vel extra tempora ordinarij proprij arbitrio relicta est: ipse equidem eam tollere potest, cùm expedire iudicauerit. Ita sancitum est in Concilio Tridentino, sessione. 23. capit. 8. de reforma. Ex quo etiam colliges, suspensionem hanc ipso iure impositam esse, cùm per verba præsentis temporis infligatur. glo. not. in l. si quis maior. in verbo, infamia. iuncto text. ibi in verbo, notatur. C. de transact. vbi Bar. Bal. Salicet. & Paulus de Castro, & alij recentiores notant glos. in l. si quis in tantam. in glo. magna. versiculo Quarto quęro. C. vnde vi. vbi Bart. & Angel. colū. final. & in l. sicut. in verbo, minimè. C. de testamen. mili. & in l. 1. §. afficerētur. C. ne liceat poten. Anton. in Capitulo, accedentibus. colum. penul. C. de priuileg. Dom. in capitulo. 1. in fine, de iniur. libro sext. Aubas in capitulo cæterum. col. 1. de rescrip. Deci. in authen. Cassa. colum. 1. C. de Sacro Eccles. quam fatetur communem & receptam sententiam And. Tiraquel. in repet. l. si vnquàm. in verbo, reuertatur. nume. 21. C. de reuocan. dona. cui suffragatur text. in capit. excommunicamus. de hæret. & tradit etiam Feli. in capit. Rodulphus. num. 28. & 30. de rescrip. & senrit. glo. in regula, in pœnis. de regul iur. lib. 6. quam esse communem testatur Nauar. in manu. c. 27. num. 249.

Quintò, non incongruè controuerti potest, an is iudicādus sit irregularis, qui contracta iā suspēsione, de qua in dicta cō-

ſtitutione, ſi in eodem ordinis miniſterio, in quo eam cõtraxit ſimul cum Epiſcopo (prout eſt de more) celebret: & verius eſſe prima facie ex eo videtur, eum ab irregularitate eſſe immunem. Tum quia actus ille nõ eſt diuerſus, nec diſtinctus, ab ipſis Sacris ordinibus, & ex vno eodemque actu non debet ſuſpenſionem & irregularitatem incurrere. Tum quia ille non tam celebrat, quam cõcelebrat cum Epiſcopo, nec Eccleſia miniſterium hoc Sacroſanctum ordinati, miſſam conſueuit iudicare: ſed eam quam ipſe ſolus debita ſolennitate celebrat. Tum conducit, nam ſi iſte poſtquàm fuerit presbyteratus ordine conſecratus, inde recederet, abſque eo quod tunc concelebraret, non vulgare ſcandalum generaretur, & maximam notam contraheret, & eum ad hoc ſub irregularitatis pœna compellere, nimis durum, ne dicam inhumanum foret, & ideò cenſendum eſt legem cum tanta ſui honoris iactura noluiſſe obligare. Tum hoc corroborat, quia extrauagans illa noua eſt deciſſio & pœnalis, vt ſuprà dictum eſt, meritò igitur reſtringenda. Tũ ne grauiſſimorum virorũ teſtimonio & autoritate careamus, ita Pontificam illam ſanctionẽ interpretatur F. Bartholomæus à Medina, in ſumma. §. ſeptimo. fol. 49. non tamẽ ſuperioribus noſtris rationibus innixus, ſed vna vel altera ratione, frigidè tacta.

Sed verius contrarium ex eo cenſeo, quia cùm is ſimul cum Epiſcopo concelebret, atque ideò actum exequatur certo conuenientem ordini, id eſt, Euchariſtiæ conſecrationi non eſt ab irregularitatis labe immunis, ſicuti notat. S. Thom. in 4. diſtinct. 13. quæſt. 1. ar. 2. & in 3. par. q. 82. ar. 2. Palud. d. diſt. 13. q. 4. ar. 2. D. Cou. in c. Alma mater. 2. par. §. 3. num. fi. de ſent. excom. lib. 6. & opinionem iſtam in propoſita quæſt. tenuerunt viri grauiſſimi, cùm de diſputatione hac inter nos ſermo eſſet, nempe religioſiſſimus, pariterque doctiſſimus Magiſter Deça, Sacræ Theologiæ profeſſor inſignis, & ſanctiſſimæ Societatis Ieſu decus & ornamentum: nec non Pater Gabriel Vazquez ipſius Societatis Sodalis Sanctimonia, & literis præclarus & pro ætate nemini ſecũdus, qui nunc Romæ Sacratiſſimã Theolo. magno cũ nomine publicè docet.

Magiſter Deça, & P. Gabriel Vazquez Societatis Ieſu.

Sexto, prædictæ conſtitutioni, adaptari poteſt alia interpretatio, vtrùm irregularitas quæ ibi iniungitur deleri poſſit à ſacerdote, qui autoritate literarum Apoſtolicarũ facultatem habet abſoluendi, à qualicunque cenſura, & iuris eſſe certiſſimi exiſtimo ei prohibitum eſſe, quod ex eo oſtenditur, quia irregularitas non eſt cenſura, neque eius diſpenſatio neceſſaria eſt ad peccatorũ abſolutionem, & facultas illa abſoluendi à cenſuris & pœnis, quæ impon i conſueuit in Apoſto-

postolicis Bullis & Iubileis: solum quidem comprehendere videtur illas cēsuras, & pœnas quæ peccatorum absolutionē impediunt, quia in illum finē datur, vt ex Bullarum manifestiꝰ verbis apparet. Nunquàm sanè potestas absoluendi à peccatis extendi debet, ad irregularitatis dispēsationem. Ita scribit Dom. & Alex. per illum text. in capit. miror. 50. distinct. Martin. Nauarr. in manual. confessor. capitul. 27. nu. 194. & latiùs num. 250. vbi fatetur ita in Romana curia seruari: & hoc tenendum est, licet contrariam opinionem tenuerit Domi. Soto de iust. & iure, libro. 5. quæst. 1. articulo quarto. & in 4. sentent. distinctione. 22. quæst. tertia, articulo primo. Quem sequitur Anton. Cordoua. in suis quæstionibus quæstion. 144.

Septimò, illud est animaduertendum, quòd stante hodie Sacrosancto Concil. Trid. sess. irregularitatem contractam in casibus dictæ constitutionis, si occulta sit ab Episcopo obtenta dispensatione modo ad forū exterius deducta non sit, deleri potest, ita sancitum est in sess. 24. ca. 6. de reforma.

Octauò, nec illud prætermittam, quòd si in actionibus forensibus, & publicis Ecclesiasticis Tribunalibus obijciatur aduersus eum, qui Sacris fuit ordinibus insignitus, crimen aliquod ex eis quæ dicta extrauaganti constitutione continentur per temporis antiquitatem, vel per integritatem ordinantis, vel ordinati omnia rectè & legitimè facta, esse præsumuntur, & onus probandi contrarium transit in opponētem: ita Inno. & Host. in cap. innotuit. de eo qui furti. ord. suscep. vbi Antoni. col. 3. Petrus Fol. in pract. crimi. cap. no. 2. par. cap. 7. num. 10.

[Cogatur continere.] Vide Calderi. consi. vni. incip. quidā presbyter. tit. qui clerici, vel vouen. Domi. Soto. in. 4. sent. distin. 25. quæst. 1. artic. 2. Petrū Rebuff. in Pract. benefi. tit. de clericis, ad Sacros ordin. malè prom. glos. 2. num. 10. F

Ac Simoniaco.

CAPVT, XXVII.

1 Ordinatus à simoniaco, non recipit ordinis executionem.

RECipiens ordines ab eo, 1
qui sit simoniacus, nō recipit executionem, a cùm ordinator non habeat, nec etiam si ignorāter, nisi dispensetur cum eo. ita dicit glo. in capitulo. Per tuas, lo secundò, de sino. in glos. fin. in fine. Et notat Hostien. in summa, de tempo. ordin. §. A quo, versiculo, Quid si Episcopum. Et tenent etiā Angelus & Syluester in suis summis in verbo, irregularitas, in versiculo, Septimò quæritur. Tu verò vide notabilē distinctionem, quam facit Præpo. in capit. statuimus. lo. 1. in fi. prima quæst. prima, vbi secūdum eum multum refert, an quis ordinetur à simoniaco tolerato, quia tunc non est quod im- a

putetur illi, licet sciat eum simoniacum, debet Sacramenta ab eo recipere, nisi esset notorium, vel testibus hoc posset probari. An à simoniaco præciso, quia si ignoranter, ex pietate Ecclesiæ habetur rata. Si sciēter & spontaneè, irrita est eius ordinatio. Si coactè, reus erit vsurpatæ dignitatis: si intra mensem cùm poterit, ad Ecclesiam non redierit. Et vide Hostiens. in dicto §. A quo. tenentē, quod si credo. vel scio Episcopum simoniacum, nō in suo ordine, sed in collatione ordinis, seu beneficiorū, si possum obtinere quod ab alio ordiner, hoc debeo facere, alioquin quamdiu toleratur ab Ecclesia, & est occultus, securè recipio, si compellat me, non obstante conscientia repugnante.

A *Executionem*. Nota tamen vtiliter, quòd si Episcopus non sit publicus simoniacus, si aliquis inscio illo qui Sacris ordinibus est initiandus, vel sciente & contradicēte aliquid illi dedit, vel promisit, non solùm is qui ordinatur, recipit ordinis characterem, sed eius executionem. Ita tenet Bellaquem refert & sequitur Cardin. Alexander in capitulo, si quis. 1. quæstion. 1. & in capitulo, statuimus. ibi, quicquid reclamet. glos. in dicto capitulo, si quis. Imò nec soluēdo posteà illud quod se inscio promissum est, suspensionem aut excommunicationem incurrit. Ita Sylvest. in summa, in verbo, Simonia. quæstio. 8. §. 5. quē sequitur vir perpetua memoria dignus Martin. Nauar. in manu. confess. ca. 25. nu. 68.

Et vide hodie egregiam decisionem Sacrosancti Concil. Trid. sess. 21. c. 1. de reformati. vbi prohibitū est aliquid pro collatione quorumcunque ordinum recipi, nec etiam pro prima tonsura, vel literis dimissorijs aut testimonialibus, nec pro sigillo etiam si sponte detur, recipi potest ab Episcopis, vel ab alijs ordinum collatoribus, vel eorum ministris: qui verò sanctionem illā violauerint, tam dantes quam accipientes, vltra diuinam vltionem pœnas à iure impositas incurrunt. Notari verò in illis tantùm locis, in quibus laudabilis consuetudo non viget, nihil accipiendi: pro singulis tātùm literis dimissorijs, aut testimonialibus, decimam tantū vnius aurei partem accipere possunt, hac lege, vt nullum salarium pro suo munere exercendo, sit constitutum: tunc operam suam gratis præstare tenētur, quòd si aliter fecerint supradictas iuris pœnas, ipso iure incurrunt.

Declaratur cōci. Trid. sess. 21. c. 1. de refor.

Poterit tamen Notarius, siue Tabellio post instrumenta cōfecta, & post ordinū collationē ab ordinato, nulla promissione præcedente spontè oblata recipere: quia talis oblatio ex ambientis petitione nō processit. cap. sicut Episcoporum. 1. q. 2. & vbi causa nō adest, vitium nō imputatur. cap. Neophitus. 61. dist. nam vbi cessat causa

causa prohibitionis cessat prohibitio. l. 1. C. si rector prouin. text. in cap. non debet. de consan. & affini. Ita nouissimè tenet Balta. Altamira. in tract. de visitatione, in verbis concilij qualitercunque. num. 26.

Idem iure sancitum est in medico, qui publicum stipendium constitutum habet, ne quid ab ægrotis recipiat, potest ab eis, post sanitatem restitutam sponte oblata recipere: vt singulariter scribit Ripa in tract. de pest. par. vlt. de remedijs, ad curandam pestem. §. medicorum. num. 114.

Iudex verò an post sententiam possit aliquid à litigatoribus recipere. Vide Petrum de Anchar. consilio. 271. numero quarto, vbi in facti contingentia interrogatus consuluit, nō vitiari ex hoc eius iudicium, nec crimen repetundarum cōtraxisse, sequitur Gem. in cap. statutum §. insuper. de rescrip. lib. 6. Felin. in cap. tua nos. in fin. vers. limita. de Simoni.

Declaratur cōci. Trid. sess. 21. c. 1. de refor.

Excommunicato.

CAPVT, XXVIII.

1 *Excommunicati vera conferunt Sacramenta.*

2 *Ordinatus ab excommunicato recipit characterem ordinis, non verò executionem.*

3 *Cum ordinato ignoranter ab excommunicato, dispensat Episcopus: si verò scienter, solus Papa.*

1 EXcommunicati vera conferunt Sacramēta, a dummodo in forma Ecclesiæ gerāt
2 quod agunt, notat Hostien. in summa, de tempor. ordinamentis, §. A quo, versiculo, Hęc igitur. & ordinationes factę ab eis, si in forma Ecclesiæ fiant, ratæ sunt quo ad characterem, irritæ verò, quo ad executionē, secundum eum. Et vide eundē, in summa, de ordinamentis, ab Episco. qui renun. §. finali, vbi notat, quod si scienter quis recipit ordines ab Episcopo excōmunicato, indignus est dispensatione. Vide glosam in capitulo finali, de ordinamentis, ab Episcopo, qui renunc. Episcop. Si ignoranter, potest cum eo per proprium Episcopum dispensari quo ad executionē, quam in eum non trastulit Episcopus excommunicatus. Et 3
vide Angel. in suâ summa, in verbo, irregularitas, versiculo. 30. incipi. Septimò quæritur. & Sylvest. in sua summa, in eodē verbo, in §. Septimò quæritur, vbi tenent, quòd ordinatus ab excommunicato incurrit irregularitatem, & quod si fuerit ordinatus ignoranter, dispensat Episcopus b tam in susceptis, b
quàm in suscipiendis. Si verò scienter, solus Papa: & idem dicunt de ordinatis à schismaticis. Aduerte tamē, quod si proprius Episcopus fuit ordinator, tunc videtur quod etiam cum ignorante non posset ipse dispensare, quia dispensaret super defectu proprio, & ideò etiam tunc videtur esse recurrendum ad Papā, vel ad Metropolitanū.

1 *Sacramenta.* Vide Fra. Domi. Soto. in 4. sent. dist. 25. q. 1. ar. 1. Simo. Maiol. de irregu. li. 4. cap. 25.

Executio-

Executionem. Adde text. in ca. præter hoc. §. verum. 32. dist. & in cap. 1. & 2. de schismat. & in cap. cum illorum. de senten. excom. & in capit. 1. & vl. de eo qui furti. ord. rece. & in cap. 1. & 2. de ord. ab Episco. qui renun. Epis. quam esse communē sententiam fatetur D. Couar. in cap. Alma. mater. 1. par. relle-cti. §. 6. num. 6. de sen. excom. lib. 6.

C *Dispensat Episcopus.* Vide Hostien. in sum. tit. de ordina. ab Episco. qui renun. Episc. in fine. Doctores in c. 1. de schisma. præsertim Henri. & in dict. ca. cum illorum. Vbi Doctores commun. tradiderunt, qui eos excipiunt, qui post ordinem ita susceptum, religionem profitentur: his sanè, etiam scienter ordinationi & ordinum susceptioni operam dantibus, à propriis Prælatis dispensatio potest indulgeri. Idemque est, si post religionis ingressum id cōtingat. Quamuis Innocen. in dicto. cap. primo, de schismate scribit, collationem ordinum factam ab excommunicato vel excommunicato, probabili ignorantia excommunicationis, ita firmam esse, vt absque vlla dispē-satione, eius sit executio permissa, quæ opinio communi Doctorum suffragio reprobata est, vt dixi suprà.

Hæretico.

CAPVT, XXIX.

1 *Ordinatus ab hæretico Episcopo, Ecclesiæ forma seruata, characterem ordinis recipit, non vero executionem.*

ORdinatus ab Episcopo hę- 1
retico, forma Ecclesiæ seruata, licet recipiat ordinis characterem, a non tamen execu- 2
tionem, neque Sacramēti gratiam recipiat. Vnde tales non sunt ordinādi de nouo, sed habita dispensatione possunt in ordinibus ministrare, nisi quis ignoranter ordinetur. Si verò forma Ecclesiæ non seruatur, neque ipsum characterem recipit. Probantur ista ex text. & glo. quæ ibi notat Præpo. in capit. Qui perfectionē. 1. quęst. 1. Et vide Hostien. in. §. A quo. suprà allegato, in cap. proxim. ex quo etiam idem poteris colligere. Et vide Inno. in capit. 1. de schismat. & in cap. fraternitatis. de hæret. num. 2. & 4.

C*Haracterē.* Vide sing. Ho- A
stiē. in summ. tit de schismaticis. §. quid iuris. num. 4. Dom. Soto in 4. senten. distinction. 25. quæst. 1 arti. 1. Maiolum de irregulari lib. 4. cap. 22. per totum.

Et à collatione ordinum suspenso.

CAPVT, XXX.

1 *Ordinatus à suspenso nō recipit executionem ordinis, licet vere Sacramentum conferatur, Ecclesiæ forma seruata.*

ORdinatus à suspenso non recipit executionem ordinis,

a nis, a licet verè ille det ordines, si seruat formam Ecclesiæ. ita voluit Host. in sum. de temp. ordi. in. d. §. A quo in d. versic. Hæc igitur. & Inno. in cap. fraternitatis. num. 4. de hæret. & Angel. in sua summ. in verbo, irregularitas. in §. 30. incip. Septimò quæritur. quod transcripsit Sylvest. in sua summa, in eod. verbo. in §. 7. quæritur.

A Execution̄e ordinis. Vide quæ in præcedentibus tribus capitibus dicta sunt. Et latissimè Domin. Soto in 4. sententiarum, dist. 25. q. 1. ar. 1. Maiolum de irregula. lib. 4. c. 24.

Et qui Episcopatui renunciauerat.

CAPVT, XXXI.

1 Ordinatus ab Episcopo, qui loco simul & dignitati renunciauit, non recipit ordinis executionem.

2 Cum quo tamen Episcopus potest dispensare, nisi crassa & supina præcesserit ignorantia, quia hoc casu Papa solus dispensat.

3 Ignorantia probabilis quæ sit, vt Episcopus in hac suspensione possit dispensare.

1 SVscipiens scienter Sacros ordines ab eo, qui loco simul & dignitati Episcopali renuntiauit, executionem officij

2 non habet, a vt in cap. 1. de ordi. ab Episcopo, qui renuntia.

2 Episc. Quando verò non scienter id fecerit, discretus Pōtifex poterit dispensare, nisi crassa & supina fuerit ignorantia, vt ibi: quia tunc si talis ignorantia præcesserit, vel scientia, solus Papa dispensat, secūdum Abb. ibi. Si verò ignorantia est probabilis, inferior potest dispensare, secundum eum. Est autem 3 probabilis ignorantia in ordinato, quando Episcopus renūtiauit in curia, & veniens dixit, quod non renuntiauit dignitati, vel omnino tacuit renuntiationem, vt not. Hosti. in sum. de ord. ab Episc. qui renunti. in §. 1. vers. Quid si à tali. per quē etiam vide, quid iudicabitur in dubio, quando simpliciter renuntiauit, de quo etiam per Abb. in d. c. 1. prope fin. qui referendo Philip. & Host. cōcludit, quod tunc in dubio præsumitur renuntiasse loco tātum, & non dignitati. Et vide Angel. & Sylvest. in suis summis, in verbo, irregularitas. in versi. Octauo quæritur.

NOn habet. Vide Hosti. in sum. tit. de schisma. §. quid iuris. num. 4. & Regiam. l. 22. tit. 6. par. 1. A

Interdictique tempore ad ordines sunt promoti.

CAPVT, XXXII. QVOD nouè æditum est.

1 Sacramentum ordinis interdictis tēpore ministrare potest.

2 Episcopus conferens ordines tempore interdicti, præsertim maiores irregularis efficitur.

3 Quid si minores ordines conferat.

4 Diacons & Subdiaconi assistentes ordinum celebrationi dicto tempore an irregularitatem contrahant.

5 Episcopus qui interdictum decreuit, si non seruat, sed eo ordines conferet, irregularis efficitur.

6 Qui

6 Qui ad sacerdotiū promouetur tempore interdicto irregularitatis labe afficitur.

SAcramentum sanè ordinis nullo modo interdicto tempore ministrari permittitur: quod tenuerunt Inno. & Doctores in cap. non est. de sponsali. Anchar. i n.c. Alma mater. col. antepen. de sent. excomm. lib. 6. Calderi. de Eccles. interdi. fol. 12. col. 3. & tenuerūt ex Theologis Floren. in 3. par. tit. 26. cap 4. Palud. in 4. sent dist. 18. q. 8. artic. 2. concluſ. 6. Sylueſt. in verb. interdictum. 5. q. 7. quam opinionem communem esse fatetur D. Couar. in dicto capit. Alma mater. 2. par. relecti. § 2. num. 4. eamque sequitur latissimè Mart. Nauar. in manuali confess. cap. 27. nu. 17. Quæ communis sententia procedit, etiam si immineat necessitas ordinandi Presbyteros, Diaconos, aut Subdiaconos, aliosve Ecclesiasticos ministros: vt scribit Sylueſt. in loco præcitato cōtra Abb. in dict. cap. non est vobis. col. fin.

2 Ex qua iuris prohibitione procedit, Episcopū interdicto tempore ordines conferētem, saltem maiores & sacros irregularem esse. Tum quia celebrat missarum solennia. vt cap. sequenti post autorem diseruimus. Tum quia actum exercet, ordini Ecclesiastico competentem tempore prohibito, vt in eodē cap. trademus, cùm ad Episcopalem ordinem ministerium Sacrorum ordinum pertineat, præsertim propter Episcopalē potestatem, necessarius est in ipso Episcopo sacer ordo, vt verè Episcopus sit, & potestatē indelebilē acquirat. glo. not. in cap. 1. de cleri. per sal. promot. & in capit. ex literis. de excessibus Præla. vbi Abb. Quamuis opinio contraria verior multis videatur ex eo, quòd Episcopalis potestas indelebilis sit, & ab alijs officijs distincta, tametsi eam exercere non possit, qui presbyter non sit. secundum Ioan. Andr. & Doctores in dict. cap. 1. Sequitur Iacob. de concilio. li. 10. artic. 7. & esse hanc communē opinionem fatetur Abbas in dict. cap. 1. Couar. lib. 1. vari. resolu. capit. 10. num. 15. Quo ad irregularitatem tamen incurrendā, in specie proposita nulli dubium esse potest.

Imò eandem irregularitatis 3
labem Episcopus contraheret, si tantum tempore interdicto, minores ordines, aut primam tonsuram conferet, vt egregiè probat D. Episcopus Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. par. relecti. § 3 num. 4.

Et nō tantum Episcopus ir- 4
regularitate afficitur ordines interdicto tempore conferens, sed etiam Diaconi vel Subdiaconi, qui vestibus sacris induti huic ordinum celebrationi coadiutores existunt, & ea munera ministrant, quæ in libro Pōtificali continentur. Exercent, equidem isti tempore prohibito, quæ certo ordini Ecclesiastico conueniunt, & ideò manifestissimum est, irregularitatem

ritatem effugere non posse.

5 Erit equidem Episcopus irregularis, qui interdicti tempore ordines confert, etiam si ipse interdictū decreuerit, nam illud seruare debet, vel tollere, aut suspendere, vt in cap. vlt. de priuilegi. libro sexto. notat expresse Calderi. de Ecclesiasti. interdict. memb. 5.

Nec etiam ab irregularitate immunis erit Episcopus, qui Sacros aut alios Ecclesiasticos ordines contulerit in illis diebus festiuis, qui speciali iure ad diuina munera celebranda excipiuntur in cap. Alma mater. §. in festiuitatibus. de senten. excom. lib. 6. ita scribit Palud. in 4. sent. d. 18. q. 8. artic. 2. in prin. conclus. 6. quem multi sequuntur, quos refert insignis D. Episcopus Couar. vbi paulò antè allegaui.

6 Qua sanè irregularitatis labe is etiam afficitur, qui interdicti tempore ad sacerdotij ordinem fuerit promotus, ea quidē ratione potissima, quia simul cum Episcopo cōcelebrat: exequitur equidem is actum certo ordini Ecclesiastico competentem, nempè Sacratissimæ Eucharistiæ consecrationem, vt scribit S. Thom. in 4. senten. distin. 13. quęst. 1. artic. 2. quęst. 2. idem in 3. par. quæst. 82. artic. 2. Palud. in 4. senten. distin. 13. q. 4. artic. 2. Quibus placet permissum esse ordinatis cum Episcopo oadinante corpus Chtisti conficere, & ita apud quasdam Ecclesias vsu obtentū est. Nec hoc alicui mirū esse debet: nā Inno. Tertius de officio missæ, parte. 3. cap. 9. scribit consueuisse Presbyteros, Cardinales, Romanum Pōtificem circunstare, & cum eo simul celebrare, & corpus Sacrosanctum Saluatoris nostri conficere, & posteà Eucharistiam à Summo Pręside accipere, Apostolos Domini referentes, qui cum eo pariter discumbentes ab ipso Eucharistiā receperūt.

Suspensionis, excommunicationis, ac interdicti censura nodati.

CAPVT, XXXIII.

1 Excommunicatus maiori excommunicatione, vel interdictus, aut suspensus ab homine, celebrans est degradandus.

2 Crimen omne irregularitatem inducens meretur depositionem.

3 Excommunicatus minori excōmunicatione, vel à beneficijs suspēsus, si celebrat, irregularis non est.

4 Irregularitas licet contrahatur in casibus ipso iure, pœna tamen depositionis, qua irregulares puniuntur, imponitur per sententiam.

EXcommunicatus maiori excommunicatione, a vel interdictus, b aut suspēsus c ab homine, diuina officia celebrans, in ordine suo degradandus est. Hanc conclusionē ponit. Host. in sua summ. in tit. de cleri. excom. minist. in col. 1. alleg. text. in cap. Latores. eod. tit. ex quo text. ibi Abb. in 2. nota. colligit argumentū, quòd omne crimen inducens irregularitatē est depositione dignū, de quo se remittit ad notata in cap. Dum non ab homine. & in cap.

1 a b c

2

3 in cap. At si clerici. de iudi. Suspensi verò à canone, puta minori excommunicatione nodati, vel suspensi à beneficijs, & non ab officijs Celebrantes non incurrūt irregularitatem, d & si grauiter delinquāt. e Idē Hostien. vbi suprà, colum. 2. Et quia suspensio se habet multipliciter, vide bonā distinctionem. Abb. in cap. fin. decleri. excomm. depo. minist. Ex qua colliges, quando suspensus celebrans sit irregularis, vel non. Et vide etiam Archi. Floren. in 3. parte. tit. 28. capit. 1. §. 1. vbi 4 hoc benè examinat. Et nota, quòd licet irregularitas contrahatur in casibus ipso iure, tamen pœnā depositionis, qua punitur irregularis, infligitur per sententiā, vt not. Ioan. Andræ. in cap. 3. de cleric. excommunic. minist. quem sequitur Turrecrema. in cap. Si quis Episcop. 11. q. 3.

A *Maiori excommunicatione.* Ad de veram huius rei rationem esse, quia excommunicatus maiori excommunicatione ligatus, ordine Sacro præditus, quo ad se & quo ad alios ipso iure suspensus est. Et ideò si de facto celebrauerit, ex vulgatissima iuris regula, irregularitatis vitio notatur. text. in ca. 1. de sent. & re iudi. li. 6. cap. 1. ca. 18. cui. de sent. excom. eo. li. cap. illud. c. fraternitati. ca. vlt. de cleri. excom. minist.

Et non solùm, quando excōmunicatus maiori excommunicatione affectus celebrat, irregularis est; verum etiam si celebrationi autoritatem præstat, quia Episcopus est, & audit missarum solennia. text. optimus. in. c. illud. de cleri. excommun. minist. glos. in Clem. 2. in verbo, celebrari. de priuileg. quam commēdat Abb. in dict. c. illud. Fran. in dict. cap. 1. de re iud. li. 6. Cardi. Imo. & Doctores. in d. Clem. 2. Gonsa. à Villadiego, de irregula. cap. 2. col. 3. D. Couar. in capit. Alma mater. 1. par. rela. §. 6. nu. 9. Quam opinionem communem esse fatetur egregius vir Marti. Nauarr. in manu. confesso. cap. 27. num. 244. Dicetur equidē hoc casu autoritas præstari, quando Episcopus excōmunicatus facit, & iubet, coram se ipso Missam celebrari, idem notauit Host. & Doctores in c. tanta. de excessib. Prælato. Socin. in ca. ad audientiā. n. 25. de homil.

Quibus illud addendum est excommunicatum celebrantē irregularem esse, etiam si nondum fuerit denuntiatus ea potissima ratione, quia constitutio Pontificia incip. ad euitanda scandala, nullam vtilitatem vel commodum affert ipsis excommunicatis, & ideò ipsius sanctione iuuari non possunt, vt scribit egregiè D. Couar. in dict cap. Alma mater. d. §. 6. nu. 9 & §. 2. num. 11.

Coram excōmunicato celebrās nō efficitur irregularis, nisi in casu notabili.

Clericus verò, qui nulla affectus excommunicatione, corā excommunicatis sciens celebrauerit, irregularis non est, quamuis grauiter delinquat. text. in dict. cap. 18. cui. de senten. excomm. in 6. quod longa

manu

manu pertractauit D. Couar dict. §. 6.

Vno tamen casu singulari, clericus efficeretur irregularis, quando coram Episcopo nominatim excommunicato celebraret, & in benedictionibus illi annuat, vt de more fieri solet, ex glo. in cap. ecce. 95. dist. Vnde talis Episcopus & Sacerdos, irregularitatis nota afficiuntur, cum eiusdem criminis participes sint. vide glos. not. in Clem. in Archiepiscopatu in verbo, celebrari. de priui. Abb. in capit fin. de excess. prę. Maiolum de irregu. lib. 3. cap. 21. num. 20.

Procedit etiã præcedens sententia in tantum, quod etsi excommunicatio iniusta sit, si is in quẽ prolata fuerit, celebrauerit, irregularitatis labẽ contrahit glo. not. in cap. postulastis. in verbo, spoliãdi. vbi Abb. & Doct. de cleri. excom. Abb. in c. 1. not. 1. de Simo. S. Thom. & alij Theolog. in 4. sent. distinct. 18. q. 2. artic. 1. ad quar. quæst. Sylvest. in sum. in verb. correctio. §. 9. si tamen iniustè excommunicatus absque scandalo celebrauerit, in animæ iudicio pœnam nullam incurrit. Ita tenet Caiet. in 2. 2. quæst. 70. artic. 4. Adri. in quolib. 6. artic. 1. colum. 1. & in 4. sent. 4. quæst. de confess. Ioann. Drod. de lib. Christi. pag. 235. D. Couar. d. §. 7. Domin. Soto in 4. dist 22. q. 1. artic. 1.

Est tamen circa hoc mirum in modum aduertẽdum, quod tunc is innodatus est excõmunicatione, & celebrat, vel aliũ actum exercet, irregularitatem contrahit: quando talis actus, alicui ordini Ecclesiastico cõpetit, quem is qui exercet, habet, à cuius vsus exercitio, suspensus est. Sic tradiderunt Inno. & Doctores in cap. vlt. de excess. prelat. glos. in verbo, præsumpserit, in cap. 2. de cleri. excommu. minist. vbi Ioan. Andræ. Card. Anchar. & Abb. in capit illud. vbi glo. in verbo, officia. eo. tit. Henri. in capit. vlt. eodem etiam tit. Nicol. Ploui. in tract. de interdict. regu. 29. & in tract. de irregu. 45. & sequen. Sylvest in verbo, interdictum. 5. q. 4. Ioan. in summa confess. 3. lib. tit. 33. Calderi. de Eccles. interdict. memb. 6. Gonsa. à Villadiego de irreg. cap. 2. idem etiam scripsit Inno. in c. 1. de senten. excom. li 6. quam opinionem communẽ esse fatetur D. Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. par. relecti §. 2. nu. 3. cui suffragatur text. in capit. is cui. ibi, in suo officio. & in c. is qui §. vlt. ibi, *Celebrat.* de sent. excom. lib. 6. ex qua quidẽ verissima & communi regula, aliqua pro eius ornatu animaduerti possunt.

Primò non esse irregulares eos, qui maiori excommunicatione innodati, recitãt aliquas horas etiam canonicas & responsoria ad mortuorum sepulchra, aut Psalmos in choro cãtant, eo modo quo laici facere cõsueuerunt. Ita post S. Thom. & Anton. tenet insignis Martin. Nauar. in manu. confesso.

Coram excõmunicato celebrãs nõ efficitur irregularis, nisi in casu notabili

capitulo. 27. numer. 244.

Secundò non sufficere ad irregularitatis labem incurrendam quod actus Ecclesiastico ordini competens, ab excommunicato, qui eo ordine prædictus est celebretur, sed necessarium esse, talem actum solenniter fieri, & ea ratione qui Epistolam, aut Euãgelium dicit, sine apparatu solito, nõ est iudicandus irregularis. Ita bene asseuerat Martin. Nauar. in loco nouissimè allegato.

Tertiò, non esse laicum vel fœminam irregularem, si post excommunicationis sententiã, alicui Ecclesiastici officij munus exercuerint, laicus equidẽ Ecclesiastico ordine caret. fœmina verò ordinis incapax est, & ideò verè irregularitas hoc casu constitui nullo modo potest. Ita not. insignis Couar. in Clem. si furiosus. 1. par. relecti. §. 1. num. 1. licet ipse in suspensione loquatur, eadem tamen ratione in excommunicatione hoc erit asseuerandum.

Quartò, clericum excommunicatum, & ob eam causam à Sacramẽtorum collatione suspensum, irregularem non esse, si ea contulerit, ea solennitate & forma qua laici conferre potuissent, nempe si aliquẽ baptizent, secundum ritum quo laici quandoque solent Baptismi Sacramentum conferre, secundum Inno. in dict. ca. 1. de sent. excommun. lib. 6. secus tamen erit, si solenniter eo modo, quo clerici solent, baptizent. Ita Henri. in capit. vlt. Nicola. plouin. de irregu. reg. 48.

Quintò, non esse irregularẽ eum qui maiori excommunicatione affectus, iudicat, visitat, castigat, præsentat, eligit, & cõfirmat: quemadmodũ ex prænotata conclusione deducitur, hęc equidem ad diuina munera non spectant, & nullibi cauetur quod ex his actionibus irregularitatis labes incurratur, & non est ideò dicendum, capit. legatur. 24. q. 2. ca. is cui. de sent. excom. lib. 6. Nauar. d. cap. 27. num. 244.

Absolutio ab excommunicatione, solo testimonio confessoris, minimè probatur.

Sexto, ex præscripta regula, & ex eius ratione deducitur clericum excommunicatũ, suspensum, aut interdictum, irregularem non esse, etiam si Sacramenta percipiat. Nam ipsa Sacramentorum perceptio, nõ pertinet speciali iure, ad aliquẽ ordinis Ecclesiastici actũ, quandoquidem laicis competit. Hæc est omnium communis sententia, vt testatur Couar. d. §. 1. num. 1. Fateor tamen clericum istum, grauissimè arbitraria pœna ab Ecclesiastico iudice puniendum esse.

Excusabitur tamen clericus excommunicatus celebrans, ab irregularitatis pœna, quando legitima ignorantia excommunicationis id fecerit. text. not. in cap. Apostolicæ. de cler. excommun. minist. Regia. l. 21. tit. 9. par. 1. Collatio tamẽ Ecclesiastici beneficij excommunicato facta, etiam ignaro excommunicationis, nulla est. gl. not. & ibi Abb. & Card. in cap. pen. de cleri. excomm. minist.

Docto-

Doctores. in cap. pastoralis. §. verum. de appella. quam opinionem communem esse fatẽtur Martin. Nauar. in manuali confess. cap. 27. num. 271. D. Couar. in dict. ca. Alma mater. 2. part. relecti. §. 7. num. 3. Nam licet ignorantia excuset à pœnis à iure statutis, aduersus excommunicatos aliquid prohibitum facientes, non tamẽ efficit, eos acquisitionis capaces, contra iuris prohibitionem, de qua in cap. Postulastis. de cleri. excomm. minist. cum alijs. Nec sufficeret probari, ad beneficiũ obtinendum, testimonio confessoris absolutionem ab excõmunicatione fuisse impartitam. Ita sing. tenet Calderi. consi. 2. incip. an si opponatur. tit. de test. Sequitur Petrus Rebuff. in concorda. in forma mauda. Aposto. verbo, absoluentes. fol. 551. Quod nota quia vidi hoc controuersum in causa maximi ponderis. Ad fugiendas tamen controuersias, quæ circa hoc solent contingere in Romana curia, moribus receptum est, vt quoties fit alicuius beneficij collatio, aut dãtur literæ ad beneficia. datur etiam absolutio impetranti, ab excommunicatione, ad illum tantum effectum. vt testantur Ioan. Staphileus de literis gratiæ & iusti. fol. 82. Felin. in cap. Apostolicæ. col. 1. de excep. Hierony. Gig. de pẽsioni. q. 14. Petrus Rebuff. in concord. tit. de excomm. non euitãdis. Nauar d. cap. 27. num. 271.

Absolutio ab excommunicatione, solo testimonio confessoris, minimè probatur.

Est etiam ab irregularitate immunis, qui post excommunicationem, quæ nulla est celebrat, text. not. in c. non debet. 11. q. 3. [Non debet (inquit) is pœnam sustinere canonicam, in cuius damnationem, nõ est canonica prælata sententia.] Excõmunicatio sanè quæ nulla est, non debet timeri. capit. cui, 11. q. 3. Nec debet ea sentẽtia appellari, quę nulla est, quia sententiæ effectus non parit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & sicut caret iuris effectu, sic authoritate & nomine rei iudicatæ carere debet. Clem. Pastoralis. §. vt igitur. de re iudic. ea ratione, iudex qui sententiã nullam protulit, litẽ suam non facit. glo. sing. in l. fin. in glo. 1. ff. de vari. & extraordi. cogni. & hanc sententiam tenuerunt in specie proposita. gl. Hugo. Domi. & vterque Cardi. in cap. 1. 11. q. 3. Hosti. in summa, tit. de sent. excommun. §. quis sit effectus. versi. hæc vera. & in tit. de clerico excomm. §. qualiter. excusetur. Abb. in ca. per tuas. de senten. excomm. S. Thom. & Theolog. in 4. sent. dist. 18. q. 2. artic. 4. quæst. 4. Diuus Anton. 3. par. tit. 24. cap. 73. ad finem. Et hanc opinionem communem esse asseuerat. Martin. Nauar. in dict. ca. cum contingat. remed. 3. D. Couar. in dict. capit. Alma mater. 1. par. §. 7. num. 7. Et plures casus in quibus sententia excommunicationis nulla est ipso iure, congessit glo. in capit. præsenti. de senten. excommun. lib. 6. & in capit. reprehensibilis. de appella.

Celebrãs post excõmunicationẽ, quæ nulla est, nõ cõtrahit irregularitatẽ.

pella. Nauarr. in manu. confess. cap. 27. num. 4.

Illud vero certissimum esse censeo: clericum contra quem lata fuit excõmunicatio, quæ nulla est: cum maximo populi scandalo celebrantem, mortalem culpam ob scandalum cõtrahere, & ab ordinario arbitraria pœna puniendũ esse. Ita tenet Palud. in dict. dist. 18. q. 1. col. 3. vbi. Gab. q. 2. col. 11. quod sæpenumero in controuersijs forensibus receptũ vidi.

Celebrãs post appellationem irregularis iudicandus non est.

Nec etiam clericus irregularis est censendus, qui post appellationem etiam illegitimã, ab excommunicationis sentẽtia, contra se latam existimans validam esse eius appellationẽ, ante absolutionem celebrauerit, etiam si postea pronuntiatum fuerit, eam appellationẽ firmitatem non habuisse. glo sing. in cap. solet. in verbo, in officijs. de senten. excom. lib. 6. vbi Perusi. & Probus, & cõmuniter omnes sequuntur eam, & valde commẽdat insig. Nauar. in dict. cap. cum contingat. d. remed. 3. col. 2. Couarr. d. §. 7. & meritò ab omnibus Doctoribus approbata & recepta est. Quamuis in animæ iudicio si quis nosset, vel nosse deberet, eius appellationem minus iustam esse coram Deo, non esset immunis: teste Nauar. ibi.

Nota casum singu. ad liberandũ pẽsionarium, ab excommunicatione, quando fiat uti dte non soluit.

Erit similiter ab irregularitatis labe liber pensionarius, cõtra quem excommunicatio lata est ipso iure, in casu, quo certo tempore, pensionem constitutã non solueret. Nam si lapso termino, ante solutionem celebret, irregularis non est, antequam ille cui debetur declaret, se velle illam esse incursam: illo verò lapso mense, vel anno, declarante, incursa censetur excõmunicatio à termino elapso, quãuis si antequàm, declaret, pẽsionem recipiat, vel moriatur, vel concordia fiat, vel pensionarius extremum diem clauserit, non censetur incursa. Ita tenet Cassado. decis. 2. num. 3. tit. de locato. vbi fatetur seruari in Romanę curiæ Summo Prætorio. Idem tenet ipse decis. 3. eo. tit. num. 4. & decis. 4. num. 1. & 9. ibi sequitur Martin. Nauar. in manu. capit. 23. numer. 103.

Casus notandus.

Clericus maiori excommunicatione innodatus in mortis articulo potest absolutionẽ indulgere.

Excusabitur etiam ab irregularitate clericus, qui excommunicatione maiori innodatus, constitutum in mortis articulo absoluerit, maximè hodie autoritate Concilij Tridẽtini, sessio. 14. ca. 7. in hæc verba: [In articulo mortis, omnis sacerdos quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris, absoluere potest.] Probabiliter equidem credi potest, piam matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdictionem à peccatis absoluendi, quoad talis articuli tẽpus. Fateor tamen, quod ante cõcilium contraria opinio recepta erat: quam tenuerat. glo. not. in cap. præterea. §. per manus. 32. distinction. ibi communiter Doctores sequuntur Abb. & Præpo. in cap. non est. sponsal. & communem esse testatur

ſtatur Nauarr. in manu. cõfeſſ. cap. 26. numer. 27. & in cap. 1. numer. 87. de pæni. diſt. 6. ipſe verò in dict. manuali. capit. 27. num. 271. noſtram amplectitur opinionem dicens contrariam tenuiſſe d. capit. 26. immemor deciſſionis dicti Sacroſancti Concilij, quæ ſingularis eſt, & interpretatio, & ſummè notanda.

Caſus notandus. Sed vtrùm Parochus excõmunicatus, occultè tamẽ, poſſit paræcis ſuis Sacramenta cõferre. Vide Domi. Sot. in 4. ſenten. diſtin. 22. artic. 4. col. 4. tenentem ei licere, ea ratione innixus, quod creditor poteſt ab excommunicato debitum ſuũ petere: & hic illi ſine peccato ſoluere. capit. intelligimus. de iudi. ca. ſi verò. de ſent. excõm. ſicut non peccat celebrãdo ille qui homicidium occultiſſimũ perpetrauit, præmiſſa iuſta contritione & confeſſione, ante irregularitatis diſpenſationem: vt optimè ſcribit Martin. Nauar. in manu. confeſſo. cap. 27. num. 239. Et licet multis viris doctiſſimis periculoſa opinio hæc videatur, quia noua & à nullo Theologo, nec Sacræ Canonicæ legis perito aſſerta: eam tamen veriſsimam eſſe cenſeo, de qua latiùs legẽdus eſt. Idem Nauar. in tractat. de oratione & horis cano. cap. 22. numero 7.

B *Interdictus.* Interdictũ equidem Eccleſiaſticum, non tantum in locum, ſed in perſonã, quo ad certũ actum, aut quoad certam & particularẽ actionẽ ordinis imponi poſſe, manifeſti iuris eſt, vt ſi quis à celebratione miſſarum, Eccleſiæ ingreſſu, aut à Sacramenti pœnitentiæ collatione interdicatur. text. & ibi traditur in cap. ſignificauit, de corp. vici. not. latè Calderi. in tract. de Eccleſiaſtico interdi. fol. 5. col. 2. Deci. in cap. ſanè. num. 4. de offic. delega. Marti. Nauar. in manu. confeſſo. ca. 27 num. 164. Domi. Soto. in 4. ſent. diſt. 22. q. 3. art. 1. Vnde dubium non eſt, quod is qui à Miſſarum celebratione interdicitur, ſi de facto celebrauerit irregularitatis nota afficitur: vt cum alijs hoc loco tenet autor, idem eſt ſi Eccleſiæ ingreſſus alicui fuerit interdictus: nam ſi intra illam diuina ſolennia celebrauerit, irregularis eſt. Nec poteſt in Eccleſia ſepeliri, niſi pœnituerit, & cum ſignis contritionis & pœnitentiæ deceſſerit. text. not. in cap. is cui. de ſent. excom. lib. 6. vbi Ioan. And. Fran. & Doctores not. Poterit tamẽ is abſque irregularitatis metu extra Eccleſiam diuina officia celebrare glo. not. in dict. cap. is cui & in capit. vlt. de offici. ordi. lib. 6. Inno. Henri. Abb. Felin. num. 8. in capit. ſacro. de ſent. excommuni. eamque ſequitur (vir ætate inferior, literis tamen & eruditione antiquis adęquandus) Martin. Nauar. in manu. confeſſ. capit. 27. num. 170. D. Couar. in cap. Alma mater. 2. par. relecti. §. 1. nu. 3. de ſenten. excom. lib. 6. quæ communis & veriſſima opinio

probatur in cap. præsenti. 5. q. 2. Est etiam ei permissum Ecclesiasticam indictionem exercere, siquidem ea suspensus nō est. glos. in verbo, interdictum. in dict. ca. sacro. quam Doctores ibi communi consensu sequuntur Abb. in ca. ab excommunicato. col. 4. de rescrip. Ioā. Miles in repertorio, in verbo, Suspensus. Est ei licitum Ecclesiam introire & orare, quando diuina munera non celebrantur. glo. sing. quæ loquitur in excommunicato. in capitulo, qui studet. 1. quæstion. 1. Inno. in cap. nuper. de sent. excommunicat. non tamen potest sacra audire, ita Domi. in dict. cap. is cui. quam opinionem communem esse testatur eam, sequutus Nauarr. vbi suprà allegaui.

Notabis etiam circa hoc, quod generaliter per quodcūque interdictū prohibita sunt diuina solennia, Sacramenta, nec non Ecclesiastica sepultura (his exceptis) quæ iure permittuntur. Ita colligitur ex ca. fin. de excessib. præla. cap. non est. de sponsali. cap. quod in te. de pœniten. & remiss. cap. responso. de sent. excommun. c. quoniam. cap. fin. de sent. excommun. lib. 6.

Ex quo manifestè sequitur, violantem Ecclesiasticum interdictum irregularē esse. text. not. in cap. 1. de re iudi. lib. 6. cap. 1. ca. Is cui. §. vltim. de sentē. excom. eo. li. Regia lex. 18. tit. 9. par. 1 & ibi noster Gregori. in glo. [Irregular.] Non tamen irregularitas contrahitur, per quemcūque actum nisi per alicui ordini competentē, quē is qui exercet habet. Ita sing. tenet Inno. in cap. vlt. de excess. prælato. quam supra multis comprobauimus.

Celebrā tempore cessationis à diuinis irregularis iudicari debet.

Sed quæstionis est, vtrū qui tempore cessationis à diuinis celebrauerit, irregularis iudicari debet, in qua glo. not. & communiter à Doctoribus recepta in cap. si canonici. de offici. ordi. in 6. in ea est opinione, vt existimet, eum irregularem non esse. Idem in cessatione generali respondendum est, etiam si ab eo decreta sit, qui interdicti sententiam iure poterat pronuntiare. Inno. nu. 3. vbi Abbas, Anton. Prępo, Fran. & communiter omnes in cap. dilectis. de appellati. Idem Inno. num. 4. in capit. irrefragabili. de offic. ordi. Syluest. in summa, in verbo, cessatio. §. vltim. & in verbo, interdictū. 1. §. vltim. & in verbo, interdictū. 1. §. 1. Cardi. & Imol. in Clem. 1. § cessationis. de sent. excom. vbi Boni. num. 9. Mart. Nauar. in manu. confess. cap. 27. num. 188. Contrariam tamen opinionem in cessatione generali ab eo impositā, qui poterat interdicere: tenet Ioann. And. in capitulo, si canonici. de officio ord. in 6. Idem vbi Inno. in ca. non est vobis. de sponsali. vbi Præpo. col. 4. Felin. in cap. irrefragabilis. §. cæterum. de offic. ordi. Ang. in summa, in verbo, cessatio Florēti. in 3. parte, tit. 26. cap. 3. colum. 2. Primam tamen

men sententiam magis communem & benigniorem esse profitetur D. Couar. in dict. ca. Alma mater. 2. par. relection. §. 2. nume. 3. Licet asseueret fortassis posteriorem esse veriorē considerata, & perpensa mente Sacrorum canonum prohibētium Ecclesiasticę censuræ violationem. Ipse verò non auderem à prima opinione recedere, quæ vt communior ita & verior est, cui suffragatur text. in dict. cap. is cui. de sent. excōmun. lib. 6. quo sancitum est, non esse quemquam irregularem censendum, nisi in casibus iure Pontificio diffinitis: nullus tamen locus Sacrorum canonum expressius reperitur, quo irregularitas in hoc casu infligatur, igitur statuenda nō erit. Nam licet in Clem. 1. de senten. excommun. cessatio generalis Ecclesiastico interdicto, quo ad eius obseruationē & violationem comparetur, illud in vniuersum non est, sed quo ad illam excommunicationem tantum.

C [Suspensus.] Vide autorem nostrum infra cap. 122. num. 4. & quæ post eum scripsi.

D [Irregularitatem.] Vide tex. in capit. si celebrat. de cleri. excommun. minist. l. 5. tit. 9. par. 1. & l. pen. eo. tit. Et ratio huius decisionis est, quia excommunicatus minori excommunicatione, non est aliquo actu ordinis Ecclesiastici suspensus, quia Sacramentorū perceptio, nō pertinet ad aliquem actum ordinis, & hac ratione prohibitus Sacramenta percipere, minimè ab aliquo actu ordinis suspensus est. Et ea potissima ratione irregularis non est iudicandus: tametsi Sacramenta percipiat: est equidem necessarium, vt quis efficiatur irregularis, quod sit suspensus ab aliquo actu ordinis, quem is qui illum exercet habet. Quæ opinio communis est, vt suprà ostendimus.

[Delinquat.] Vide text. in d. ca. si celebrat. ex quo cum vtatur dictione. E *Tex. celebris in c. si celebrat. de cler. excom. vel depos. mi nis. interpretatur*

[Grauiter.] Mamifestè colligitur clericum minori excommunicationis vinculo innodatum, ante obtentam absolutionem, diuina celebrantem solēnia mortalem culpam contrahere, quod ibi Doctores communi consensu notant, & probat Regia lex. 6. tit. 9. par. tit. 1. Caietan. in summa, in verb. excommunicatio minor. Sylvest. in verbo, excommunicatio. 4. in prin. not. 3. Cuius ratio manifesta est, quia excommunicatus qui sic celebrat contrauenit speciali præcepto, quo prohibetur Sacramentum percipere: si verò talis excommunicatus Sacramenta non percipiat, sed solum conferat, veniali tantum peccato afficitur, quod insinuare videtur text. in 2. sui parte in dict. ca. si celebrat qui omissa dictione, [Grauiter.] Simpliciter hunc peccare asserit, sentire videtur hoc veniale peccatum esse, non mortale. & ita illum text. ad hoc perpendunt Anchar. ibi. & Caietan. in

dicto verbo, excommunicatio minor. Sylvest. d. nor. 3. D. Couar. in d. capit. Alma mater. 1. parte. §. 8. num. 2. Domin. Soto in 4. senten. distinct. 22. quæst. 1. artic. 1. Quamuis Sylvest. in dict. summa, in verbo, Excommunicatio. 4. in prin. asseueret mortale crimẽ hoc casu committi. & d. Regia lex. 6. & opinionem istã sequi videtur Doctissi. Couar. in dicto numer. 2. Tamen egregius Martin. Nauarr. in manua. confess. cap. 27. numero. 24. Cæteris melius hanc controuersiam resoluit existimans, nullum peccatum committi, quod ea neruosa ratione probat: nam cum Sacris Canonibus excommunicatus, minori excommunicationis ligatus, tantũ separatus sit à Sacramẽtorũ participatione passiua. Manifestè sequitur, posse absque alicuius criminis reatu, Sacramenta ministrare, si dando non suscipiat. Et ea ratione à peccatis potest absoluere, quia id dare est, non verò accipere, & poterit infirmis Sacramentum conferre, absque Missæ celebratione, nec non ab excommunicatione absoluere.

Nec his refragatur text. in dict. cap. si celebrat. in dict. secunda parte, quia quatenus dicit, excommunicatum minori excommunicatione conferentem Sacramenta peccare, intelligi debet: de illa collatione quæ fit vna cum participatione, nam aliàs text. ille esset sibi contrarius, cùm expresè ibi diffinitum sit talẽ excommunicatum, à sola Sacramentorũ participatione esse separatum. Et iste est germanus intellectus illius text. qui ex mente Hosti. & Anchar. colligitur. Qua ratione clericum minoris excommunicationis vinculo ligatũ, qui Sacramenta contulerit, si ea minimè susceperit, nullum crimen commississe iudicãdum est. Et ideò in publicis Ecclesiasticis tribunalibus accusari nõ potest, & ita non semel obtinuisse in publicis causarum actionibus sum memor.

Non ieiuni.

CAPVT, XXXIIII.

1 *Sacramenta altaris non debent, nisi à ieiunis hominibus celebrari.*
2 *Clericus non ieiunus celebrans, cuis pœnæ sit obnoxius.*
3 *Somnus non est de substantia digestionis.*

SAcramenta altaris non nisi 1
à ieiunis hominibus celebriari a à Carthaginensi Concilio prohibitum est, quod fuit transcriptum à Gratiano in ca. Sacramenta. de consec. distin. 1. Contra facienti autem nulla ibi pœna statuta fuit. Qui autẽ post cibum & potũ etiam minimũ, diuina celebrauerit, excommunicationi subiacebit: vt in Concilio Toletano 7. in canone. 2, quem retulit Gratia. in cap nihil. 7. quæst. 1. in §. nullus post cibum. Concilium tamen Bracharense secundum in canon. 10. seuerius animaduertit, disponens quod presbyter in hoc

in hoc delinquẽs continuo ab officio suo priuatus à proprio
2 deponatur Episcopo. Item talis celebrans nisi præmissa dormitione, priuandus est beneficio suo, vt in cap. Si constiterit. de accusa. secundum Hostien. in summa, in tit. de consec. Eccles. vel alta. in §. Et qualiter ieiuno. Vide tamen Card. in ca. ex parte. de celebra. Miss. in 4. q. vbi dicit quod celebrans post cibum vel potum potest deponi. allegat. d. cap. si constiterit. Et quia in illo text. nulla fit mentio de depositione, intelligenda sunt verba Card. iuxta id, quod notat Aret. in dict. ca. si constiterit. in 3. nota. dum dicit: Tertiò tene menti hunc text. quòd si presbyter celebrat post cibum sumptũ ante dormitionem, istud dicitur crimẽ graue, & dignum depositione à beneficio. Sed aduerte quod ego credo quòd per illum text. nõ posset dari pœna priuationis beneficij clerico non ieiuno celebranti, quia secundum Abba. ibi, post Hostien. vera causa priuationis fuit, quia ebriosus celebrauit, quòd præsumitur, quia per totam noctẽ stetit in potatione, & mane incontinenti celebrauit. Iudex ergo attenta personæ & excessus qualitate, ac facti publicitate, pœna carceris aut suspensionis in delinquentem circa hoc poterit animaduertere:
3 Quia hodie seruari Concilium illud Bracharense, esset nimis rigidum. Vnum tamen nota in isto proposito, quod somnus non est de substantia digestionis, vt quis dicatur ieiunus, b sed satis est quod sit perfecta b digestio, vt notat Abbas in dicto capitulo, si constiterit. circa finem. Vide Cardinal. in dicto capitu. Ex parte, qui dicit sufficere digestionẽ secundũ qualitatem cibi sumpti: & quod dicunt Physici, quod digestio perficitur in septem horis. Credo tamen, quod istæ septẽ horæ computandę sunt ab hora duodecima mediæ noctis, aliàs autem qui cœnasset hora prima, vel secunda post duodecimam, nõ posset celebrare, etiam in vndecima ante meridiem, quia licet cibus sit digestus, ille tamen non dicitur illo die ieiunus. c Et vide glossam in dicto capitul. Nihil. in glos. c finali, volentem, quod licet aliquis comederet ante mediam noctem, & sentiret adhuc eructationes, quia nondum est cibus digestus, & quandiu sentit cibum, abstinebit.

Celebrari. Vide text. in cap. A ex parte. de celebrat. Miss. vbi Doctores Bertach. in tract. de Episco. 2. par. lib. 4. quæst. 42. & latissimè Card. à Turrecrema. in cap. Sacramenta. de cõsecrat. distin. 1. Nicola. Boeri. decis. 4. per totum. Sed quid teneatur facere Sacerdos, qui post rem diuinam inceptam memoriæ illius subuenit, non esse ieiunum. Lege Domin. Soto. in 4. dist. 13. q. 2. artic. 6. qui post S. Thom. censet, quod si id post consecrationem contige-

erit debet Sacramẽtum sumere, si verò ante inceptã Missam relinquere tenetur, nisi grande scandalum timeretur. Idem sequitur Ange. in summa, in verbo Eucharistia. 2. § 6. Sylvest. in verbo, Eucharistia. 2. §. 7.

Notabis tamen vtiliter circa cap. hoc quod si post consecrationẽ Sacerdos morte, vel alia graui infirmitate præoccupetur, cùm hoc casu Missæ celebritas per alium supplere debeat, si non reperiatur clericus, nisi qui non sit ieiunus, is iure poterit diuinam rem perficere, & Sacramentũ sumere, absque alicuius pœnę metu: nam cùm duo præcepta hoc constituto casu contraria sint, in eam partem est declinandum, quæ magis referat, at præstantius præceptum est, quod Sacramentũ perficiatur (quod diuinum est) aut diuino proximum. capitul. comperimus. capit. relatum. de consecratione. dist. 2. quã prohibitio ne sumatur nisi à ieiuno, quæ humana est: cap. liquido. ea. dist. Ita tenet Domi Soto in 4. sent. dist. 12 q. 1 art. 8.

B [Animaduertere.] Adde quod licet autor non meminerit, opinionẽ istam amplectitur, Ioann. de Ana. in capit. si const terit. de accusati. Sequitur Petrus Foll. in pract. crim. canoni. in vltimis verbis.

C [Ieiunus.] Vide D. Soto. d. art. 8. vbi autoris nostri opinionem amplectitur.

Ac in die sæpius.

CAPVT, XXXV

1 *Clericus in die non debet nisi vnam celebrare missam.*

2 *Quod si plures in die Missas celebrauerit, cum pœna in re expressa non sit, iudicis arbitrio est puniendus.*

CLericis in die sæpius celebrantibus nulla pœna in sacris sanctionibus constituta est, sed nec illis hoc expresè prohibetur: imò potiùs in concilio celebrato per Archiepiscopum Maguntinũ & aliquos Episcopos, anno Domini, milleſimo vigesimo tertio, in loco Salegunstat. in canone quinto, decretum fuit, vt vnusquisque presbyter in die non ampliùs quàm tres Missas celebrare præsumat: vnde vsque ad illum numerum licitum erat illo tẽpore in partibus illis. Quod concilium habes in fine libri Decretorum diui Burcardi Episcopi Vuormacienſis, qui interfuit in illo. Iura namque Canonica sufficere Sacerdoti vnã 1
Missam celebrare a solum affirmant, vt in cap. Sufficit. de cõsecr. dist. 1. & in cap. Consuluisti. & in cap. te referente. de celeb. Missar. non tamen plures dicẽtibus, pœnam aliquam cõminantur, licet text. in dict. capit. sufficit in fin. versi. dicat quod pro pecunijs, aut sæcularium adulationibus pluries celebrãs vna die non existimat euadere damnationem, quod magis æternam, quam temporalẽ pœnam videtur respicere. Sed quia 2
tale facinus in conspectu populi graue solet iudicari, idque aliquan-

aliquādo auaritiæ causa à pauperculis, & parum doctis Sacerdotibus perpetratur, nō debent Ecclesiastici iudices illud leue reputare, sed attenta facti notorietate, populique scandalo, personæq; perpetrantis moribus & qualitatibus consideratis sic in hoc errantes corrigere, vt cæteri pœna, metu, à similibus cohibeantur. Adeo enim amor viuendi in ocio, clericorum bonam partē inuasit, vt hac tempestate, vt laborem fugere possint Sacri ordines suscipiantur: euenit insuper vt iam pauperculi Sacerdotes, eo solo tempore, quo sacrificio Missæ vacant, totius diei sumptus necessarios promereri, ac deberi sibi contendunt, atque ob id vna sola celebratione, pluribus, qui plures eleemosynas præstiterunt, satisfeciſſe arbitrantur: quod mihi b semper iniquum visum b est. Nullo enim iure, nullaque ratione astrictus est, qui sacerdotem occupat per spatium vnius Missæ ad eum in ocio alendū per totam illam diē, quin potius hoc aduersari videtur antiquis illis sanctorum patrum decretis, quibus statuerunt clericos quantumuis verbo Dei eruditos artificio sibi victum 3 & vestitum quærere, artificioloque præter offensam suę professionis debere sibi parare vestimentum. Vt notanter inuenies in Concilio Carthaginensi 4. in capitulis. 51. 52. 53. & in capit. Clericus victum, cum capit. seq. 91, dist.

Celebrare. Vide vndecim casus, quibus eodem die clerico iterum celebrare licet, quos refert Syluest. in summa, in verbo, Missa. 1. §. 7. & septē scribit Marti. Nauarr. in manu. confess. ca. 25. num. 87. & alios commemorat Domi. Soto in 4. sent. dist. 13. q. 2. arti. 2. & Regia. l. 50. tit. 4. par. 1. Qui quidē casus antiquitus cum Ecclesia Sacerdotum inopia laborabat, erant frequentissimi: hodie verò rarissimè contingunt, præter diem natiuitatis, & cùm clericus ob inopiam duarum Ecclesiarum curam habet. Id verò notandum censeo, quod in dictis casibus, quibus clericis iterum celebrare permittitur procedit, si ieiuni fuerint: vnde si in prima celebratione lotionē sumpserint, amplius celebrare non licet capit. ex parte. de celebra. Missar. d. Regia. l. 50. not. Abb. & Doctores in cap. consuluisti. de celebrati. Miss. tradunt Doctores in d. ca. ex parte quo loco dicit Host. magnos viros vidisse in hoc errare. A

Visum est. Adde latissimè Scotum quodlib. 20. Palud. in 4. sen. dist. 45. q. 2. Dom. Soto lib. 9. de iust. & iur. q. 2. art. 2. & in 4. dist. 13. q. 2. articulo 2. Quibus in locis egregiè pro eius singulari eruditione rem hanc explicat, & autoris nostri opinio, sequitur à Nauarr. in manu. confess. capit. 25. nume. 92. vbi dicit, quod Ecclesiæ vsu recepta est. B

Et sine

Et sine aqua & igne, vel in pane fermentato & calice ligneo.

CAPVT, XXXVI.

1 Clericus istorum criminum reus, ab officio & beneficio est deponendus.

1 POEna sic celebrantis est, q̃ deponatur ab officio & beneficio, vt in cap. fin. de celebrat. Missa. vbi Abb. dicit quod Doctores non exprimunt, an debeant concurrere omnia supradicta ad hoc, vt presbyter deponatur, & quod credit ipse procedendum secundum qualitatem loci, & contemptum presbyteri considerandum, an habuerit illud in cõsuetudine.

A CElebrantis. Vide Regiam. l. 52. tit. 4. par. 1. & l. 56. ibi. & circa huius capitis argumẽtum de forma & debito more ministrandi eucharistiæ Sacramentum, vide latissimè Mag. senten. & Theologos. in 4. senten. dist. 9. vbi Dom. Soto. arti. 1. cum multis sequentibus.

Et super altari non consecrato.

CAPVT, XXXVII.

1 Clericus super altari non consecrato celebrans, arbitrio iudicis qualiter puniendus sit.

2 Sacerdos erigẽs aliud altare nisi quod ab Episcopo sanctificatum fuerit degradandus est.

1 PIe quidem ab Ecclesia constitutum est, quod eucharistiæ Sacramentum non nisi super consecratum altare celebraretur, a non autem contra facienti sacerdoti pœna descripta reperitur: vnde Card. in dict. cap. fin. de celebra. Missa. meritò quæstionem mouet: Si quis celebrat super altari non consecrato, qua pœna sit puniendus? & dicit quod si ex malitia, vel nimia desipientia, punitur pœna illius text. quam in capitulo præcedẽti descripsimus, & hoc propter identitatem rationis, & vlterius procedendo dicit, quod idem videtur in omnibus alijs excessibus commissis circa cultum Sacramentorum. Postremò tamen dicit quod quia pœnæ sunt restringendæ, locus erit pœnæ arbitrariæ, & hoc credit verius, nisi tanta esset identitas rationis, quod posset esse locus pœnæ illius text. & in proposito huius capituli vide tex. 2 in capitu. Nullus presbyter. lo. 2. de consecrat. distinct. 1. qui dicit, quod nullus presbyter in Ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab Episcopo loci fuerit sanctificatum vel permissum: & si clericus cõtrarium fecerit, degradetur: quod ego intelligerem, quando clericus erigeret, illud tanquàm consecratum, & vt in eo celebraretur sine aliqua ara consecrata.

a

CElebraretur. Vide latè Domin. Soto. in 4. senten. distinction. 13. quæstio. 2. articulo 3. A

Sine

Sine orario, seu stola, & alijs vestibus Sacris.

Caput, XXXVIII.

1 *Sacerdos ad Missarum solennia non aliter accedere debet, quam orario vtroque humero circũseptus: quod si aliter fecerit, excommunicandus est.*

2 *Sacerdos sine casula & alijs vestibus Sacris celebrans, arbitrio iudicis est puniendus.*

1 SAcerdos cùm ad solennia missarum accedit, non aliter accedere debet, quam orario vtroque humero circunse-
a ptus,a sicut tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita vt de vno eodemque orario ceruicẽ pariter & vtrunque humerum premens, signũ in suo appareat pectore crucis, ita deponit Concil. Bracharense tertium, in Can. 3. quod trãscriptum est in cap. Ecclesiastica. 23. dist. Si quis autem aliter
b egerit, excommunicationi debitæ subiacebit, b vt ibi, de quo text. meminit Duran. in rationali diuinorum officiorum ca. de stola, vbi dicit quod fortè quis diceret illud decretum esse abrogatum per contrariam generalis Ecclesiæ consuetudinem: nam non vbique partes stolæ reducuntur ante pectus in modum crucis. In his tamen regnis consuetudo seruat decretum illius concilij, & licet ille text. solum de orario, siue de stola disponat. Si clericus sine casula, aut alijs vestibus sacris celebraret, nihilomin⁹ puniendum credo superioris arbitrio. Et aduerte quod dũ tex. in dict. c. Ecclesiast. dicit quod clericus propter hoc excõmunicationi subiaceat, exponit ibi Archidia. dupliciter. Primò, si admonitus non vult cessare. Secundò, excommunicationis, id est, suspensionis ad tempus pro arbitrio iudicis, cùm ibi nõ determinetur tẽpus: & hãc secũdã expositionẽ credo veriorẽ.

Circumseptus. Nota circa huius capitis argumentũ, quod ad diuini muneris maiestatem maximè expedit Sacris vestibus in Sacris ministerijs vti. Sunt equidem vestes sacræ sacris ministris designatæ diuersæ siue plures aut pauciores pro diuersitate grãduum & ministeriorum, quarum vsus antiquissimus est in Dei Ecclesia tam in ipsorum ministrorũ vestibus, quam in altaris ornatu. Meminit equidem horũ Clemens in suis Epistolis: meminerunt etiã alij venerandæ antiquitatis patres. Quãquam nõ est dubitandum paulatim aliqua esse addita aut mutata: & ita refertur Dalmaticarũ vsum incepisse à Syluestro, quarum frequẽter Gregorius in Epistolis meminit. Oraria verò quæ frequentissimè stolæ nuncupãtur in antiquioribus conciliꝭ tãquã Presbyt. & Diac. propria ornamẽta cõstituuntur, vtcũq; sit illũ est assuerandũ, hãc esse Apostolorum vel vniuersalium conciliorum antiquissimorum traditionem. Et vide multa lectu non indigna, quæ de Sacerdotalibus indumentis (huic loco accõmodatissimis)

A

vltra

vltra alios diligenter scripsit Domin. Soto, in 4. sent. distin. 13. q. 2. art. 4. Et de singulorum ornamentorum significatione, ratione ac comparatione illorum ad veteris legis ornamenta, de quibus vltra alios disserit eleganter Rabanus li. 1. de inst. cleri. cap. 14. & sequentibus. Et Hugo de Sancto Victore, lib. 2. de mysterijs Christianæ fidei, 4. par. & lib. de mysterijs Ecclesiæ. cap. 6. Et vide Onuffrium Pan. virum sanè doctissimum, & variæ & indefessæ lectionis in tractat. interpreta. vocũ obscura. Eccleſiasti. Concil. Tridentin. sessione. 22. capit. 5. & Can. 7. eadem sess. [Si quis (inquit) dixerit ceremonias, vestes & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica vtitur irritabula impietatis esse magis, quã officia pietatis anathema sit.

Onuffri Pan.

Contra Impium Corolum Molineũ & alios Hæreticos.

Ex quo merito exterminanda & releganda est impij Caroli Molinei opinio in 2. parte extricati. Laberen. numero. 53. ad finem asseuerantis Pontificios ritus, non ab Apostolis emanasse: sed posteà partim ab Ethnicis, partim à Iudæis processisse, & miror sanè locum illum non fuisse castigatum in nouissimo libro expurgatorio, ædito hoc anno. 1584. Conantur sanè impij homines has sanctissimas cæremonias increpare, & de medio tollere, vt ijs adiumentis destituti peccatis nostris depressi, perpetuo somno sepulti Dei nostri obliuiscamur, si hæc nobis adempta essent, fortè peiores essemus Sodomis & Gomorrheis.

Subiaceat. Ex qua sanè excommunicationis pœna manifestè sequitur Clericum sine Sacris vestibus celebrantem, mortalẽ culpam contrahere, nam aliter excommunicationis pœna nõ imponeretur, cap. nemo. cap. nullus. 11. q. 3. tradiderunt Theologi, præsertim. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. ad. 3. quæst. Felin. & Doctor. in rub. de sent. excommu. quam esse communem sententiam testatur Domin. Soto in 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 2. D. Couar. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. §. 9. nu. 1. de sent. excom. lib. 6. cui suffragatur Concilium Triden. sessione. 25. cap. 3. & hanc sententiam tenet in specie Antoni. 3 par. tit. 13. cap. 6. §. 6. Nec à tali crimine excusaretur clericus, sine sacris vestibus celebrans, si aliter mortem vitare nequeat: secundum Caietan. 1. secundæ quæst. 69. articulo. 4. Quæ opinio nimis dura videtur egregio Nauar. in manuali confesso. cap. 25. num. 84.

B

Ac in priuatis locis sine Epis. licẽtia celebrarũt.

CAPVT, XXXIX.

1 *Missarum solennia non nisi in locis ab Episcopo consacratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda sunt.*

2 *Clericus qui flagitium hoc commiserit, qua pœna puniatur.*

3 *Episcopus in domibus nullo modo celebrare licet.*

ANNOTATIO.

SIcut non alij quam sacrati Deo Sacerdotes debẽt Missas

sas celebrare, nec sacrificia super altare offerre, a sic non in alijs, quàm in Domino consecratis locis, id est, in tabernaculis, diuinis precibus à Pontificibus delibatis, Missas cantare, aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. Verba sunt singularia, text. in c. sicut. de consec. dist. 1. Et a in Concil. Triburiensi, de quo in capit. seq. disponitur, quod Missarum solennia non nisi in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit celebrãda sunt: idem etiam disponitur in capit. hic ergo. ead. distinct. quæ iura Sacerdotibus contrarium facientibus pœnam non statuunt text. autem. in. c. nullus presbyter. el. 1. ead. dist. idẽ prohibet illis, qui de cætero participes voluerint esse Sacerdotij. Per quæ verba videtur cõminata talibus pœna amittendi participationem Sacerdotij. Facit etiam Concilium Carthagi. secundum in Cano. 9. vbi ita disponit: Quisquis presbyter inconsulto Episcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo sibi cõtrarius existit. Sexta autem synodus, de qua in cap. clericos. ea distinct. dicit: clericos: qui ministrãt in oratorijs, quæ intra domum sunt cum consensu Episcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis verò hoc non obseruauerit, deponatur. Vnde fortè sumpta occasione acerrimam pœnam talibus imponendam scripsit lex nostri regni, videlicet quòd clerici, qui taliter celebrant, deponantur, & in perpetuum carcerem damnentur. Ita disponit lex. 4. tit. 10. partita. 1. De qua nempè grauitate pœnæ summè mirandum est, cum hoc iure canonico non sit expressum, parque per hoc fiat delictum hoc pluribus alijs grauissimis, pro quibus pœna similis imponitur. At ne quisquam sibi suadeat hoc non esse tam graue iudicandum, ex eo quod piũ & Christianum videatur, vbi licet velle videre corpus Redẽptoris nostri, & quia plures propter hoc sæpiùs audiunt Missam, qui aliàs non audirẽt: nam contrarium, apertè dicit text. in d. cap. sicut. per hæc verba: Satius est enim Missam nõ cantare, vel audire, quam in his locis vbi fieri non oportet, nisi pro summa necessitate contingat. Quis enim dubitat antiquos illos sanctissimos Ecclesiæ patres plus dilexisse quam nos Redemptorem nostrum, eiusq̃ne aspectu delectari magis, & flagrare desiderio, & tamen non nisi in Ecclesijs illum videre, seu si sacerdotes erant in eis tantummodo de cælo illum ad manus proprias admirandis illis consecrationis verbis, aduocare audebant. Nos verò ad cubicula seu cœnacula nostra, illum, quotidie trahimus nulla necessitate vrgẽte, sed aut desidia quadam ad Ecclesiam eundi, aut superbo quodam fastu, quasi iam parum sit solis hominum obsequijs corã hominibus venerari, nisi etiã inter

ter nostram mundi pompam connumerare liceat, quod adhuc ipse filius Dei ad domus nostras nobis ministraturus accedit. Ad domus inquam, ludis, blasphemijs, ebrietatibus, ac luxuriæ actibus obscœnis sæpissimè violatas, cùm Ecclesias sanctas Dei sola vnius coniugalis actus pollutio sine peccato facta contaminet, vt per Sylvest. in summa, in verbo, Consecratio, lo. 2. §. Quintò quæritur. versic. Tertius casus. Si honorabilior nobis aliquis ad nos accedere vult, summum dedecus arbitramur, si nō præueniamus eūdem ad eius hospitium euntes. Ad quem credimus Deum, quem cōfitemur Redemptorem, quem tremendum iudicem expectamus, angelicis constipatum choris ad sordida nostra receptacula non modò venire permittimus, sed si fas est dicere, compellimus. Aduertāt quæso vniuersi Christiani, & tempestatis huius calamitatem considerent, & aliqua Germaniæ oppida tam cœlesti hoc munere, corpore, videlicet, filij Dei, orbata cognoscant, cùm in omnibus retroactis sæculis nusquam id contigisse legamus, quamuis Deus ipse summus plures hæreses in sui offensam prædicari & recipi permiserit, & quod hoc miserrima nostra ætate successerit, ad irreuerentiam erga Dominicum corpus referamus. Constat enim nusquàm Sacerdotes maiori habitos contemptui, & Eucharistiæ donum maiori ingratitudine susceptū, & irreuerentia tractatum fuisse. Timeantque qui talia contemnunt, tam graue Dei subire iudicium, tantique muneris priuationē sibi & posteris promereri. Satis enim securi viuebant, paucis elapsis annis, qui talem nunc patiuntur animæ morbum, & salutis æternæ dispendium. Vt autem magis pudeat Christianos hanc Redemptori suo irreuerentiam facere, legant obsecro Aemilium probum in vita Alcibiadis scribētem, aspersum fuisse infamia, quòd in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Athenienſium. Etsi inter Ethnicos, qui lapidibus & dæmonibus immolabāt pecudes, nefas esse hoc domi agere perpenderint, quam sit indecens intelligant omnipotenti Deo Patri, & Creatori omniū vnigeniti Filij sui Saluatoris nostri corpus & sanguinē virginis visceribus compactum, cum ipsa diuinitate vnitum in impuris domibus offerre. Ad tantæ igitur irreuerentię damnum minuendum, oporteret Episcopos omnes deprecari summum Pontificem, vt altaris portatilis facultates nullatenus concederet, & concessas reuocaret: ac interim in suis diœcesibus prohiberent, ne quisquam Sacerdos in priuata domo celebraret, nisi prius decentia loci per eos, aut suos vicarios examinata fuerit, dum tamē hoc in iudicium seu notariorum lucrum non cedat.

Prohibere

Prohibere insuper, ne ornamẽta Ecclesiarũ alicui extra illas commodetur. Deceret insuper. ipsosque Præsules ad aliorum exemplum nunquam nisi in Ecclesijs celebrare, aut Missam audire: nam ipsis etiã Episcopis in domibus nullatenus licere celebrare, disponit text. prædictus, in cap. sicut. quod ante disposuerat Concilium Laodicense. Can. 8. in hæc verba, videlicet, nõ oportet in domibus oblationes ab Episcopis siue presbyteris fieri.

A *Consecratis locis*. Est equidẽ animæ nostræ natura rationalis insita, à cuius lumine ea quæ facienda, quæ ve sequẽda sunt, doceamur: & vt singulari notione discamus ea quæ ad diuini numinis cultum, & sacrificium pertinent: nam vt Regius Vates præclarè cecinit, Psalm. 4. [Signatum est super nos lumẽ vultus tui Domine.] Omnibus namque innatũ est esse Deum, vt scribit Cicero. 2. de natura deorũ. Nec vlla gens tam immansueta, tam ferrea vnquàm fuit, quæ Deum esse neget, licet qualem habere deceat ignoret, teste eodem Cicerone, lib. 1. de legibus iuris naturæ, quippe est ergo Deum religio, vt in l. veluti ff. de iusti. & iur. Et Dei cultus à natura inductus est, quamuis colendi modus à lege institutus sit, autor est Aristot. 5. Ethico Et ea ratione primũ firmissimè credendũ est, Deũ esse eũque omnipotentẽ, bonorũ largitorem, malorum auersorem, & sacrificia ab hominibus, quãuis diuerso modo, tamẽ aliquo omni sæculo exhibita fuisse dubitandũ non erit. Vide latè Vbaldensem tomo. 5. de Sacramentalibus. tit. 4. capit. 26. & latiùs tit. 17. cap. 143. Domi. Soto in 4. senten. distin. 13. quæst. 2. art. 3. Quibus in locis multa doctè ac piè circa locum istũ aduersus Luterum & VVitcleff, & impiorum hæreticorum dogmata scribunt. Est etiam religio & Catholica veritas credere, destinandũ esse locũ, in quo Deũ optimũ Maximũ sacrificijs & orationibꝰ propitiũ nobis faciamus. Sẽper quidẽ mortaliũ animis insitũ fuit, Deum in certis locis colendũ esse, vt falsissimæ religiones id crediderint. Quamobrẽ pro diuinarũ rerũ veneratione operęprecium semper fuit, vt essent quĩ eas curarẽt, qui tẽpla construerent, & sacrificia ex regula facerent, vt scribit Aristot. 6. Poli. c. fin. & 3. Poli. cap. 10. Sed vt Ethicos taceamꝰ, Sacra historia tradit ante legẽ scriptã, in legenaturę iustos viros, altaria quibus Deo sacrificarent dedicasse: vt Geneseos. 8. legitur de Noe, & 13. de Abram. & 28. de Iacob: qui cùm à somno, quo visionẽ viderat, euigilãs cognouisset verè Dominũ esse in eo loco, lapidẽ in titulum erexit. Vnde Deut. 12. sic sancitũ est. [Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quẽ videris, sed in eo quẽ elegerit Dñs in vna tribuum tuarũ offerẽs hostias. Nec in peregrinatione deserti,

serti, voluit Dominus populum sacrificia, nisi in tabernaculo facere: vt legitur Exodi capitulo 26. & vlta innumera Iuris Pontificij decreta, quibus hæc veritas probatur, quorum aliqua autor hic allegat. Idem fuit diffinitum in Sacro Concilio Tridentino, sessio. 22. in decreto de observandis & euitandis in celebratione Missę. Vnde post doctum Concilium, nec Summus Pontifex facultatem concedit celebrandi, extra locum sacrum etiam, Episcopis in vrbe morãtibus, sed tantũ Cardinalibus: vt testatur Mar. Nauar. in manua. confess. capit. 25. num. 80. licet singulari beneficio sibi datam fuisse dicat. Casu verò quo detur facultas celebrandi rem Sacram in aliquo oratorio seu Ecclesia de nouo ædificata concedenda est cum clausula saluo iure & sine præiudicio parochialis Ecclesiæ, vt à Sacra Cardinalium congregatione statutum est: nec semel data sine causa reuocari debet. Ita peculiari decreto dictæ Sacræ congregationis diffinitum vidi.

Decretũ Card. qui præsunt Cõci. Trid. interpretationi.

B *Contaminet.* Adde glo. not. dictam opinionem tenentem in cap. vni. de cõsecrati. Ecclesiæ vel altar. libro 6. quam sequitur Specul. lib. rationa. diuin. offic. tit. de dedica. Ecclesiæ. Ioan. à Selua in tracta. de benefici. 1. par. q. 5. requisi. 7. quam esse communem testatur D. Epis. Couar. in 4. decretal. 2. par. capit. 7. §. 2. numer. 3. Aug. in sum. in verbo, cõsecratio. 2. q. 7. Et grauissimus & maturi iudicij vir Greg. Lup. qui in glossandis, elimadisque Partitarum legibus, singularis & incredibilis eruditionis amplissimum testimonium præstitit, quem certo scio, proximum venturum sæculum apud nos Hispanos Bar. nõ inferiorem iudicauit. Is inquam, in l. 20. tit. 10 par. 1. in verbo, *Fornicio.* Quamuis glos. in cap. in Ecclesi. 3. de consecratio. dis. 1. teneat Ecclesiam minimè pollui, ex coniugali concubitu. Quam sequitur Henri in cap. fi. de consecrat. Ecclesiæ vel alta. Mar. Nauar. in manu. confess. cap. 27. num. 252. Domi. Soto in 4. sent. dist. 13 q. 2. artic. 3. Alphonsus à Castro Zamorensis subtilis & acuti ingenij, & verbi. Domini orator celeberrimus, lib. 5. de potest. legis. pœna. c. 7. docum 2. idẽ disponit Regia l. 20. tit. 10. par. 1. Quæ opinio procedere potest, quando coniuges longo tempore in Ecclesia habitaret. Ita censet Syluest. in summa, in verbo, Consecratio. 2. q. 5. & in verbo, debitũ quæst. 3. D. Couar. & Greg. in locis nouissimè allegatis.

Greg. Lup.

Non tamẽ coniuges à mortali crimine excusarẽtur, si carnale commertium habuerint in loco Sacro: siue consecrato vel benedicto, siue eam habuerint, vt voluntate fruantur, siue vt fornicationem euitent, siue multo, siue paruo tempore in Ecclesia stiterint. Ita Palud. in 4. distinct.

4 distinct. 32. quæst. 2. artic. 3. Antonin. in 3. parte, tit. 1. cap. 20. §. 2. Cardi à Turrecrema. in §. sed cùm naturale. arg. 4. distinctione. 5. Martin. Nauarr. in manuali confessor. cap. 16. nu. 33. Caietan. in summa, in verbo, matrimonialis vsus peccata §. 6. Licet cõtrarium tenuerit Ang. in summa, in verbo, debitum. §. 32. & alij per eum relati. & Cast. dict. docum. 2.

C *Commodentur.* Adde quod iam hodie in hoc amplissimo Toletano Archiepiscopatu, nouissimo Sinodali decreto prohibitum est, ne ornamenta & alia Ecclesiarum bona, ad earũ decorem & ornatum necessaria, alcui commodentur: nisi tantum alteri Ecclesiæ annexę. Clericus verò Economus vel Sacrista, illius constitutionis transgressores, pœna duorum aureorum sunt multandi. Ita sancitum fuit lib. 3. dictarũ cõsti. sub tit. de rebus Ecclesiæ nõ alienan. c. 4. Antiquius sanè seuerior pœna infligebatur. Nã in Concil. Tolet. sub Flauio EgicaRege celebrato, anno eiusdem regni. 7. Idibus Nouemb. Aera, 732. cap. 4 decretum fuit, eum qui vasa Sacra, aut ornamenta Ecclesiæ in vsum proprium prophanauerit, honoris proprij ordinem amittere, & Sacrę cõmunionis perceptione perpetuo (nisi in mortis articulo) priuatum remanere: nec nõ dictorum bonorum restitutioni esse obnoxium.

Missamque pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrarunt hominibus, vt illi mortis incurrerent periculum.

CAPVT, XL.

1 Sacerdos, qui hoc crimen commiserit à proprio ordine depositus, in perpetuum exilium mittitur.

POena huius criminis est, vt 1 talia perpetrantes à proprio ordinis gradu deponantur, & exilij perpetui ergastulo relegentur, a vt cautum est in a Concilio Toletano, quod refertur in ca. Quicunque sacerdotum. 26. q. 5. de quo tex. meminit Hostien. in cap. fin. de sortile: & ibi Ioann. de Ana. in fin. meminit etiam Paul. Grilan. in tract. de sortilegijs, in 14. q. & in 17. & habetur ille tractatus & alij sui in 4. vol. tractatuũ huius nouæ impressionis, in qua fuerunt redacti plures tractatus ad volumina decem. & quia Gratianus refert breuiter verba illius Concilij Toletani: Si quis cupiat illud originaliter legere, inueniet in synodo. 17. Toletana celebrata, Aera, 732. in cap. 6. sub rubri. de his, qui missam defunctorũ audent pro viuis maleuolè celebrare. Quæ synodus hucusque non est impressa. b

b

A *Relegentur.* Vide doctissimum, & nostra ætate celeberrimum iurecõsultum Iacob. Menoch. in lib. illo variæ & indefessæ lectionis, de arbi.

indict. quæstio. libr. inquam. 2. cent. 4. casu. 388. num. 15.

Non est impressa. Adde quod decretum dicti Toletani Concilij nouissimè refert Frater Bartholomæus Carrança de Miranda Archiepiscopus Toletanus in epitome conciliorũ Concil. Toleta. 17. cap. 5. cuius verba hæc sunt. ¶ Qui fallaci voto missam pro requie defunctorum promulgatam, pro vinis studeat celebrare hominibus, non ob aliud nisi vt is qui pro quo offertur sacrificiũ ipsius Sacrosancti libaminis interuentu mortis ac perditionis incurrat periculum, tam ipse Sacerdos qui celebrauerit, modo dicto, quam ille, qui ad talia peragẽda incitauerit exilij perpetui ergastulo relegetur, & (nisi mortis articulo) Sacræ cõmunionis perceptio denegetur, & Sacerdos insuper à proprij deponatur ordinis gradu. Hactenus concilium.

Eucharistiam ob ebrietatem ac voracitatem euomuerunt.

CAPVT, XLI.

1 *Sacerdos, qui delictum hoc commiserit, quadraginta diebus debet pœnitere.*

2 *Species Sacramentales quamdiu in suo vero esse remanent, sub eis consistit inseparabiliter corpus Christi.*

3 *Si Sacramenti species, quæ discerni possunt euomitæ fuerint, quid faciendum est.*

1 CLerici vel Monachi, seu Diaconi, presbyteri, quibus tale contigerit. 70. diebus debent pœnitere, a vt in cap. si quis per ebrietatem. de consec. distinct. 2. vbi vide Card. de Turrecrem. qui dicit, quod cõsiderata causa vomitus, quæ ponitur in text. scilicet, ebrietate, & voracitate, & circunstãtijs, non videtur quod pœna taxata excedat, & ideo securè iniungenda est. Cùm autẽ tex. non aperiat qualitatem pœnitentiæ, quæ debet fieri in illis diebus, videtur relicta arbitrio iudicis. Ratio huius pœnæ est, 2 quia secũdùm veriorem & securiorem opinionem quamdiu species Sacramentales remanent in suo vero esse, sub eis cõsistit inseparabiliter corpus Christi, & sic si prædictæ species eijciuntur per vomitũ, ipsum corpus similiter eijcitur: quem sequitur Card. vbi suprà, quem etiam vide in §. fin. dicentem quod tunc si species euomitæ discerni possunt, & sunt sumptibiles. debent exsiccari & sumi per se: si potest fieri, vel cum vino, vel alio liquore. Si nõ sunt sumptibiles, 3 tunc reponantur in aliquo honesto loco inxta altare. Si species non possunt discerni, præsumuntur digestæ, nisi statim sint euomitæ, quo casu reponũtur in aliquo honesto loco, De quo etiam vi. per Sylvest. in summa verbo, Eucharistia. lo. 2. §. Nono quæritur. versic. Quartum.

a POenitere. Nota quod Episcopus, cui hoc contigerit, nonaginta diebus pœnitere tenetur,

tenetur, si autem infirmitatis causa euenerit, septem diebus tantum: vt in ca. si quis per ebrietatem. hic allegato, de quo vide Hostien. in sum. in tit. de custodia Eucharis. §. quæ pœna num. 4. Steph. Auf. in addi. ad Capel. Tolosa. q. 218.

Ac ob negligentiam ipsorum aliquid sanguinis stillauit in terra, & in altari.

CAPVT, XLII.

1 Pœna huius criminis qua sit.

1 POena huius excessus ponitur in cap. si per negligentiam. de cons. dist. 2. per hæc verba: Si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terram lingua lambatur, tabula radatur, si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus, conradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare condatur, & Sacerdos 40 diebus pœniteat: si super altare stillauerit calix, forbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat, si vsque ad tertium. 9 diebus, si vsque ad quartum 20 diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit stilla tribus vicibus minister abluat calice suppositio, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Quæ pœna cùm sit canonis antiqui, & quæ magis videtur pœnitentię foro, quam iudiciali prouidere, si casus occurrerit, & in iudicium deducatur, tunc iudex attenta facti qualitate, & ætatis populi notitia vel scandalo, & Sacerdotis culpa vel negligentia pœna moderabitur vel augebitur, prout æquius sibi visum fuerit.

ADde circa huius capitis materiam Capel. Tolosa. & ibi Stepha. Auf. in addi. decis. 218. incip. Item fuit quæsitum qua pœna. A

Aliquoties insuper celebrando corpus & sanguinem Domini non percipiebant.

1 Sacerdos, qui crimen hoc commiserit, qua pœna puniendus est.

HOc enim licet temporibus nostris raro accidat, 1 quia semper qui celebrat saltē publicè, sumit corpus & sanguinem Domini, Concilio tamen Toletano. 12. quod habetur de cons. distin. 2. cap. relatum. cautum est, quod quicunque Sacerdos diuino altari sacrificium oblaturus accesserit, & se à communione suspenderit, ab ipsa, qua se indecenter priuauit gratia communionis, anno vno repulsum se nouerit.

Super

Super rebus aptis ad faciendum sortilegia, & ad illum effectum vnã vel plures Missas sciẽter celebrarunt, adhibitis nefarijs precibus & verbis superstitiosis.

CAPVT, XLIII.

1 Sacerdos, qui hoc immane scelus cõmiserit est deponendus.
2 Pœna huius sceleris, aliquando iudicis arbitrio est infligenda.

1 QVam graue sit rebus sacris vti ad committenda scelera, nemo non nouit: & si hoc in quocunque grauiter puniẽdum est, quantò magis id faciendũ erit, si talia perpetrans, cultus ac ministerio sacrarum rerum est ordinatus? Vnde Sacerdos, qui in hoc deliquerit, deponi debet ex sententia Pauli Grillan. in tracta. de sortilegijs, quod est volum. 5. tracta. diuersor. doct. in quæst. 14. qui etiam describit aliquas res, super quibus solẽt prædictæ Missæ celebrari ad dictum effectũ, mouetur per tex. in cap. si quis Episcopus. 26. quæst. 5. qui hoc non probat, quia nihil de hoc delicto dicit, nec imponit pœnam depositionis. Mouetur etiam argumento text. in cap. Quicunque, eadẽ cau. & quæst. qui leuius crimen graui pœna
2 castigat. Et dicit tandem quod quidem dixerunt esse pœnam arbitrariã: quod dicit tolerari posse, quando factum nõ esset valde turpe, vel persona. Sacerdotis simplex. Et vide Abb. in cap. quidam. ad finem. De celebra. Missar. vbi dicit quòd Sacerdos Missam celebrans, vt Deus perdat aliquem, licet cõficiat, debet hoc comperto deponi: quia abutitur tanto Sacramento: Superstitiosum autem clericum deponendum, & in monasterio detrudendũ dicit Sylvest. post Hostien. in locis per eum relatis in sua summa, in verbo, Superstitio. §. Vndecimo quæritur.

ANNOTATIO.

AD de Paul. Grillan. vltra locum, quem hic autor allegat in tract. de sortileg. q. 16 & 17. Iacob. Menoch. de arbit. iud. quæst. lib. 2. cent. 4. casu 388. num. 14.

In custodia Eucharistiæ desides.

CAPVT, XLIIII.

1 Clericus ipsius criminis properator, qua sit pœna animaduertendus.
2 Sacramentum Eucharistiæ summa decentia custodiendum est.

HVius desidiæ pœna ex 1
dispositione concilij Arelaten. de quo in cap. Qui bene. de consec. distinct. 2. talis est, quod qui bene non custodierit sacrificiũ, & mus, vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta diebus pœniteat. Nouissimè autem taliter delinquentes ab officio tribus mensibus suspenduntur, vt ca. 1. de cust. eucharist. Grauiori pœna puniendi,

Pœna Parochi, cuius negligẽtia, infirmus non receptis Sacramentis decessit.

riendi, si aliquod nefandũ inde contigerit, quæ videtur relicta iudicis arbitrio, argumento text. in cap. de cauſ. de offi. deleg. Quali autem decentia 2 ſeruari debeat euchariſtia, bene ordinauit Honorius. 3. in ca. ſane de celebra. Miſſa. ſub talibus & notãdis verbis: Ne propter incuriam Sacerdotum diuina indignatio grauius exardeſcat, diſtinctè præcipiendo: Mandamus quatenus à Sacerdotibus Euchariſtia in loco ſingulari, mundo, & ſignato ſemper honorificè collocata, deuotè ac fideliter cõſeruetur.

ANNOTATIO.

VIde Circa huius capitis argumẽtum Capellã Toloſanã, deciſſio. 218. vbi Auf. in addi. & vide in hoc Archiepiſcopo Toleta. capit. 1. ſub. tit de cuſtod. euchariſt. lib. 3. Sinod. conſtituti.

Illud verò notabis, quod propter negligentiam in ſacrificijs admiſſam vindictam Dei Optimi Maximi proximã eſſe exempla Nadabi. & Abiu. fidẽ faciunt, vt habetur Leui. c. 10. cum aliis. 1. Reg. cap. 2. 3. & 4. Atque Herodotus lib. 2. piaculum fuiſſe apud Aegyptios tradit immolaſſe hoſtiam nõ notam à Sacerdote, qui priuſquã immolaret explorabat diligẽtiſſimè an munda eſſet: deinde allegato Canauo cornibus applicataque terra ſigillari annulo impreſſa mundam eſſe notabat:

Hinc procedit parochium, cuius deſidia vel negligentia infirmus abſque Sacramentali confeſſione, & Sacra communione moritur à ſuo officio removendum eſſe, cùm reus ſit animæ illius, vt dicit gloſ. in c. officium. in verbo, ſine confeſſione. de offic. Archipresbyt. pro qua mirè conducit. text. in cap. presbyter. 16. q. 6. Idem eſſet aſſeuerandum de alio quocunque Sacerdote qui puerum in neceſſitate noluerit baptizare: nam ſi abſque Baptiſmi Sacramento decedat Sacerdos huius criminis reus deponitur cap. quicũque. de conſecr. diſt. 4. Ego quidẽ ſemper vidi pro his criminibus ſuſpenſionis pœna cum recluſiõne ad tempus imponi.

Miſſamque Sacram inceptam reliquerunt.

CAPVT, XLV. QVOD nouè editum eſt.

1 *Clericus qui Miſſæ ſacrificiũ ceptũ relinquit, qua pœna puniatur.*
2 *Clericus qui rem Sacram ceptam relinquit, grauiſſimè peccat.*
3 *Cauſæ aliquæ traduntur, quibus excuſaretur clericus qui Miſſam Sacram non perfecit.*
4 *Clericus qui rem Sacram propter impedimentum non perfecit, impedimento ceſſante poteſt finire.*

CLericus qui abſque ratio- 1
nabili & vrgẽtiſſima cauſa Sacram Miſſam inceptã relinquit, à Sacro corpore & ſanguine Domini noſtri ſuſpẽſus eſt: iuxta Macarij Summi Pontificis decretum, in capit. nullus. de conſecrat. diſtin. 1. cuius text. autoritate Archid. in cap.

nullus. 7. q. 1. scribit eũ minoris excommunicationis sentẽtiam incurrere. Imò sunt qui putant, eum maioris excõmunicationis sententiam incurrere: quibus suffragari videtur Toletanum Concil. in dict. cap. nihil. quo sancitum est, quòd huiusmodi desertor, excommunicationis sententiam obtinebit. Sed verius est in nullã excommunicationem incidere, non maiorem, quia nullibi cautum reperitur. iuxta glos. sing. in capit. fin. de iure patro. Nec verba Concilij Toletani aliquid vrgent, ibi, [Sententiã excõmunicationis obtinebit.] Quia sunt verba futuri temporis, quæ non inducunt pœnam ipso iure impositam, nisi alia verba id significantia iniungãtur. glo. not. in reg. in pœnis. de regul. iuris. lib. 6. glo. Bar. & Bal. in l. iubemus nulli. C. de Sacrosan. Eccles. glos. in l. 1. C. ne liceat potentior. cum prope infinitis allegatis ab Andr. Tiraquel. in elegantissima illa relectione. l. si vnquàm. in verbo, *Reuertantur*. nume. 39. C. de reuocand. donation. Non minorẽ, quia illud Macharij responsum quòd ansam præbuit Archidia. vt hoc asseueraret, nullã de excommunicatione mẽtionem facit, sed tãtum de suspẽsione à corpore & sanguine Domini. Ità nouissimè tenet Marti. Nauar. in Miscellaneis de oratione Miscela. 42.

2 Peccat sanè grauissimè clericus, qui inceptam Missam non perficit. Tum quia iure prohibitum est, vt dixi, tum etiam quia præstat ansam audiẽtium distractioni, vt in suscepta deuotione frigescãt, quod ipsum dicendum censeo, de omnibus alijs horis canonicis, vt insinuat dictum Cõcilium Toletanum in dict. capit. nihil. quatenus loquitur, de omni officio, in quo Domino psallitur, vt ponderat egregius. Nauar. in tractat. de oratione. c. 16 nu. 45.

Si tamen legitima interfuerit causa permissum est diuina munera incepta relinquere. vt tenet S. Tho. in 3. part. quæst. 58 arti. 6 Paludan. in. 4. distin. 11. quæstio. 1. concluſ. 2. Iusta causa illa iudicanda est, quæ prouenit ex impotentia facti: quia clericus qui Missam incepit, repentino morbo afficitur, ita vt eam perficere non possit. Alia est iuris impotentia, quia forte ea incepta meminit comedisse, vel quod erat suspẽsus, vel excommunicatus, irregularis, vel in peccato mortali. Ita tenet Diuus Thom. in dict. 3. par. q. 58 arti. 6. ad secundũ. Quam doctrinam communiter receptã esse asseuerat Martin. Nauar. in dict. capit. 16. nu. 57. Ex quorum tamẽ sententia liceret, cui hoc contigerit, condigna facta pœnitẽtia, Sacramentum finire, etiam si ante consecrationem illius memoriæ hoc superueniat. Si aliàs scandalum oriretur quidquid reclamet Palud. in 4. sent. dist. 11. quæst. 2. col. 2. Si tamen absque vllo scandalo posset à Sacra re incepta desistere, id omninò facere tenetur

tenetur, in tribus casibus suprà enumeratis, nempe comestionis, irregularitatis, vel excommunicationis, sed in quarto si meminit se in mortali peccato esse constitutum, perficere potest, modo condignè pœniteat. Sed illud memoria dignissimũ est, clericum Missam dictis tribus casibus finiendo non affici irregularitate. Ita tenet Ang. in summa, in verbo, Eucharistia. 2. § 2. & sequen. Sylvest. in eodem verbo. q. 7 col. fin. Quam opinionẽ amplectitur Navar. in d. cap. 16. dices eam iustiorẽ esse licet ab ea recedat Palud. in 4. dist. 11. quæst. 1. col. 2. Ego verò in animæ iudicio libenter Angel. Sylvest. & Navar. opinionẽ quæ summa nititur æquitate sequor, sed in seriori foro clericum istũ à iuris Pontificij pœnis immunem nõ iudicarem. Tertia causa erit ingressus excommunicati & denuntiati, qui pertinaci impioque animo ab Ecclesia exire nolit, si antequàm Sacrum Canon incipiatur id contingat Missa incepta relinqui potest, vt in Clem. grauis, iuncta glo. de senten excommun. Si verò canone incepto eueniat finiẽda est, ex dictæ glossæ sententia, quæ communis est, teste Navarro in d. cap. 16. qui singulariter eam declarat, vt procedat, quando peruẽtum est ad verba consecratoria: nam si canone incepto ante quam ad dicta verba fuerit peruẽtum, medio illo tempore, excommunicatus denuntiatus Ecclesiam fuerit ingressus, nolitque recedere Missa finienda non est. Quarta causa erit, si incepta Missa, interdictum superueniat speciale, vel huiusmodi cessatio, vt neque valuis apertis, vel clausis celebrari possit, vel interdictum generale, & nõ permitterẽtur valuæ occludi: in his sanè casibus Missa finiẽda non est: intelligendo tamen, vt suprà scripsimus, an deuentum fuerit ad verba consecratoria vel ne.

Nec illud est omittendum, 4
quod sicut iusta subsistẽte causa diuina solennia finienda nõ sunt, fortiori ratione: tali interueniente legitima, causa, quæ Missam inchoauit, potest iterato eam inchoare, licitũ nempe est, imò laudabile nimis verbũ Domini eadem oratione repetere, vt Sacris Euangelijs passim legimus. Ioann. 6. ibi, *Amen amen dico vobis* Et in Psalmis, *Fiat fiat.* vt habetur Psalm. 40. & 150. & apud Diuum Paul. ad Roma. 8. & ad Gala. 4. Et iusta causa ea iudicabitur, si magnus Princeps magna comitatus familia Ecclesiam ingrediatur, eo tempore quo verisimile non sit, quod aliã Missam audire possit. Ita se piè fecisse fatetur. Mart. Navar. cùm iam ad Epistolam Missam celebrando peruenisset, regressumque fuisse ad introitum (is inquam) in d. cap. 16. num. 56. qui etiam legendus est in dictis Miscellaneis de oratione Miscelan. 43. numero. 219. quo loco scribit hoc licere, etiã dicta

cta Epistola, & aliquando Sacro Euangelio, censetque esse iustam hoc faciendi causam, si multi superuenerint operarij, solicitatores, & causarū actores, quibus rogantibus, vt Sacerdos Missam denuò inchoare, posset morem gerere, ne operarum suarum iacturam facerent, vel illorum deuotio alterius Missæ tarditate frigesceret. At cùm hodie tanta sit Sacerdotum copia rarissimè hoc eueniet. Et vt liberè dicā quod sentio, casus iste vltimo loco adductus ab egregio Nauarro mihi nullo modo placet, imputandum quidem est his hominibus, qui suis sæcularibus negotijs inuoluti, congruo tēpore ad sacram rem audiēdam minimè accesserit. Nec iustū, nec decens est, diuina munera ita pertractari, vt istorum voluntate reperantur, inde sanè scandalum generaretur, & qui à principio his audiēdis interfuerunt, molestè ferret. Et ideò clericus qui in hoc deliquerit, pro modo culpæ arbitraria pœna ab ordinario erit plectendus.

Mart. Naua. opinio confutatur.

Horis prohibitis celebrare sunt ausi.

CAPVT, XLVI. QVOD nouè æditum est.

1 Clericus qui horis prohibitis celebrauit qua pœna plectendus sit.
2 Clericus qui noctu celebrat, à peccato non excusatur.
3 Episcopus an possit dicto casu facultatem indulgere.
4 Clericus vtrum possit post meridiē celebrare.
5 Priuilegia magnatibus concessa, vt post meridiem res sacra possit eis ministrari, an sit iuris communis consentanea.

SAcri Tridentini Cōcilij decreto stabilitum est, vt Episcopi (ne impiæ superstitioni detur locus) edictis pœnis quæ impositis caueant, ne Sacerdotes alijs quā debitis horis celebrent: vt habetur sessione. 22. in decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ. Erunt igitur puniendi si in hoc deliquerint, illis pœnis quæ synodalibus constitutionibus, vel edictis fuerint decretæ, & si nullæ fuerint statutæ arbitraria pœna, pro modo culpæ sunt plectendi, cum iure diffinita non sit. ca. de causis. §. de illis. de offi. delega. l. 1. ff. de iure deliberan. 1

Vnde post dictum concilium, antiquata est ea consuetudo, quę in aliquibus locis vigebat, vt longè ante lucem Missa celebraretur, ea ratione, vt operarij famuli & domestici eam audirent, vt operibus suis melius posteà vacare possent. Similiter ea consuetudo censetur sublata, quæ recepta erat, vt Missæ nuptiarum (præsertim nobilium) eo tempore dicerētur. Caueant igitur clerici, ne prætextu talis consuetudinis, decretum illud transgrediantur, quia à pœnis debitis non excusarentur.

Peccat equidem clericus, qui noctu & ante diem celebrat, vt est commune omnium Doctorum placitum, teste Nauarro in manuali confessor. capit. 25. num. 2

num. 85. Episcopis autem hoc interdictum non est. ex glos. sententia in cap. fin. in verbo, *Indulgemus.* de priuileg. lib. 6. tenet Palud. in 4. sent. dist. 13. q. 2. conclusione. 2. arti. 2. & licet nullo iure fulciatur, cum eam consuetudo receperit amplectenda est.

3 Poterit verò clericus, absque alicuius pœnæ metu ante diem celebrare, si Episcopi vel sui superioris facultas interuenerit, quæ tribuenda est propter necessitatem communicandi infirmum morti proximum, & defectum eucharistiæ: vt tenet Archiepiscopus Florenti. in 3. parte tit. 13. cap. 6. §. 4. quem sequuntur Ang. Syluester & recentiores quos allegat Marti. Nauar. d. ca. 25. qui censet propria autoritate id fieri posse, si superior sit absens. Is sanè qui in culpa fuit, non seruandi sacratissimam eucharistiam in Ecclesia infirmis: ministrandã, grauissimè punietur.

4 Delinquit etiã Clericus, quo ad huius capitis punitionem (prout nonnulli arbitrantur) qui post præteritam maximã partem horæ sextæ (quæ meridie finitur) celebrare audet, vt scribit Ioan. And. in capit. 1. de celebrat. Missar. cuius opinionem communem esse fatetur. Nauar. in tract. de oratione. ca. 21. num. 31. & in d. capit. 25. à qua ipse iure optimo recedit, asseuerans non esse prohibitũ (scandalo cessante) post meridiem, vsque ad nonam horam celebrare: quia nullo iure nec congrua ratione prohibitũ est, imo permissum: si rectè perpẽdamus, quod sacrificiũ incruẽtum à Sacerdote in persona Christi oblatum, idẽ est quod ea hora ab ipsomet Christo oblatum fuit cruentum, quod quædam Missa fuit, quod ipse sœpissimè fecisse & consuluisse testatur.

Ex quibus colliges, quod ea 5 priuilegia, quæ magnatibus concessa sunt, vt eis possit res sacra post meridiem vsque ad nonam horam celebrari, iuri communi esse consona, & id tantum operari, vt aliquorum scandalum sedetur. Quibus nõ refragatur Tridentinum Concilium quatenus prohibet, ne Sacerdotes alijs quam debitis horis celebrent, quia intelligẽdum est de horis ante lucem vel post nonam.

Commendatúmque sibi infirmum baptizare noluerunt.

CAPVT, XLVII.

1 Clericus qui crimen hoc perpetrauerit, depositionem meretur.

PResbyter qui in prouincia propria, vel alia, vel vbicũque inuentus fuerit, commendatum sibi infirmum baptizare noluerit pro intentione itineris, vel aliqua excusatione, si sine baptismo moritur, deponendus est, ex decreto Martini Papæ, in cap. Quicunque. de confess. distinct. 4. 1

Beneficia

Beneficia plura possident.

CAPVT, XLVIII.

1 *Plura habere beneficia, rationi naturali aduersum esse eleganter ostenditur.*

2 *Pluralitas etiam beneficiorū canonicis sanctionibus obstat.*

3 *Beneficiorum pluralitas multis magnisq; sanctorum virorum testimonijs damnatur.*

4 *Habens multa beneficia etiam cum dispensatione sine causa tamen concessa in anima iudicio securus nō est, & ibi traditur an Papa possit in pluralitate beneficiorum dispensare.*

5 *Plura habes beneficia etiam simplicia, quorum alterum ad cōmode viuendum sufficiens est, altero priuari potest.*

6 *Recipiens beneficium aliquod, curā habens animarum annexam, si prius tale beneficium habeat, eo ipso iure priuatus est, & si illud habere contendit, alio etiam priuandus est.*

7 *Si duo simul & semel alicui curata beneficia conferantur, tunc datur optio.*

8 *Beneficij secūdi acceptatio facta ex iracundia, non facit primum vacare, si incontinenti acceptas pœnituerit.*

9 *Pœna vacationis primi beneficij, sibi nō vēdicat locū nisi adepta secūdi beneficij pacifica possessione.*

10 *Pœna. cap. de multa, per extrauagantem constitutionem incipit execrabilis. Ioann. vigesimi secundi aucta est.*

A1 HAbere plura beneficia aa in ter crimina referre volui: quia licet in nostris temporibus, non modo non iudicetur criminosum, verumetiā is sapientior habeatur, maioriq; dignus honore qui plura beneficia aggregare, & acquirere sciuerit, hoc pernitiosissimum Christianæ reipublicæ, Ecclesiæq; vniuersalis statui, animarumq; saluti fore censeo. Idq; rationi naturali obuiare, ac sanctis Ecclesiæ constitutionibus, plurium q; sanctorū Doctorum opinionibus contradicere. Quid enim rationi naturali aduersum magis, quā quoū vnus & idem homo varia Ecclesiæ stipendia in varijs & distātibus sæpè locis, & quibus varia incumbunt onera in seipso suscipiat? Quæ est enim humana respublica, quæ suos iudices, rectores tabelliones, & alios officiarios stipendijs in absentia frui & vagari permittat? Quis in sua quantumuis ampla & ditissima domo, vni ministro absenti salaria pluriū ministrorum persoluit, ac ab eo quoscunq; suo nomine subrogatos admittit? Sola domus Dei Ecclesia sancta tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequijs. Vnde verissima sunt beati Bernardi verba in declamatione super Euangelio. Dixit Simon Petrus ad Iesum. in colum 51. dum dicit quod sola bona Domini ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Quid debet Ecclesia Dei pluriū nobilium vanitati, vt patrimonio esu Christi dilectissimi sponsi sui, quod flagellis, lapis, sanguinis effusione quæsiuit, eorū alat acipitres, educat canes, saginet æquos, nutriat leones ac seditiosos homines qui passim rempublicam turbent? Quid nempe

nempe debere potest pluribus alijs rusticorum filijs, ac suis parentibus indoctioribꝰ, à quibus solum (Imo vix) aratra & boues in successionem habere potuerunt, qui illicitis medijs plura occupant beneficia, vt cum illis amplam sibi parent suppellectilem, varios aptēt cibos, ac pro pluribus illicitis sumptibus pecuniam habeāt? Quid denique Ecclesia eadem, quautumuis peritissimis ac literatissimis viris debere iudicabimus, vt beneficiorum cōgerie suæ ambitionis insatiabilē sitim extinguere debeat, præcipuè his qui doctrina sua nunquàm Ecclesiæ catholicæ profuerunt, nec prodesse curant? Dic mihi quicunque es, quantacunque polleas eruditione, an eo solo quod vigilias sustinueris, studio vacaueris, tibi astricta est Ecclesia Dei, vt te in statu grandi, ac pompa magna sustineat? Vidistine aliquādo artificem aliquem eo solo quod artem didicerit optimè à Republi. alimenta suscipere? An ex eo quod arte sua Reipubli. vtilis est. Quid igitur tibi suades, coque studueris licere tibi plura Ecclesiæ beneficia retinere, cum nec vnius eorum onera subeas? Aduerte quæso, quod literatis viris non plura beneficia, sed maiora concedi sanxerunt Canonica iura. Si quando verò vt plura habeant beneficia cum peritis dispensare cōceditur, ob Ecclesiarum vtilitatem, non eorum, id effici debet. Quid enim prodest studium tuum Ecclesiæ sanctæ, si id solùm operatur, vt plura occupes loca, in quibus plures possent eidem deseruire, quī sufficienti peritia, & maiori charitate seu virtute iniuncta onera subirent? Quid prodest illi doctrina tua, si oues Christi tibi commissas, imperito mercenario contemni salario pascendas committis. Quis ergo inficiabitur hoc aduersari naturali rationi, si eadem ratione non caret. Quod nempe apertissimè comprobant leges antiquæ gentilium, qui solo naturali lumine regebantur, in quibus prohibitū erat expressè, vt apud eos nō esset vir duplex, aut multiplex, sed quod singuli singula facerent, vt in Socraticis legibus cauebatur. Confirmant hoc etiam notanda verba Iustiniani, in l. Nemo C. de assesso. dum dicit, Neque enim facilè credēdum est duabus necessarijs rebus vnū sufficere: Quodque id sanctis obueniet canonicis institut s, apertè monstratur. Primò quidem cōtrarium dispositum est in 7. Synodo: vt refert Gratianus in cap. 1. 21. quæsti. 1. vbi dicitur, Clericus ab instanti tēpore nō connumeretur in duabus Ecclesijs, negociationis enim hoc est & turpis lucri proprium commodum. Statuit etiam hoc sancta vniuersalis Ecclesia, Spiritu sancto congregata in Cōcilio illo Calcedonen. celeberrimo à sexcentis & triginta Episcopis celebrato. in cap. 10. illius concilij, vbi definitum

nitum est non licere clericis in Ecclesijs duarū ciuitatum ordinari. Si quis verò iam translatus est ab alia in aliam Ecclesiam, nihil habeat commune cum priore. Illos vero qui ausi fuerint post ordinationē illius vniuersalis synodi agere cōtrarium, statuit sancta synodus cadere à proprio gradu. De qua decisione concilij breuiter meminit Gratianus, non referendo dictæ pœnæ appositionem, in cap. clericū. 21 quæst. 1. Hoc præterea aduersatur discisioni Concilij Placentini per Vrbanum Papam celebrati, de quo in cap. Sanctorum 70. distinct. vbi hæc pluralitas beneficiorū prohibita est, per hæc verba. [Omnino autē in duabus Ecclesijs aliquem intitulari non liceat.] Hoc etiam improbat Toletanum Concilium, de quo meminit Gratianus in capit. vnio. 10. quæst. 3. in versic. Sed & hoc. per hęc verba, videlicet, Sed & hoc necessariū instituere duximus, vt plures Ecclesiæ vni nequaquam committantur presbytero, quia solus per totas Ecclesias nec officium valet persoluere, nec rebus earum necessariam curam impendere. Cuius concilij verba originaliter legere desiderans inueniet in Concilio Toletano. 16. celebrato sub principe Flauio Egicano anno. 6. sui regni à sexaginta & vno Episcopis, in capitu. de reparatio. Eccle. præcipuè quia paucula etiam verba & vtilia in hoc proposito trāscribere neglexit Gratianus, quod tamen concilium hucusque non habetur impressum. Celebre etiam illud Lateranēse Concilium cui Alex. tertius interfuit, de quo in c. Qua in tantum, de præb. Præbēdarum multitudinem Canonibus inimicā, materiam diuolutionis & euagationis inducere, ac certum periculum animarū continere expresse attestatur: Prohibuit hoc etiam Alex. secundus, qui disposuit quod nullus presbyter habeat duas Ecclesias, vt in ca. per laicos. 16. q. 7. Vnde dicit Abba. in cap. Conquerente. de cler. non resid. in. 3. nota. allegando glo. in capit. Dudum el. 2. de elect. in verbo intitulatam, quod sine peccato mortali non potest quis habere plura beneficia, quando alterum per se sufficit. Et vide etiam Ioan. de Lignano in tractatu de pluralitate beneficiorum, maximè in colum. 2. vbi concludit quod de iure communi vnus non potest habere duos titulos beneficiales Ecclesiasticos extra casus in iure expressos, & adducit optima fundamenta in proposito. Extant insuper sanctorum ac grauium virorum commentaria, quibus hanc pluralitatem beneficiorum damnant, eamque animabus periculosissimā esse demonstrant optimis ac vrgētibus rationibus, quas hic trāscribere nolo: patent enim volentibus legere eas in tract. cōtra pluralitatem beneficiorum, quem ædidit singularis vitæ, ac magnæ doctrinæ vir Dio. Cartusi.

Dion. Cartu.

Dion. Cartu.

Cartusi. præ. maxime in 7. arb. postquam ad totum 11. Posuit etiam aliqua notanda in proposito alter Cart. antiquior Dionys. in lib. suo de vita Christi, in cap. 68. de amb. & quibusdã aliis defectibus clericorũ. Firmat hoc etiam apertè diuus Bernard. in epist. 271. ad Comitem Theobaldum vbi tradit honores & dignitates Ecclesiasticas debere dari ijs qui eas dignè ac secundum Deum 4 administrare velint & possint. Neque licere cuiquam habere plures in pluribus Ecclesijs, nisi dispensatione ob magnã vel Ecclesiæ necessitatem, vel personarum vtilitatem. Et vide in proposito Beatum Thomam, in quolibe. 11. in artic. 15. 10. Maioris in 4. distinct. 24. in quæst. 6. & 7. vbi inter alia cõcludit quod tenẽs plura beneficia cum dispẽsatione, in qua non est rationabilis causa dispensandi, non est in statu salutis. Et vide Felin. in cap. 1. nume. 30. de cõstit. vbi dicit, quod licet Papa habeat potestatem dispensandi in omnibus statutis Ecclesiæ, sola voluntate tamen illud intelligitur, nisi lex positiua habeat in se quãdam rationem diuinam vel naturalem, vt est lex prohibens pluralitatem beneficiorũ, illic Abb. & alios. Scripsit etiam aliqua Gabriel in expositione canonis, in lectione. 28. in duabus vltim. col. vbi etiam ostendit quomodo dispensatio Papæ in b hoc non suffragatur, b nisi fiat ob necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ. Et vltra opiniones grauium & singularium Doctorum in ista materia miracula quædam referũtur per supradictos Doctores Cartusien. per quæ periculum habẽtium plura beneficia dignoscitur, quæ quidem à Christiano viro contemnenda non sunt. Nec enim æterna salus propter delicatiorem victum, & ornatiorem vestitum, seu ampliorem familiam, in dubio ponẽda est, essetque consentaneum, vt sicut patimur ob solam opinionem eorum qui medicinam scripserunt, sanguinem minui, pluraque alia nobis insipida & satis fastidiosa propinari, ne salus corporis periclitetur (cum sæpius eueniat ipsis medicis scriptoribus, aut alijs viuis qui ipsorum opinionem in nobis experiuntur, errantibus, nõ solum non liberari à morbo, sed eadem phlebotomia, qua sanari credebant, mori ac periclitari infirmos) sic sequendo opinionem sanctorum vel insignium doctorum ob salutem animæ pecunias minui, aliquaque & si corpori molesta, tolerare. Cũ ex hoc nullam nobis corpori nec animæ timeri possit periculum, sed animæ post obitũ, & corpori post resurrectionem certior & securior salus æterna promittatur. Relicta igitur animæ pœna supremo illi mortuorum ac viuorum iudici, qui solus intelligit delicta cunctorum: prima pœnarum quæ se offert in huius sæculi contentioso foro est, quod habẽs plu-

ra benę-

ra beneficia, quamuis simplicia, e quorum alterum sufficit per se ad vitam beneficiati, potest legitimè altero priuari. Hoc probat text. in c. Conquerente. de cle. non resi. secundū Abb. ibi, in 3. no. quod dicit valde notabile, & nunquàm obliuioni tradendum, & dicit esse casum solennem priuandi aliquē beneficio suo, licet velit in eo residere. Iustissima quidē est pœna ista, licet his temporibus infœlicibus inusitata, nō quia vires amiserit, sed ex negligentia aut auaritia superiorum, quorum aliqui in Sacrorum Canonū executione torpescunt, reliqui verò cum plures Ecclesias Episcopales simul aliquando, aut cùm vna Episcopali plura alia beneficia retineant, suique officiales, aut habeant aut ambiant plures dignitates siue beneficia, auaritia cæci aliorum cupidinem (& si Ecclesijs, clero ac diuino cultui pernitiosam) refrenare non satagunt. 6 Secundà est, quę in Cōcilio generali statuta fuit, vt habetur in capit. de multa, de præb. cuius verba sunt: Quicūque receperit aliquod beneficium curam habens animarū annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure priuatus: d & si fortè illud retinere contenderit, etiā alio spolietur: is quoque ad quē prioris spectat donatio, illud post receptionē alterius liberè conferat, cui meritò viderit conferendum. Et vlterius decernit text. idem esse obseruandū in personalibus. Fuit etiam extēsa pœna ista per iura Sexti & Clementin. primò ad regulares dignitates, vt in capitulo. Cùm singula, de præb. libro 6. Secūdò ad priorātus, vt in Clementin. 1. de supplenda neglig. prę-la. Tertiò ad vicarias perpetuas Ecclesiarum parochialium, vt in Clemen. vnic. de offic. vicar. Aduerte tamen quòd si alicui 7 conferantur duo curata simul & semel, tunc datur sibi optio secundum Abb. ibi, colum. 3. versic. In ea glo. licet alij secundum eum tenuerint, quod non valet collatio. Quādo verò aliquis cālore iracundiæ reciperet secundum beneficium curatū, non vacaret primum, si incontinenti pœnituit eum, secundū eundem, ibi. dict. col 3. versic. Extra casum. Pœna verò ista 9 vacationis primi beneficij, nō vendicat sibi locum, nisi post habitam possessionem pacificam secundi beneficij, ita credit Abb. indistinctè, vbi sup. colum. 4. ver. in ea glo. Sed hæc 10 quidem pœna, de qua in d. c. de multa, nouissimè & singulari zelo adaucta est per Ioann. 22. in sua extrauaganti execrabilis: e quæ sub titul. de præb. e collocata est, in. §. qui verò. vbi cauetur, quod qui receperint deinceps dignitatē, vel personatum, seu officium, aut aliud beneficium) animarum curam habens annexam, si antea habebat aliud simile beneficium si illud primum quo noscitur esse priuatus ipso iure, postquā habuerit possessionem secūdi,

vel

vel per eum steterit quominus habeat omni fraude & dolo cessantibus, non dimiserit in manibus ordinarij absque more, dispendio, verbo & facto sine fraude, & sub publico testimonio, ipso iure & ex tunc est priuatus dicto secundo beneficio, quod recepit, & quod durius est, reputatur inhabilis ad sacros ordines suscipiendos & ad habēdum quodcunque beneficium Ecclesiasticum, quas duas pœnas inhabilitatis ad ordines sacros & beneficiū incurrit etiam ipso facto: vt voluit ibi glos. Zenze. in verbo *ipso iure*. in fin. verbis. Et vide quatuor requisita vt procedāt pœnæ dictorum iurium, videlicet c. De multa. & extrauagantis execrabilis, per Staphileum in tract. de gratijs expectantiuis in tit. de qualitate & statu benefici. in §. quarto requiritur. vsque ad §. 4. & vltim. & habes nunc illum tractatum in tomo quarto sexdecim voluminū impressorū Venetijs.

A *Plura beneficia.* Adde quod cum huius capitis argumentum latius pateat, quam vt breuibus possim illud concludere, satis erit si legentibus veluti manibus dixerim, ea loca, in quibus pingui minerua tractatū reperient. Legant igitur Ioan. de Lign. in tractat. de pluralit. benefi. numero 1. Curt. in eodem tractat. per totum Ioann Nicol. Simō. in ipsomet tractatu, nu. 1. vsque ad num. 22. Lamb. in tractat. iuris patrona. 1. part. 2. *li.* 7. quæst. pri. articulo quinto. Paul. Parisi. in cap. cum Ecclesiastica. nume. 5. de excess. prælato. Augu. quæst. suis. q. 8. numer. 1. Aluar. Pelagi. de planctu Ecclesiæ, artic. 9. in fine Domi. Soto lib. 3. de iusti. & iure. q. 6. articulo. 3. Petrum Rebu. in pract. benefi. tit. de dispensati. ad plura beneficia, pagin. 366. vbi decē rationes cōgessit, propter quas prohibita est beneficiorum pluralitas. Et vide egregiam. l. 3. titulo. 16. par. 1. vbi latè Gregori. in verbo, *Otro.* & nouissimè concil. Tridenti. sess. 7. cap. 4. & sess. 24. cap. 7.

Non suffragetur. Vide latissimè Domi. Soto, & Petrum Rebuff. in locis nouissimè allegatis & Martin. Nauar. in manu. confess. cap. 25. num. 129. & in tract. de oratione. capit. 22. numero 75. B

Quamuis simplicia. Adde glos. sing. in capit. dudum. in 2. de elect. quæ scribit etiam simplicium beneficiorum pluralitatem esse prohibitam, quam Abb. & Scribentes ibi sequuntur, & communem esse fatetur Martin. Nauar. in manu. confessor. cap. 25. num. 125. & probatur in cap. conquerente. de cleri. nō resident. tradit. S. Tho. quodlibet. 8. artic. 19. & quodlib. 9. artic. 19. quæ opinio canonizata est hodie in Concil. Triden. sess. 24. c. 17. de reform. Et Cardinalium Sacræ congregationis fulcita testimonio his verbis asseuerantes. [Plura beneficia non possunt obtineri, C *Decretū Cardinalium.*

licet sint simplicia sine dispensatione Papæ.] Circa quod admonendi sunt impetrates, qui aduersus Sacrorum Canonum instituta plura beneficia etiam simplicia cõsequi affectant, nõ equidem securi sunt, etiam si in supplicationibus suis Pontifici Maximo oblatis, alia beneficia habere fateantur, & ipse petita beneficia cõferat, minimè equidem cum ipsis dispensare censetur. Nam aliorum beneficiorum expressio, solùm operatur, quod gratia subreptitia non censeatur. text. insignis in capit. non potest. de præbend. in sexto, quod multis rationibus probat. Martin. Nauarr. in tractat. de oratione, capitulo. 22. num. 64. vbi nume. 10. 67. latè disputat, quod beneficium dicatur sufficiens, ne aliud habenti illud conferatur.

D *Ipso iure priuatus.* Vide Concilium Tridentinum, sessione. 24 cap. 17. cuius verba ponderans Martin. Nauar. in manuali confessor. cap. 25. numer. 129. [Quatenus dicit cogãtur omnino, &c.] Dicit neutram Ecclesiam ipso iure vacare. Sed fallitur in hoc vir egregius, cũ à iure antiquo sine nouo expresso recedere nõ liceat. l. præcipimus. C. de appellati. & loquitur expressè cõtra aliud decretum eiusdẽ concilij sessione 7. capitulo quarto. [Quicunque (inquit) de cętero plura curata, aut alia incompatibilia beneficia Ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, siue cõmẽdæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine, & titulo, contra formam Sacrorum Canonum, & præsertim Innocentij Tertij, quę incipit de multa recipere, aut simul retinere præsumpserit, beneficijs ipsis, iuxta ipsius cõstitutionis dispositionem, ipso iure, etiam præsentis canonis vigore priuatus existat.] Nec verba d. c. Nauarro his suffragantur, quia Concilij Sacrum ibi loquitur, ante lapsum sex mensium, de ea coactione, quæ intra tempus illud à iudice facienda est, quo elapso, locus est dictæ pœnæ, vt ibi etiam diffinitur.

Con. Trid. sess. 24. cap. 17. de refor. contra Mart. Nauar. opinione interpretatur

Non vacaret primũ. Vide Cardinalem in Clementin. 1. oppositio. 1. de offi. Vicarij. Felinus in capitulo, sicut ex literis. numero quarto. de iure iurando. Deci. in l. quidquid calore. ff. de regul. iur. Andr. Tiraquel. in tractat. de pœnis. cauſ. 1. numer. 29. E

Extrauagans execrabilis. De qua cõstitutione meminit Petrus Rebuff. in d. pract. de forma signaturæ simp. prouisi. versi. aut per constitutionem. pag. 144. vbi dicit, quod si dicta extrauagans constitutio ad vnguem seruaretur non essent tot in veneficijs plurales. E

Quorum aliqua patres eorum nullo mediante possederunt.

CAPVT, XLVIII.

1 *Beneficia Ecclesiastica hæreditario iure non deferuntur.*

2 Si

2 *Si Sacerdos inſticuantur in Eccleſia, in qua pater eius miniſtrauit, ab ea eſt amouendus.*

3 *Filius etiam legitimus non poteſt in beneficio patris ſuccedere.*

4 *Differentia egregia, inter filium legitimum, & illegitimum circa iſtius cap. materiam conſtituitur.*

1 ADeò enim ſacrorum canonum conditores ſucceſſionem ſeu hæreditariũ ius in Eccleſiis Dei abhorruerunt, vt Innocentius Papa 11. Apoſtolica autoritate prohibuerit, ne quis Eccleſiæ præbendas, præpoſituras, capellanias, aut reliqua officia hæreditario iure valeat vendicare, aut expoſtulare præſumat, ſtatuẽs quod ſi quis improb⁹ aut ambitionis reus hoc attẽtare præſumpſerit, debita pœna mulctaretur, & poſtulatis. 8. q. 1. ſi verò aliquis
2 iſta cõtemnẽs ad huc in Eccleſia, in qua pater eius miniſtrauit, inſtituatur, pœna eius eſt vt
a ab ea amoueatur: a vt ſtatuit Alex. Tertius in cap. ad præſentiam. cum duobus ſequent. & in cap. quoniam. & in cap. ad extirpandas de fil. presbyt. niſi media interceſſerit perſona, vt in dict. cap. Ad extirpandas. &
3 in cap. ex tranſmiſſa. eo tit. Aduertendum præterea eſt, quod licet iſti clerici, cõtra quos hæc denuntiatio facta eſt, dicantur eſſe illegitimi, tamẽ quoad noſtrum propoſitum, etiã ſi quis ſit legitimus non poteſt ſuccedere patri in beneficio, quod ipſe poſſedit nulla perſona mediante, vt per glo. Archi. Domi. & Præpo. in dict. cap. Apoſtolica. Et probat etiam textquem ibi dicit ad hunc caſum expreſſum Anton. in 5. not. in dict. capit. extirpandas. & not. Anton. poſt Hoſt. in ca. ad hæc eo. tit. & Deci. in cap. inter cæteras. col. 2. num. 4. de reſcrip. vbi in hac materia benè loquitur. Differunt tamen in hoc 4
proposito quo ad alium articulum: quod illegitimus filius non poteſt præfici in Eccleſia, in qua præeſt pater de præſenti, vt habeat alium canonicatũ vel præbendam, licet poſſit eo mortuo habere, dum non ſuccedat in beneficio paterno: legitimus verò poteſt inſtitui in Eccleſia, in qua pater præeſt, etiam eo viuo, in diuerſo beneficio, b vt not. in dict. glo & per b
Domi. & Præpo. ibi. Si autẽ iſti immediatè ſuccederent in beneficijs filiorum ſuorum, non priuarentur eis, cùm non reperiatur prohibitum, patrẽ filio ſuccedere, c in hoc caſu, prout c
communiter in hoc reſident Docto. in dict. capit. ex tranſmiſſa. vt Præpo. aſſerit in dict. cap. Apoſtolica. licet contrariũ tenuerint Hoſtien. & Archid.

A B *ea amoueatur.* Adde Concil. Trdentin. ſeſſ. 25. cap. 15. cuius ſingularia verba hæc ſunt. [Vt paternæ incontinentiæ memoria, à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitaſque decet longiſſimè arceatur, non liceat filijs clericorum, qui nõ ex legitimo nati ſunt matrimonio, in Eccleſijs, vbi eorum parentes beneficium

A *Declaratur.* *Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 15. de reform.*

ficium habent, aut habuerunt, quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, neque in dictis Ecclesijs, quoque modò ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinet, vel aliàs obtinuerunt habere. Quod si in præsenti pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare intra Ecclesiam intra trium mensium spatium, alias ipso iure eo priuatus existat: & super ijs quæcunque dispensatio subreptitia censeatur. Ad hæc reciprocè resignationes, si quæ post hæc à parentibus clericis, in fauorem filiorum, vt alter alterius beneficium consequatur, in fraudē huius decreti & canonicarum sanctionum factæ omnino cēseantur: nec collationes secutæ vigore huiusmodi resignationum seu aliarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis clericorum filijs suffragentur.] Hactenus sacrosancti concilij decretum.

Circa quod & huius capitis pœnas, illud animaduerti oportet, quod nō tantum filius clerici, sed nec nepos obtinere potest beneficium, in quo auus fuit præfectus, siue (vt cum nostris loquar) ministrauit. glo. not. in ca. ad exstirpandas. de filijs presbyte. & in capit. presbyterorū. 86. dist. Abb. & Doctor. in cap. 2. de arbit. & in capit. accedens de accusa. Guil. Benedi. in c. Raynūtius. in verbo, Et vxorem. num. 693. de testam. Fieret equidem manifesta fraus Concilio, alijsque canonicis decretis, nam qui non posset filio dare, minimo negotio nepoti concederet. Quod procedit in nepote legitimo nato ex spurio vel spuria: quia is etiam excluditur: vt in d. ca. ad exstirpādas. quod ita interpretatur Petr. Rebuff. in pract. benefi. de dispēsa. super defect. nata. num. 27. dicens Tolosanum Senatum ita iudicasse. Si verò pater in Ecclesia de facto ministrauit, huic prohibitioni locus non est.

Est tamē singulariter notādum, Sacrosanctum Cōcilium non procedere, quando pater decessit, ante eius publicationem, vt declaratū fuit ab Cardinalibus, qui Tridētini interpretationi præsunt his verbis, [Filijs presbyteri, decreto Cōcilij Tridentini cap. 15. sess. 25. non prohibentur, retinere beneficium legitimè obtentum, in eadem Ecclesia, in qua fuit Beneficiatus eorum pater, qui antè publicationem eiusdem Concilij Tridentini è vita migrauit.

Diuersa beneficia. Adde quod opinio ista in practica seruatur, vt testatur Rebuff. in loco nouissimè allegato. num. 39. pag. 411. quo loco scribit, nūquàm vidisse peti dispensationem ad obtinendum canonicatum à filio legitimo, in ea Ecclesiæ, in qua pater aliud habet. Et ideò filij legitimi Canonici esse possunt, in ea Ecclesia, in qua pater Episcopus

Episcopus est vel Canonicus. Quæ opinio verissima est testante dicto decreto Trid. Cōcil. quia illud tātum loquitur, de illis clericorum filijs, qui nō ex legitimo nati sunt mætrimonio, circa legitimos verò, nihil ex iuris communis sanctionibus immutatum est. Et ideò ab eo iure recedendum non est l. præcipimus. in fine, C. de appel

C *Filio succedere.* Vide Petrum Rebuff in dict. tit. de dispen. super defect. natali. num. 29.

In pluribus eorum intrusi.

CAPVT, XLIX.

1 Intrusus in beneficio, quis dicatur. 2 Clericus, qui scienter se in beneficio curato intrudit, qua pœna puniatur.

1 INtrusus in beneficio ille dicitur, qui obtinet illud sine autoritate eius, ad quem de iure spectat collatio, notat Abb. ex text. ibi. in cap. Quia diuersitatem. in 2. not. de concess. præben. Et allegat. text. ad idē, in cap. ex frequentibus. de insti. & ponit Felin. in cap in nostra. in 2. corollario, de rescrip. qui idem dicit in eo, qui intrat cum titulo habito à superiore excōmunicato vel interdicto, vel publicè suspenso, allegat text. in cap. Tanta. de excess. prælat. Et allegat Dominic. in cap. propter vlt. col. 19. distinct. a ponentem sex modos, a quibus quis dicitur intrursus in beneficio. & vide eundem Felin. ponētem septem, in capit. Veniens. numer. 3. de accusa. Clericus autem, qui scienter, iniustè intrudit se in beneficio habente curam animarum, ipso iure priuatus est beneficio b simili cum cura, quod habebat, vt in capit. cū qui. præben. in 6. b

Sex modos. Adde Feli. qui octo modos narrat, in capit. veniēs in 2. not. de accusa. quos refert. Ioan. à Selua in tract. de benefi. 11. q. 3. par. Ludo. Gome. in regal Cancel. de subrog. collitigan. glo. 4. pag. 330. A

Priuatus est beneficio. Adde q si is illud impetrauit, non facta mentione intrusionis, non valebit impetratio, vt firmat Felin. in capit. postulasti. in fine, de rescrip. Sequitur Ioan. à Selua in dict. tract. de benefi. d. q. 11. & Male. in tract. de elect. in fine. Et nota, quod in pœnam & huius criminis detestationē, intrusus non subrogatur in ius alterius habentis in beneficio ius legitimum. cap. cùm iam dudum. & ibi Doct. de prebēd. Sed pœnam hanc effugiet qui possessionem beneficij dimittit antequam petat, se in alterius ius subrogari, vt benè scribit Rebuff. in dict. reg. de subrog. collitig. num. 25. B A

Viuis possessoribus eorum.

CAPVT, L.

1 Impetrans beneficium viuētis est ab Ecclesiastica communione pellendus.

2 *Deponitur qui viuentis beneficium impetrat.*

3 *Impetrans viuentis beneficium est infamis.*

4 *Cum impetrante beneficium viuentis, solus Papa dispensat.*

5 *Occupans beneficium viuentis, si postea vacāte beneficio impetrat illud à Papa, non facta mentione de inuasione præterita non valet collatio.*

1 QVi viuorum Sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt Ecclesiastica communione pellendi, a qui se passi sunt successores viuis Sacerdotibus adhiberi. verba sunt text. in ca. 1. de concess. præben. Vbi vide 2 glos. tenentem quod vltra hoc debet deponi, allegat tex. in ca. in primis. 2. quæst. 1. sequitur Abb. ibi per eundem text. qui tamen loquitur in eo, qui in locum viuentis Episcopi procurauit subrogari, vnde non videtur generaliter inducendus cōtra quemlibet clericum, qui viuentis obtinuit beneficium. Lōgè enim grauius delinquit, qui Episcopatum, quam qui beneficium viuentis ambit & vsurpat. Allegat præterea glos. in dict. capit. 1. ad hoc, text. in cap. non furem. & in cap. Eum qui 7 quæst. sed text. in dict. ca. Non furē, nihil probat de depositione. Et text. in cap. Eum qui. solum dicit, quod qui recipit archidiaconatus honore deponitur, & si vlterius in loco eodē ministrare præsumit, priuatus est participatione sacræ communionis. Vnde non probat quod deponatur nisi à b beneficio b quod recipit: non ergo intelligat iudex, dū gl. ff. & Abb. simpliciter dicūt, quod est deponendus, quòd deponatur ab officio, quia hoc nullibi probatur iudicio meo. Patitur 3 ptætereà & aliam pœnam occupans viuentis beneficium, q efficitur infamis. Ita Abb. vbi suprà, per text. in cap. Audiuimus. 3. q. 2. Sed salua eius authoritate, ille etiam text. loquitur in eo, qui inuasit Episcopatum viuentis, nō verò in casu nostro. Et subdit præterea 4 Abb. ibi, quod talis clericus nō potest amplius illud beneficiū obtinere, & quod credit quod solus Papa potest eum eo dis- 5 pensare: Imò plus dicit notandum, quod taliter occupās beneficium viuentis, scienter faciendo se instituī, si postea vacante tali beneficio impetrat illud à Papa, non facta mentione de inuasione prætērita, non valet collatio c tanquàm sub- c reptitia, ad quod etiam facit quod dicit Feli. in ca. in nostra. 2. corollario. nu. 26. de rescrip. Et vide tu Hispane, legē 13. tit. 16. par. 1. quæ disponit quod recipiens beneficium viuentis perdit, & nūquàm debet aliud habere, & iudex qui priuat eū beneficio, & restituit viuenti, potest pronuntiare illum infamem. Et posteà ponit duos casus, in quibus impunè recipit quis beneficium viuentis.

a *Communione pellendi.* Adde A quod ratio huius prohibitionis ea est potissima, quia Ecclesiastica beneficia perpetua esse debent apud possessorem.

rem.cap.satis.56.dist. nec quis sine causa beneficijs priuari debet.capit.inuentum.16.quæst. 7. vnde illa possessore viuente impetranda nō sunt. Alioquin apud possessorem minime essent perpetua. Et ea ratione collatio beneficij viuentis ab ordinario facta non tenet.tex. in cap.post electionem.de concessi.præbend.vbi Abb.not.3. nec acceptatio talis beneficij. cap.nec captandæ. de concessi. præben.libro.6 Clem.vni. eo. tit.tradit Guid.Pap.consi. 107. Nec firmitatem obtinet præsentatio talis beneficij.capit.illud.de iure patrona. glo.in ca. fin.de elect.lib.6.tradit Petrus, Pau.Pari.cons. 112. colum. 1. volum. 4. Rochus de Cur. in tract. iuris patronat. in verbo, Honorificū.q.53.Paul.de Citodi.eodem tract.6. part. arti. 3. quæst. 41. Petrus Rebuff. in pract.benefi.de reproba. benefi.viuen impetra. glo. 7. num. 26.vbi differit,quid iudicandū erit, quādo præsentationis tēpore beneficium nō vacat, sed tēpore prouisionis: an ea prouisio valida sit iudicanda. Et huiusmodi prohibitio extenditur ad commendam, nempe vt beneficium viuentis nō possit alteri commendari, quando commenda à Summo Præsule facta est:vt scribit Cassādor.decis.3.sub tit.de præbend. & ratio est, quia talis commenda quæ fit ad vitam, pro legitimo titulo habetur.glo. in pragma. Sancti. rub. de pacifi. possesso. in verbo,titul.facit text. in cap. dudū in 2.de elect. Petrus Rebuf.in tract.de pacif. possess. in concord.5. Amplia. nu.35. secus vero si commenda ab ordinario facta esset,ad ex menses, quia ordinarius benè potest conferre beneficium illud,cum lapso illo tempore, commēdatarius nullū ius in eo habeat. cap. nemo.de inceps de elect. lib.6.Nec beneficij viuētis collatio cōualescit, si postea is cuius beneficium collatū est moriatur. Quia temporis tractatu minimè firmatur, quod nullū est ab initio.reg. non firmatur. de regul.iur.lib.6.reg. quod in initio.ff.eo.Sic not. Barba. in cap.cōsultationibus,1.not. per illum text. de donationi. Nec firmatur talis collatio,etiam si consuetudo sit in contrarium, quia talis consuetudo non valeret, cum bonis moribus sit contraria.Ita tenet Ioan. Imo. in cap.2.de cōcess. præben. Gome.in tegu.Cancel.20.q.3.in fine.Rebuff.in dict. glos.7. nu. 42.& ea ratione mirandum esse dicit,tot homines (maximè curiales) viuentium beneficia ambire.

A beneficio. Adde Petrum Rebuf. in loco nouissimè allegato. num. 12. vbi aut orē nostrū allegat & sequitur. Nec ab huiusmodi pœna excusabitur, ignorantiæ prætextu is qui tale beneficium viuentis impetrauit. Nam licet ob ignorantiam excusetur ab alijs pœnis, nempe Ecclesiasticæ excōmunicationis incursu, infamiæ nota, & cæteris iure statutis,

quo ad firmitatem tamen impetrationis, & nouæ prouisionis nunquàm ignorans excusatur. Ita sing. tenet Deci. in l. num. 17. C. de pact. qui allegat Abb. in cap. 1. de concess. præben. Ponderando verbum maximè appositum ab eo, quo loco fatetur Deci. ita fuisse iudicatum in consilio Delphinatus Franciæ, cùm ipse ibi adesset. Et ita in facti contingentia interrogatus cõsuluit. cons. 398. num. 2. Sequitur Ludo. Gome. in regu. Cancellariæ, de impetra. benefi. viuen. q. 3. in prin. Gregor. Lup. in l. 13. tit. 16. in verbo, Otro. par. 1. & ita tenendũ est quidquid inuoluat Rebuff. vbi supra. num. 51.

Erit etiam dictæ pœnæ obnoxius, qui non viuentis, sed potiùs mortui beneficium impetrauit, quando tantum tempus non effluxerit, intra quod potuerit verisimilis notitia mortis haberi, vt expressè diffinitum est in Reg. Cancel. 28. condicta primum à Ioann. 23. deinde à successoribus eius cõfirmata. Sed quid si eadem die qua quis moritur beneficium impetretur, an præsumatur, vt non sit locus pœnæ huius capitis post mortem impetratũ fuisse. Qui quidem casus Bonifacij Octaui Pontificis Maximi extrauaganti constitutione decisus est, quæ habetur in libro Bullarum Rothæ. cap. 152. & ea est diffinitum, quod omnes impetrationes factæ vel in posterum faciendæ, etiam motu proprio, q. arũ data sit eiusdem diei obitus, nullius sint momenti, & omnes effectus, qui ex eis sequuntur. Quod tamen Bonifacius limitat in beneficijs extra curiam vacantibus: secùs verò in beneficijs, quæ in Romana curia, vel in locis vltra duas legales dietas à dicta curia non stantibus vacauerint, in quibus tales impetrationes valere voluit: quam constitutionem refert Gomezi. vbi paulò ante allegaui. q. 7.

Is verò qui scienter viuentis beneficium contulerit, à pœna minimè est immunis, quia amplius illud conferre minimè poterit, cùm delinquat. & delinquentes priuatur collatione. cap. cùm in cunctis. cap. super eo. de electio. & conducit text. in l. quidam. in fine, cum lege sequen. ff. de dona. vbi donans bona proximi viuentis, priuatur illis bonis, tanquàm indignus. Sed cum pœna hæc in iure expressa minimè reperiatur, quæ cum priuationis sit, nunquàm imponenda est. glos. & Doct. in cap. fin. de iure patrona. opinio contraria verior videtur, quàm tenuerunt Innoc. & Panor. in cap. bone. in 2. in fine, de elect.

Excusabitur equidem multis casibus, à dicta pœna, qui viuentis beneficium impetrauit, nempe si beneficium vacat per non promotionem, vt in casu text. in cap. licet canon. de electi. li. 6. vel per hæresim, vt in cap. ad abolendam, de hæreti. cap. excommunicamus. §. credentes. ibidem. Aut per simoniæ labẽ, cum

Impetrans viuentis beneficiũ multis casibus excusatur.

cùm beneficium ipso iure vacet. vt in extrauag. cum de testabile. de simo. in communi. vel si beneficiū post professionem impetretur. ca. beneficiū. de regula. lib. 6. vel in alijs. Non sanè in his videtur viuentis beneficium conferri, cùm is qui illud obtinebat, sit ipso iure priuatus, licet ex aliqua causa ius habeat illud retinendi: valet tamen illius collatio. cap. licet Episcopus. de præben. lib. 6. capit. 1. de homi. ibi Abb. & alias excusationis causas congerit Rebuf. in d. gl. 7. & Fran. Mar. decis. 481. par. 1.

C *Collatio.* Adde Reg. Cācel. 20. idem quæ peculiari alia Cancellariæ regula sancitum fuit à Pio Quinto Pōtifice Maximo, in hæc verba. [Itē si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuētis vacāte prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio & quæuis alia dispositio dicto supplicanti, per obitum huiu smodi denuo facienda, nullius sit roboris vel momenti.] Idem scribit Deci. in l. fin. nume. 17. C. de pact. & consil. 398. num. 2. Insignis Gregor. Lopez in d. l. parti.

Et occasione laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audientia, beneficia Ecclesiastica sibi præsumpserunt vendicare.

CAPVT, LI.

1 *Clericus huius criminis reus ab officio & beneficio est remouendus.*
2 *Hodie autem ex Lateranensi Concilio, quæ pœna in hoc crimine imponatur.*

CLerici taliter habētes beneficia, si commoniti illa non resignauerint, ab officio & beneficio reddendi sunt alieni, 2 vt sancitum est in capit. 1 Relatum. de iure patronatus. Olim præterea, erat hoc per antiquos canones inhibitum, vt patet ex text. in cap. per laicos. 16. quæst. 7. vbi Alexander Secundus disposuit, quòd per laicos nullo modo quilibet clericus vel presbyter obtineat Ecclesiam. Gregorius præterea Septimus, & Paschalis, Romani Pontifices hoc ipsum etiam damnauerunt, disponentes, quòd qui contrarium faceret, excommunicationi subiaceret, præter id, quòd talis inuestitura irrita esset, vt Gregorius idē decreuit, & habetur in ca. quoniam. & in capit. si quis clericus. eadem causa. & quæst. Hodie verò in Concilio Lateranēsi sub Leone Decimo celebrato, in sessione. 10. in bulla, contra exemptos ædita. in § Et quia sæpius dispositū est, quòd collationes beneficiorum factę à domicellis, principibus, & 2

nobilibus sub colore iuris patronatus, quod habere confingunt in beneficijs Ecclesiasticis nullo priuilegio Apostolico suffulti, sine ordinariorum collationibus, & literis, & absque aliquo saltem colorato titulo, nullæ & itritæ esse decernuntur: & quòd illis vtentes reddantur inhabiles, ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per sedem Apostolicam fuerit dispensatum.

A Spræterea. in 2. de iure patrona quo loco scribit, quod si quis beneficiū aliquod impetrauit, si in supplicatione non non expressit, se prius à laico habuisse, nō tenet impetratio, quia si Summus Ecclesiæ Præsul hoc compertum haberet, non ita concessisset, cùm propter crimen ab eo commissum, condignis pœnis esset plectendus, quod circa caput hoc summè notandum est.

Vacaturi. Adde. Abb. in ca.

In nullo beneficio residet.

CAPVT, LII.

2 Beneficia omnia personalem residētiam requirunt.
2 Consuetudo an valeat excusare quā a residentia.
3 Clericus in beneficio nō residens, quæ pœna puniatur.
4 Beneficium Clerici vagabundi alteri conferri potest.

1 BEneficia omnia tam ratione naturali (quę dictat homines illis obsequia præstare, à quibus ob id stipendia recipiunt) quam communis iuris dispositione residētiam requirunt, de his enim quæ animarum curam exigunt, a planum a est. De beneficijs verò simplicibus idem esse firmat Panormi. in capitulo, quia nonnulli. de cleri. non residentibus, per tex. in capit. super inordinata. de præben. Consuetudo autem, quæ ferè semper bona opera 2 minuit, & secordiam ac inertiam in hominibus alit cùm à maiori parte eorum quæ non semper iustior est oriri, ac foueri soleat, iam inualuit, vt hæc simplicia beneficia residētiam non requirant, quā in his Doctores admittendam scribunt, b ab illaque excusari beneficiatos tradunt, cùm per alios Ecclesijs debita præstentur obsequia. Generaliter autem vide quinque casus, in quibus nulla consuetudo excusat non residentem per Felin. in cap. Cùm 3 omnes. colum. 17. & 18. de cōsti. num. 54. Pœna autem clerici non residentis in beneficio (etiam modicæ æstimationis) est, quòd illo priuetur, c vt in cap. Conquerent, de clericis non residentibus. Et ibi Innocent. & Abba. notant ex eo, Quod procedit etiam in casu quo abesset clericus ex iusta causa, quia posset priuari, si monitus pro necessitatib⁹ vel vtilitatibus Ecclesiæ suæ venire recusaret. Notat Inno. in capit. Ex tuæ. de cleri. non resi. argumento text. in cap. Sicut autē, Et in cap. Absit. 11. q. 3. Quando verò beneficia non requi-

b

c

runt

tunt residentiam, si clerici vagantur, sufficit delictum vagationis ad priuationem, notat Inno, in d. cap. Ex tuæ. allegat text. in cap. Non oportet. cum sequenti. 7. q. 1. Pro quo facit gloss. in capit. Non oportet. de consc. dist. vlt. quam dicit singularem & alibi nō repertam Corsi. in sing. in verbo vagabūdus, ad hoc quòd si beneficiatus est vagabundus & tandiu absit, & dubitetur an viuat, an mortuus sit, poterit beneficiū eius conferri alteri, quod corroborat pluribus notandis cōclusionibus, quæ procedunt in vagabundis. Modum autē procedendi ad priuationē d in hoc casu breuitatis affectu hic tradere prætermissi, facilè erit requirentibus inuenire.

A QVÆ animarum curam exigūt. Vide de hac personali residentia multa lectu nō indigna per Caieta. 2. 2. q. 185. artic. 3. Ioan. à Driod. de libe. Christi. pag. 204. Bart. Carran. de Miranda Archiepiscopum Toletanum in controuer. de necessar. residen. Episcop. aliorūque inferiorum pastorum, quā apud Tridentinum Concilium habuit Domi. Soto in calce eius operis, cui titulum fecit de natura & gratia, & latissimè lib. 10. de iusti. & iure. quæst. 3. artic. 1. cum multis sequentibus, qui magnis rationibus probat hanc personalem residentiam diuino iure institutā esse. Quod verissimum censeo, quia diuinis legibus Prelati nec non alij inferiores pastores tenentur pascere commissum sibi gregē: nam decimæ ideo illis dantur, vt spiritualia ministrent, & sint in hac Domini vinea, operarij digni mercede, vt probatur Matth. & Lucæ cap. 10. quod eis minimè conueniet, si per vicarios eas operas exhibuerint. Quod hodie manifestissimè probatum est in Sacro sancto Concilio Tridentino, sessi. 23. cap. 1. de reforma. & sess. 6. capit. 1. ita vt iā nullæ controuersiæ locus sit.

Admittendā scribunt. Vide tex. B cum glo. in cap. cùm omnes. de consti. glo. in cap. dudum. in 2. in verbo, Retinere. de electione. & in cap. gratia, in verbo, De iure. de rescrip. lib. 6. & in cap. conquerente. in verbo, Seruat. de cleri. non resident. & in cap. vlt. in verbo, Fructus. de rescrip. lib. 6. tradit Abb. in cap. extirpandæ. §. quia verò. num. 15. & num. 31. de præbend. & consil. 96. num. 2. volu. 2. Ioann. Imo. in cap. quia nōnulli. num. 6. de cleri. non residen. Rochus de Cur. in cap. vlt. num. 500. de consuet. Felin. in cap. dilectus. in 2. col. 1. de rescrip. Alex. consil. 1. num. 2. lib. 7. Nicola. Mil. in reper. in verbo, beneficium. quæst. 33. Petr. Paul. Paris. consil. 32. lib. 4. Ioan. de Selua in tractat. de bene. 4. par. q. 2. numer. 1. qui amplissimè materiam istam differunt, & examinant.

Illo priuetur. Vide egregiam. l. 16. & 17. tit. 6. par. 1. Hodie autem in Concilio Tridentino nouissimæ pœnæ contra non residentes

residētes statutæ sunt: nam sessio. 6. cap. 1. de reform. sancitum est. quod Patriarchæ Primates, Archiepiscopi Episcopi, siue qui, quocunque titulo vel causa cathedralibus Ecclesijs fuerint præfecti, quacūque præfulgeant præeminentia, legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus, si sex continuis mensibus extra suam diœcesim morando abfuerint, quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ Ecclesiæ pauperibusque loci per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso iure incurrunt. Si tamen per alios sex mēses in absentia perseuerauerint, aliam quartam fructuū similiter applicandorum amittunt. Quod si vlterius pertinaci animo in eadem absentia perseuerauerint, vt seuerioribꝰ pœnis coerceantur, & puniantur Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum vero absentem Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ ipso iure incurrenda, infra tres mēses per literas, seu nūtium, Romano Præsuli Sanctissimo nūtiare tenetur.

Concil. Triden. sess. 6. c. 1. de refor.

Illi verò qui beneficia inferiora, siue de iure vel consuetudine residētiam requirentia obtinuerint, siue in titulū, siue commendam, opportunis iuris remediis, ab ordinarijs, vt residеant, sunt compellēdi: neque eis priuilegium, vel indultum, perpetuum de non residendo, suffragari debet. Ita Conci. Trid. d. sess. 6. c. 2 de refor. sub Paulo Tertio Pōt. Max.

Sed cùm summè saluti Dominici gregis, pastoris residentia conueniat, dictum Sacrum Cōcilium, sub sanctissimo Pio Quinto celebrato, sess 23. c. 1. de reforma. seueriori constitutione, grauiores pœnas aduersus non residentes infligit. Nam Sacrorum Canonum & Conciliorum decretis inhærēdo declarat, præfatos omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, etiamsi Cardinalatus dignitate sint cōdecorati, obligari ad *personalē* residentiam, *in* suis Ecclesijs, vel diœcesibus, vt iniuncto sibi munere fungi teneātur: neque posse abesse, nisi ex causis & modis ibi *diffinitis*. Si verò tā Sacrosanctam, tam salutarē cōstitutionem violauerint (quam nec transuerso quod aiunt vnge transgredi licet) mortalem culpam contrahunt, & pro rata temporis, fructus suos non faciunt, nec tuta conscientia, etiam absque aliqua declaratione, eos sibi ipsis possunt detinere, quod si indurato animo, eos retinuerint, superior Ecclesiasticus debet Ecclesiarū fabricis, aut pauperibus loci erogare, omni cōuentione vel expositione prohibita. Quæ quidem pœnæ omnes, aduersus curatos inferioresque pastores, beneficia Ecclesiastica curam animarum obtinentia habētes, similiter dicto decreto statuuntur. Ita tamen, vt si

Concil. Triden. sessio. 23. c. 1. de reforma. enucleatur.

quando

quando ex iusta causa, ab ordinario cognita & probata, abesse cõtingeret, Vicarium idoneum, ab ipso ordinario approbatum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedẽdi autem facultas, in scriptis gratisque concedenda sit, nec vltra bimestre tẽpus, nisi grauis & vrgentissima causa contigerit. Quod si absentes per edictum citati, minimè comparuerint, liberum est & permissum ordinarijs (imò tenentur) seuerè per Ecclesiasticas censuras, & sequestrationem fructuum, & illorum substractionem, alijsque iuris remedijs, vsque ad priuationem cõtra eos procedere. Ita vt minimè à dicta residentia, & ab illius canonis excutione, priuilegio, licentia, familiaritate, exẽptione, etiã ratione cuiuscunque beneficij, pactione, statuto, etiam iuramento, vel alia autoritate confirmato, consuetudine etiam immemoriali excusantur. Quæ quidem Concilij decreta, duabus nouissimis constitutionibus Apostolicis seruari præceptum est: altera sub data Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ. 1564. septimo Kal. Decẽbris. Altera verò impressa est vna cum Tridentino Concilio quæ publicè circũfertur.

Concil. Triden. sessio. 23. c. 1. de reformat. eius dem.

Parochus ex causa iusta abesse potest à beneficio absque ordinarij licentia.

Illud verò circa dictũ decretum notandum censeo, nempè parochum impunè abesse posse, absque aliqua licentia duos menses, ex causa quæ sibi iusta videatur, quia antiquo iure licebat, à quo nõ est recedendũ, sine nouo iure expresso. l. præcipimus. in fine. ca. de appella. Tum qui Episcopo, qui fortiori vinculo residere tenetur, permittitur, & concilio cautum est: vt in curatis & inferioribus eadem omnino seruentur quæ in Episcopis. Ità tenet insignis Mart. Nauar. in manuali confessor. cap. 25. nume. 221. & ita non semel consului & obtinui, licet quidam imperitus iudex, ex capite quidem (prout illi de more erat) contrarium iudicauit. Is autem qui residere tenetur, viginti & quatuor casibus à residentia excusatur, quos plenissima manu congerit Ioã. à Selua, in tract. de benefi. 4. par. q. 6. qui ferè omnes his cõprehenduntur.

A residẽtia in beneficijs ecclesiasticis 24. casibus excusabitur.

Primus, si quis sacratissimã Theologiam publicè profiteatur, vel ei operam det, ad quinquennium. text. in cap. fin. de magist. Nec Episcopi licentia necessaria est, quia ius eam cõcedit. Ita scribit Petrus Rebuff. in pract. benefi. titu. de dispensa. de non residen. nu. 25. Marti. Nauarr. in manu. confess. cap. 25. num. 120. quibus suffragatur tex. in cap. relatum. de cler. non resid. vbi alternatiuè loquitur, de licentia suorum prælatorum, vel studio literarum. Nec vltra dictum tempus, licẽtia potest concedi, nec aliquid operari, sic sancitũ est ab Cardinalibus sacrę congregationis his verbis asseuerãtes. [Licentia, vt quis abesse possit, causa studij, à seruitio suæ Ecclesiæ,

Decretũ Car. sacra congregationis.

vel

vel sui canonicatus, non suffragatur, vltra quinquēnium impetrata à die quo cœpit studere.] Idemque censendum est in prælectione vel professione sacrorum canonū: ita sing. tenet Archidi. in cap. 2. de priuileg. libr. 6. sequitur Abb. in d. cap. fin. si verò alias scientias profiteatur, Episcopi facultas necessaria est: in locis vbi consuetudo nō est in contrarium: vt traditur à Doctoribus in. d. capit. tuæ.

Secundus casus, qui legitimum absentiæ impedimentū præstat est, Episcopi obsequiū, quo ad duos canonicos & etiā alios, si id intendant quod in suæ cathedralis Ecclesiæ vtilitatem conuertatur. cap. ad audientiam. vbi Abb. num. 8. de cleric. non resid. Excusabitur etiam is qui est in seruitio legati vel Archiepiscopi. vt in d. ca. ad audientiam. capit. cum dilectus. cap. de cærero. vbi Doctores de cler. non resi. Id tamen quod de Archiepiscopo dicitur, intelligendum est, quo ad clericos suæ diœcesis, non autem suffraganeorum. arg. text. in cap. pastoralis. de offic. ord. cā. vni. de foro comp. lib. 6.

Tertius casus, in quo à fortiori quis à residentia excusatur, si contingeret aliquem à summo Pontifice euocari, tūc is optimo iure, per Vicariū poterit seruire. cap. cum dilectus. de cleri. non resid. Quod quidē verum est, quando principaliter absens est ad seruiendū, nō verò ad beneficia consequēda: ita tenet Angel. in summa, in verbo, clericus. 7. §. 2. minus tamen principalis intentio minimè nocet. vt fatetur sing. Nauarr. vbi suprà. Ex quo sequitur quod scriptor bullarū, aut procurator in Romanæ curiæ summo prætorio residens, minimè à residentia excusatur, cum ea absentia lucri sui causa contingat. text. in l. scriniarios. vbi Alexander & Iaſ. C. de test. mi. Reipublicæ enim causa eos abesse solum intelligimus, qui nō sui commodi causa, sed coacti absunt. l. Reipublicæ. l. nō verè. ff. ex quibus cauſ. maior.

Quartus casus, quādo absentia contingit generalis concilij gratia, nam qui concilio interfuerint omnes fructus suos faciunt, atque quotidianas distributiones quæ præsentibus dantur, quia præsentes censentur, & pro residentibus iudicantur. Etiam si Ecclesiarū statuta sint in contrarium. Ita decisum fuit in Concil. Constan. Sessione. 19. Idemque pari ratione defendi potest, si interfuerint Concilio prouinciali, vel Sinodali, Sinodo eadem equidem publica Ecclesiæ vtilitas versatur, necnon necessitas parendi, Sacrorum Canonum Decretis, maximi nouissimi Tridentini Cōcilij Session. 24. capit. 2. de reformatione, non equidem qui interesse tenentur proprium munus debet eis esse damnosum. l. videlicet. ff. ex quibus cauſ. maioribus. l. si seruus communis. §. idemque euidentius. ff. de tut. Quod nota. pro

Concilium Prouinciale Toletan. sub Reuerendiſ. Gaſper. Quiroga. Car. Archiep. Toletan.

Concilium Prouinciale Toletan. sub Reuerendiss. Gaspar. Quirog. Car. Archiep Toletan.

ta pro prelatis, aliisque interre-sentibus in Concilio prouin-cial. quod celebratur Toleti de-creto Reuerendissimi Gaspar. à Quiroga Cardinalis, & Tole-tani Archiepiscopi. Sunt equi-dem ad id congregati Episcopi omnes huius amplissimæ, pro-uinciæ hac die sanctissimę Na-tiuitatis beatissimæ Virginis Mariæ (quæ octaua est mensis Septębris) ann. Domini. 1582. qua hæc scribimus opus hoc ad secundam editionē parātes.

Quintus casus est, ob necessi-tatem maximam personæ, vt-pote si valetudine afficiatur cu-ratus, nam tunc per substitutū poterit deseruire capit. ad au-dientiam. de cleri. non residen. capitul. 1. & per totum de cle-rico ęgro. capit. vni. illo tit. in 6. facit l. si cui. § final. ff. ex qui-bus caus. maior. l. aut si valitu-dine. ff. de procura.

Sextus propter necessitatem Ecclesiæ, nā clericus, qui pro-pter necessitatem Ecclesiæ ab-sens est, poterit vicarium con-stituere: Etiam si residere iura-uit. capit. ex parte in 2. de cle-ric. non residen.

Septimus si interuenit licē-tia legitima gloss. not. in cap. inter quatuor. de cleri. non re-sidenti. & legitima causa ea di-citur, quæ datur ab eo, ad quē de iure competit, ex causa, bo-ni viri abitrio. Ita scribit Na-uarr. vbi paulò ante allegaui, Alij autem casus iure consti-tuuntur, sed quos supra scripsi sunt potissimi, & frequentius contingunt.

Octauus casus est, quando graues superueniunt inimici-tiæ, ita vt sine vitæ discrimine, parochus nō potest, in suo be-neficio residere, habita Episco-pi, licentia, abesse poterit, pro eo tępore quo inimicitiæ per-māserint, sed idoneus Vicarius interim Ecclesiæ prouidendus erit, sic decretum est, à Sacra congregatione Cardinaliū his verbis. [Habens canonicatum, & parochialem in qua nō po-test sine discrimine vitæ pro-pter inimicitias residere nō est cogendus, donec subest causa inimicitiarum in ea residere, sed ei est permittendum, vt in canonicatu resideat.] Et alio decreto sic dicitur. [Habens graues inimicitias in sua paro-chia, durantibus his, potest de licentia Episcopi ab ea, per an-num abesse, & interim debet ordinarius constituere Vicariū mercede congruenti, ex eius fructibus ei assignata qui in-seruiat dictæ parochiali Eccles.

Decretū Cardinal. Sacræ Congr.

Ad priuationem. Not. sing. D quod ad procedendum contra clericum ratione absentiæ à beneficio, nō est necessaria so-lennis citatio, neque solennis priuatio sed sufficit requisitio & spoliatio de facto, text. in c. ex parte in primo, vbi not. Abb. de Cleri. non residen. se-quitur Gregor. in l. 16. titulo. 16. in verbo, *Toller la eglisia* partit. 1. Et quæ forma debet seruari, circa hanc priuatio-nem: vide text. & doctores in dict. capit. ex tunc de cleri. non residen. & l. 17. titul. 16. par. 1.

par. 1. & Concilium Tridentinum. suprà allegat.

Cum parochiales ecclesias habeant intra annum non fuerunt promoti.

CAPVT, LIII.

1 Habens Ecclesiam Parochialem intra annum promoueri tenetur, aliàs ipso iure ea priuatus erit.
2 Annus, de quo in præsenti agitur quando currere incipiat.
3 Clericus, qui legitima causa subsistente, non potuit intra annum promoueri, isthius Capitu pœnam non patitur.
4 Episcopus monere potest promotum vt ordines intra annũ suscipiat.
5 Capellaniam obtinens intra annum promoueri non tenetur.

a 1 TAles sunt priuati ipso a iure, nulla præmissa monitione, ecclesia vel beneficio parochiali, vt in cap. licet canon. de elect. in 6. quod adeò procedit, quod nõ potest mora purgari anno elapso: quia pœna infligitur ipso iure, vt notat glost. an tepen. ibi, quam dicit notabilem Ancharra. 1. column. & postea in colu. final. versicul. quarto quæro, & voluit ante eum Ioann. Mo. ibi. 2 versi. Sed nunquid, & idem tenet ibi Philip. colum. 2. Annus prærerea, de quo in præsenti incipit ab eo tempore quo ipsius ecclesiæ regimen commissum extitit, & possessionẽ eius b pacificã b habuit prouisus, vel per eum stetit quò minus habuisset, probat text. in capitu. Commissa, eodem titul. Si autẽ 3 iusto impedimẽto non potuit clericus intra annum promoueri, non patitur istam pœnã, c vt ibi, per text. Et vide Ioan. Mona. in dict. cap. licet canon. versic. Sed quid. vbi notat esse legitima impedimenta ad excusandam pœnã priuationis, quòd Episcopus fuerit impeditus, vel non fuerit qui ordinaret eum, vel si Episcopus noluit eum ordinare. Crederẽ tamẽ, quòd si episcopus proprius qui non potuit vel noluit ipsum ordinare dabat ei facultatem vt ordinaretur ab alieno episcopo, quòd esset in culpa si non promoueretur. Consulerẽ prætereà clericis in casibus huiusmodi, quando impedimenta proueniunt ex persona episcopi, quod protestarentur d se d esse paratos ad ordines suscipiendos, vt euitemus doctrinas & opiniones doctorum in similibus traditas, de quibus per Felin. in capit. Ex transmissa. de præscrip. in column. 1. & 3. Alexandr. & Iaſ. in lib. 2. §. quod diximus. ff. Si quis cautio. Et vide etiam notabiliter per Ioann. Mona. vbi suprà qui distinguit quando quis incurrit irregularitatẽ, propter quã non potest promoueri, an debeat priuari, quia si hoc est sine culpa sua non priuatur, vtpotè si amittat oculum vel manum. Si autem culpa sua, debet beneficium amittere, allegat text. in cap. 1. de æta. & quali.

Aduerte prætereà quod An- 4
char. in dict. capit. licet canon.
colum.

a Decretũ Cardinalũ, qui Concilij Triden. præsunt interpretationi.

column. fina. versic. quintò quero, notat post. gl. antep. ibi, quod etiam stante dispositione dicti text. potest episcopus monere promotum vt ordines suscipiat etiam intra annum: quia illa constitutio venit ad corroborationem iuris antiqui, non ad diminutionē: vnde si voluntate sola tenuit clericus ordinari nihil prætendens, nisi quia non vult, debet compelli appellatione remota per subtractionem beneficij & officij, secundum gloss. ibi.

5 Nota tamen, quia si quis habeat capellaniam requirentem ordinem sacerdotalem, non est priuatus illa, si non fuit monitus vt promoueretur, ita firmarunt Domi. de Rota in deci. antiquis. Dxx. incip. Nota q tenens capellaniam, ex ratione, quia dispositio illius capitu. Licet canon. tanquam pœnalis non debet extendi.

a *Decretū Cardinalū, qui Concilij Triden. præsunt interpretationi.*

a PRiuati *ipso iure*. Erit sanè parochus à dicta pœna immunis in casu diffinito à Cardinalibus sacræ congregationis, his verbis. [Pœna canonis præscripta eis, qui intra annū sacerdotium non susceperunt, nō habet locum in rectore, qui intra annum à die adeptæ possessionis, pacificæ vel infra tēpus comparauit, & se promoueri petijt efferens quantum in eo separatum ad suscipiendum sacerdotiū sed ordinarius noluit, eum propter illiteraturam vel aliam causam promouere.] Et vide latissimè, Petrum Rebuffum, in excellentissima illa beneficiorum practi. titul. de non promotis intra annū pagin. 443. vbi multis ampliationibus & limitationibus huius capitis materiam declarat. Et vltra illum notandum esse cēseo, quod is qui parochialem ecclesiam habet, si intra annū non fuit promotus ad præsbyterium cum ipso iure, sit beneficio priuatus, tenetur in animæ iudicio vniuersos fructus restituere, quos elapso anno percepit, vt optimè cēset Martin. Nauar. in manu. confessor. capit. 25. numer. 117. idem in tractat. de oratione capit. 22. numero. 49. Nec refragatur quod pœna temporalis ipso iure incursa in dicto foro non debeatur, quia id non procedit cum ex legislatoris mente cōtrarium constat, vel cum non imponitur propriè vt pœna, sed vt quædā conditio vel modus rei traditæ, quod hoc casu ex Pontificis mente verificatur, & ex hoc sequitur grauiter peccare, qui prædictum beneficium retinēt, & illius fructus non restituit.

Deinde animaduerte, quod licet antiquis temporibus dicta priuationis pœna locū non obtinebat in Episcopatibus, & abbatijs, quia in his non erat hoc statutum, quorum quidē expressa mentio erat necessaria. Ex gloss. not. & singul. in capit. 2. de præbend. in 6. vnde colliges allucinatum fuisse R. P. Fratrem Dominicum Soto libr. 10. de iustit. & iure quæstio. 5. articu. 6. column. 1. exi-

F. Dom. Soto opinio refutatur.

stimantem,

ſtimantem, decretum Bonifa. octaui Pontifi. Maxim. in cap. commiſſa de electione libr. 6. quo ad fructuum reſtitutionē, comprehendere Epiſcopos, ꝙ equidem antè eius tempora nemo dixit, nec dicere potuit cum legem illam pœnalē, repugnantibus omnibus iuribus extendat contra cap. pœnæ de pen. diſtinct. 1. l. ſi de interpretatione. l. præſens. ff. de pœnis. Maximè quod ipſemet ſibi aduerſatur, cum approbet gloſ. dicti canonis, quæ cenſet non eſſe locum eius pœnæ in Eccleſia collegiata. Nec ſane mirandum eſt, quod vir Theologus doctiſſimus, & in his quæ pertinent ad forum interius verſatiſſimus, in illis autē quæ ad exterius, & ad iudiciarium ordinem cum mittat falcem in alienam meſſem, ſæpiſsimè labitur. Hodie verò Sacri Concilij Tridētini decreto Seſſione. 23. cap. 2. de ref. diffinitum eſt, quod Epiſcopi nec non illorū ſuperiores, etiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui cathedralibus ſeu ſuperioribus Eccleſijs prę fecti fuerint, ſi intra tres menſes conſecrationis munus nō ſuſceperint, ad fructuum perceptorum reſtitutionem tenentur, & ſi intra totidem menſes poſtea id non fecerint, ipſo iure ſuis Eccleſijs ſunt priuati.

Prædicta vera priuationis pœna, quæ hoc capite infligitur, minimè incurritur, donec annus elapſus ſit, & ea ratione ſi clericus in vltima anni die extremum diem clauſerit, beneficium vacauit per mortē. Ita tenuit eleganter Petrus Paul. Pariſi. conſil. 119. num. 28. volumiri. 4. potetitque eadē vltimi anni die beneficium permutare, vel reſignare, cum adhuc ius in beneficio habeat, Vt ſcribit Petrus Rebuff. in pra ctī. benefici. titul. de non promot. intra annum numer. 48.

B *Poſſeſsionem eius pacificam.* Vide Bella. deciſſione. 153. & deciſſio 83. quo loco ſcribit, probari deberi à non promoto litem habuiſſe, vel habere, aliter vero ſecurum non eſſe, quod etiam fatetur Domi. conſi 82. colum. 3. Et cū annus hic minimè cōputetur niſi à die pacificæ poſſeſſionis & in regno Franciæ, non dicitur quis eam habere ante annum., ob eam cauſam, in illo regno iuſtiſſimè mea ſententia poſt annum pacificæ poſſeſsionis promotus integrum annum habebit. Cuius rei meminit Petrus Rebuff. vbi paulò antè allegaui, nu. 45.

C *Pœnam.* Sed vtrum ſufficiat, quod impedimentum in fine anni ſuperueniat. Vide Bella. deciſſion. 83. quo loco cenſet, tale impedimentum minimè excuſare quando intra tempus illud, non poterat promoueri ſed contrarium verius credo cum Petro Rebuff. vbi ſupra numer. 48.

D *Quod proteſtetur.* Not. quod licet proteſtatio vtiliſſima ſit, non tamen eſt neceſſaria, quia iuſtitia excuſandi, non in verbis proteſtantis, ſed in cauſa impedi-

impedimenti cõsistit, quia verba non addunt nec minuunt rei veritatem. l. sicut. C. ad leg. Corne. de fal. quam opinionē & iuribus & grauissimorum autorum testimonijs tanquam firmissimam regulam cõstituti superioribus annis, in annotationibus ad regulas & fallentias istius, Domini Episcopi regul. 615. incip. protestationē.

E *Extendi.* Vide Roma. consil. 325. incip. quo ad primũ. Hoc tamen minimè procedit si in capellaniæ institutione cõtrarium ab institutore fuerit dispositum, quia iure potest instituere quod in tali capellania locum habeat dispositio text. in dict. cap. licet canon. vt scribit Petrus Rebuff. in dict. titulo de non promotis intra annum. num. 17. & quod ita disponatur semper mihi visum fuit optimum consilium.

Cum alienigenæ sint, in his Castellæ & Legionis, Regnis, vel in alijs, quibus legibus, moribus, vel consuetudine, prohibitum est: dignitates Ecclesiasticas, beneficia, præstimonia, vel pensiones, impetrare sunt ausi.

CAPVT, LIIII. QVOD nouè æditum est.

IN Hispanarum Regnis, Sixti Pontificis Maximi concessione, nullus externus beneficium Ecclesiasticum impetrare potest.

2 *Franciæ regno nec non in multis orbis Prouincijs, idem receptum est.*

3 *Gratia illa, subrepticia est iudicãda, si beneficiũ ab alienigena fuerit impetratum, originis mentione minimè facta.*

4 *Iuri communi consonum est, exterũ: vel alienigenam non posse Ecclesiasticum beneficium obtinere.*

5 *Seditiones illæ grauissimæ (quas vulgo, Communidades, appellant) quæ regna ista ab anno Domini. 1464. sunt perturbatæ, inde processerunt, quia exteris beneficia conferebantur.*

6 *Glossa in regu. Cancel. Romanæ decima nona reprobatur.*

7 *Consuleretur nimis Christianæ Reipublicæ, si beneficiæ, præsertim curam animarum habentia, patrimonialia efficerentur.*

8 *Regula Cancellariæ Romanæ decimæ nonæ, iuri communi cõsentaneæ est.*

9 *In beneficiorum impetratione, oriundus non oriundo, præferendus est.*

10 *Diœcesani & non alienigenæ, sunt in beneficijs à patronis præsentãdi.*

11 *Iustissimè in diœcesibus Burgensi, Palentina, & Calagurritana filijs patrimonialibus, tantum, beneficia Ecclesiastica conferuntur.*

12 *Præstimonia neque pẽsiones, ab exteris in his regnis possint obtineri.*

13 *Literæ naturalitatis (quas appellãt) Regijs constitutionibus sunt reuocatæ.*

14 *Is cui literæ naturalitatis cõcedũtur, licet possit regnorum priuilegijs vti, non tamẽ obtinere poterit beneficium Ecclesiasticũ, nisi specialiter, dicti literis contineatur.*

15 *Literis naturalitatis cõcessis, seruata forma regiarum constitutionũ, externus apud nos, Ecclesiasticum beneficium potest obtinere.*

16 *Extero si beneficium conferatur, an illud possit permutare.*

17 *Literæ quibus, extero beneficiũ confertur, minimè executioni tradendæ sunt.*

18 *Pœna amissionis naturalitatis, & bonorũ reporalium, contra clericos*

& Ecclesiasticas personas, apud Hispanos legibus, & moribus recepta est.

19 Litera legatorũ Apostolicæ Sedis, ante illarum executionem, à summis Senatoribus Regis & Domini nostri, examinantur.

20 Litera Apostolica, in derogationem regij iuris patronatus, vel laicorũ, exequendæ non sunt: quousq; Pontifex Summus consulatur, seruata in hoc forma præscripta, in regijs constitutionibus.

21 Regias leges 26. tit. 3. lib. 1. ord. noui. & lex. 5. tit. 6. eo libr. iustissimas esse ostenditur.

22 Non solum Christianissimi Hispaniarũ Reges, dicto iure regijs legibus diffinito vtuntur, sed alij Christiani orbis Principes: referunturq; verba singularia Ioann. Dried.

23 Regni exterus quis dicatur, & ibi de intellectu regiæ constitutionis, 19. titulo 3. libr. 1. ordi. noui.

24 Nati in Regno Aragoniæ, vel Nauarræ, an dicantur exteri horum Regnorum.

25 Exterus an is iudicandus sit, qui nascitur ex matre alienigena, si pater fuit naturalis.

26 Latè interpretatur, quædam Henrici huius nominis tertij, Hispaniarum Regũ constitutio.

27 Qui extra regnum in transitu nascitur, à parentibus horum Regnorum naturalibus, an sit naturalis iudicandus.

28 Natus alibi in transitu, natus censetur in eo loco, vbi mater incolatum habet, & ideò non repellitur a collegijs, quorum statutis, naturales tantum in illis cooptandi sunt.

29 Declaratur constitutio septima cõstitutionũ Academiæ Complutẽsis.

30 Interpretatur Regia l. 25. tit. 7. li. 1. ordi. noui.

31 Animalia ciuium alicuius parochiæ si propter bellum, vel tempestate, vel aliã causam, fugiant ad alienam parochiam, ibique pariãt: decimæ soluendæ sunt in illa parochia à qua recesserunt.

32 Absens, qui ex legitima causa recessit, cito reuersurus: quoad iuris effectus, non est absens iudicãdus.

33 Per decennij habitationẽ, quis naturalis censetur.

Proxeneta, seu cambiorum interuentor, nõ potest esse horum regnorum alienigena.

35 Quæ desiderantur, vt quis dicatur natutalis, quoad obtinenda beneficia in his regnis, qui admissus est tanquã naturalis, ad beneficium in ijs regnis, & postea ad aliud regnũ confugiat, ibique larem constituat, naturalitatis priuilegijs priuatur.

36 L. pen. ff. de senato. interpretatur.

37 Vt filius sit naturalis istorum regnorum, an requiratur, quod natiuitatis tẽpore, pater domiciluum cõtraxerit, & per decennium vixerit.

1 EST equidem Romanorũ Põtificum decretis iustissimisque Catholicorum Principum constitutionibus, nec nõ immemoriali laudatissimæ consuetudini contrarium alienigenas in his regnis Ecclesiastica beneficia impetrare, & cẽ sæpissimè in controuersijs forensibus hoc contingat, huius practicæ argumento dignum iudicabimus ad istius rei cognitionem tantisper de hoc disserere.

Et vt rem hanc à principio petamus præfari oportet, quod Sixtus Summus Ecclesiæ Præsul, potentissimis & Catholicissimis Hispaniarum Regibus iustissimis causis ductus motu proprio peculiarem gratiã indulsit, vt nullus exterus in dictis regnis absque ipsius consensu possit beneficium Ecclesiasticum obtinere, præsertim dignitates electiuas Pontificales & Cathedrales, qua constitutione

tutione cassantur gratiæ, & expectãtur impetrationes in cõtrariũ obtentæ, vt testatur glo. in reg. Cancel. 19. refert Guil. Benedict. in repet. c. Raymun. de testam. in verbo: Et vxorem nomine Adelasiam. num. 482. de testam. cuius constitutionis meminit Regia lex. 16. tit. 3. libro. 1. ordin. noui. ibi, *Mandamos que acerca desto se guarde la Bula del Papa Sixto concedida à los naturales destos Reynos.* Et sunt circa hoc multæ leges illo tit.

2 Idem in Regno Franciæ, & Summorum Pontificum diplomatis & regijs legibus obtentum est, si credimus glossæ Cosmæ in pragma. Sancti. §. nã Ecclesiarum in verbo: Exterorum, de quo stat Ludo. Duodecimi constitutio, Rub. *Des lestres de naturalite.* Tradit Guillelm. Benedict. vbi suprà allegaui. Petrus Rebuff. in tractat. de litera. natur. glos. secunda, numero secundo. Thom. 2. cons. Fran. & in practic. beneficiorum. de rescriptis mixtis, glossa prima: & in tracta. de pacifi. posse. nume. 216. Nicol. Boeri. decis. 31. numer. 18. Quod etiã stilo parlamẽti cautum est sub rub. de præbend. ordinat. 3. Et apud Venetos seruari affirmat Addi. ad Abb. in cap. si proponente, de rescrip. Et Bononiæ de hoc est peculiare statutum, vt refert Barb. consilio. 23. numero primo, volum. 1. In Regno Aragoniæ, perpetuo foro hoc stabilitũ est, nempè quod alienigenæ in dicto Regno beneficia minimè possint obtinere, vt cautum est, libro. 1. foro Aragon. titulo de prælaturis, & alijs beneficijs ab alienigenis non possidendis. Et in Regno Nauarræ idem est diffinitum per Regias pragmatic. 2. & 3. libr. 1. ordinamen illius Regni. Et in Britannia hoc idẽ cautum est his verbis: Sacerdos Gallicus, Sacerdotium in Britannia ne occupato, vt refert Petrus Grego. 2. parte Synta. iuris, lib. 27. capitulo sexto, num. 42. Et in Hungaria, seu Pannonia seruatur, vt in capit. bonæ. §. fina. de postula. præla. Et Veronensi statuto decretum est, si credimus Bald. consil. 46. volu. 1. & multis alijs Prouincijs seruari audio.

Quod si exterus beneficium impetrauit, non facta originis mentione gratia subreptitia est iudicanda, tenet glos. celeberrima in cap. si proponente. de rescrip. cuius meminit Corse. in sing. in verbo, subreptitio. Feli. in capit. sicut tuis. colum. 2. de simoni. Roman. in l. si viro. fallen. 14. ff. solut. matrimonial. Barba. consil. column. 5. volum. 1. & consil. 57. eo. volum. Selua. de benefic. 3. par. quæst. 26. D. Couar. in practic. quæstion. cap. 35. numer. 5. Petrus Rebuff. in dict. tract. de pacifi. poss. dict. num. 216. dicẽs ita consuluisse in fauorẽ cuiusdam Scholastici. 3

Et quod exterus in aliena patria beneficium Ecclesiasticum minimè possit obtinere iuri communi, consentaneum est, 4

vt colligitur ex text. in capit. bone. in 2. de post. prælato. & in capitulo, neminem, 70. & in ca. Aphros. 98. distin. & in capit. vltim. de cler. peregri. De iure Cæsarum. l. in Ecclesijs. C. de Episcop. & cleric. l. vni. C. non licere habita. Metropo. li. libr. 11. lex. 2. C. de anno. ciuita. eo. lib. tradunt latè Guil. & Rebuff. in locis nouissimè allegatis Ludo. Gome. in reg. cancel. de idiomate. quæst. 1. Ioan. Daim. in proœmi. Pragma. Sancti. incipien. Franciscus, in verbo, vindicabant. fol. 60. Selua. de benefi. 2. parte, quæstiõ. vltim. & in 3. parte, quæstió. 26. Carol. de Grassal. lib. 2. Regali. Fran. iure. 8. Couar. dict. ca. 35. Vnde Sacri Canones iustissimè decreuerunt, vt electio faciẽda non sit, nisi de personis eiusdẽ Ecclesiæ, dummodò digni ibi inueniantur, etiam si alibi foris digniores reperiantur. capit. nullus. 61. distinct. capit. Metropolitano. 73. distinctio. Quin verò glos. in capit. cùm inter Canonicos de electione, asserit non valere postulationẽ ex aliena Ecclesia, nisi duabus partibus consentientibus, & facienda est à Pontifice Maximo, vt latè patet in toto titulo, de postula. Prælat.

Quibus suffragatur Deuteronо. capit. 18. [Prophetã (inquit) de gente tua, & de fratribus tuis suscitauit Dominus Deus tuus, ipsum audies.] Tũ fulcitur, quia in Ecclesiarũ fundatione exteri, nec ipsorũ maiores nihil præstiterint merito regnicolæ præferendi eis sunt, argu. text. in capit. cum in offic. de testamentis. Tum ne exteri beneficijs apud nos fruentes Regni secreta, in maximam perniciem eius reuelent. Tum quia regnicolæ quitor, tantisque animi dotibus ingenuis disciplinis splendescunt, maxima afficerentur iniuria, si exteri fortè omnibus numeris inferiores ad hos Ecclesiasticos honores admitterentur, virtus equidem & honestæ disciplinę sine premio quandoque languescunt. Tum quia propter idiomatis diuersitatẽ nequeũt (quod tamen maximè interest) commissum sibi populum docere, vt in capitulo, quoniã. de officio ordinari. Et inter Dei Optimi Maximi maledictiones illa non inferior est, hominem ex aliena natione habere, qui non intelligatur, vt habetur in Deuteronom. capitulo. 28. ibi, [Adducet Dominus super te gẽtem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem Aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis.] & Hiere. capitulo quinto, idem scribitur. Nec voluit Deus seuerius punire superbiam ędificantem turrim Babelis, quam per linguæ confusionem, vt quid vellent mutuo, non intelligerent, vt habetur Genescos. 11. Tum quia hæc potissima erit causa, propter quam homines facilius inuitentur ad residendum, non enim paruo æstimandus est ingenitus amor, quem quis ad na-

ad natiuum solum habet. Est enim cuilibet dulcissima patria. l. qui habebat. in principio. ff. de legatis, tertio. & hac ratione impius iudicandus est, qui nulla causa cogente patriã suam relinquit. glos. in l. vnica. C. si curialis, relicta ciuitate, rus habitare maluerit, libro decimo. & ibi nota. Rebuff. & Petrus Rebuff. in concorda. tit. de colla §. volumus pag. 457. asseuerans hanc esse potentissimã rationem, vt beneficiũ in propria patria magis optetur, quã in aliena, Tum quia ij diligentissimè ad munus suum spectãt, præstabit enim melius patriæ mores, quam exterus cognoscat, iudicat equidem quis fac le de his quæ nouit, vt habetur primo Ethicorũ, & plures alias rationes congessit Regia. l. 14. titulo tertio, lib. 1. ordinamen. noui.

5 Qui inter alia dicit maximos tumultus excitatos fuisse in Hispania, ob eam causam, quod beneficia Ecclesiastica exteris conferebãtur, ibi, *Especialmente del año de sesenta y quatro à esta parte que se començaron los mouimientos y turbaciones en nuestros reynos.* Circa quod legẽdus est Doctor Illescas Hispanus Historiographus diligentissimus & non vulgaris eruditionis in sua Historia Pontificali, *En el capitulo de la guerra final del Rey de Francia, para cobrar el ducado de Milan.* §. 10. fol. 225. & libro sexto eiusdẽ Historiæ. capit. 27. 5. 17. folio. 228. & folio. 338. vbi testatur Paulum Tertium Pontificem Maximũ statuisse, vt beneficia & pẽsiones alienigenis non conferantur.

Quæ nõ temerè adduximus, 6
sed vt cõuincamus maximum errorem, glo. in dicta reg. Cancel. asseuerantis in quadã causa Toletana in tertia instãtia productam fuisse dictam Sixti Romani Præsidis constitutionem, quam dicit nõ nocere Episcopo Vintomilensi actori cum moribus recepta non fuerit, nec (vt ille inquit) Toleti regnum, cum à Castellę & Legionis Regnis separatũ sit eo priuilegio vti potest, & alia refert temeraria, & postquam animi sui votũ expressit, tacere, oportere inquit. cùm iis pẽdeat, insani profectò hominis, manifestissimum testimonium. Fuit equidem Apostolica illa concessio cum maxima regiminis spiritualis Ecclesiastici vtilitate, ita vt contrario vsu plures cõtingerent incõmoditates & innumerabilia, quæ veluti præ oculis habens summus Christi Vicarius pro illius amplissima dignitate, quã vt summus catholicæ Romanæ Ecclesiæ pastor & rector obtinebat sua integritate & iustitiæ amore incensus nec non diuini cultus zelo tantis & tot malis medelam adhibuit.

Ideoque censeo quod Chri- 7
stianæ Reipublicæ consultissimum foret quod summus Ecclesiæ Pontifex aut œcumenica synodus, vniuersali lege sanciret, vt omnia sacerdotia præ-

sertim curam animarum habẽtia, patrimonialia efficerentur, ita vt ad ea minimè admitterentur, nisi ciues vel qui inde essent oriundi quod in sacro Concilio Tridentino summo omnium patrum consensu consultatum fuisse testatur, testis integerrimus Dom. Soto de iusti. & iur. lib. 3. artic. 3. fo. 237. versi. enascitur.

8 Ex quibus iustificatur nimis Regula Cancel. Apostolicæ. 19. qua cautum est, quod prouisio de parochiali Ecclesia facta alicui qui nesciat idioma loci vbi Ecclesia constituta est, nullius roboris & momenti iudicari debet: habet equidem Pontificia illa sanctio symbolum & affinitatem cum diuino & prositiuo iure. Nam rector Ecclesiæ prædicandi officium in ea habere dignoscitur. c. Eccle. 95. dist. cap. inter cætera. de offici. ordina. & est glo. not. in Clem. 2. de sepultur. & in cap. cum ex cuncto. de hęre. & in cap. addicimus. 16 q. 2. Debet sanè confessiones audire. & cætera Sacramenta ministrare. cap. omnis vtriusque sexus. de pœn. & remissi. Item debet visitare & vultum gregis sui agnoscere, vt legitur Prouer. 27. & Eccles. 32. de quo est egregia extrauagans constitutio Ioan. 22. constituta in tit. deprædicen. incip. Sedes Apostolica. Sed ista omnia & alia quæ ad hoc munus spectant, præstare non potest rector alienigena, qui non intelligit, nec loquitur idioma. Quia vt Diuus Paul. 1. ad Co. rint. capitu. 14. inquit: [Data est nobis lingua ad interpretãdum & distinguendum ea quę loquimur. Nam si nesciero virtutem vocis ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.]

Hinc etiam emanat alterius regulæ cancel. nempe. 15. egregia constitutio, quia decretum est, quod in beneficiorum collationibus oriundus, nõ oriundo præferatur: est certè supradictis iuribus & rationibus consentanea. 9

Nec ab hoc instituto alienũ est quod elegantissimè multis adductis in mediũ probat Cæsar Lamb. in locupletissimo illo de iuris patronatus tract. 1. par. 2. lib. questio 7. arti. 24. asserens, quod dicœcesani, & non alienigenæ sunt in beneficijs à patronis præsentandi. 10

Ex dicto etiam fonte emanat iustissimè Apostolicis concessionibus decretũ esse, vt beneficia patrimonialia in dioœcesibus Palentina, Burgensi, ac Calagurritana, solum conferãtur filijs patrimonialibus, secundum eorum mores doctrinam & eruditionẽ, de quibus constitutionibus meminit Regia l. 21. tit. 3. lib. 1. ordi. noui si verò Apostolicæ literę in cõtrariũ fuerint obtentæ eis nullo modo vti licet, sed ad Regis nostri summum iustitiæ Senatum mitti debent vt quid circa hoc faciendum sit, maturiori consilio cõsulatur: quod si forma illa lege præscripta fuerit prętermissa grauissimis pœnis 11

ibi

Carol. Quintus. 12

ibi decretis transgressores plectendi sunt, idemque seruari debet in omnibus alijs prouincijs, in quibus beneficia Ecclesiastica patrimonialibus filijs conferri consueuerunt, vt iustè diffiniuit lex 23. illo tit. & lib. Quod vtinam vbique obseruaretur, vt sanctius ac diligentius diuinum munus illustraretur.

Idem obseruandum est quotiescunque Apostolicæ literæ impetrantur in derogationem illius iuris, quod ex concessione Romanæ Ecclesiæ obtinēt, collegia & capitula Cathedralium Ecclesiarum ad promouendos, in canonicos, in Theologia, vel iure Pontificio: vt decreuit Carolus huius nominis Quintus Summæ potentiæ & fœlicitatis Imperator, & Primus Hispani. Rex Madritij anno. 1543. de quo videnda est Regia lex. 25. dicto titulo. 3. li. 1. ordi. noui.

Carol. Quinti.

12 Et non solū exteri apud nos prohibentur habere dignitates Ecclesiasticas & beneficia, sed etiam præstimonia, vt in l. 14. tit. 3. dicto lib. 3. ordi. noui. atque etiam pensiones l. 25. ibi. quod si regnicolæ consensum præstiterint pēsionis constitutioni aut semel cōstitutam redemerint vel aliquod emolumentum præstiterint, vt ab exteris beneficia consequantur omnibus priuilegijs naturalitatis priuantur: nec non fructibus beneficiorū in quibus dicta pensio fuit constituta: qui quidem fructus expensis belli contra Christianæ religionis hostes initi applicātur, vt probat Regia. l. 18. dicto titulo & libro.

Habet equidē locum in tantum dicta prohibitio, vt exteri beneficia Ecclesiastica minimè obtineant: quod iustissimè Regijs constitutionibus reuocatę sunt literæ (quas naturalitatis appellant) quibus obtēris alienigenæ beneficia iustè impetrabant. Imo deinceps concedendæ non sunt nisi vrgente magna & legitima causa quæ publicam Regis nostri vel suorum regnorum vtilitatem cōcernant: quod si ob aliam causam impetrentur, minimè sunt obseruandæ: vt in l. 14. 15. & 16. dicto tit. 3. lib. 1. ordina. noui. de quibus sanè literis meminit Bal. consi. 223. vol. 3. appellans eas ciuitatis literas: idē asseuerat And. Alcia. lib. 2. dispu. capit. 22. Nicol. Boeri. de cisi. 13. num. 20. 13

Circa quod illud considera- 14
tione dignissimum esse cēseo, quod licet is qui naturalitatis literas impetrauit horū Regnorum priuilegijs & immunitatibus fruatur, quibus ipsi ciues originarij, ita scribit Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsu cap. 3. prin. q. & in l. si maritus. §. Iuliæ. ff. de adult. & est bonus text. in l. sed si accepto. ff. de iure fis. tradit Roman. consi. 62. col. 2. vers. quod autē cessat. Cuma. consi. 178. col. 3. versi. quinto probatur. Deci. consi. 183. nu. 10. Hyppo. de Marsi. consi. 127. num. 2. vol. 2. Ruy. consi. 200. num. 19. & 20. li. 2.

Boer.decis.260. nu. 17. Iacob. Menoch.consi.166. vol. 2. nu. 15. Cateli. Cotta, in memor. iuris in memori. incip. Ciuiũ. Quia ex priuilegio potest quis consequi ius naturalitatis regni, vt habetur in d.l.ciues. C. de incolis. lib. 10. vbi glo. & Ioan. de Platea. & Lucas de Penna. & tales sunt veri ciues vt in l. 1. ff. ad muni. not. Bald. in l. pen. §. quæ in filio ff de adop. & in l. in vrbe. ff. de sta. homi. Hinc deducitur, quod licet exteri, qui apud nos negotiandi causa versantur, non possint habere eos annuos reditus, quos vulgo, *Iuros*, appellamus: obtinere tamen possunt, si habuerint Principis rescriptũ, quod Hispani. *Cartas de naturaleza.* nuncupamus. Ex hoc quoque emanat, quod cum Hispali nõ possint esse iudices forenses, sed tantum illius ciuitatis originarij. Illud verò iudicandi munus habere poterit, qui principis concessione factus est originarius ciuis. Nec ab hoc alienum est, quod si in literarum Collegis eorum statutis cautum sit, vt nullus exterus admittatur, vt cautum est in Collegio celeberrimo D. Iaco. Zebedei Salmanticensis, qui dictũ rescriptum habet excludi non deber, sic tenet Ferd. Mench. de testa. lib. 3. primę par. §. 3. num. 205. Ex simplici tamen concessione naturalitatis alienigena nõ poterit beneficium consequi, nisi expresse hoc sibi fuerit indultum: ita scribit Gregor. Lup. in l. 2. in verbo, *Muger sea naturel de otra*: tit. 24. par. 4. Nam cum in hoc casu peculiari grauissima & publica causa desideratur & dictæ literæ nullius sunt momenti nisi forma Regijs legibus præscripta fuerit obseruata, quæ si non interuenerit obseruandæ literæ non sunt: nõ igitur debet generalis Principis concessio ad specialissimum casum extendi. Pro quo mirè facit, quod elegantissimè de more scribit Bal. in d. l. in vrbe. ff. de statu homi. scribens adoptiuum ciuem (nempe qui ex priuilegio receptus fuit) admittendum non esse ad honores, ad quos non consueuere admitti. nisi ciues naturales. Quamuis hæc Bal. opinio difficultate non careat ex his quæ prædixi.

Quibus quidem literis naturalitatis seruata forma Regiarum legum alienigenæ impetrare & obtinere possunt in 15
ijs Regnis dignitates Ecclesiasticas, & alia beneficia, hac lege, vt intra octo mensium tempus dictis beneficijs resideant alias literarum commodo ipso iure priuantur, nec eas dignitates aut beneficia obtinere possunt, vt disponit l. 20. tit. 3. lib. 1. ordi.

Dubitaui tamen circa hoc non semel, si quando exterus 16
cum Principis indulgẽtia dignitatem aliquam Ecclesiasticã vel beneficium fuit consequutus, an possit illud cum alio permutare: & verissimum credo ei non licere, quod aliquibus rationib⁹ innixus probat Did.

Petez

Perez in l. 3. in verbo. *Saluo el Rey.* tit. 7. lib. 1. ordi.

17 Quod si exterus aduersus horum regnorũ iura & leges beneficium etiã à Romano Pontifice impetrauerit, Apostolicæ littræ minimè executioni tradendæ sunt, sed ad Summum Regis Senatum mitti debent, vt ab integerrimis & prudentissimis eius Senatoribus pro illorum prudentia examinentur: & quid faciendum sit ipsi decernant. Habet equidẽ Summus Senatus formam & modum præscriptum, quo vti debet in his negotijs examinandis & expediendis. Quod si iudices Ecclesiastici eas literas Regio Senatu in cõsulto & legis forma prætermissa executioni tradiderint, eo ipso omnibus priuilegijs naturalitatis horum regnorum priuantur. vt tanquam alienigenę nullum beneficium possint obtinere, imò ab istis regnis expellendi sunt. Laici verò istius criminis rei, si tanquam tabelliones, vel notarij, aut procuratores auxilium & opem perstiterint in impetratione, vel executione, vel alio quocunque modo pœna capitis cum bonorum omnium amissione plectũtur, Alij verò cõfiscationis pœnam bonorum suorum fisco applicandam incurrunt, vt in l. 26. tit. 3. lib. 1. Regij noui ordinamen. circa quam aliqua notatu digna à nobis erunt annotanda.

18 Primo equidem, quod in his Hispaniarum Regnis vsitatissima est cõminatio dictæ pœnæ aduersus clericos & Ecclesiasticos iudices, quæ fit ad amissionem rerum temporaliũ, quas in his regnis obtinent: deinde quod tanquam extranei habeantur, de qua dicta Regia constitutio loquitur: cuius meminit Guill. Benedi. in cap. Raynuntius. de testamen. in verbo. Et vxorem nomine Adelasiam. 2. decisi. num. 460. Caro. de Grassa. lib. 2. Regali. Fran. iure 7. col. penul. D. Dida. Couar. in practi. quæstion. cap. 35. numer. 3.

19 Secundò, quod non solum in casu dicta lege Regia expresso sed in alijs multis Apostolicæ literæ ad summum senatũ deferuntur, sic apud Hispanos potestas seu facultas legatorũ à summis senatoribus ante earum vsum pro negocij magnitudine examinantur, vt Pontifex summus cõsulatur, quibus facultatibus in his regnis vti conueniat, quæ autem sint relegandæ cum etiam Nuntij ipsi exteri sint, oportet vt intelligant quæ ab illis sint præcauẽda, ne falsis aut importunis precibus decipiantur vt testatur D. Couar. in pract. quæst. cap. 35. num. 4. quod in Gallia, & Flandria frequentissimũ esse refert Carol. Moli. in regul. Cancel. de infirmis resig. numer. 139.

20 Tertiò, idem ad vnguem obseruandum est sub eisdem pœnis & comminationibus quotiescunque Apostolicæ literæ impetrantur in derogationem Regij iuris patronatus vel cæterorum

terorum Laicorum horũ Regnorum vt dicta Regia lex diffiniuit, & lex 5. tit. 6. libr. primo noui regij ordina. circa quas Regias constitutiones multa lectu non indigna pro eius singulari eruditione congerit. D. Couar. in pract. quæstion. cap. 36. Est sane remedium hoc vtilissimum, ne dicam necessariũ, vt regia auctoritate summi senatores literas Apostolicas quibus iuri patronatus Laicorum derogatur diligẽter examinẽt earum executionem suspendentes quousque Pontifex summus cõsulatur, certiorque fiat quam graue scandalum ex his derogationib⁹ oriatur quãtaque mala inde sequãtur: quorum illud potissimum videtur quod Laici à pietatis operibus, nempe donatione, cõstructione & dotatione Ecclesiarum cum maximo Reipublicę Christianæ damno abstinebũt. Sunt equidem apud nos quam plurima sacerdotia siue beneficia ad ius patronatus expectãtia, quorum vestigia apud antiquos idolis seruientis fuerũt, dicta gentilitia, ideſt generis seu familiæ certæ: quæ reditus annuos sacrificulis suis præbebant. De quibus meminit, Cicero de Aruspicum responsis. Sic Michias vir in monte Ephrain, idolum sibi fecit, & ei exstruxit ediculam constituitque ibi Sacerdotem, cum certis reditibus percipiendis vt habetur lib. Iudicum Israelis. capit. 17. & 18.

Apud Etpnicos vestigia fuerunt sacerdotij ad ius patronatus spectantia.

Quarto mittendæ sunt ad Regium summũ Senatum Apostolicæ literæ alijs casibus dictis Regijs legibus expressis quos supra numero. 18. & 19. tradimus.

Quintò, nec à nobis erit omittendum iustissimas esse sæpè iam allegatas Regias constitutiones nõ sane eis aliquid continetur quod summi Præsulis maiestatem lædat vel purissimas eius aures offendat, hoc alienum est à catholicis Regibus nostris qui Pontificũ decreta, Sacrosanctasque eorũ sanctiones pro ipsorum pietate, & in Deum religione colũt & venerantur, sed ideo literarũ executio suspenditur vt Pontifex summus certior factus intelligat, quot quantisque incalamitatibus & erumnis ista Hispaniarum regna afficiantur quando falsis precibus & suggestionibus gratiæ Apostolicæ impetrãtur, quas Sanctissimus Antistes minime concederet, si ea damna & incõmoda quæ maximè aduersantur spirituali Ecclesiastico & temporali regimini præ oculis haberet. Iuri igitur consona est suspensio executionis dictarum literarũ, vt in cap. si quando. de rescrip. vbi Alexander tertius. [Patiẽter (inquit) sustinebimus si non feceris quod praua nobis suggestione fuerat insinuatũ.] Et conducit text. in l. si vindicare. C. de pœnis & in capit. cum apud Thessalonicam. 11. p. 3. cap. sunt quidã. 25. quæst. 1. & in c. 1. 40. distin. & in cap. manet. 24. q. 1. & in cap. si quis non

12

non recto. 24. quæst. 3. glo. in auth. de menda ptin. §. deinde competens in verbo, nũcians, & in auth. vt determinatus sit numerus clericorum. §. vlti. in verbo Contradicere colla. 1. tradit latissimè Felin. in cap. nihil de prescrip. & faciũt quæ scribit Thom. 2. 2. quæst. 69. ar. 4. versi. Secundo respondeo & Caietan. 2. 2. quæst. 39. arti. 2. versi. in responsione ad secũdum, idem Caieta. in tracta. de auctoritate Papæ & concilij, cap. 27. versic. ad secundam rationem, Turr. Crem. libr. 2. de Ecclesia, cap. 106. Cardi. Iacob. in tractat. de Conciliis libr. 8. artic. 3. versiculo quintum remedium.

22 Sextò vt quæ præcedẽti versiculo dicta sunt magis elucescant sciri oportet, quod nõ solum Hispaniæ Reges dicto iure vtuntur, sed alij Christiani orbis Principes, vt testatur Ioã. Driedon. vir pijssimus pariterque doctissimus in libr. primo de libertate Christiana pagin. 183. Ipseque elegãtissimis verbis hoc corroborat, quæ in lectorum gratiam hic referre cõstitui. [Hic sciendum est quod aliud est potestatem sæcularẽ absolutè mandare aut constituere, ne quisquam pareat vllis literis Apostolicis iustitiam aut gratiam concernẽtibus aut ne executioni mandet easdem. Aliud vero est potestatem sæcularem mandare aut constituere, vt sine suo beneplacito, & examine nemo pareat, huiusmodi literis neque executioni mandet easdem. Nam primum cum sit directè contra potestatem, seu libertatem ecclesiasticam, est eam prorsus tollere & extinguere, neque potest fieri absque contemptu ecclesiasticę potestatis, Neque potest ex ipsius Pontificis priuilegio conuenire Regi aut sæculari potestati. Secundum autem videtur posse fieri absque contemptu potestatis, ecclesiasticæ, & absque iniuria, aut odio, aut grauamine, seu præiudicio ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ sedis Apostolicæ, vel literarum eiusdem. Potest enim contingere, quod Princeps quispiam aut ex priuilegio seu commissione Papæ, hoc faciat: sicuti Carolus Imperator habuit ex priuilegio synodi, ne sine suo consensu inuestiretur, vel consecraretur Episcop⁹, aut ex causa rationabili secundum congruentiam loci & temporis, ad sic statuendum atque mandandum moueantur propter abusus tollendos ne præficiantur extranei, aut inidonei, qui vel per nimiam importunitatem, falsasque suggestiones literas Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti volũt: ad oppressiones pauperum qui alioquin sub prætextu literarũ Apostolicarum longis litibus grauibusque sumptib⁹ vexari possent, non quod potestas sæcularis velit sibi aut iudicium ecclesiasticarum rerum vsurpare, aut viros idoneos autoritate Apostolica institutos impedire, aut super illorum idoneitate in-

Ioan. Dried.

te iudicium sumere, sed quod velit ad ædificationem reipublicæ, statum ecclesiasticũ promouere. Vnde quotidie cernimus Prælatos, & alios disputare de mãdatis de rescriptis, ac literis Papæ, quæ tangunt Ecclesiastica negotia, collationes, beneficiorum, præbendarum, & dignitatum. De omnibus literis, & mandatis Papæ præsumendum quidem est, quod eis oporteat, obedire, modo constet, aut cõstare debeat tales reuera esse literas à sede Apostolica emanatas, subsistẽtibus etiã rationibus, & causis, quibus ipse Papa verisimiliter motus inductus est ad præcipiendum. Et ideo nõ debet ista præsumptio tam violenta esse vt non liceat huiusmodi mãdata etiam verissimè emanata à Sede Apostolica examinare, & inuestigare sólicitè an eis oporteat obedire, tametsi hoc maximè pertineat ad iudices ecclesiasticos quibus huiusmodi literæ mandatorum Apostolicorum diriguntur.] Hæc Driedonius.

23 Superest tamen pro huius materiæ, exacta cognitione inquirere quis exterus, quisue regnorum naturalis, dicatur, quod apud suos Gallos declarat Petrus Rebuff in tractat. de literis naturali. ad finem num. 20. 2. Thom. consti. Fran. apud nos vero est Regia constitutio. 19. titul. 3. libr. primo ordin. noui, quæ hoc egregiè his verbis diffiniuit. *Ordenamos y mãdamos, que aquel se diga natural, que fuere nascido en estos Reynos, y hijo de padres, que ambos a dos, o alomenos el padre nascido y natural enestos Reynos: O aya contraydo domicilio en ellos, y demas desto aya viuido por tiempo de diez años con que si los padres siendo ambos, o alomenos el padre nascido y natural enestos Reynos, estando fuera de ellos en seruicio nuestro, o por nuestro mandado, o de passo, y sin contraher domicilio fuera de estos Reynos, o vieren algun hijo fuera de ellos, este tal sea auido por natural de estos Reynos. Y esto se entienda en los hijos legitimos y naturales, o en los naturales solamente: pero en los espurios disponemos y mandamos, que las qualidades que conforme a lo susodicho dispuesto, se requieren en los padres ayan de concurrir y concurran en las madres.*

Singulariter interpretatur regia constitu. 19. tit. 3. lib. 1. nouæ ordina.

Circa, quam Regiã sanctionem aliqua à nobis erunt annotanda, in actionibus forensibus frequentissima.

Primò, quatenus ea lex dicit: *Que aquel se diga natural, que fuere nascido en estos Reynos*: Loquitur equidem de his Regnis Castellæ, & Legionis. Ex quo sequitur quod nati in regno Aragoniæ, & Nauarræ, exteri sunt neque apud nos possunt beneficia ecclesiastica obtinere, ita in propriis terminis scribit Doctor Didacus Perex in l. 18. titul. 3. lib. 1. ordina. veteris in glo. incip. *Que ningun estrãgero*. Asseuerans sic ętate nostra fuisse iudicatũ. Nam cum quidam Martinus Vicentius Sacręe Theologiæ, & artium magister postquam fuit electus Canonicus

24 *Nati in Regnis Aragoniæ, vel Nauarræ an exteri horũ regnorũ quo ad beneficia obtinenda iudicentur.*

cus çamorensis, postea vero eo fuit priuatus quia Tarraconẽsis erat. Et potissima ratio est, quia licet dicta regna fuerunt adiuncta regiæ coronæ, nõ tamen hoc in modum submissionis factum est. Sed pristino robore remanserũt: qua ratione, regna ipsa suis proprijs legibus, & moribus regenda sunt argum. l. si quãdo. C. de appell. tradit Bart. & nouissimi in l. si cõuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. acti. idem Bartol. in tract. de alluui. sub. rub. de insula. colum. 3. doctores in cap. transiato de constit. laf. in §. in personam, col. 3. Insti. de acti. tradit Mattheus de Afflict. in constit. Neapoli. libr. 3. Rub. 23. num. 3. Aymon Craueta. de antiquitat. tempor. 4. par. nu. 27. Ioan. Fran. de Ripa in l. 1. ff. de legib. num. 16. & libro. 1. respon. de legi. & conf. 21. Ioan. Go. in l. omnes populi col. 3. ff. de iust. & iure. Brun. in tractat. de augmen. fol. 8. Barthol. Cassa. in cõsuetudini. Burg. titu. de successionẽ. *Des baster.* rub. 8. num. 41. Burg. de Paz in l. 1. Tauri. numer. 451. Quo loco testatur quod iam peculiari concessione indultum est, originarijs Regni Nauarræ, vt quo ad beneficia reputentur naturales horum Regnorum, vt regia sanctione decretum fuit. 28. mẽsis Aprilis, ann. 1553. condita in loco vulgariter nuncupato, *El pardo.* De qua etiam meminit Ioan. Olam. in antonomi. iuris commun. & Regij in præfa. nu. 20. Sic aliquando fuisse pronunciatum refert Burgos, in præcitato loco. Et ea ratione vidimus iam in his regnis plures originarios Regni Nauarræ viros doctissimos quibus regnũ illud floret beneficijs ecclesiasticis, & dignitatibus frui.

Secundò, ex dicta Regia cõstitutione iam diffinitum est, quod olim apud Hispanos fuit nimis controuersum, vtrũ sufficeret, vt quis horum regnorũ naturalis censeretur natum esse ex matre alienigena, si pater fuerit naturalis, probat equidẽ ea lex hoc sufficere, ibi. *O alomenos el padre sea assi mismo nacido en estos Reynos.* Quod iuri cõmuni consonum est, cum filius paternam originem, non vero maternã sequatur. l. assumpti. § filius. ff ad municip. l. filios. C. de municip. & origi. lib. 10. tradit Feli. in cap. Redulphus de rescrip. num. 4. & latissime Boeri. decissio. 13. & in consuetudi. Bitur. §. vltim. titu. de testamen colum fina. Barthol. Cassa. in consuetud. Burg. titu. de confisc §. 1. numer. 37. Guil. Benc. in repet. capit. Raynuntius de testamen. in verbo. Et vxorem nomine Adelasiã numer. 1042. cum sequen.

26 *Latè interpretatur Regia Hispanorũ lex condita ab Henrico Rege huius nominis tertio anno 1369*

In contrarium tamen erat Regia. lex Henrici Regis huius nominis tertij condita, anno. 1396. his verbis inter alia. *Ordeno, y estable?co duradero por siempre, que persona, o personas del mundo aunque sean Cardenales, ni ayan Arçobispados, ni otras dignidades, ni calongias ni prestamos, ni otros beneficios algunos, en todos mis Reynos y*

24 *Nati in Regnis Aragoniæ, vel Nauarræ an ex iis horũ regnorũ quo ad beneficia obtinenda indigenti.*

Reynos y señorios en lugar, o parte algun dellos. Saluo aquel, o aquellos que fueren verdaderos naturale de padre y madre, y nacidos enellos.

Fuerunt tamen multi nō pœnitendæ autoritatis viri, qui asseuerarunt illam Henrici Regis sanctionem nō habuisse legis generalis authoritatē, quia nec publicata, nec recepta fuit, quod quidem in causa fuit, vt cum casus iste quondam accidisset in Regio Senatu, nempe quod quidam ex patre naturali genitus, & ex matre alienigena beneficium ecclesiasticū possedisset, cōtrouersum fuit, an hoc ei liceret tandem Cæsare consulto is possessor, vsque ad mortē beneficium retinuit. Et cum postea similis casus cō tigisset eodem Cęsare Maximo consulto bis in eo dissenserunt Regij Senatores, & causa, vt an ceps & ambigua alijs iudicibus, terminanda remissa fuit, ita auditu percepisse à quodā aduocato refertur, Doctor Burgensis in l. 3. Tauri prima par. num. 377. ad finem. Sed iam hodie placatæ sunt hæ cōtrouersiæ ex dictæ legis decimæ nonæ decisione, ideoque Doctoris Burgensis opinio, qui contrarium asseuerabat, ex dicta leg. Henrici amplectenda non est.

12 Tertiò, Regia illa constitutione decisa est grandis illa quæstio, in qua fluctuauit insignis Gregor. Lup. in l. 2. in verbo, Vaguer. titu. 24. partit. 4. nec ausus est, eam decidere, sed posteris decidēdam relinquit, videlicet an his qui ex parentibus naturalibus horū regnorum, natus fuit extra regnum in transitu, videlicet quādo parentes non habebant, animum constituendi ibi domicilium dicatur naturalis, diffinit lex illa eum naturalem, esse idem iure communi probari videtur in l. filios. C. de muni. ex origi. lib. 10. Cuius verba sunt. [Filios apud originem patris, non materna ciuitate, & si ibi nati sunt, si modo non domicilijs retineātur ad honores, seu munera posset compelli, explorati iuris est. Et ibi ad hoc notat Ioann. de Platea. ad idem etiā conducit text. in l. ciues in fine. C. de incol. ibi, [Vnde cum profectus est, peregrinari videtur.] Ex quo enim quis habet animum se transferēdi in aliū locum, fingitur non esse in eo loco, vbi habitat de præsenti. l. quæsitum in fine. ff. delega. 3. facit lex hæres absens. ff. de iudi. capit. Romana, de foro cōp. lib. 6. l. si quis post hac. C. de edifi. priua. & opinionē istam amplectitur Bart. in dict. l. filios Abb. in ca. Redulphus: de rescrip. vbi Felin. & Barba. nu. 97. & consi. 52. volum. 2. Bald. Ang. Alberi. & Paul. de Castro in lectura Bononiēsi post Cyn. Petrum & Nicol. de Neapo. in l. huiusmodi. § legatum. ff. delega. 1. vbi Ang. scribit hoc audiuisse, à quodam magno doctore Alberi. per illum text. in l. Titius. ff. de actionib. emp. Deci, in dict. l. hæres absens. §.

proinde

proinde column. 2. Iacob. de Sancto Georgio in. §. si quis tutelam nume. 35. eiusdem legis Ias. consi. 117. volum. 3. quã esse veriorem sentẽtiam, & secundum eam vidisse in regio consilio, pronuntiatum testatur Gregori. in dict. l. 2. Matth. de Afflict decisi. 384. num. 3. eandem communem appellat. Nicol. Boeri. decisi. 13. nu. 52.

In contrariam tamen sententiam itum est, à pleriſque, qui arbitrantur, quod quomodocunque quis nascatur effici ciuem originarium loci, in quo nascitur, licet nascatur, in transitu, ita tenet Paul. de Castro secum palã in eadẽ lege dissidens, nempe in lectura Parauina, dict §. legatum. quem ibi sequitur Ioan. de Imo. Rapha. & Alexand. qui dicit hoc sibi in puncto iuris placere Angel. illius text. autoritate innixus. § si quis igitur. in auth. quib. mod. natur. effici sui Hier. Cag. in rub. de orig. iur. colum. vltim. Lud. Bologni. de priuileg. Scholar. in verbo, nec suos ciues. Qui leuissimis fundamentis mouetur, sed renẽda est cõmunis sententia quæ in terminis iuris scripti verissima est, & ideo seruanda, etiam si non haberemus Regiam legem ei consonam, quam vltra supra allegatos dicit communẽ, Ripa. in tracta. de pest. titulo de priuileg. contracta num. 182.

Quæ communis opinio procedit, etiamsi pater, vltra decẽnium extra regnum extiterit, ad hunc si filium ibi procreet & legitimum, vel naturalem modo animum redeundi, ad hæc regna habuerit talis filius naturalis huius regni iudicandus est, quod ea neruosa, & efficaci ratione cõprobatur, quia quoniã quis recesit ab aliquo loco animo redeundi non dicitur ciuis illius loci, ad quem ire destinauit, etiã si vltra decennium absens fuerit, vt suprà dictum est, & suffragatur text. in l. ex facto in 2. versic. *Rerum autem.* Cum sequenti. ff. de hæredi. insti. etiã si per mille annos ibidem steterit, vt inquit Bar. in d. l. 2. C. de incolis lib. 10. quam opinionem, post hæc scripta legi tenere D. Azeuedo in. l. 9. tit. 3. lib. 1. ordi. noui. Qui animus redeundi, protestatione tẽpore absentiæ facta & alijs coniecturis probari potest, scilicet, quia in hoc regno domum, vel immobilia bona semper habuit, & in exteris regnis nulla immobilia emit, & alijs probabilibus coniecturis pro iudicis arbitrio.

Ex quo elegãter scribit Paul. 28
de Castro in dict. §. legatũ. numero. 3. quod si statuto caueatur, prout Bononiæ, quod nullus doctor possit esse, de collegio iurisconsultorum vel medicorum, nisi sit originarius ciuis, quod si mater casualiter abest, & ibi parit certè fingitur filius natus in ciuitate in qua mater incolatũ habet. & asseuerat Paul. se hoc vidisse in facti contingentia in filijs quorundam doctorum suæ ciuitatis natis alibi, vbi parentes cõ-

ducti erant ad legendum qui filij paternam originem retinuerunt.

29 Hinc etiam obiter declarari potest, cõstitutio. 7. nostræ Cõplutensis Academiæ lib. suarũ constitutionum qua sanctitum est, vt nullus ex domiciliarij s seu incolis huius populi Complutensis possit eligi, in collegialem, vel capellanũ insignis & maximi collegij toto terrarum orbe celebratissimi Diui Illefonsi, certè si mulier aliqua ciuis Complutẽsis alibi in trãsitu pareret, filius sic natus minimè in dicto collegio eligi po test, quod scio aliquando fuisse disputatum.

30 Ex quo sequitur egregia interpretatio ad. l. 25. tit. 7. lib. 1. noui ordi. qua stabilitum est, non licere horum regnorũ naturalibus, extra regna ista in alienis Academijs Regia lege prohibitis, literis incumbere sub pœnis ibi diffinitis. Non equidem eius sanctio nec pœnarum constitutio, locũ obtinebit, quando aliquis naturalis istorum regnorum extra Academiam, ad aliquem gradum in alia Academia, promouetur in transitu tamen, tum quia hoc casu constituto, cessat ratio illius constitutionis, quæ continetur in prohemio. Tum quia expresè loquitur aduersus eos, qui in dictis Academijs residentstudiorum gratia ibi. *Quæ en las tales vniuersidades, estudiendo enellas.*

31 Nec ab hoc est alienũ quod tradiderunt Bald. Alberic. & Paul. in dict. §. legatum, quod si propter bellum vel ob aliam causam animalia ciuium alicuius parochiæ fugiant ad aliã, & ibi pariant quod decima soluenda est parochiæ à qua recesserunt, sequitur Boeri. dict. decis. 15. num. 54. qui est vidẽdus. Stat tamen apud nos, circa hoc egregia constitutio, in l. 9. tit. 20. par. 1. qua cautum est, non deberi decimę animalium Ecclesiæ in cuius parochia in transitu parturiunt nisi per integrum mensem ibi permansissent.

Quibus finitũ est, quod scri- 32
bit Roma. cons. 263. & seq. ℣ absens ille iudicandus non est, qui ex legitima causa recessit cito reuersurus, quod multis iuribus & rationibus corroborat, quibus innixus ipse consulit, quod ille qui iurauit continuè stetisse in ciuitate Lucana, non est periurij reus licet probetur quod aliquo tẽpore absens fuerit pestis causa.

Quartò, ex etiam dicta lege 33
colligendum est, quod quãuis is, qui in aliquo populo decem annis habitauerit habendus sit pro naturali, & priuilegio naturalium gaudere debet, ad ℣ est optima lex. p. 2. tit. 24. p. 4. ibi. *La dezena por moranca de diez años, que fagan en la tierra, maguer, sea natural de otra.* Et probatur in d. l. 2. C. de incol. & est vidẽda lex. lex. 32. tit. 2. par. 3.

Et ideo licet Regijs consti- 34
tutionibus sit decretum neminem nisi ex his regnis naturalem proxonetam seu cambiorum in-

rum interuẽtorem creari posse, tamen alienigenæ, qui per decẽnium in hisce regnis, sunt commorati ad prędicta officia possunt admitti, vt à summis cõsiliarijs iudicatum fuisse testatur. Doc. Bur. de Paz. in l. 1. Tau. 3. conc. num. 373.

35 Sed quo ad obtinenda beneficia speciali iure stabilitum est, quod pater illius qui vult in his regnis beneficium obtinere contrahat in eis domicilium, & per decẽnium habitet ita illa lex diffinit ibi. *O aya contraydo domicilio enellos y demas de esto, aya viuido por tiempo de diez años.* Itaque minimè sufficeret habitatio decennalis nisi alias domicilium contraxerit, quod contingere potest, quando quis, se suamq́ue, familiam alendo, negociando, animo perpetuo permanendi larem sibi constituit. l. Labeo iuncta. glos. 1. ff. ad Municip. facit lex post liminij. §. fi. ibi, *Sine animus*, ff. de cap. post lim. reuersis, & est tex. in d.l. ciues. iuncta gl. in verb. *Larem*. C. de in colum. vel quãdo transtulit maiorẽ partẽ fortunarũ suarũ, vt in d.l. ciues. & in l. 2. C. vbi senat. vel clar. tradũt hos casus, & alios Iacob Rebuff. in d.l. ciues. Bertran. cõsi. 75. col. 2. vol. 2. Mar. Soc. Iuni. cõs. 7. n. 6. volum. 2. Itẽ necessariũ est, quod dicta habitatio non fiat animo redeundi ad patriam, nã quando quis ad tempus determinatũ, est in aliquo loco de eo decessurus nõ dicitur incola etiã vltra decennium. l. ex facto. ff. de hæred. inst. not. Bar. & Ange. in d l. 2. C. de incol. Ange. in l. hæres absens. §. 1. ff. de iudi Gregor. in dict. l. par.

Quintò, quod is qui secun- 36
dum decisionem dictæ legis, sit iudicandus naturalis istorũ regnorum, vt admitti possit ad beneficia ecclesiastica, si tamen regna ista reliquerit, & se in aliam prouinciam transfert nõ subditam Regi & domino nostro, vbi domicilium constituit iuribus naturilitatis priuatur, vt voluit glo. secundum vnam expositionem in l. in adoptionem. C. de adopti. tenet Bald. in authent. sed omnino. C. ne vxor pro marito. Et hac ratione si naturalis regni huius se confert in regnum Frãciæ animo perpetuo ibi permanendi non poterit apud nos beneficium, vel ecclesiasticam dignitatem possidere, ita tenet insignis Gregor. in l. 5. titul. 24. partit. 4. dicens hoc esse notandum.

Nec refragatur huic senten- 37
tiæ text. in l. penul. ff. de sena. quo dispositum est, quod licet senatores in vrbe domicilium habere videantur, tamẽ & ibi, vnde oriundi sunt domicilium habere intelliguntur, quia domicilium quod venit ex accidenti minimè mutat causam originis, quod etiam probatur. in l. fin. de muni. & origi. li. 10. Vbi translatio domicilij de loco originis in aliũ locum, vbi quis vult facere incolatum nõ facit locum originis perdere, imo in vtroq́ue loco subit mu-

nera cui⁹ legis autoritate Bart. assumptio. §. 1. ff. ad Municip. reprobat gloss. ibi asserentem quod in loco originis, post translationem domicilij non subeat, quis munera vel honores. Nec refragatur l. filios. C. de municip. origi. lib. 10. qua dicta glo. fundamentum suscepit, quia loquitur respectu originis filij eius qui mutauit domicilium originis, nō verò loquitur de loco originalis ipsius patris qui mutauit domiciliū. Et dictæ legi pen. ff. de senatori. potest responderi, vt procedat quando locus domicilij, & locus originis sunt sub eodem Rege vel Regno, secus si locus domicilij, in alio regno constituatur, quia is videtur renūtiare priuilegijs, & fauoribus cōcessis naturalibus regni trāsferendo domicilium extra regnū, ita Greg. in l. 5. tit. 24. par. 4.

28 Sextò, perpendi etiam circa dictam cōstitutionem, potest, vtrum tempore natiuitatis filij desideretur, quod pater in his Regnis domicilium cōtraxerit, & per decēnium vixerit, vel sufficiat, quod medio tempore filius nascitur, & postea quod deficit ad vnguem adimpleatur, itaque quod tempore beneficij conferendi nihil desiderētur, ex his quæ Regia lex desiderat, & nisi me mea non fallit opinio, censeo id sufficere, cum satis sit illius dispositio hoc modo seruari, quod eius menti consonum est, sic etiam ęam declarat D. Azeuedo, vbi paulo ante allegaui. numero 9.

Officium insuper diuinum vt tenentur non recitarunt.

CAPVT, LIIII.

1 Clericus officium diuinum non recitans qua hodie pœna puniatur.

EX dispositione Lateranēsis Conc. tempore Leonis. 10. celebrati, in Sessione nona, a in cap. de reformationibus curię & aliorum, delictum hoc tali pœna punitur: videlicet quilibet habens beneficiū cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorū fructus suos non faciat, pro rata omissionis recitationis officij & temporis, sed eos tanquam iniustè perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si verò vltra dictū tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione pręcedente, beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quò ad hoc vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltē non dixerit, Deo tamen vltra præmissa de dicta omissione reddituri rationem. Quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties sit, quoties contra fecere conuincātur. Hęc sunt verba concilij. An autem ante eius declarationem clericus nō recitans officium diuinum

a

num teneretur ad restitutionē
b fructuum, b vide Docto. in c.
1. de cebr. missa. Dom. & Phili.
in cap. fi. de resc. lib. 6. Sylu. in
verbo clericus. Io. 4. in 23. q.
Phil. in ca. postulasti. col. 9. nu.
33. De rescrip.

A *Sessione nona.* Adde quod huius celeberrimi concilij meminit Mar. Nau. in c. quoniam de consecratione dist. 1. not. in 7. num. 31. & nouissimè in tract. de orat. cap. 21. nu. 58. & in manuali confesso. c. 25. n. 121: Do. Soto. li. 10. de iusti. & iure. q. 5. art. 6. & doctissimus Greg. in l. 34. tit. 6. in verbo, *La 7ª lesta.* par. 1. Et dicti cōcilij cōstitutionem credēdum est spiritu diuino fuisse promulgatā, vt asseuerat doctissimus Iacob. Menoc. de arbi. iud. q. li. 2. cent. 3. casu. 429. num. 11. quē post huius practicæ secundam editionem legi. Quāuis Car. Mol. in cons. par. tit. 1. §. 30. nu. 49. secundum nouissimam editionem asseueret, non cōstare, nec apparere ita in concilio Lateranensi statutum, nec moribus gentium receptum fuisse, Imo nequaquam reipublicæ Christianæ, quod ita statuatur conuenire, ne laqueus multitudini inijciatur quod in legibus condendis, & maximè periculum animæ concernentibus, summoperè vitandum est. ca. de viduis. in 2. 27. q. 1. & latè per Ioan. Gers. in tra. de reg. mor. col. 4. non tamen negat Mol. ibi, quod clericus qui horarias preces omiserit iudicis arbitrio puniēdus non sit. Imo & beneficio ecclesiastico vltra fructuum perceptorum restitutionem. Vt communē esse nostrorum sententiā fatetur Bello. cons. 56. num. 3. Iul. Cla. in pract. crim. §. fi. q. 73. vers. Item clericus. qui non dicit. Sed quo ad Lateran. cōcil. attinet. egregius Nauar. d. c. 25. n. 124. constanter asseuerat, illius cōstitutionem diuino iuri consonam esse, & ea ratione seruandam, prout ipse eam in practica receptā vidisse testatur. Sed Dom. Soto d. ar. 6. etiam si meminerit Latera. concil. admonet tamen non omnino receptū esse huiusmodi decretū, atque ideo cautè, & secluso omni rigore esse interpretandū, vt ad omissionem quamlibet horarū, nēpe vnius aut duorum dierum, fieri non debeat restitutio. Vide tamen multa quæ circa cōstitutionem. d. Concilij scribit Mart. Nauarr. in d. tract. de oratione. c. 21. Quod quidem concilium, in hoc Archiepiscopatu Toletano, obseruari debet. Vt sinod. consti. sancitum est, ti. de celebr. miss. cap. 14. quod cap. arbitrariam pœnam imponit clericis qui beneficium ecclesiasticum non habent, & horarias preces omiserint recitare. Est autem de hoc nouissima Sanctio Pij Quinti Pont. max. quæ vulgo circunfertur.

Quam equidem egregiam constitutionem multis declarationibus egregiè de more ornat insignis Mart. Nauar. in man. conf. c. 25. nu. & in tract. de oratione. cap. 7. nu. 33. qui

in d.cap.25.n.10.& in d.tract. de oratione. ca.21.nu.11. cum seq.plures casus recēset,in quibus quis excusatur à recitatione horarum canonicarum & Dom.Soto lib. 10. de iust. & iure,quæst.5.artic.3.

AD *restitutionem fructuum.* Vide De.in c.cum omnes in 2. lectura co.2.de cōst. Adr. in 4.sent.in tract.de rest.in quę stione.An clericus teneatur restituere quidquid vltra victum de redditibus beneficij cōsumserit vers. pro responsione Ias. in l.Scriniarios.nu 6. C. de testa.mili.Rip.in l.vl.q.66. C. de reuo.donat. quam opinionem censet esse communem. gl. in pragm.sanct. ti. qualiter horæ canonicæ sint dicendæ colu. 2. Ang.de Clauasio in summa in verbo horæ cano.§. 5. qui omnes communi consensu affirmant,clericum horarias preces omittētem ad fructuum restitutionem teneri.Licet opinionem cōtrariam probare conatur,Ab.& Card.in cap. 1.de celeb.missa.Præp.in sum.44.dist. Fe.in c.postulasti.n.7.de rescri. quam opinionem communē esse fatetur D. Episcopus Couar.lib.3.vari.resolu.ca.13.nu. 10.sed hodie iam dictis nouissimi Pontificis constitutionibus standum est.

Hæc sanè quæ de horis canonicis scripsim⁹, locū obtinēt etiā in clericis,qui sunt in Gimnasijs studiorum gratia. Nam & ij horas canonicas dicere tenentur:ita scribunt multi quos diligēter refert Hor.Luti. Calli. de priuilegijs Schola. pri. 100. vbi alios qui ab hac opinione recedunt commemorat. & opinionem supradictam sequitur Menoch.vbi sup. n. 12. 27.Sunt vero nonnulli casus,in quibus clericus à restitutione horarum canonicarum excusatur, quos post alios refert insignis Nauarr. in locis nouissimè allegatis.

Negociatores ac alienæ rei conductores.

CAPVT, LV.

1 *Clericus,qui aliquod istorum criminum commiserit,qua pœna animaduertatur.*

2 *Quæsita per clericum ex illicita negociationē in vsus pauperum sunt eroganda.*

NEgotiari lucri causa prohibitū est clericis, [a] vt in c.secūdum, ne cleri. vel mona. Vnde in Conc.Carthag.6. cap. 17. sancitum est quod clericus aliquid excogitans turpis lucri gratia,abijciatur à clero,ac cōmunione alienus sit.Eisdē prēterea prohibitū fuit inter alia Conc.Calced.in Can.3.conducere possessiones. [b] Qui verò hoc fuisset transgressus correctioni ecclesiasticæ subiacere decreuit.Posteà etiam in Conc. Carthag.3. in Can. 15. clericis fuit prohibitum vt non essent conductores, nec turpi vllo lucro vel inhonesto negotio victum quærāt: Nulla etiam alia inflicta pœna. Tandē in Conci.Arelatensi.2.in c. 14. dispositum est quod si clericus conductor

1 a

b

ductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod genus negociationis exerceat, depositus à clero à cõmunione alienus habeatur. Facit etiam in proposito materiæ huius c. Cõci. Tarrac. Can. 2. cuius verba sunt: Canonum statutis firmatum est vt quicũque in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendendi carius studio non vtatur. Certè si voluerit exercere cohibeatur à clero, cuius Cõcilij dispositio à Gratiano refertur in c. cano. 14. q. 4. vbi etiam vide bonum tex. Iulij Papæ, in c. quicũque, in hoc proposito. Aduertendum est præterea, quod quæsita per clericũ ex illicita negociatione danda sunt pauperibus, vt notat Matthæus, quem ibi refert Card. in clem. 1. in fi. de vi. & honest. cleric. Et notat Zenze. & Rai. ibi, quos refert Imo. ibi, in 2. col. *Si* tamen totum non reddiderit, non sunt in statu damnationis, vt not. Card. vbi supra, referendo fratrem Aluarũ, & Zenze. & tenet etiam Imo ibi, referendo solum Zenze. Et vide Archid. Florẽ. in sua summa, in 3. p. tit. 13. c. 2. §. fi. vbi scripsit quod in foro pœñali debet clericis iniungi, vel saltẽ consuli quod ea, quę taliter lucrati sunt studeant pauperibus erogare, qui solum allegat ad hoc text. in ca. Qui habetis. 14. q. 5. *Ex* quo videtur velle, quod non tenentur clerici ad restitutionem e taliter acquisitorum.

A *Prohibitum est clericis.* Adde Regiam. l. 56. tit. 6. par. 1. vbi Greg. Lop. & à Clerico ne negociatore, tanquam à teste cauendum esse admonet text. in c. negociatorem. 88. distin. cui⁹ prohibitionis tres potissimæ rationes considerari possunt. Prima quia finis eius lucrum est temporale, quod clerici contemnere debent & habentes alimenta & quibus tegãtur contenti esse debent, ait Pau. 1. ad Thim. cap. 6. Secunda quia rarissimè hæc prophanæ & sęculares negociationes absque peccati labe exercẽtur vnde periculosæ sunt valde. Ait enim sapiẽs eccles. 27 duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt. Difficilè exuitur negotians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Quapropter nostræ religionis scriptores mercatores improbant, aspernantur, vituperant, veluti à virtute, & à bonis moribus, alienos, Dauid equidẽ Psal. 70. aut ex aliorum computatione. 71. [Quoniam (inquit) nõ cognoui negociationem introibo in potentias Domini.] Ita enim locum illum D. Aug. interpretatur, vt patet in eius commẽtarijs in eum locum, vbi multa congerit circa mendacia, periuria, & innumera alia crimina huiusmodi negociatorum. Et D. Chrysost. in 2. parte Homeliarum in Matheum enarrans illud *ipsius Matthęi. c. 21.* [Eijciebat vendentes & emẽtes de templo.] Significauit (inquit) quia homo mercator vix aut nunquam potest place-

Negociatio clericis inter dicta eius que rationes constituuntur.

re Deo, & multa contra mercatores congessit Lucas de Pen. in l. nec ipsi. Circa medium. C. de incolis, li. 10. & in Ru. C. de eroga. mil. lib. 12. And. Tira. in tract. de nobilit. cap. 33. Tertia ratio est, quia huiusmodi negotia homines retrahunt ab spiritualibus, quibus incumbere peculiare est clericorum munus, iuxta diuini Pauli sententiam. [Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus.] Ad Corin. 2. in prin.

Et ex pœna suspensionis, & excommunicationis, pœnis quæ clericis prohibitas negociationes exercentibus imponitur, facilè intelliges, eos mortalem culpam contrahere. cap. nemo. c. nullus. 11. q. 3. quod verum est, si in sacris fuerint constituti, si autem in minoribus & beneficia ecclesiastica non obtinuerint, nõ prohibẽtur eas negociationes exercere, quas possunt sæculares quia in his iura benignius sunt interpretanda, ita not. Abb. in ca. secundum institutа, & in capitu. sed nec. ne clerici vel monachi, not. Alber. Trotius. libr. 2. de vero & perfecto clerico. ca. 52. num. 6. Ioan. à Medina in codi. de rebus resti. q. 31. versi. nota tamen, fo. 91. col. 2.

Clerici an possint per alios negociationes exercere.

Sed vtrum illas negociationes, quas clerici per seipsos facere non possunt, possint per alios exercere. Quod sanè eis permissum videtur, ex text. in Clemẽtem. 1. de vita & honest. cleri. Vbi clericis interdictũ est officium tabernarij, aut macellarij personaliter exercere, nec enim absque causa dicitur personaliter, nisi vt intelligamus id clericis per alios facere non prohiberi. Deinde vrget tex. in Clementi. 1. §. porro. de statu monach. Vbi statutũ est, quod monachi, quibus per seipsos venari prohibitum est, possunt tamen opera aliorum facere. Vnde dixit not. Alberi. in l. humilem. C. de incest. nup. clericum per alium tabernã exercentem, non amittere priuilegium clericale. Et ita quidẽ vt audio multa sunt monasteria, quæ ea quæ supersunt, ex prouentibus suorum redditum, mercatoribus tradunt, vt illã aliquam negociationem exerceant. Quod sanè mihi nunquam placuit, cum maximam temporalium bonorum cupiditatem præ se ferat.

Clericus negociator qualiter censendus sit.

Necessitatis tamen causa, minimè clericis prohibitum est, victum & necessaria quærere ex aliquo honesto munere capit. vlti. m. de vita & honest. cleric. hac lege, vt illis diuinis muneribus, quibus incũbere debent impedimento non sit, vt habetur. 91. distinct. per totum maximè in capit. clericus victum, & cap. nunquam decõsecrati. distinct. 5. Qua ratione possunt locare animalia, vt oues, & boues, & similia, ad certum fructum dummodo per contractum alias permissum. Illis etiam permittitur rem emere, vt melioratã cariori precio vẽdant, vel aliquam rudem materiam, & ex ea aliquid fabricare,

Clericis necessitatis causa minime prohibita est missa negociatio.

bricare, vt inde commodum & vtilitatem reportent, vt tenet gl.not.in summa.14.quęst 3.in fine non equidem lucrum acquiritur ex negociatione, sed ex artificio, & eā sequitur Alberic.Trotius d.c.52.num.5.

Clericus negociator qualiter censendus sit.

Et vt huius capitis pœnis lotus sit, notandum est, cum clericum negociatorem non dici, per vnius rei emptionem vel venditionem, nam negotiator is dicitur, qui plures negociationes exercet.l.1.§.licet.& ibi glo.in verbo, omne.ff.de tribu. & in procemi.Insti.§. cumque hoc Deo.l.semper.§. Diuus Adrian. cum lege sequen. ff. de iure immu.Bar. in procemi. ff. num.10.idem & Bal.in l.legatis seruis ff.de legat.3.idē Bart. in l.maritum.§. qui quæstum. ff.de adult. Felin. in procemi. Gregor. columna. vltim. versicul. Quarta limita.Par. de Puteo in tract. Sindi. in par. officiales.fol. 87. Auiles in capit. prætor. capit. 2. in verbo, *De mercaduria.* Petrus Rebuff. in tractat.de mercat. minu. artic. 1.glo.1.nu.10.Tom.2.constit. Franc.Gregor.Lupe.in l.1.titu. 7.par. 5. in verbo, *Mercaderes.* Dicitur etiam is mercator, vel negotiator, qui rem emit, & non mutata forma illam vendit, vt aliquid inde lucretur, text.in capit. eijciens, & in capit. quid est aliud. 88. distin. not Archi. in cap. quanquam. de censib.lib.6.Rom.in l.si publicanus.§.1. ff. de publi. Bertran.consil.214.col.2. volum. nouæ ædit. Et negociator vel mercator appellatur, qui negociationem quæstuariam exercet de quo est optima lex.1.titu.7.p.5.& tenet Sanct.Thom. 2.2.quæst.77.artic.4.

Clericus negotiator nudus candus non est qui ex propriis fundis vel bene ficij fructus vēdit.

Ex quibus sequitur, non dici clericum negotiatorē: qui vendit vinum, granum, aut oleum, ex proprijs fundis. Ita sing. tenet Abb.consil.6.dubio.2. volum.1.Deci. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. colum. penultum. Aymon Crauc.consi.163.column.1.nu.3. Andr. Tiraquel. de nobilitate capit.28.num.10. doctissimus & magni nominis aduocatus Doctor Petrus Auend. de exequen.mand.Reg.cap.19.num. 34.Roland.Valle consi.71.numer.10.volum.4.Imo non obstante prohibitione de nō vendendo vinum (vt nostri dicūt) ad grossum, vel minutum, possunt clerici pro sua voluntate quæ dicta sunt vendere, absque gabellæ solutione. Ita tenet Bertachi.in tracta. de gabb. in 7.par.prin.quæst.7.col.4.dicēs ita fuisse iudicatum, per insignem doctorem Hieron.Zanetinum Bononiensem. Nec dicetur clericus negociator, vel mercator, licet id quod superest, de eo quod vilius ad suam vel suorum substentationem emit, iusto pretio tunc currenti, carius vendat, quam emit. ita egregiè tenet insignis Marti. Nauarr.in manu.confesso.cap. 25.num.110. vnde nec puniri potest, nec ex ea venditione gabellam soluere tenetur, quod in practica est notatu dignum,

Clericus negotiatus non est multa negociatio.

licet id malè audiant gabellarij rigidissimi exactores, à quibus interrogatus sepissimè ita respondi.

Clericus si in negotiatione delinquit à iudice Ecclesiastico puniri debet contra Cassa. Mext. & alios.

Si tamen clericus in hoc delinquit (puta) quia falsa mensura triticũ, vinum vel oleum vendiderit condignis pœnis ab Ecclesiastico iudice puniri debet, non vero à iudice laico, nec pœnis Regiarum constitutionum, quamuis contrarium in facti contingentia interrogatus consuluit perperam Bartho. Cassan. in consue. Burg. Rub. 1. §. 5. in glo. *Sil nam graca.* num. 90. quem sequitur vir doctus & diligens Licen. Mexia in pragmat. taxæ pan. concl. 5. num. 29. Sed opinio hæc omni iure & ratione destituta est, nullibi sanè locus aliquis Sacrorum Canonum reperitur, quo cautum sit clericos in hoc dilinquentes priuilegium fori amittere vnde receptissimis iuris regulis est standum.

Pœna à seculari lege contra arma prohibita gestates clericos minimè comprehendit.

Pro quo etiam mirè facit. Ioan. de Platea opinio in. §. itẽ lege Iulia. col. 4. inst. de publi. iudi. quo loco existimat, pœnã lege sæculari statutam contra vtentes armis vetitis, minimè peti posse contra clericum, coram sæculari iudice, etiam si ea pecuniaria sit: quem sequitur magnus vir apud Hispanos Ioan. Lup. in repeti. cap. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. 2. not. §. 1. num. 13. D. Couar. in pract. quæsti. cap. 33. num. 7.

Confutatur opinio quã-dam doctissimi D. Ioan. Re.

Quamuis ab hac opinione nouissimè recedat D. Doctor. Ioan. Redin quondam meritissimus Regius consiliarius, nũc præsul integerrimus in libro quem de maiestate Principis inscripsit in verbo, [Non armis solum decoratam.] 2 par. nu. 166. qui in ea est sententia vt existimet, vtrãque pœnã nempe & pecuniariam & armorũ priuationem, coram sæculari iudice contra clericũ peti posse, & ante eum tenuerunt Ioan Fab. in l. addictos, ex tex. ibi in verbo, *Vltro procedat.* C. de Episc. audi. Auffer. in rep. Clemen. 1. de offic. ordin. foli. 31. numer. 21. ver. 13. fallit in ver. portu armorum in reg. 1. fallẽ. de potestate sæcul. super ecclesias perso. Bened. in rep. capit. Raynun. in verbo, & vxorẽ nomine Adelasiam. fol. 87. num. 436. Mouetur equidem doctissimus Redin ea ratione, nam si sæculari iudici licet clericum prohibitis armis spoliare, pari etiam ratione, & pecunia multare licebit, nihil inter vtranque pœnam interest. Certè si solum rem ipsam attendamus non videtur à veritate opinio hæc aliena. Cum pecuniæ verbum generale sit omnia comprehendens, sed si modũ exequendi attentè consideremus, in quo huius rei vis consistit, magnam differẽtiam inueniemus. Nam ad aliud est, armatũ clericum facto ipso, armis spoliare, aliud iuris ordine seruato pecuniam exigere, non quod inter arma & pecuniã aliquid intersit, quia & pecuniam cum extra prouinciam exportaret, lege prohibente, posset sæcularis

ris iudex, vel ei⁹ executor, propria autoritate clericum spoliare, sicut & armis, si ipso facto exportantem inuenisset, nõ tamen liceret iuris ordine seruato, in armis, nec in pecunia eum condemnare, & huius rei discrimen clarissimè constat, quia alterũ facti est, quod nudum factum respicit, alterum vero iurisdictionis est, quod est maius: vnde iure permissum est creditori, fugientem debitorem apprehendere, vt in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudem credi. tradit latissimè Suar. in l. 2. titul. *De los emplaçamientos.* Versi. fin. libr. 2. for. ll. quam esse communẽ fatetur Ripa. in cap. 1. num. 88. de iudi. & multis iuris locis facti executio permittitur, vt per Iaſ. in prin. inſt. de act. num. 6, & ibi Gomezi. Non tamen creditori citare eum liceret, absque iudicis præcepto, quia hoc iuris executionem, illud autem factum continet. Vt probatur in l. neminem. Quæ in criminalibus loquitur, & in ciuilibus vt in l. ad perẽtorium. cum lege sequ. ff. de iud. Parique ratione, maritus adulterũ in fraganti crimine inuentum impunè occidere potest. l. 1. l. marito quoque. ff. de adult. Regia. l. 13. tit. 17. par. 7. non verò posset in adulterum ius dicere, iurisdictionem exercendo, & in terminis hanc opinionem cõtra præfatos autores, tenet doctissimus D. Franc. Sarmiento selecta interpreta. lib. 7. cap. 8. nu. 2. quæ apud nos seruatur.

Apud Gallos Regij iudices clericos arma prohibitade ferentes puniunt

Apud Gallos tamen seculares, iudices puniunt clericos, arma vetita deferentes, siue ꝙ Regij iudices vsurparunt, vt inquit Petrus Rebuff. in l. armorum. versi. Primo armorũ ff. de verbo. signi. siue Romanorum Pontificum priuilegio, vt testantur Bened. Fab. Cassa. & Auser. in locis nouissimè allega. & Caro. de Graſ. lib. 2. Regal. Fran. iur. 17. Quo priuilegio vti possunt, donec per vniuersale concilium fuerit reuocatum, secundum Guil. Benedi. ibi. Quod reuocatum iam videtur, vt patet in casu. 15. Bull. cenæ, vbi Cancellarij, Vicecancellarij, vel executores omnes excommunicantur, si in causis criminalibus contra clericos processerint, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum, à sede Apostolica concessorum quibuscunque Regibus, quæ ibi reuocantur. Egregius tamen Marti. Nauarr. in manuali confessor. ca. 27, num. 70. asseuerat, difficilè Gallos à dicto priuilegio abstensuros, siue quod intendant ea priuilegia esse remuneratoria, siue immemorialia super leuibus criminibus concessa argumen. eorum quæ not. ab Innocen. Abb. & Felin. in capit. nouit. de iud. Sed hoc Summi Præsulis arbitrio relinquendum censeo, prout prudenter censet Nauar. in d. num. 70.

Itaque verissima opinio cẽsenda est, clericum propter armorum vsum à suo ecclesiastico iudice esse puniendum, non tamen

tamē pœnas sæcularibus legibus impositas aduersus eū exequi tenetur, sed poterit iuris canonicis pœnis, & pecuniaria mulcta eius arbitrio punire, ita censet D. Couarr. in pract. quæstio. cap. 33. num. 7. cuius opinio mihi summè placet. Licet opinionem contrariam si licet iudicem ecclesiasticum teneri, eandem pœnam pecuniariam imponere, quæ sæculari lege statuta est, teneat Iul. Clar. in practi. crimi. §. fin. quæst. 36. versi. vlterius. sed eius opinio tenenda non est, licet aliquando eam seruatam fuisse in Mediolanensi dominio assereret Bartho. Cassa. in consue. Burg. fol. 52. num. 79. dicens, quod dum esset vicarius iustitiæ Mediolani, captum fuisse quendā clericum de nocte cum armis, qui fuit punitus pœna pecuniaria, & euasit corporalem.

Clerici seruare tenētur Regiam lege 19. tit. 11. lib. 5. noui ordi.

Ex quibus nonnulla ad hanc criminalem practicam summè necessaria colligam (nec extra chorum saltabo.) Primò sequitur, quod sæpissimè vidi controuersum, & huic capiti est accommodatissimum. Vtrum clericus, qui negociationis causa triticum, hordeum, vel granū aliud emit. deindeque reuendit, contra Regiam sanctionem latam Madriti, ann. 1530. quæ hodie est l. 19. titul. 11. libr. 5. noui Regij ord. possit puniri pœnis, ibi. statutis, tanquā legis iustæ transgressor. Qua in re illud prius consideratione dignum est, clericos teneri ad obseruantiam dictæ Regiæ cōstitutionis, ex Bart. sententia in l. cunctos populos, num. 29. C. de summ. Trini. Et fide cath. quo loco scribit, statuta generalia laicorum, in quibus clericorum aut ecclesiarum nulla fit mentio, sed tamē tendunt aduersus ea quæ illis competunt, non tāquam præuilegiatis, sed vt cuilibet de populo illos ligare, dummodo honesta sint. Idē Bart. in l. de quibus. colum. fin. ff. de legib. I. app. alleg. 81. colum. 1. Barb. in rub. de reb. Eccles. non alien. Quæ quidē statuta ob promiscuam, & totius reipublicæ vtilitatem iure defendi possunt, vt tradit D. Episc. Couar. in regula possessor. 2. par. §. 4. num. 8. de regul. iur. libr. 6. Hiero. Grat. Cons. 162. text. optimus in ca. 1. de iure iur. lib. 6.

Deinde huic opinioni suffragatur, quia lex ciuilis sancita à non recognoscente superiorē, si non tractat de materia spirituali, nec sacris canonibus aduersatur, seruari debet, in foro Ecclesiastico contra clericos, gloss. in cap. cum ad verum, in verbo temporalium. 96. distin. gloss. in cap cæterum. de donationi. & in cap. 1. vbi Abb. & docto. de noui oper. nupti. tradunt docto. in l. priuilegia. C. de Sacra Eccles.

Rursus non vulgariter conducit, quia cum dicta pragmatica circa temporalia bona disponat, quæ quidē sunt de Principis sæcularis territorio secundum illius Regias constitutiones, sunt circa hoc iudicanda,

Bald.

Bald. in cap. cum venissent. colum. 2. de eo qui mitt. in possessi. Barba. in rubr. de reb. ecclesiæ non alienand. num. 112. Bartho. Cassa. in consuet. Burg. Rub. *Des iustices.* §. 4. gloss. *De droit dindire.* In fine Petr. Bellug. in specul. Princip. rub. de admoritisa. § nunc videndum: in fine tradit Petrus Rebuff. in 1. Tho. const. Fran. in proæm. glo. 1. num. 17.

Præterea rem hanc comprobat, nam cum Regia illa constitutio præiudicium clericis non inferat, ab illis seruari debet. Vt multis comprobat Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num. 88. & 90. de constitu. maximè quia ob vtilitatē publicam condita fuit, quæ publica vtilitas bono Ecclesiarū æquiparatur. l. fin. C. de Sacro. Eccles. not. Calderi. consi. 21. de consti.

Ad idem facit ratio minimè, vilipendenda, si enim clericis liceret triticum, vel aliud frumenti genus reuendere, inde maximum absurdum sequeretur, nempe quod ea negotiatio, quæ laicis est interdicta, clericis licita foret, à qua eos Sacra canonica decreta longè repellunt.

Vlterius idem fulcit, nam ad prohibendam hāc reuenditionem, non minorem vim habere debet publica autoritas & institutio, quam communis & recepta populi consuetudo, sed clerici astricti sunt ad obseruādas laudabiles populi consuetudines, vt omnium recepta est sententia in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & in auth. Cassa. & irrita. C. de Sacro Eccles. tradit late Bartho. Cassan. in consuetudi. Burg. ru. 9. §. 10. in prin, num. 53. quam esse communem sententiā fatetur Bar. in rubri. de rebus Eccles. non alien. colum. 25. ergo similiter iustam Principis legem obseruare tenentur.

Non tamē intelligas clericos, seu alias Ecclesiasticas personas, decissionē dictæ pragmaticæ teneri obseruare, ratione ciuilis legis, & quatenus lata est per sæcularem potestatem, sed ex vi naturalis rationis, super qua fundatur argum. cap. pastoralis de fide instrum. & tradit Matth. de Afflict. in prę-lud. consti. Neapo. q. 7. num. 2. Ex quibus circa dictā pragmaticam tria sunt colligenda, vt proposita diluatur quæstio.

Primò clericos qui illā transgressi fuerint mortalem culpā contrahere ita not. Ferdin. Mench. libr. 1. de succes. creati. §. 10. num. 648. quem sequitur Mexia. num. 41. vbi supra.

Secundò, clericos qui eam violādo deliquerint, per suos ecclesiasticos iudices competētes esse animaduertēdos. Nam licet illa prohibitio reuēditionis frumenti, à Principe sæculari facta sit, non inde sequitur clericos illius trāgressores, per sæcularem potestatem puniēdos esse, ita censet Mencha. vbi suprà.

Tertiò, minimè teneri iudicem ecclesiasticum, eadem pę-

na di-

na dictæ Regiæ constitutionis clericos multare, nam cum illa ex vi tãtum naturalis rationis, vt dixi astricti sint, quę quidem naturalis ratio non magis vnã, quam alteram pœnam transgressoribus infligit. Pœna vero quæ ibi imponitur, procedit ex ciuili potestate & iurisdictione, à qua clerici immunes sunt. Et ideo arbitraria pœna puniri debent, cũ iure Pontificio statuta non sit. Non tamen diffiteor, pro modo culpę Ecclesiasticum iudicem posse, aliquo modo pœnam ibi statutam imitari. Et ita sæpissimè vidi iudicatum à iudicibus integerrimis maximè à D. Didaco de la Calçada Episcopo Salonensi, huius Complutensis curiæ Vicario generali, viro omnibus numeris absolutissimo, & nunquam satis pro meritis laudato, qui sua incredibili prudẽtia, & animi candore, dictam curiam antiquo nitori restituit, & ita tenendum est, quidquid in contrariũ voluerit Licenc. Mexia. d. concl. 5. numero. 41.

D. Didacus Calçada Episcopus Solonensis.

Clerici obseruare tenentur Regiam l. 1. titu. 24. li. 5 noui or.

Secundò, deducitur quo ad principale à nobis propositum argumentum, teneri clericos obseruare Regiam legem. 1. titu. 24. libr. 5. ordina. noui. quæ iustissimum pretium statuit, quo triticum, vel aliud genus frumenti vendi possit, ita Frater Dom. Soto in libr. 1. de iusti. & iure. quæst. 6. Mart. Nauarr. in manu. confesso. cap. 23. num. 84. Præcipit tamen illa lex quod si clerici illam fuerint transgressi, pœna statuta ibi multẽtur. Nec ad nos pertinet disputare, an Regia illa constitutio fieri ita potuit prudentibus iudicandum relinquo, est sanè instar Sacrilegij, de Principis potestate disputare. l. Sacrilegij. C. de diuer. rescrip. ita animaduertit doctissimus & diligentissimus Ioan. Mati. in dict. l. 1. gloss. 1. num. 4. Illud autem certissimum est, quod eo casu quo dicta pœna esset imponenda id fieri debet à iudice Ecclesiastico.

Statuta prohibẽtia, ne extra locum vel territorium vinum deferatur an clericos comprehendat.

Tertiò, his finitimum est, an ea statuta qualia multa sunt in quam plurimis Hispanię oppidis prohibentia, ne in vrbẽ, extra territorium, vel fortè loca confinia vinum asportetur, Ecclesias vel ecclesiasticas personas comprehendat. Est sanè in hoc Cõplutensi populò de hoc peculiare statutũ, supremi Regij senatus autoritate compro-dat. batum, quo quidem nõ vulgares pœnæ transgressoribus imponuntur, secũdum quod eius rigorem moliens, sępissimè iudicaui cũ anno Domini. 1564. essem dicti populi moderatur. Et in ciuitate, De Guadalajara (quæ mea patria est) antiquissimum & inuiolabile de hoc statutum est. Qua proposita quæstione Thom. Gramma. (non vulgaris autoritatis vir) præsentem disputationem diligenter examinat, decis. 100. incip. in causa vniuersitatis, & multis hic inde adductis contẽdit, iustissimè in Regno Neapolitano prætorio diffinitum fuisse,

Ciuitas vulgariter dicta Guadalajara, patria autoris.

fuisse, orta controuersia, inter Salerni ciuitatem & Abbatem sancti Benedicti, statutum illius ciuitatis quo prohibitum est, in eam vrbem adduci vinum extra ipsius fines, & territoriū, minimè comprehendere vina, quæ ex ecclesiarum vineis colligūtur. Quem refert & sequitur D. Præsul. Couarru. in regul. possessor. 2. par. §. 4. num. 8. idemque Gramma. dict. decisio. uum. 15. censet esse obseruandum in vino percepto ex clericorum vineis allegans Ripam quem vide.

Ex eodē fonte profluit, quod scribit Thom. Gramma decis. sio. Neapolit. 100. asseuerās illud statutum quod disponit triticum molendum deferendum esse ad molēdinum Principis sæcularis personas ecclesiasticas minimè comprehendere, Boer. decisi. 125. Ripa. li. 3. responsorum cap. 15. D. Couarruu. dict. §. 4. quam opinionem communem esse fatetur Franc. Bursatus con. 93. num. 26. vol. 1.

Sed vt liberè dicā quod sentio, opinio hæc mihi nullo modo placet, & merito cōsuetudo in his Hispaniarum regnis frequentissima, nunquam eam recepit. Nam cum dictum statutum propter bonum publicum constitutum sit, licet re vera habeat se quo ad commodum, & incommodū, fauorabile dicitur: & à clericis seruari debet. Vt in simili casu consuluit Federi. de Sen. consi. 35. incip. statuto ciuitatis. Cardin. consi. 144. incip. super thema. tradit Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ numer. 81. de constit. Aymon Crauet. de antiquit. tempo. 4. par. versi. Circa præmissa. num. 4. Ioan. Crot. in l. filius familias. §. D. & ibi Ferdi. num. 424. ff. de leg. 1. Folleri. in constit. Regni de magni. offici. vers. statuim⁹ vt magnæ. num. 67. Pedamontana decisio. 17. in fine Bursa. dict. consi. 93. qui multa congerit. Clericus equidem in hoc tanquā ciuis & populi pars iudicatur, nam Prælati & clerici de temporali districtu dicuntur capit. fin. de offic. de lega. lib. 6. & ea ratione priuilegijs libertatibusque patriæ gaudent ex Ioā. Andr. sententia ibi in nouellis & ciuium appellatione compræhenduntur, vt scribit Bald. in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure quem sequitur Marcus decisi. Delphin. 1. par. decis. 456. num. 9. Et cum tanquam ciues priuilegijs gaudeāt, commodumque inde reportent, vt damnum pariter sentiant æquum est. l. secūdum naturam. ff. de regu. iur. regu. qui sentit. de regu. iur. libr. 6. Maximè quia vt in plurimum statuta hæc, immemoriali consuetudine promiscuus cōsensus, clericorum & laicorum saltem tacitus interuenit, quod maximi momenti est, vt aduertit D. Couarr. dict. §. 4. num. 8. ea nāque statuta siue consuetudines, quæ mixtæ sunt laicorum, & clericorum astricti sunt clerici, ad illorum obseruantiam. Vt com-

communis est omnium sentẽtia, teste Barba. in rub. de reb. Eccleſi nõ alienam. tradit Bart. Caſſa. in conſuetu. Burg. rub. 9. §. 10. nume. 53. & opinionem iſtam, quod ſtatuta iſta, vel cõſuetudines eccleſias clericoſq; comprehẽdant, tenet Ferdinand. Mench. lib. 1. controuer. vſu frequen. capit. 4. nu. 18. Mexia. dict. conclu. 5. num. 17. Nec refragatur illa Neapolitana deciſio, (cuius celeberrimi Senatus autoritas apud doctos eſt maxima) nam vt ibi ex Gramm. conſtat nume. 26 non fuit articulatum, nec probatũ ſtatutum illud, propter publicam vtilitatẽ emanaſſe. Deinde quod præcedente titulo priuilegiorum Principis ſancitum eſſe allegabatur, quæ quidem priuilegia nunquam exhibita fuerunt, quibus & aliis quæ ibi interuenerũt, potuit in illo caſu aliquo modo ſententia illa iuſtificari.

Neapolitani ſenatus maxima eſt auctoritas.

Statuto ſæculari ſanciri poteſt, quod omnes locuſtæ, aut alia animalia nociua à prædijs clericorum ejiciatur

Quartò, nec ab hoc alienum eſt, quod eadem publica inſpecta vtilitate, cui ratione reſpublica liberã ſtatuendi facultatẽ habet. l. 1. l. ambitioſa. ff. de decretis ab ordine facient. tradũt Bar. & omnes in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. ſi vermes, vel locuſtæ aut alia animalia nociua in clericorum prædijs naſcãtur, per ſtatutũ municipale cõpelli poſſunt, vt ſuis expẽſis capiant, aut occidãt, ne alijs nociua ſint, Argum. eorũ quæ de infectione, doctores not. in l. nullus. Ç. de ſumma. Trini. & fide catho. & in l. ædiles. §. Pedius. ff. de edili. edict. & multa congerit Ripa in tract. de peſte vltim. par. in remed. ad curan. peſt. fol. 30. in magnis quem vide.

bus an comprehendant clericorũ animalia.

Quintò, hinc emanat, clericos cæteraſq; eccleſiaſticas perſonas cogi poſſe, pro bono publico viam ante domum reparare, eamq; ſuis expenſis mundare, non tamẽ per ea quę iam dicta ſunt, per poteſtatem ſæcularem ad id cogi, nec puniri poſſunt. Licet in hoc vltimo contrarium teneat Barth. Cæpola in tracta. de ſerui. ruſti. prædi. quem ſequitur Licen. Mexia. dict. concl. §. numer. 70. quæ opinio nullo iure fulcitur, ſatis enim eſt clericos his decretis & ciuitatis conſtitutionibus, pro eius ornatu & mũditia latis ligari, vt per ſuos eccleſiaſticos iudices ad id compelli poſſint.

Clerici compelli poſſunt viam publicã pro ꝓrijs expenſis mũdare.

Sextò, his conſentaneum eſt quod ſtatuta, ſiue conſuetudines, circa mõtium, nemorum, prædiorum cuſtodiam, clericos religioſoſq; ligare, propter communẽ vtilitatẽ. Quod tradunt doctores in cap. quod clericis, de foro. comp. & plures ſequentes allegat Barth. Caſſa. in conſuetu. Burg. rub. 13. § 5. fol. 331. quam communem eſſe ſentẽtiam fatetur Petrus Auẽda. de exequen. mand. 1. par. cap. 13. num. 7.

Septimò, his etiam finitimũ eſt, ſtatuta punientia damna illata ab animalibus, in agris alienis clericorũ animalia cõprehendere, & quia hoc latiſſimẽ

Statuta laicorũ puniẽtia damna illata ab animali

Bna an comprehendant clericorũ animalia.

mè patet vide Ioannem. Andr. Abba. Felin & doct. in dict. ca. ecclesia Sanctæ Mariæ Gregor. Lop. in l. 24. tit. 15. part. 7. qui post alios scribit, clericos pessimos iudices esse condemnandos ad soluenda huiusmodi damna, quia mala pastorũ electio in culpa fuit. Sequitur. D. Castillo in l. 70. Tauri, num. 18. Franc. Auiles in cap. prætorum cap. 17. glo. 1. num. 12. fol. 159. Quod verum est & procedit quando damnum illatum ab animalibus petendum est, ab ipso clerico, quia cum lis & controuersia interuenire debeat, ea agitanda est, in ecclesiastico tribunali. Secus vero si pœna exigenda esset, de plano, absque aliqua iudiciali cõtrouersia, secundum loci consuetudinem, quæ frequentissima est, quod illato damno & facta denuntiatione à custodibus scribi solet, in libro ad hoc destinato & statim exigitur. Vel si fortè aliquid soluendum esset à clerico, pro suorũ animalium pastura quod distributũ est, per homines ad hoc electos, tunc equidem iudex secularis præcipere potest, vt prædicta ex bonis clerici aut de fructibus ipsorum soluantur, etiam si oportuerit pignora capiendo; quod pro cautela tutissima tradit Bald. in auth. sed periculum. C. sine censu vel reliqui. quem refert ad hoc Auẽda. de mandatis Regum. 2. par. cap. 14. num. 13. & vide Greg. in l. 51. titu. 6. in verbo, Por razõ. part. 1. Vbi scribit quod nulla hoc casu excommunicatio incurritur, quia authoritate iuris fit, & opinionem istam nouissimè amplectitur D. Azeuedo in l. 12. tit. 3. libr. primo ordin. noui. num. 2. dicẽs se in facti contingentia ita vidisse declaratum à Regijs senatoribus, Granatensis prætorij. Et secundum hanc dicti. supradicta à nobis sunt interpretanda.

Clerici compelli possunt viam publicã præbere priùs expensis mũdare.

Securius tamẽ est, quod pastores conueniantur, qui ad solutionem damni propter malam administrationem tenentur, vt egregiè scribunt Ioann. And. Cardin. & Ancharran. in cap. grauem. de sentẽn. excommu. Petrus Auenda in capitu. prætorum. 1. parte. capit. 4. numer. 30. versicu. Item in proposito, & ita pluries fieri consului.

Statuta laicorũ puniẽtia damna illata ab animali

Ex quo sub infertur, idque notatu dignum est, quod scribit Gandi. in tracta. malefici. titu quomodo de crimine per viam denũtia. cognosca. quod custodes, à ciuitatibus populisque constituti ad custodiam montium, prædiorum, bonorũ quę publicorum, non solum fidem faciunt contra laycos, sed cõtra clericos. Sequitur Petrus Auendanus in loco nouissimè allegato.

Publici montiũ vel prædiorũ eius fides damna illata denuntiantes contra clericos fidem faciunt.

Quod plurimum notari debet, ad intellectum & ampliationẽ Regiæ pragmaticæ Madri. latè. 19. die mẽsis Nouembris ann. 1566. super conseruatione herbarum huius regni, vt etiam in ecclesijs clericis religiosis procedat.

Imò eadem perpensa ratione tenentur clerici pro rata eam collectam soluere, quæ imponitur pro custodiendis vineis, pratis, vel agris, vt scribit idem Petrus Auenda. in dicto capit. 14. prætor. nume. 31. in prima parte, & Mexia in pragma. tassæ panis conclusi. 5. num. 43. Et quod plus est iudex sæcularis potest præcipere, vt collecta ista, ex fructibus bonorum clericorum soluatur, Bald in l. de his. C. de Episcop. & cleric. & in dict. auth. sed periculū, Gregor. in l. 51. titul. 16. par. 1. Decissio. Pedamontana. 68. num. 16. & 30. Erit tamen saluberrimum consilium, vt iudex ecclesiasticus, priùs circa hoc cōsulatur, quod si negligens fuerit, sæcularis iudex propria autoritate faciat, circa quod vide nouissimè D. Azeuedo in l. 11. tit. 3. lib. 1. ord. noui. num. 5.

Clericus si in prohibitane gociatione delinquit a iudice Ecclesiastico plectendus est.

Notabis etiam vtiliter circa caput hoc, quod clericus qui negociationem vel prohibitū aliquod comercium, vel munus exercuerit, si circa hoc delinquerit, iudicari, & puniri debet ab eo iudice, cui ratione muneris subijcitur. Vt tenet singu. Bald. in addi ad specul. tit. de reo ver. Quid si Scolaris. Gregor. in l. 49. in verbo, *Las franquezas*. tit. 6. par. 1. Io. Gall. in suis quæsti per arrest. q. 168. & in tractat. arrestorum capit. 159. Steph. Aufe. in rep. Clemen. 1. de offic. ordi. in magna additi. 1. regu. fallen. 17. qui vltimi testantur, in Gallia sæcularem curiam consueuisse punire clericos ciuiliter, si in officio delinquerit, & ita seruari vidisse in clerico negotiatore, vel artifice, qui si in officio delinquit, qui punitur per collegium vel primates illius. Per text. in l. fin. ff. de iuris omni. iudi. cap. sacerdotibus ne clerici vel monach. cuius tex. autoritate fatetur, laicum iudicem, clericum ita delinquētem punire posse. Idem sequitur Bartho. Cassa. in consuetud. Burg. rubric. 1. § 5. glo. *Sil nagraca*. numero. 89. quo loco per arrestū Pari sienſis Parlamenti iudicatum fuisse asseuerat, quod clericus delinquēs in officio Chirugiæ coram sæculari, iudice posit conueniri, idem voluit Petrus Rebuff in tract. de mercatori. minu. vend. gloss. 13. in thomo. 2. consti. Franc. qui scribit ita senatum consuluisse cōtra quendam Ioannem Dauergne clericum laniorem, qui animalia emerat, & ad illorum præcium conueniebatur, anno. 1431. die 5. Aprilis. Quod verum existimo, vt iustè fieri possit, quando trina præcessit monitio, non vero alias iuxta text. in capit. fin. de vita & honest. cleri. l. 49. tit 6. par. 1.

Præterea nec illud omittendum duxi, quod adeò iura clericum negociatorē abhorrent, vt statuerint eum qui immiscuerit se sæcularibus negotijs, aut commertijs, gabellarū solutioni esse astrictū, à qua cæteri clerici sunt immunes capit. quanquam. de censibus libr. 6. clementin. præsenti eo tit. Regia

Clericus negotiationem exercēs gabellā soluere tenetur.

Elegāter interpretatur Regia l. 5. tit. 7. par. 5.

gia lex. 3. in quat gabella. quæ hodie est l. 6. & 7 tit. 18. lib. 9. ordi. noui. tradunt latè Felin. numer. 104. Deci. nume. 57. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. Bertachi. in tract. de gabelle. 7. par. num. 10. Petrus de Antibol. in tract. de munerib. 6. quæst. num. 21. Cardi. in clementi. 1. de vita & honestate cleri. num. 16.

Elegãter interpretatur Regia l. 5. tit. 7. par. 5.

Sic equidem intelligẽda est, Regia Par. l. 5 tit. 7. par. 5. quæ diffinuit octauam partẽ mertium quæ ad regum istud deferuntur à clericis Regi soluẽdam esse procedit sanè constitutio illa quando dictæ merces negociationis causa afferũtur, non vero alias vt ægregiè animaduertit, ibi, Gregor. Lopez. in verbo, *Clerigo*. Et hoc casu iuramento clerici stándum est, an portet, vel ne eas merces negociationis causa nisi aliud probaretur glo. not. in clementin. præsenti. de censib. in verbo, non negotiandi. Illud tamen obiter notandum censeo, quod iam hodie non octaua, sed decima pars extimationis rei soluenda est. l. 18. tit. 9. lib. 6. ordi. In aliquibus tamen locis tributa ista minora sunt, vt Hispali, & in alijs prouincijs, in qubus tributum hoc vocatur. *Admoxari fadgo*. De quo meminit. l. 25. tit. 9. par. 2. & l. 13. ti. 18. par. 3 lex. 7. tit. 14. par. 7. l. 13. ti. 10 l. 6. ord. Et in solut. horũ triburorũ cõsuetudo seruãda est. l. si publica. §. fina. vbi gloss. ff. de pub. & vectl. Bald. in l. 3 C. de priuil. fisci.

Trina monitio an necessaria sit vt clerici negotiatores gabella soluant.

Sed an hoc casu necessaria sit, illa trina monitio, quã text. en dict. cap. fina. de vita & honest. cleric. & dicta lex Partitæ exigunt, vt clericus qui negociationem exercet gabellã soluere teneatur, equidẽ videtur necessarium esse ex Abb. sentẽ. in d. cap. fina. nota. vltim. Vbi clarius Anton. qui expresse asseuerat clericum nõ teneri gabellam ex commercijs soluere, nisi ter monitus non desistat, sed cum magna sit restrictio hæc ad dictã Regiam. l. 7. cum dicit. *Lo contenido en la ley antes desta: mandamos que no aya lugar en lo que los clerigos, è yglesias vendieren por via de mercaderia, trato, y negociacion. Ca de lo tal mandamos que paguen alcauala, como si fuessen legos.* Si equidem trina monitio necessaria foret, minimè dicta lex debitum effectũ sequeretur, qua ratione clericũ negotiatorem, absque aliqua monitione gabellã soluere teneri affirmat Gregor. Lopez in verbo, *Las franquezas*. Sed opinio hæc nullo modo placet, nam cum priuilegium hoc diuinis, saltim canonicis constitutionibus clericis concessum sit, ad Romanum Pontificem eorum spectat interprætatio, vt in capit. nouit. de iudi. vbi latè interprætes. Non equidem exemptio hæc adimi nec limitari potest, nisi quatenus expræssum sit eodem canonico iure, cui in hoc stándũ est. Nec aliquid ratio Gregorij vrget, nam hæc nõ est iudicanda restrictio ad dictam Regiam cõ-

stitutionem, sed vera interpræ-
tatio, ex dictis iurib⁹ deprõpta.
Nec minus dici potest, quod ex
hoc illusoria, & absque affectu
reddeatur dicta Regia lex, cum
minimo negotio monitio tri-
na fieri à Prælatis potest, & cre-
cente contumacia clerici no-
lentis ab inceptis negocijs de-
sistere statim possint ad gabel-
læ solutionem condemnari, &
post hæc scripta legi opinionẽ
istam tenere Ioann. Yañez Parla. in lib. rerum quotidian. capitu. 3. fo. 89. & licet opinio ista in puncto iuris vera videatur, contraria tamen forte in practica seruabitur, propter maximam Greg autoritatem.

Gabella à clericu petẽda est, corã iudice Ecclesiastico.

Erit tamen hæc gabella petenda à publicanis contra clericos, coram iudice ecclesiastico, teste Cardi. in dict. clementin. præsenti. 6. quæsti. per illũ text. ibi in principio, *Locorum Diocesſanꝰ*, iuncto fine ibi, *Postquam de his constiterit*. Sequitur idem Bald. in l. de his. C. de Episc. & cleri. Abb. cap. qualiter. in fine de iudi. Petrus Iacob. in titu. de duello. column. 5. ver. quidam tamen dixerunt. Vbi latè disputat. Mari. Socin. in cap. sanè. colu. 6 declara. 9. de foro cõpet. Grego. in d. l. par. Bertachi. in tract. gabel. 7. par. quæst. 7. colum. 5. versic. nec prætereo. Iulii Ferret. eod. tracta. nume. 433. & eruditissimꝰ Roland. Valle consil. 71. num. 25. volum. 4.

Quamuis opinionem cõtrariam tenuerit Guil. Cun. in d. l. de his, & in authent. iubemꝰ eo titul. quæ opinio Franciæ consuetudine seruari testatur, And. Tiraquel. in lib. 1. de retract. c. 32. glos. 1. numer. 81. Auf. qui nuncupatim lõquitur de vectigalibus scribit in Parisien si senatu ita fuisse iudicatũ in Clementin. 1. de offici. ordina. 4. fallen. 2. reg. Guiller. Benedict. in repe. cap. Rainuntius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, num. 322. de testa. & opinionẽ istam sequi videtur Gregor. in l. 5. tit. 7. part. 5. in verbo, *Clerigo* Sed à prima opinione, quæ verior, est, non est recedendum, nec in Hispania, vllo tempore contraria recepta fuit. Quamuis eam nouissimè sequatur, ita dictam regiam l. intelligens Mexia in d. conclusione 5. num. 23.

Contra publicanos.

Si tamen publicani, extra casum supra constitutum. gabellam indebitã à Clericis aliisque ecclesiasticis personis exegerint, sunt excommunicati, & ad restitutionem tenentur, & ad competentem satisfactionẽ, propter trangressionem, vt in dict cap. quanquam & in dict. Clement. præsenti. in fine tradit Cardi. consil. 12. & hoc propter iniuriam illatam Deo & homini, vt in cap. si res 14. quæst. 6. Quæ satisfactio arbitraria est, secundum eundem Cardi. in dict. Clement. præsenti. not. 12. Qua ratione multum cauere debent publicani, ne gabellas indebitas, à clericis exigant, ne incidant in capitalem excommunicationis pœnã, & ciuitates in interdicti

Publicani indebitas gabellas à clericis exigentes quibus pœnis afficiantur

senten-

sententiam, vt docet Card. dict. consil. 12. in fine quem sequitur Roland. Valle consi. supra allega. 71. in fine dicens, se extimare gabellarios dictis pœnis, vt in plurimum innodatos esse. Sed nonnulli ex ipsis, parũ de his censuris curant, quia ad malũ sunt audaciſsimi, vt de ipsis loquens inquit Vlpianus in l. quantæ ff. de public. & vect. cuius hæc sunt verba. [Quãtæ audaciæ quantæque temeritatis sint publicanorũ factiones nemo est, qui nesciat? Sunt Deo & hominibus odiosi, vt scribit Lucas de Penna. in tractatu de priuileg. fisci, quæst. vlti. Et opponuntur charitati, quæ non quærit, quæ sua sunt: vidi tamen multos, quæ sua & aliena quærunt, olim equidem dum puras manus habebant, in honore erant constituti, vt Cicero testatur in oratione pro Cn. Planco. tradit Rebuff. in l. eum qui de ver. sig.

Contra publicanos.

Publicani indebitas gabellas exigentes clericis, & extorquentes, quibus pœnis afficiantur.

B *Conducere possessiones.* Vide text. in auth. de sanctiſsimis Epiſcopis. §. illud, & Regiã l. 45. tit. 6. par. 1. Quod autem fallit, quando propria prædia ad clericorum sustentationem non sufficerent, quia tunc aliena, iure optimo possunt conducere. text. iuncta glo. in c. dilecti. de decim. vbi Abb. num. 3. multum not fructuum.

C *Ad restitutionem.* Vide Gregor. Lop. in l. 46. ti. 6. par. tit. 1. in verbo, *Con volunt ad.* Didac. Perez in l. 5. tit. 1. in verbo. *Mandamiento.* libro. 3, ordina.

Proxenetæ illicitorum contractuum.

CAPVT, LVI.

1 *Clericus proxeneta illicitorum Contractuum, qua sit pœna puniendus.*

2 *Mediator criminis dicitur, eiusdem criminis perpetrator.*

CLericus proxeneta illicitorum cõtractuum à proprio gradu debet deponi: hæc est sententia Rom. in singu. Dcexxij. incipit. Proxeneta, allegat text. in cap. Si quis episcopus. 1. q. 1. Sed ex illo text. iudicio meo non potest elicitam generalis propositio, quia solum disponit in mediatore ordinum pretio susceptorũ, quo casu præcipit text. ille, quod clericus mediator à proprio gradu decidat, & sic deponatur, secundũ doctores ibi. Vnde ego non auderem pœnam inflictã clerico mediatori in crimine simoniæ per illud Concilium Calcedonense extendere ad proxenetam, seu mediatorem illicitorum contractuũ, nulla facta distinctione: sed crederem pœnam illius tex. in suo casu practicandam, & clericorum alterius contractus illiciti mediatorẽ pœna arbitraria a puniendum, attenta contractus initi prauitate, & participatione lucri per clericũ facta, & exempla vel scandalo inde suborto. Posset tamen corroborari opinio Roma. de qua supra per text. in capit. 1. de testibus. in 6. vbi probatur, quod etiam mediator criminis dicitur ipsum delictũ committere.

1

a

2

ex quo ibi hoc notant Ancha. & Philip. & inferunt ad ſtatuta imponentia pœnam committentibus delictũ, quod videtur includere etiam mediatores, facit gloſ. notabilis in l. Si ſcienter. ff. de parri. quæ probat, quod proxeneta in contractibus vſurarijs poteſt dici vſurarius, dũm dicit, quod proxenetæ in talibus contractibus
b tenentur reddere vſuras, b ac ſi ipſi accepiſſent, quam allegat Philip. in dict. capit. 1.

A *Pœna arbitraria.* Adde quod idem etiam tenet additionator Roman. ſing. 730.

B *Reddere vſuras.* Adde Roman. ſing. 276. qui opinionem iſtã ſequutus dictã gl. ſing. eſſe fatetur & vide aliam glo. in l. in ordine. §. vlti. in verbo, miniſter. ff. ad municipiat. Bar. in l. 1. § incidit. ff. ad Turp. Lap. allega. 93. num. 4. Alexandr. in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. col. 3. ff. quod quiſque iur. Ang. Aretin. in tract. maleficior. in verbo Sempronii mãdatorem. Sali. in l. nõ ideo minus. colum. ante pen. C. de accuſationib. Hypp. in l. ſi ſciente. ff. ad leg. Pomp. de parri. & ſing. 181. Ioan. Arn. problẽ. 2.

Miniſtri laicorum, ac in rebus eorum procuratores exiſtentes.

CAPVT, LVII.

a *Clerici qui aliquod iſtorum criminũ perpetrauerint ab eccleſia ſubueniendi non ſunt.*

2 *Clerici nõ poſſunt eſſe generales procuratores laicorum, ſecus in vna cauſa tantum.*

3 *Quomodo olim prohibitum fuit clericis ſæcularibus officijs vacare, ex Carthaginenſi Concilio oſtenditur.*

CLericis, qui talia agunt, & occaſione huiuſcemodi ad miniſtrationis, propter pecuniariam cauſam deprehenduntur in fraude non ſubuenitur ab eccleſia, vt diſponit text. in capit. Sacerdotibus. ne cleri. vel mona. quod intelligẽ de clericis conſtitutis in ſacris, vel beneficiatis, ſecundum Abb. ibi, per ea, quæ ipſe notat in cap. 1. eod. tit. vbi in fin. verbis cõcludit quòd clericis in minoribus non beneficiatis non prohibentur negotia ſæcularia aliàs licita. Et nota ſecũdũ eundem Abb. poſt Inno. quòd ille text. in c. Sacerdotibus. dũ prohibet clericos eſſe procuratores rerum laicorum, intelligitur in procuratore generali: nã procurare vel adminiſtrare vnũ negotium laicorum, nõ eſt clericis prohibitum, a quod dicit a menti tenendum. & idem tenet Abb. poſt Innoc. & Ioan. And. in c. Sed nec. in col. 1. eod. tit. idem tenet Inn. in cap. 1. de obli. ad ratio. quem ſequuntur plures doct. relati per Phil. in c. cum l. & A. col. 6. nu. 17. de re iudi. quod tamen l. mita, niſi illud vnicum negotiũ ita multum eſſet arduum & diffuſum, quod haberet diſtrahere clericum, ſicut multa negotia, ſecũdum Philip. in c. 2. de iudi. colum. 2. num. 4. Item limita vt infra in cap. 55. Item aduerte

quòd

quòd in quantum dicitur in dict. capit. Sacerdotibus, quòd talibus clericis non subuenitur ab ecclesia, intelligunt Docto. communiter secundum Abb. ibi, quòd nō per hoc datur autoritas Iudici laico capiendi eos. Sed dicit quòd clerici non debent eis subuenire, dando illis pecuniam ad satisfaciendū de fraude, vel dando fauorem eis vel auxiliū, quo minus debeant respondere in loco, in quo gesserunt administrationem. Quomodo autem fuerit olim clericis prohibitum similibus vacare, b vide in concilio Carthaginensi primo, Can. 6. Cuius verba sunt: Nicasi? Episcopus Caluſtitanus dixit, Credo placere suggestionē meam sanctitati vestræ: & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo & annexi sunt clero, non accedāt ad actiones, seu administrationem vel procurationē domorum. Gratianus Episcopus dixit. Et Apostolorum statuta sunt, quæ dicūt: Nemo militās Deo implicat se negotijs secularibus, proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorū. Vniuersi dixerunt, Hoc obseruemus: cuius canonis verba referūtur in ca. credo. 21. quæstio. 3. licet eius suprascriptio corrupta sit.

3

b

A PRohibitum. Adde Archi. in capit. peruenit. 86. dist. Federi. consi. 270. Abb. & doctores in cap. cum l. & A. de reiudica. & in cap. nostra, de procura. Imo in capit. accedens. de præben. Feli. in cap. cum esset. de Simoni. Deci. in cap. constitutus. de appella. & in c. decernimus col 7. in prin. vbi Ripa. col. 14. de iudi. Ang. Aretin. in §. præterea. col. 3 Inst. de excep. Capell. Tholosa. quæ. 131. pro qua quidē opinio allego text. optimum in c. per venerabilē. qui filij sint legiti. Et an finita illa causa possit clericus aliam assumere. tradunt Deci. in dict. c. cum I. & A. & sic habes notabilem casum, in quo clericus impunè potest procuratotis munus exercere. Secūdus casus est in causa Ecclesiæ. Tertius in causa sui Prælati. Quartus in causa Principis vel Regis quos congessit Regia lex. 5. ti. 5. par. 1. Quintus in foro Eccles. vt probari videtur in ca. 1. de postul. & tradit latè Card. in c. final. in prin. in 2. quæst. de post. not. Gregor. in di. l. 5. in verbo. *Otro si el Clerigo*. Quod Romana curia obseruat, vt fatetur Cepol. consi. 21. n. 7. in ciuilibus. Sextus pro miserabilibus personis. ca. 1. & c. fin. de postula. Septimus pro coniunctis, vt in dict. c. fi. vbi doctores. Octauo pro omnibus personis numeratis in l. 1. §. vlt. cū quinque leg. sequen. ff. de post. ita tenet Inn. in c. 1. in fine de post. Card. in d. ca fin. q. 5. Nonus quādo vellet esse procurator necessitatis vel charitatis causa tradit Cepol. di consi 21. n. 4. vbi declarat quomodo hoc intelligedū sit. Decimus pro amico, quia hoc casu monachis permissum est, pro amicis monasterij pro-

curatores esse, ita Innoc. in di. c. cum I. & A. Roma. sing 278. incip. monachus nō potest. quā opinionē communē esse fatetur cā sequutus Martin. Nauar. in c. non dicatis. n. 99. 11. q. 1.

B *Similibus vacare.* Vide hodie nouissimā decissionē, quæ habetur in conci. Prouin. Tolet. celebrato ann. 1565. c. 18. cuius verba hic referā cū capiri nostro mirè conueniant. Qui in sortē Dñi vocati sunt, & diuinarū rerū minist. ac spirituali additi militiæ: meminerint iuxta D. Paulū se Deo, cui⁹ signis militare decreuerūt placere non posse, si quid propter sui ducis militiā agant, & secularibus negotijs vacauerint, quæ à diuinis ac spiritualibus distrahere frequentissimè solēt, prohibet igitur Sācta synodus clericos in sacris, & eos qui beneficiū ecclesiasticū obtinet laicorū esse æconomos ac seculariū rerum dispensatores, necnō foro ciuili procuratores: exceptis his negotijs, quibus iuxta canonicas sanctiones, pietatis causa vacare iustè possint: alioqui ab ordinario pœna suspensionis ab officio & beneficio ad sex menses puniantur.

Tabellionatus officium exercentes.

CAPVT, LVIII.

1 *Clericus in sacris constitutus Tabellionatus officiū per beneficiorū suorū subtractionē, est interdicendū.*

2 *Clerici etiam in minoribus constituti, habētes ecclesiastica beneficia, nō possunt vti tabellionatus officio.*

3 *Clerici, licet non possint nouas rogationes, tanquam tabelliones recipere, veteres tamen poterunt complere.*

4 *Clerici per supereuentientiam tabellionatus, clericatum vel beneficiū non admittunt.*

5 *Clericus tabellio si per Episcopū pœna falsi fuerit condemnatus, & postea per eundem restituatur, & cōficiat instrumenta, an valeant.*

CLerici in sacris ordinibus constituti, tabellionatus officium exercere non debent, a & si aliter fecerint, prælati a debēt hoc illis, interdicere per beneficiorum subtractionē. Ita disponit tex. in ca. Sicut ne clerici. vel monach. Assignat Abb. ibi duas rationes, scilicet quòd officiū est vile b & sæculare. In b causis vero spiritualibus & Ecclesiasticis clericos indigentes ad id officium admittēdos esse arbitratur c Abb. ibi, colum. c 3. Et aduerte quòd hoc etiam habet locum in clericis minoribus beneficiatis, d secundum d Anto. ibi cui assentitur Abb. dict. colum. 3. post. Hostiē. Clerici vero in sacris, non beneficiati possent vti isto officio, volunt Hostiens. ibi, quem sequitur Abb. de quo vide latè per Laso. vbi hoc limitat nouē modis, in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure, num. 8. Vnum est 3 præterea aduertendum in hac materia quòd licet clerici non possint recipere nouas rogationes tāquam tabelliones, veteres tamen non poterunt cō- e plere, e probatur ex gloss. in ca. Vt offic. in verbo, præmissa. de hæreti. in 6. quæ hoc determinauit

nauit in monacho,quã ibi dicit ſingularem & menti tenendam Philip.qui dicit, quod ratio huius eſt,quia cõplere veteres rogationes nõ eſt originale officium,ſed executio rogationis iam factæ, & trahitur retro ac ſi a principio fuiſſent extenſæ:dicit tamen vlterius vnum, quod eſt notandũ,quòd nõ debent hoc facere ſine licẽtia ſuperioris, ſecũdũ Ioã.de Lignano,& Domi. Ita nota quòd de 4 ricatum vel beneficiũ non perdunt clerici per ſuperuenientiam tabellionatus.ita concludit Abb.ibi,colum.2.licet Vincen. voluerit quòd clericus in minoribus, ſuſcipiendo tabellionatum cedit clericatui& beneficio:quod ibi intelligit Ioã. And.& placet Abb.quãdo tale officium reciperetur à principe, & deputaret eum ad publica & criminalia officia. Quod ego adhuc ſubintelligerẽ, quãdo talis cœpiſſet vti officio in criminalibus, antè verò non. Quæri præterea poteſt non ab 5 re in materia huius capituli. Si clericus tabellio fuit condemnatus de falſo per Epiſcopum ſuum, & poſtea per eundẽ reſtitutus in integrum, & conficiat inſtrumenta tanquam publicus notarius, an valeant? quàm quæſtionẽ mouet Bald. in.1.volu. conſ. 350. proponitur quòd quidam,& concludit f quòd non f quia: epiſcopus nõ poteſt reſtituere infamem,cum hoc ſit reſeruatum Principi, g g vt per Innocen. & alios in ca. Cùm tit. de re iudi.

Non debent. Vide Regiam A l.15.tit.18.lib.2.ordin. & l.40.cap.30. in pragma. antiquis huius regni ibi. *Y que no ſean clerigos.* & in l.12.tit.3. lib. 1. ordin. AEgid. de Bellame. conſi.42. Barto. in l. vniuerſos C.de Decuri.lib.10.& in l. ſeruus, vbi doctores. ff. de teſtamen.Deci.cõſil.120. colum.1. Petrum Rebuff.in tracta. de literis obliga. articul.2. gloſſ. 1. num.42. Ludo. Gome. in cap. ſi annum.§.ſi verò.num.15. de iudi.li.6.Barthol. Caſſ.in conſuetu.Burg.rubr.1.§.6. in gloſ. Meſſiers & Sergens.nume.42. & latiſſimè Franc. Mar. deciſſio.194.in 2.par. per totam D. Ioan. Bernar. in regu.& fallen. reg.657.

Officium eſt vile. Vide latè B And.Tiraquel.in tract. de nobilitate capitul.30.

Arbitratur. Adde quod antè C Abb. idem tradidérunt Hoſti. & Ant.ibi.tenet etiam Florentin.in 3.par.tit.13.ca.2.§. pen. text.optimum in cap.2.de poſtulan. & hanc dicit communẽ & receptam ſentẽtiam Dominus Præſul Couarruu.in pract. quæſtionib.ca.19.nu.8. quam intelligit, vt locum habeat, in clericis nondũ in ſacris ordinibus inſignitis, nam vt ipſe arbitratur,clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, nullo modo poterit extra Romanam curiã, in eccleſiaſticis publicis tribunalibus Tabellionis officium exercere, etiam ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeat. Vt colligitur ex Cardi.in capit. ſi-

cur. ne clerici vel monach. Alber. Troti. de vero & perfecto cleric lib. 2. capit. 54. numer. 9. quod latius Dominus Præsul. d. loco explicat.

D *Beneficiatus.* Vide Florentin. in 3 par. tit. 13. capit. 2. § 2. authorum nostrum dict. regul. 657. Didac. Perez in l. 12. tit. 3. libr. 1. ordina. quam opinionē communem esse testatur D. Couarru. dict. cap. 19.

E *Possunt complere.* Vide Abba. & Felin. in cap. fraternitatis, de hæretic. Bald. in l. 2. column. vltim. C. de senten. & inter. omni. iudi. Flor. in l. repetita. ff. de fide instr. Iaf. in l. 1. § huius studij. numer. 8. ff. de iusti. & iure. Deci. in cap. 2. num. 8. de iudi. Gregor. Lopez. in l. 45. in verbo, *Trandole el beneficio.* titu. 6. partit. 1.

F *Quod non.* Adde quod idem tenet Bermon. Cho. in tract. de publi. concubi. pa. 230. num. 5.

G *Reseruatum Principi.* Vide Domi. consi. 77 colum fin. D. Couar. lib. 3. vari. resol. ca. 3. nu. 3.

Ac leges & Physicam audientes.

CAPVT. LIX.

Archidiaconi Plebani, præpositi, Cātores, & alij clerici personatus habentes, necnon Præsbiteri, audientes, seu studentes addiscendo leges, siue medicinam, post duos menses computandos, à die quo audire ceperunt, quatuor pœnis illaqueantur.

1 ARchidiaconi, plebani, præpositi, cantores, & alij clerici personatus habētes, nec non præsbyteri audientes seu studentes, addiscendo leges vel physicam post duos menses à tempore quo audire in cœperit computandos, quatuor pœnis sequentibus sub iacent: videlicet quòd sunt ipso facto excommunicati, a ac in nulla a causa si patrocinium præstare voluerint audiantur. Et reuersi in choro, mensa & capitulo, & cæteris vltimi fratrum habeātur, & totius promotionis ad ordines vel beneficia spē amittant, nisi ex misericordia Apostolicæ sedis. Ira colligitur ex tex. & quę ibi notāt Doct. maximè Abb. in cap. Nō magno pere. & in cap. fin. ne cleri. vel mona. Similibus etiā pœnis puniuntur obtinentes parochiales ecclesias, quę sunt plebaniæ, habētes sub se capellas, in quibus instituuntur clerici perpetui, nequeuntes ab ipsis absque causa rationabili amoueri, si leges vel physicam audiunt, vt habetur in cap. 1. eo tit. lib. 6.

A *Excommunicati.* Vide latè doctores in cap. super specul. ne cleric. vel monach. Alber. Troti. de vero & perfe. cleri. lib. 2. ca. 35. quo loco diserit. quibus studijs clericis cæterisque religiosis vacare licet. Episequidē benè potest, huius criminis reos, ante lapsum duorū mensium excōmunicare, vt scribit Rebuff. in tract. nom. quæst 5 num. 32.

Solus tamen Romanus Pontifex clericis, religiosisue dispēsationem poterit indulgere, vt iura Cæsarum audiant, vt scribit

bit Archid. in cap. non dicatis. 12. q. 1. Perusin. in ca. 2. ne cleri. vel monach. quæ opinio cõmunis est & stilus Romanæ Curiæ eam recepit teste Petro Rebuff. in dict. tract. num. dict. quæ. 5. num. 33.

Prædicta tamen pœna, quæ hoc capite inflingitur, solum illaqueãtur, Archidiaconi, plebani, & alij qui hic numerãtur, non verò cæteri vt scribunt doctores in dict. cap. super specul. & Trotius in d. cap. 35.

Nec ea Archidiaconi, Presbyteri, nec cæteri afficiuntur, si priuatim iuri Cæsareo operum dant, vt melius canonica decreta intelligant, vt scribit Abb. in dict. cap. super specul. & Albe. Troti. dict. li. 2. c. 36. vbi dicit hoc mirũ in modũ esse notandũ ad defendendũ prælatos & religiosos qui studiũ, libris legalibus refertũ habent. Sunt equidem Canones magna ex parte iuri ciuili coniuncti cap. 2. de priuileg. li. 6 vnde dicebat Barb. in ca. conquæstus colum. 3. de foro comp. quod ius Pontificium sine legibus non potest intelligi. cum sit medula legum Et dicit Bald. in ca. cum causam. colu. 2. de probation. quod nisi quis sciat Canones cũ legibus, nõ potest practicã iudiciorũ cognoscere. Vnde facetè Roman. singul. 654. inquit. *Legista senza capitoli val poco, ma Canonista senza legi val niente.* Quod quidem optimè Ciceronis autoritate comprobatur. 3. de Oratore dum conqueritur, ea ætate neminem edicere ius Pontificiũ, cum iuri ciuili coniunctum sit. Ciceronis verba hæc sunt ibi. [Aut iuris scientiam (nec eius quidẽ vniuersi: nam Pontificiũ quod est coniunctum nemo discit) aut eloquentiã quã in clamore, & in verborũ cursu posità putant.] Hactenus Cicero.

Ius canonicum iuri ciuili cõiunctum est

Illud verò circa huius capitis materiã notãdũ cẽseo, quod is qui ante clericatũ iuri ciuili operã dedit, post clericatũ ad doctoratus gradũ eodẽ iure promoueri potest, & quod magis est monachis hoc permissum est. Ita not. scrib. Calde. cõsil. 2. de magist. quẽ refert & sequitur Mart. Nauarr. in c. nõ dicatis. 12. quæst. 1. num. 33. Vnde merito reprehendendus est Petrus Rebuff. in excellentissima illa benefi. practi. tit. de dispẽsa. cum irregular. nu. 27. quo loco scrib. titu. doctora. in Theologia, aut iure canon. non deberi nec tribui de stilo curiæ relig. quia contrariũ verius est, nẽpe quia magist. Sacri Palatij semper est dominic. doctoratu, vel magist. insignitus. Vnde à tota curia magister appellatur, vt testatur Mart. Nauar. dict. loco.

Qui ante clericatũ ciuilis operã dedit, eo insignitus ad gradum doctoratus potest promoueri.

Villarum procuratores suscipientes.

CAPVT, LX.

1 Clerici licet non possint esse generales procuratores laicorum sub depositionis pœna, secus autẽ in vna causa tantum.

SAcro sancta illa Calcedonẽsis Synodus, in Canon. 3. Clericos

Clericos misceri sæcularibus procurationibus prohibuit, nisi fortè qui legibus ad minorũ tutelas, siue curationes in excusabiles attrahuntur, aut quibus ipsius ciuitatis Episcopus ecclesiasticarũ rerum cõmiserit gubernacula, vel orphanorum, aut viduarũ quę indefessa sunt, aut earũ personarum, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo. Trãgressori autẽ nullam aliam pœnam irrogat, nisi quod correptioni ecclesiasticæ subiaceat. Concilium præterea Carthaginense tertium eos esse procuratores, simpliciter prohibuit Canon. 15. Postea verò Alexand. III. in Concil. Lateran. inhibuit clericis procurationes villarum exercere, pœna contrà facienti posita, quòd ab ecclesiastico ministerio fiat alienus. Vnde colligitur, quod clericus generalis procurator deponendus est, vt in ca. Sed nec. ne cle. vel mona. Et licet ille tex. simpliciter prohibeat clericis procurationes: Innoc. tamẽ, quem ibi sequitur Abb. intelligit de procuratione generali, quasi sentiat, quòd possit clericus vnum negotiũ procurare etiam laici: quod latiꝰ sequitur idem Abb. 1. c. 2. eod. tit. dũmodò clericus non suscipiat illud negotiũ ex cupiditate: quia tunc nec vnum negotium licet clerico procurare, secundũ eũ. Et sic intelligit sententiã Collectarij in locis per eum relatis, quæ aduersabatur doctrinæ Inno. Intellige etiã dũmodò illud vnum negotium non ita multùm sit arduum ac diffusum, quod haberet distrahere clericũ sicut multa negotia, vt tenet Philip. in capitul. 2. de iudi. column. 2. num. 4. & dixi suprà in capitul 3. quantùm verò ad pœnam depositionis, de qua hic vide quod dicã in cap. seq.

PRocurare. Vide autorem, A & quę ipse ibi scripsi supra capitul. incip. ministri laicorũ.

Ac principum & sæcularium virorum iustitiari.

CAPVT, LXI.

1 *Clerici, qui hac sæcularia officia ministrati fuerunt, qua sint pœna puniendi.*

2 *Clericus licet non possit esse vicerex, vel vicecomes principis sæcularis, potest tamen in eius summo prætorio senatoris munere fungi.*

3 *Clerici sine munere irregularitatis possunt in cõdenda lege intercenire, per quam pœna mortis imponitur; quando non imminet casus propter quem efficitur. l. & si posteà casus occurrat, ab irregularitatis labe immunes erunt.*

4 *Papa potest pœnam mortis imponere statuendo, non tamen exequẽdo.*

HVius excessus est eadem 1 pœna a, de qua in casu præcedẽti, & per eundem tex. Aducrte tamen, quòd Abb. in capit. Sed nec. vers. Sed quæritur. dicit quod sibi videtur valde graue quòd clericus deponatur propter exercitium istorũ officiorum, scilicet procuratoris, de quo in cap. præcedenti, &

& iustitiarij. de quo hic, maximè hodie: cùm non ita acerbè debeant puniri delicta, vt in capitul. fraternitatis. 34. distinctio. Vnde plº sibi placet quòd tales clerici debeãt excommunicari, & nõ deponi, nisi essent incorrigibiles: quia tex. solùm dicit quod delinquens in hoc ab ecclesiastico fiat ministerio alienus, & per excommunicationem satisfit alienus, licet Ioan. And. intelligat de pœna depositionis. Pro cuius opinione videtur facere decretum concilij Toletani. 4. cuius verba sunt: Sæpe principes contra quoslibet maiestati obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt. Et quia sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi cõsentiant regibus fieri Iudices, vbi iureiurãdo supplicij indulgẽtia promittitur, non vbi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultũ discussor in alienis periculis extiterit, si reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiã perdat propriũ gradum est. Can. 30. dicti Cõcilij. & haberetur. 23 quæstio. 8. capit sæpe principes. An autem clericis in isto casu sit prohibitũ quodlibet officium iustitiæ exercendæ. Abb. in d. cap. Sed nec. credit quod sit, quia verba tex. sunt generalissima, 2 qui nemo militãs Deo &c. Vnde dicit per illũ tex. quòd clericus non posset esse Vicerex, vel Vicecomes, vel locum tenẽs alicuius Principis sæcularis, nec habere sub sua cura aliquam ciuitatem seu locum temporalem, pro quo allegat tex. magis specificum in capit. clericis. § 1. eo titu. Videtur tamen sibi quòd clerici possunt esse consiliarij principis: b quod dicit etiã sentire Ioã. Andr. in d. capitu. clericis. quod notat etiã Bald. ex tex. ibi. in auth. habita in prin. C. Ne filius pro patre. Et vide Abb. in dict. capit. clericis. vbi notat quod prælatus potest esse consiliarius principis sæcularis, licet non debeat esse officialis iustitiæ exercendæ. Debent tamen cauere secundum eum, ne consulant in criminali causa etiam reum absoluendum, quãdo ex hoc immineret actori pœna mortis, vel mutilationis membri in pœnam talionis. Possunt 3 præterea clerici sine metu irregularitatis interuenire in lege condenda, per quã pœna mortis imponitur quando non imminet casus propter quem efficitur lex, sed fit generaliter, licet postea casus occurrat, vt quis interficiatur: quia tũc clericus consulens non animaduertit in certam personam, sed prouidet vt homines se abstineant à delicto: vt notat Dom. in cap. final. 3. distinct. Vbi dicit hanc esse conclusionem Archi. in cap. officia. 23. quæst. 5. licet re vera Archi. ibi nihil scripserit de clerico, sed solùm asserit quod princeps, qui legẽ condidit, cuius autoritate homines sunt traditi morti, non est factus irregularis: & nõ infertur princeps ad cuius officiũ spectat

spectat tales leges condere, non efficitur irregularis ergo, nec clericus qui consuluit ei vt illas condat: poterat tamen melius allegare Bal. vbi suprà expressè tenentem, quòd clerici possunt dare consilium in legibus condendis: & licèt ex hoc sequatur per accidens mors alicuius, non sunt irregulares, quē refert Ioan. de Ana. in cap. Ad audientiam, in 3. colum. vers. 4 Tertiò quæritur. de homicid. Pro quo etiam facit quod not. Bald. in cap. 2. in fi. de maio. & obed. post Innocenc. quòd Papa potest imponere pœnam mortis statuendo, sed non exequendo: quia si proprijs manibus occideret aliquem, fieret statim irregularis.

A *Ademptæ.* Clericus igitur qui delictū de quo in hoc capite commiserit, incidit in excommunicationis pœnam, de qua in cap. clericis, ne clerici vel monach. Quam equidē pœnam minimè incurrit clericus minorum ordinum, iuxta Abb. sententiam in dict. cap. clericis. Licet reclamet Siuest. in summa in verbo. Excommunicatio. 9. casu 7. Nec eam incurrit Prælatus, qui huiusmodi munus annexum habet suę dignitati, aut patrimonio. Hæc est communis sententia vt fatetur Martin. Nauar. in manuali cōfesso. cap. 27. num. 117.

B *Consiliarij Principis.* Vide Abb. in cap. non est. numero 4. de voto, vbi doctores, & in cap. in Archiepiscopatu. de raptori. Deci. in capit. 2. de iudi. num. 7. gloss. in pragma. Sancti. Galli. titul. de colla. ecclesiæ Galliæ. §. præmissis. vers. concilio, Nicola. Boeri. decis. 17. in prin. Gregor. Lopez. in l. 46. tit. 6. in verbo, *El Rey.* part. 1. Alberic. Troti. lib. 2. de vero & perfe. cleri. cap. 54. nū. 2.

Clerici Consilia rij Principis sæcularis esse possunt.

Si tamen clericus in officio delinquerit, an possit ab ipso Principe puniri videtur quòd nullo modo possit, etiam si in minoribus ordinibus, tantùm constitutus sit. Et hanc esse cōmunē sententiam fatetur Aufrer. in Clementin. 1. de offici. ordin. num. 25. quem refert D. Episcopus Couarr. in pract. quæst. cap. 33. num. 6. Iuli. Clar. lib. 5. recep. sent. §. fin. quæst. 26. vers. Quæro pone. vbi dicit minimè id consuetudine seruari, quia quotidie Principes sæculares tales clericos in sacris cōstitutos officijs priuāt, necnō pecuniarijs pœnis mulctant, licet malè de iure secundum illum sustineri possit. Nec in Gallia communis opinio seruatur vt fatetur Aufer. vbi suprà, idem profitetur Guillelm. Benedict. in cap. Rainuntius. in verbo, & vxorem. 2. decis. nume. 155. de testam. fol. 95. & vide Barthol. Cassa. in consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 5. in gloss. *Si na grace.* num. 71. vbi testatur se vidisse quendam clericum Regis consiliarium, punitum fuisse à iudice sæculari, priuatione officij, nec non pecuniaria pœna, quia in officio delinquerat.

Clerici Consilia rij Principis non debeant puniri.

Possunt etiam clerici absque alicuius

alicuius pœnæ metu, causas ex compromissoria à partibus tributa potestate iudicare. l. non distinguemus §. Sacerdotali. ff. de arb. l. si qui ex consensu. cũ l. en seq. C. de Episc. audi. l. 48. titul. 6. par. 1. Est equidem piũ & sacerdotale munus ancipites cõtrouersias componere, vt inquit Ioã. And. in addi. ad Specu. titu. de arb. §. potest, in fi. quem refert Greg. Lup. in dict. l. 48. in verbo, Por su albedrio.

Corã sæcularibus Magistratibus clericos inuitos conuenire sunt ausi.

CAPVT LXII.

1 *Clerici, à seculari iurisdictione exempti sunt.*
2 *Clerici post sententiam, in eius executione opponere exceptionem fori declinatoriam, minime prohibentur.*
3 *Consensus clerici, nullum in hoc impedimentum præstat.*
4 *Clericus qui corã sæculari magistratu, laicum esse fingit, ab Episcopo potest vindicari.*
5 *Reprobatur quoddam Arrestum Regni Franciæ.*
6 *Clericus qui exceptionem fori declinatoriam opponere distulit, expensis mulctari debet.*
7 *Pœna pecuniaria quantuncunque leuissima, à iudice sæculari contra clericum absentem illata, soluenda non est, contra Fran. Auiles.*
8 *Prælatus qui negligens est, in reuindicando clericum, à sæculari potestate, grauissime punitur.*
9 *Clericus prima tonsura innitatus immunitate fori Ecclesiastici frui potest.*
10 *Clericus qui pensionem Ecclesiasticam obtinet, verum dicatur habere beneficium.*
11 *Quid iudicandum sit, si præstimonium obtinuerit.*
12 *Quid vero iudicandum de capellania.*
13 *Clerici coniugati, vtrum fruantur foro ecclesiastico.*
14 *Controuersia quæ circa clericatum emerserit, per ecclesiasticum iudicem & non sæcularem dirimenda est.*
15 *Iudex Ecclesiasticus, absque præuia causæ cognitione circa clericatum, sæcularem inhibere non debet.*
16 *Clericatus scriptura probari debet.*
17 *Prima tonsura, vnius testimonio non probatur, contra Petrum Rebuff. & Matth. de afflictis.*
18 *Clericatus an probetur ex sola possessione habitus & tonsuræ.*
19 *Lite pendente, circa clericatum reus in publicis Ecclesiasticis carceribus detinendus est.*
20 *Interpretatur Regia lex. 7. titul. 4. lib. 1. ordin. non contra insignẽ D. Couarr. & doctum D. Fax.*
21 *Iudex Ecclesiasticus, inhibere potest sæcularem, lite pendente, ne contra clericum procedat.*
22 *Clericus qui alium inuitum coram sæculari iudice conuenit, quibus pœnis plectendus sit.*
23 *Pœna amissionis causæ, quæ ad dictis criminis punitionem statuta est, nõ infligitur ipso iure.*
24 *Prædictæ pœnæ non est locus, quando clericus voluntarius ad iudicium sæculare accessit.*
25 *Nec quando ante litis contestationẽ clericus à lite recessit.*
26 *Nec quando clericus citatus, non comparuit.*
27 *Laicus qui coram sæculari iudice clericum conuenit, causam perdit, & iudex officio est deponendus.*

Caput

Caput hoc nouè editum est.

1 ARgumentum equidē huius criminalis practicæ, vehementer expoſcit, vt de clericorum exceptione, quo ad forum ſæculare, tantiſper diſeramus: ideo non grauabor, huius capitis ſumpta occaſione, breuem & delucidā de illa diſputationem ſubire. Et vt rem aggrediamur, præfari oportet hanc exemptionem immunitatem clericorum, multis in locis probari: ſed potiſs imè in capit. at ſi clerici. & in cap. clerici. & in cap. qualiter. de iudi. cap. 2. cap. ſi diligenti. de foro cōpet. cap. continua. cum multis illi⁹ cauſæ, & quæſt. 11. quæſt. 1. l. vlt. tit. 2. lib. 16. Cod. Theodoſiani & pleriſque illius tituli conſtitutionibus ante Iuſtinianum latis. l. 57. tit. 6. part. 1. l. 6. tit. 3. libr. 1. ordina. antiqui. l. 5. tit. 3. lib. 1. ordin noui de qua re longè latèque tractauerunt Iuris Pontificij interpretes in dictis locis, & præter eos Auſer. in relectione Clementin. 1. de officio ordin. Guil. Benedict. in cap. Rainūtius. de teſtamentis in verbo, Et [vxorem] in 2. num. 322. Nicola. Boeri. deciſſ. 96. Rupellanus lib. 1. forenſium inſt. capit. 34. Barth. Caſſa. in conſuet. Burgund. Rub. 1. §. 5. Char. de Graſſal. lib. 2. Reg. Franc. cap. 17. D. Coua. ib. practi. quæſt. cap. 31.

2 Et cum exemptio hæc, in fauorem totius ordinis ſacerdotalis conceſſa ſit, poterit iure optimo clericus cōuentus à ſæculari iudice, & ab eo condemnatus, poſt illius ſententiā exceptionem fori declinatoriam proponere, nō quidem ei licet ſæculari iuriſdictioni conſentire, ſaltem in criminalibus cauſis, quibus agitur de coertione & punitione perſonali. c. ſi diligenti. capit. ſignificaſti de foro compet. cap. at ſi clerici. in prin. de iudi. & in hac ſpecie notat Caſſa. in di. Rub. 1. §. 5. verſi. [Archidiacono] numer. 45. Ioan. Rupella. dict. lib. 4. forenſium inſtit. cap. 6. Nicol. Boer. in conſuetud. Bitur. tit. de iuriſdict. §. 21. in fine D. Couar. practi. quæſti. capit. 33. num. 2. & ita iudicatum fuiſſe fatetur Deci. conſi. 241. Et potiſſima ratio eſt, quia exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudicium nullū ab initio, quod iudicium, nec prorogari poteſt nec prorogatum eſſe cenſetur, quandocunque etiam poſt ſententiam, ad eius executionem impediendam opponi poteſt, & oppoſita eius executionem impedit. Ita tradiderunt Antō. Abb. Imo. & Felin. num. 28. in cap. exceptionem de excep. & eſt tex. egregius ſecundum vnam interpretationem in cap. ad petitionem. de accuſati.

3 Idemque pari ratione iudicandum eſt, ſi ſententia à iudice ſæculari contra clericum lata fuerit, cui ipſe conſenſum præſtitit, à dicto fori priuilegio minimè excluditur; vt in facti contingentia interrogatus cō-

ſuluit

fuluit doctissimus Socinus cõs. 12. colum. 7. libr. 1. quem sequitur Petrus Auend. de exequend. mand. lib. 1. capitu. 22. num. 2.

4 Imò quod summè notandũ est, si clericus ab inceptis desistere noluerit, sed temerè & impiè coram sæculari iudice litigare, coram quo vt ab ipso puniri possit, se laicum esse sponte fuerit confessus, veritate cõperta, iudex ecclesiasticus ad quem causæ cognitio spectat, potest illũ à sæculari magistratu vindicare, ne detur locus, vt his dolis & fallacijs, ecclesiastica iurisdictio: & in clericos potestas defraudetur. Sic visum sint Bal. in l. si qua per calũniã colum. 2. C. de Episcop. & cleric. Domi. & Franc. in capit. si iudex laicus. de senten. excom. lib. 6. quæ opinio verissima est & probatur perpensa ratione text. in dict. c. si diligenti.

5 Vnde iuri consentaneũ minimè fuit Arrestum illud, cuius meminit Petrus Rebuff. super regias leges Galliæ prima parte in tract. de senten. exequend. artic. 3. gloss. 2. vbi fatetur, à senatu diffinitum fuisse, quod clericus à sæculari iudice condemnatus ad honorabilem emendam (sic ille loquitur) non poterit sentẽtiæ executioni opponere exceptionẽ primæ tonsuræ, quod meritò reprobat insignis Couarr. d. c. 33.

6 Id tamen ab omnibus receptum est, illum clericũ qui vsq; ad sententiam, vel executionẽ omisit, vti exceptione fori declinatoria, iustissimè in expẽsis esse mulctandum. Vt tenuerũt Deci. Boeri. & Rupella. in locis nouissimè allegatis Felin. colu. 1. post alios in dict. cap. exceptionem Auferi. in dict. Clem. 1. de officio ordinar. regul. 2. num. 33. Bellamera decisi. 226. Quæ expensarum condemnatio, per sæcularem iudicem facienda est, vt censet Boeri. dict. §. 21. & opinio hæc apud Gallos moribus & consuetudine recepta est, si credimus Rupella. legum & consuetudinum Gallicarum scientissimo dicto capit. 6. qui contrarium de iure verius esse agnoscit, necnon Deci. dicto consil. 241. D. Couarr. dict. cap. 33. Atq; ideò iudex tantùm ecclesiasticus, hanc expensarum cõdemnationem facere debet, nõ sæcularis, qui sicut quo ad principalem causæ cognitionem, nullam iurisdictionem obtinet sic neque quo ad mulctam, nec quo ad expensas vt constat ex Bald. traditione in l. 2. C. de Episcop. audi. & in l. si ex aliena. colum. 1. ff. de iud. Abb. in c. si diligenti. de foro com. colum. penult. *Rupella nus Gallus.*

Pœna verò pecuniaria quantumcunque leuissima sit, qua clericus à sæculari iudice suæ iurisdictioni acquiescens, vel absens, fuerit condemnatus, à ecclesiastico exequenda non est tanquam nulla ob notorium iurisdictionis defectum, quod ita in comperto est, vt nulla indigeat probatione. Circa quod tamen grauissima censura dig- 7

Confutatur opinio d. Fran. Auil.

nus est Francis. Auiles (vir alioqui doctus) in ca. prætorum, c. 15. in verbo, *Homeçillos*, nu. 33. asseuerans quod cum iudicandi munere fungeretur, quendã clericum in absentia condemnauit pœnis Regijs constitutionibus diffinitis (quas vulgo. *Del despreçy homeçillo*, Hispani appellamus) de quibus loquitur Regia lex 3. tit. 10. lib. 4. nouę ordina. quas pœnas à clerico exegisse fatetur, præcepto iudicis Ecclesiastici, postquam coram ipso post longam absentiam comparuit, sed non iustè mea sententia, cum dicta pecuniaria mulcta, pœna sit contumaciæ, quæ ab expensis longè distat, & ideo expensarum nomine minimè comprehenditur, quod dicta lex clarè insinuat cum dicit. Y *pague el despreçy homeçillo y costas*. In expensis equidem quibus ob clerici absentiam aduersa pars læsa fuit, iustum est clericum cõdemnari, non verò illis pœnis, quæ merum lucrum fisci vel iudicis sæcularis sapiunt. Et ideo iniquissimè & contra sacras Iuris Pontificii constitutiones iudicatum fuisse censeo ab illo iudice ecclesiastico, de quo ibi meminit Auiles. Quod si verò casus hic aliquando contigerit iudices ecclesiastici ab huiusmodi errore caueant.

8 Tenentur equidem Episcopi & cæteri ordinari, hoc veluti Sacrosanctum clericorum priuilegium intactum & incolumen seruare, Deo Optim. Max. aliàs strictissimam rationem daturi, & ideò statim sine mora, postquam compertum habuerint, clericum subditum à sæculari iudice carceribus detineri, illũ pœnis adhibitis, censuriscq; prolatis repetere tenentur, quod si pro debito munere non fecerint, tanquam negligentes ab administratione deponi, & fortè criminaliter puniri (si qualitas causæ exegerit) debent, vt multis rationibus innixus cõsuluit Cassaneus cõsil. 38. quẽ sequitur Iuli. Clar. in practi. crimin. final. quæst. 36. vers. debet autem.

Nec tantùm hoc fruũtur priuilegio Presbiteri, & clerici alij 9
in sacris maioribus ordinibus constituti, sed clerici prima tõsura innitiati capit. cum non ab homine. capit. clerici de iudi. cap, 2. de foro compet. glo. celebris in verbo, clericus, in cap. vni. de cleri. coniuga. lib. 6. sed hæc fori exemptio limitata est nouissima Tridenti. Concil. Sanctione Sess. 23. cap. 6. de reformat. qua decretum & diffinitum fuit, clericos hos non cõiugatos, nec in ciuilibus nec criminalibꝰ causis, immunitate fori gaudere, nisi ecclesiasticum beneficium obtinuerint, aut clericales vestes cum tõsura deferentes, alicui ecclesiæ Episcopi iussu inseruiãt, vel in scho la literaria ipsius Episcopi præcepto, ad maiores ordines hanelantes versentur, quam constitutionem seruari apud Hispanos præcepit Regia lex prima. tit. 4. lib. 1. noui ordinam. & iustissimè quidẽ, fuit equidẽ matur-

maturissimo consilio, & summa prudentia ædita: indecentissimum quippe erat in Dei ecclesia meros cerdones, pelliones, corrarios, fullones, aut ignauos nebulones, nudæ tonsuræ prætextu, immunitatibus frui, quæ in clericorum fauorē, diuino muneri ministrantium, concessæ fuerant.

Est tamen oportunè, circa superiora inuestigandum, vtrùm clericus prima tonsura, & minoribus ordinib⁹ initiatus qui pensionem ecclesiasticam obtinet fori immunitate gaudeat, & rem dubiam & ancipitē facit, quia pensio non dicitur beneficium c. quamuis. in primo de præ. in 6. & ibi doctores tradiderunt, & in capit. ad audiētiam. in 2. de rescrip. differunt latissimè Gome. in tract. de expecta. num. 92. & regul. de infir. resig. quæst. 16. & in regula de annali. possessio. quæstio. 21. Ioan. Selua de beneficijs. 1 par. quæst. 1. num 7. & quæst. 3. num. 11. Anton. Capi. decisſ. Neapoli. 220. quæ opinio cōmunis est, & probari videtur in sacro concilio Trident. Sessio. 21. capit. 2. de reforma. in illis verbis. [Patrimonium vel pensionēm obtinētes, ordinari potest, hac non possunt.] Et sic apertissimum ibi testimonium quod ad ordinum promotionē qui pensionem habet, nō dicitur ecclesiasticum beneficium obtinere. Procedit tamen superior communis sententia, quādo stricto modo, naturā & proprietatem beneficij ecclesiastici metimur, secus autem si amplo & fauorabili nomine beneficiū capiatur, quia tunc eius appellatione beneficium comprehēditur, vt optimè animaduertit Gomez. in Reg. Cancel. Reg. de trienna. possess quæst. 50. litera C. Nec superior recepta opinio firmitatem obtinet, quādo pensio in titulum confertur vt frequentissimè iam concedi solet, teste Pet. Rebuff. in tract. nomina. q. n. 39. Cap. Tholosa. q. 472. Maximè hodie stāte motu propio Sanctissimi Quinti Pontificis maximi quē supra retuli c. incip. officiū, &c. vbi pensionario inūgitur, onus singulis diebus recitandi officium B. Mariæ, & sic pensio onus spirituale annexum habet, quod non parui momenti est, vt beneficium possit optimo iure appellari. Qua ratione iuris esse certissimi censeo clericum prima tonsura, vel minoribus ordinibus initiatum pensionem in titulum concessam obtinentem, frui debere priuilegio fori ecclesiastici. Et cum casus iste in hac Complutensi Academia contigisset an. Domini 1584. ita consului, & sic postea in supremo consilio Regis & Domini nostri fuit iudicatum.

Idemq; pari ratione, de præstimonio existimo iudicandū, nam licet non dicatur beneficium, nec eius comprehendatur appellatione, vt scribit Ioā. And. in capit. vni. de rerum permuta. lib. 6. Domi. consil. 89. & ideo laico conferri potest vt scribit Petrus Rebuffus in tract.

in tract. de spacifi. possessori. nume. 150. & 151. si vero in titulum ecclesiasticum confertur, beneficium iudicandum est. Vt tradit Rebuff. in eod. tract. 17. ampli. nume. 105. Capella. Tholosa. 472. Ioann. Staphi. in tract. de literis gratię & iusti. titul. de qualita. & sta. benefic. num. Calderi. cons. 6. tit. de præbend. Iacob. Menochi. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. centuaria. 3. casu 201. num. 58. sed hæc distinctio, saltim in Hispania necessaria non erat, cum semper in ea præstimonia in titulum dentur, & spirituale onus annexum obtineant teste doctissimo Quint. Manda. regula Cancel. 34. q. 12. & ideo qui præstimonium habet, beneficium ecclesiasticum obtinere censetur.

12 Qui verò de clerico primæ tonsuræ, vel minorum ordinũ, si capellaniam obtinet sit iudicandum, an is dicatur beneficiũ ecclesiasticum habere, vt fori ecclesiastici immunitate frui possit. Et asseuerandum censeo quòd sit capellania sit collatiua & in perpetuum titulum confertur, ecclesiasticum beneficiũ debet iudicari gloss. celebris quæ communi doctorum suffragio recepta est in Clementin. fin. in gloss. 1. de decim. & in extrauagan. Execrabilis, in verbo, quæ alias de præben. inter communes, sequitur Dec. consi. 210. num. 4. Gomez. regul. de infirmo. resig. quæstio. 23. Guid. Papæ decissio. 187. & alij sequuntur, quos retuli supra cap. 18. nume. 9. Quod verum est quando capellania per summum Pontificem, vel Episcopum confertur, secus autem si per Episcopi inferiorem glo. in di. extrauagan. execraui tradit Ioan. de Imo. in c. in nostra col. 3. versic. quomodo de rescrip.

Sunt similiter, fori priuilegio 13
muniti clericiconiugati, primę tonsuræ hac lege, vt cum vnica & virgine matrimonium contraxerint, & clericales vestes & tonsuram detulerint tex. egregius in capit. vni. de cleri cis cõiugat. lib. 6. quem latè interpretantur D. Couar. in practi. quæsti. ca. 21. Petrus Auend. de manda. Regum. 1. p. cap. 22. de quo meminit Sacrosanctum Tridenti. Concil. Sess. 23. capit. 6. de reformat. quod vltra ea quæ in dicto capit. vni. continentur requirit, quod dicti clerici coniugati ab Episcopo alicuius Ecclesiæ ministerio deputati sint, & quod actualiter seruiant. Forma autẽ quę in his cõtrouersijs seruari debeat, præscripta est in di. 11. ordin. noui.

Non tamen circa superiora, 14
silentio prætermittendum est, quod quotiscunq; controuertitur, vtrum reus per iudicem sæcularem captus, clericus sit primæ tonsuræ, & minorum ordinum, & illas qualitates obtineat, quæ iuris cõmunis sanctionibus, & Concilij Tridentini decreto, desiderantur: controuersia hæc per iudicẽ ecclesiasticum & non sæcularem dirimenda est. De quo est elegans consti-

constitutio in capit. si iudex laicus. de senten. excommun. lib. 6. cuius autoritate opinionem istam communem esse profitetur Ripa. in capit. decernimus num. 4. de iudi. D. Couaruu. in practi. quæstio. capit. 33. num. 1. asseuerans in Hispania sic seruari. Eandem communē esse profitetur Iuli. Clarus in practic. crimin. §. fina. quæsti. 33. vers. regulariter autem quāuis testetur in dominio Mediolanensi aliter seruari, & apud Gallos, huius cōtrouersiæ cognitio ad iudicem sæcularē pertinet, cum apud eos minimè recepta sit Bonifacij octaui decisio in d. cap. si iudex laicus: prout refert Guid. Pap. quæsti. 138. Ioan. Gall. quæst. 38. sed Galliæ forensis vsus iuri contrarius est, vt ægregiè probat D. Couarr. dicto cap. 33. num. 1. Nec in Lusitanorum regno Pontificia illa constitutio seruatur, vt in illius regni legibus continetur, libro enim secundo tit. 1. Antè tamen quod Ecclesiasticus iudex, aduersus iudicē laicum, clericum in carceribus detinentem inhibitoris literis vtatur, præuia causæ cognitione ei liquere debet, clericum illum esse, & eas omnes qualitates obtinere, quæ à iure desiderantur, & apud Hispanos forma certa statuta est in l. 7. tit. 4. lib. 1. ord. noui & in fi. illi⁹ tit.

In qua forma obseruanda, attendere debet iudex, quod clericatus regulariter per scripturā probari debet. Quod colligi videtur ex lege si qua per calumniā. C. de Episcop. & cleri. vbi Iacop. Butri. capit. legum 2. q. 1. tradit egregiè Pet. Rebuff. in pract. benefi. tit. de forma literarum, tonsuræ num. 22. Felin. in ca. post cessionem num. 3. de proba. Thom. Gram. decisio. 81. Literę enim Episcopi ostendendæ sunt, quibus se ordines contulisse testetur, ita quod minimè sufficeret, quod Summus ecclesiæ Præsul in literis collationis beneficij, nominet ipsū assertum clericum simpliciter, hac nominatione, clericatus non probatur. Tenet Ancharr. in dict. cap. si iudex laicus. & ibi Philip. Franc. §. non sic. Io. Andr. in Mercur. in regul. non licet. Sæcul. iur. lib. 6. Bald. in d. [illegible] si qua per calūniam. Alex. in l. si prius. num 38. ff. de noui. oper. quā opinionem communem esse testatur Thō. Grāma di. decisi. 81. num. 4.

Nec per indicia, aut cōiecturas, clericatus probari potest vt in c. inter quatuor, & ibi glo. in verbo, argumē. de cleri. perigr. Nicol. Boer. decis. 117. nu. 25.

Sunt tamen qui censeant, clericatum patris confessione posse probari. Rot. decis. 433. in antiq. Francus in capit. 1. col. 4. de eo qui mit. in poss. l. b. 6. & ibi Aymon co. 2. idē in cōs. 83. nume. 4. Sed opinio hæc, defendi potest in beneficialibus causis, quando possessorio agitur cum leuiores probationes sufficiant, secus si petitorio ageretur, quo quis peteret, ꝙ sibi beneficium adiudicaretur, ita Rot. deci. 408. inci. fuit dubitatum

bitatum in nobis Bella. deciſſion. 183. Capell. Tholoſana queſt. 423. Crauet. in locis iam alleg. Felin. in cap. olim. nu. 10. de reſcrip. ſi vero ea ſcriptura clericatus deperdita ſit, teſtibus poteſt probari capit. 2. ca. 3. de cleric. peregr. l. ſi ſolennibus. C. de fide inſtr. l. teſtium. C. de teſtib. gloſſ. not. in d. c. ſi iudex, in verbo, fecerit. Alexād. conſi. 107. numer. 7. volum. 7. Matth. de Afflict. in conſtitu. Neap. lib. 1. rub. 3. nu. 12. not. Gui. Pap. quæſtio. 474. & communiter receptam eſſe fatetur D. Couarru. in practi. quæſti. capit. 33. num. 3.

17 Notandum tamen eſt, quod Bald. in capit. licet vniuerſis. de teſtib. in ea opinione eſt, vt cēſeat, primam tonſuram probari poſſe vnius teſtis teſtimonio, quando de alterius præiudicio non tractatur, quem Feli. ibi ſequitur, & Gerar. ſing. 49. Iaſi in l. admonendi. num. 198. ff. de iureiur. Hyppo. in l. 1. §. idem Cornelio. in fine. ff. de quæſtio. Barth. Caſſa. in cōſuetud. Burgund. Rub. 1. §. 6. verſic. Ponderanda. numer. 11. Ex quo fit vt ea opinio non poſſit adaptari ad caſum, quo tractatur de declinanda ſæculari iuriſdictione, cum res ſit grauiſſimi præiudicij. Ideoque clericus ſecundum iuris communis ſanctiones plenè clericatū probare debet, aliter à cauſa cadet, vt prudenter D. Couarruu. ſuperiori cap. ſcribit, licet malè contrarium tenuerit Petrus Rebuff. in dict. titulo de forma litterarum tonſuræ nu. 24. & Matth. de Affictis in cōſti. Neapoli. tit. 3. num. 12. exiſtimantes Baldi doctrinā hoc caſu poſſe procedere, ſed longè aberrarunt.

Probaretur tamen clericatus 18
ſufficienter ex ſola poſſeſſione habitus & clericatus tonſuræ, ſic nouiſſimè tenet Ioſeph. Maſcardus vir ſanè doctiſſimus in libro variæ & indefeſſæ lectionis nouiſſimè edito de probat. volum. 1. cōcluſ. 302. num. 14. dicens ita multoties in praxi ab eo obſeruatum. Ex huiuſmodi quidem actibus clericatus probatur donec contrariū probetur, ſcribit Petrus de Ancharra. & Francus colum. 3. in c. ſi iudex laicus. de ſenten. excommu. lib. 6. Inno. in cap. ſuper his. num. 10. de accuſati. & in cap. innotuit. de eo qui furtiuè ordin. ſuſcep. Ioann. And. Bald. in cap. dudum. 1. num. 5. de electi. Thom. Gramma. deciſio. 81. Boer. deciſſi. 171. nu. 13. Sed opinionem iſtam dubiam eſſe cenſeo, ne dicam falſam. Nam cum graue ex hoc præiudicium Regiæ & ſæcularis iuriſdictioni generetur minimè quaſi poſſeſſio clericatus ad illam elidendam ſufficeret, ſed verus titulus eſt probādus. Qui enim clericum eſſe dicit, ad iuriſdictionem ſæcularē declinandam, licet habitum & tonſuram gerat, titulum docere debet, vt deciſſum eſt in dict. capit. ſi iudex laicus. vbi glo. in verbo, clericali, de ſent. excommun. lib. 6. tradit Ang. quē ſequitur

Ioſeph. Maſc.

quitur ibi Alexād. in l. si prius. ff. de noui. oper. nunti. nu. 38. Alcia. in tract. de præsum. præsu. 4. reg. regul. 2. glos. in cap. præsbyteri. 68. distinct. Nicola. Boer. decission. 171. nume. 12. Andr. de præscrip. §. 1. glos. 4. versic. 17. hunc pertinet, & ita interpretādum esse censeo decretum Sacri Concilij Tridentin. Sessio. 23. capit. 6. de reformati. licet Mascardus in præcitato loco secundum superiorem doctrinam fuit interpretatus dicens in praxi obseruari. Quidquid verò sit de iure cōmuni apud Hispanos, nostra opinio controuersia caret quia secundum formam Regię constitutionis in his rebus seruandæ exemplum ipsius tituli scribendum est, in ipsis literis inhibitorijs sæculari iudici ab Ecclesiastico mittēdis, nec aliter sunt obtemperandæ, vt statutum est in fine titul. 4. libr. 1. ordin. ibi. *En las cartas, ò censuras que dieren los jueżes eccleśiasticos, para inhibir los śeglares, de las causas de los de primera corona y ordenes han de yr authenticadamente los titulos, licencias, y informacion.*

19 Interim tamen, quòd causa circa clericatum pendet, reus detinendus est à iudice ecclesiastico, in publicis carceribus, non vero in Ecclesia aut monasterio nec sub fideiussoribus est relaxādus, vt tenet D. Episc. Ioann. Bernar. infra cap. incip. incarcerari quod Regia lege decretum stat lege inquam. 7. titul. 4. lib. 1. ordi. de qua meminit Couarru. in pract. quæst. capit. 33. num. 4. doctus & diligens D. Paz in practica. 2. thomo prælud. 2. num. 14.

Circa quam Regiam consti- 02
tutionem obseruandum est, quod eius decissio tunc locum obtinet, quando lis tātum versatur circa clericatum, non verò, postquā lata sententia, constat incarceratum clericum esse, quia tunc iudex Ecclesiasticus, si qualitas causæ & illius innotentia locum dederit, poterit à carceribus remittere quod manifestè præcitata lex probat, cum dicit. *Y mandamos alos dichos jueżes eccleśiasticos, que en el en tretanto que lo śusodicho acerca del clericato se determina, los tengan presos, como dicho es en la carcel.* Et Paulo inferius. *Que los pren dan, y tengan presos en la carcel śeglar, hasta que la dicha causa, de el clericato se determine.* Nihil clarius mea sententia dici potuit, Quod ea non vulgari ratione fulcitur, quia cum relaxandi potestas, ad certū & præfinitum tempus sit limitata, illo lapso transgredi non debet. l. pater filium. §. fundum. quē Bart. not. in summario. ff. de legat. 3. glo. & Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. l. in hoc judicio. §. si conueniat. ff. comm. diui. l. Imperator. ff. de postul. tradit post alios eleganter Petrus Paul. Pari. cōsi. 14. num. 13. & con. 31. num. 36. vol. 2. Deinde Regia lege sanciri hoc potuit à Principe sæculari ante clericatus probationem, quia hac qualitate exclusa, contra illum iurisdictionem obtinet, &

in dubio circa hoc pro Principe præsumitur, cum quilibet laicus præsumatur, nisi se clericum esse probet Ioan. Andr. in regu. scient. column. penul. de regul. iur. in mercuriali. Sequitur Lucas de Pœna in l. quicũque. in 62 præsumpti. C. de apoch. pub. lib. 10. Bald. in cap. fina. num. 4. de præsumpt. Aufreri. in Clement. 1. de officio ordin. num. 5. ad quod confert text. in capit. legum. 2. quæst. 1. Quia clericum esse à natura nõ inest. Natura enim non creat artem sed ad eam disponit, vt colligitur ex responso iurisconsulti in l. Stich. ff. de leg. 3. & ex c. ex studijs de præsum. & hoc expresse diffinitum est, in instructione quę continetur in fine tituli. 4. lib. 1. ordinam. noui, ibi. Y *no se guardando la dicha orden, su Magestad, pues esta fundada su intencion, y de la su jurisdiction Real, no constando legitimamente de lo su sodicho.* &c. At si ille clericum esse probet, cum immunis sit à sæculari iurisdictione, sæcularibus legibus cõprimi minimè potest, cap. quæ in Ecclesiarum. de cõstit. auth. Cassan. & irrita. C. de Sacrosanct. Eccle. Fulciturque opinio hæc, quia sicut clerici iam qualificati, clericatus probatione, ab iudicibus ecclesiasticis puniri debent, vt iuris communis Sanctionibus, est consentaneũ: & præfacta lex probat ibi. Y *si hallaren, que deuen gozar del dicho priuilegio clerical, conforme à lo suso dicho, les den pena condigna.* Pari ratione incarceratio, autre-laxatio suo arbitrio est discernenda. Maximè quia hoc ad augendam, vel minuendã pœnam nõ vulgaris considerationis esse solet, & ità non semel in controuersijs forensibus receptum vidi, & verissimã hanc opinionem censeo, quanuis contrariam sequatur D. Couarr. & Doctor Paz vbi suprâ allegaui.

21 Si vero clericus sæcularibus carceribus est mãcipatus, prædicta iuris, & legum Regiarũ forma seruata, à ecclesiastico iudice, ad sæcularem magistratum inhibendum procedendũ est. Interim verò, q causa clericatus diffinitur, sæcularis iudex censuris, & iuris Pontificij remedijs, compelli potest: ne vlterius in causa procedat, quousque in Ecclesiastico tribunali fuerit diffinita, ità apud Hispanos moribus receptum est, & expresse colligitur, ex text. in dict. cap. si iudex laicus. ibi. [Contra eum tamen interim, quiuis processus iudicis pœnitus conquiescat.] Et sic nõ solum nõ potest causam iudicare, sed nec in ea procedere, vt notat glo. vltim. ibi quam doctores communiter sequuntur.

22 Quibus sanè perpensis iustimè quidem sacrorum conciliorum, & canonum constitutionibus, diffinitum est clericũ qui alium coram sæculari iudice pertraxerit, seueris pœnis plectendum esse, vt Mileui. & Cart. concilijs decretum fuit capit. placuit. cap. inolita. 11. q. 1. pœna quidem est quod causam

ſam perdat, & à communione ſit alienus de qua etiam meminit Inn. tertius ſummus Eccleſiæ Præſul. in c. ſi diligenti. de foro compet. illa autem pœna quæ communionis priuationē concernit, intelligi poteſt, vel à ſacris, quæ ad certum tempus inflingitur, vt in c. catholicus. 2.q.6. vel à communione officij & beneficij, vt ab ipſis deponatur. Vel à communione hominum per excommunicationē, quo vſque clerico in iudicium vocato, & Eccleſiæ cui iniuria illata eſt, plena ſit facta ſatisfactio c. 2. de foro comp. quæ iura ita interpretatur Card. à Turrec. in d.c. molit. n. 1. & hāc poſteriorem interpretationem tenet gl. d. c. ſi diligenti. quē ibi Hoſti. Ioan. And. & Abb ſunt ſequuti.

2 Quòd verò attinet, ad cauſæ amiſſionem, procedit quanuis iuſtiſſimā cauſam habeat, quæ non attenditur, ſed ſolum crimen, ad cuius punitionē prædicta pœna imponitur. Et non ipſo iure, ſed per ſententiam, vt cenſet glo. in d. ca. ſi diligenti. iuribus & rationibus ab ipſa allegatis quā ibi ſequitur Abb. Antiq. col. 2. ver. perdat & eam eſſe communem teſtatur Collecta. ibi num. 8. & Benedictus de Capra. col. 7. cuius doctiſſima commentaria ſuper Decreta. manu ſcripta habemus, eandem receptam profitetur Mar. Soci. num. 26. & ferè doctores omnes ibi & in l. in criminali. C. de iuriſdicti. omni. iudi.

24 Non tamen locus erit prędictæ pœnæ, quando clericus nō inuitus ad iudicium ſæculare acceſſit, quod colligitur ex verbo. *Illo per trahant*: quo vtitur Mileui. concili. & ex verbis. *Voluntarij*, quibus vtitur Cartha. conci. vt perpendit glo. dicto ca. ſi diligenti. communiter à doctoribus ſequuta, quamuis alias à ſuo iudice ordinario puniendus ſit c. non liceat. 3.q. 6. quem ad hoc allegat Cardi. à Turrecrema. d. capitulo. inolita. numero. 1. Similiter clericus à dicta pœna eſt immunis, quā do antè litis conteſtationē ab incepta cauſa receſſit, poſt cōteſtationem verò factam, recedere ab ipſa non licet, in præiudicium partis cui iam ius quæſitum eſt. Quæ opinio mihi verior & communior videtur, ſed quia in ea iuris vtriuſque doctores fluctuāt poſt gloſſas in dict. cap. ſi diligenti. & in dict. l. in criminali. videnda ſunt, quæ peculiari commentario breuiter ædendo ſcripſimus ſuper text. in d. ca. ſi diligenti. quem hoc anno. 1587. in noſtra primaria iuris Pontificij Cathreda ſumus hac florentiſſima Achademia, Complutenſi innumeris auditoribus interpretati multa quæ ibi ad capit. iſtud expectantia tradidimus.

Nec præfacta pœna imponē- 25
da eſt, quando clericus citatus ad iudicium ſæculare non cōparuit. arg. legis. quamuis. ff. de in ius vocand. & in l. 1. ff. nequis eum. tenet glo. & doctores in d. l. in criminali.

Et vtrum clerici rei, qui conueniuntur coram sæcularibus magistratibus prædictis pœnis sint coercendi, egregiè disputat & resoluit post alios Mari Soci. in dict. cap. si diligenti. num. 35. cum sequentibus.

26 Habet equidem locum prędicta pœna amissionis causæ, quando laicus conuenit clericum coram iudice sæculari, vt in auth. statuimus. C. de Episcop. & cleric. Iudex vero ipse proprio officio priuandus est, vt ibi diffinitur, & ab ecclesiæ communione arcetur. capit. 2. & ibi gloss. de foro compet. quod si causa fuerit criminalis incidit in excommunicationē cenę, vt in 18. casu Bullæ.

Contra Ecclesias à quibus beneficia obtinet, aduocati, vel procuratores exisserunt.

CAPVT, LXIII.

1 *Clericus, qui crimen hoc commiserit proprio beneficio est priuandus.*

2 *Clericus, qui non potest contra ecclesiam, in qua beneficium habet aduocare, an prohibeatur contra eam consulere.*

1 POena huius criminis est, quod tanquā ingratus potest eiusdem ecclesiæ beneficio spoliari: vt in cap. final. de postu. in fi. Notat hoc etiam glo. in capit. Nulli. 3. quæsti. 1. Tradit etiam Lucas de Pœnna in. l. milites, in fin. de re mili. lib. 12. Quod adeò procedit, quod si quis est beneficiatus in duabus ecclesijs, nō potest præstare patrocinium vni contra aliam, not. glo. in ca. Si qui sunt presbyteri. 1. quæstio. 7. quod limitat eadem gloss. nisi habeat administrationem in altera earū. Si vero necessitas officij quę fungitur cogat illum ad aduocandum contra ecclesiam, v quia tutor est, vel prælatus, excusatur secūdum Innocen. ibi. Vel si hoc agat prostrictè coniunctis, vel miserabilibus personis, secundum Abb. ibi posi Hosti. An autē clericus in isto casu qui prohibetur aduocare contra ecclesiam. Si in camera 2 consulit contra eam, incurrat pœnam, a de qua suprà. Vide-a tur dicendum quod non, si sequimur doctrinam Bart. in l. 1. §. postulare. ff. de postu. vbi tenet quòd Doct. promittentes nō aduocare, possunt in camera consulere: quod ibi sequitur Alexand. in addit. & quod not. idem Bart. in l. Paulus. §. 1 ff. de legat. videlicet quòd Doct. qui non possunt esse aduocati, non dicuntur aduocare si mittunt vnam cedulam iudici, vel si ei loquuntur: quod refert & sequitur Præpo. in ca. Solicitudinem. de appel. colum. 10. qui etiam allegat Ang. in dict. §. postulare tenentem quòd prohibitus postulare, non prohibetur allegare in camera, vel in scriptis, not. etiam Iaso in l. 1. in prin. in 3. colum. ff. de verbo. oblig. referendo Bart. vbi suprà. Et Deci. in l. fœminæ. nu. 11. ff. de re iu. Sed prędictis doctrinis non refragātibus (saluo meliori

meliori iudicio) contrariũ crederem b in casu nostro, imò quod clericus consulendo in camera, vel faciendo in scriptis allegationes iuris contra ecclesiam incurrat pœnã: quia text. in dict. cap. eam impotens fundatur ingratitudine, quæ resultat ex eo quòd clericus sit aduocatus vel procurator contra ecclesiam, in qua habet beneficium: quæ quidem ingratitudo ita consistit in consulendo in camera, vt scribendo in iure cõtra eam, sicut si esset aduocatus: quia pari modo possunt nocere ecclesiæ consilia clerici in camera, vel allegationes iuris ab eo scriptæ: sicut si contra illam aduocatus existeret: quæ paritas rationis non sic procedit in doctrinis doctorum suprà relatis.

ANNOTATIO.

NOta quod non solum in casu huius capitis prohibitũ est clericis aduocati munus exercere, sed regulariter ad uocationis officium illis interdictum est, cap. 1. de postulan. cap. 1. vbi Abb. not. 5. ne clerici vel monach. l. 48. tit. 6. part. 1. hoc tamen limita. nonnullis modis.

Primò, vt minimè procedat pro viduis & orphanis, text. in dict. c. 1. & in c. fin. de postul.

Secundò, pro Ecclesia text. in dict. capitulo. 1. Imo quod plus est hoc religiosis licet. Pro alijs tamen minimè liceret regulari postulare pro stipendio, etiam cum sui Abbatis, vel prælati facultate, ita Ioan. And. in c. argumentum. de regu. iu lib. 6. quo loco scribit, nõ posse monachum etiam doctum postulare, qui antè ingressum fuit aduocatus egregius, etiã cum licentia Abbatis, etiam ad soluẽdum debita monasterij magno ære alieno grauati, nec secundum illum refragatur, text. in c. monachi. in 2. 16. q. 1. Qui disponit posse monachum, pro sui monasterij vtilitate (præstita à suo Abbate facultate) postulare, quia Io. And. in præcitato loco interpretatur illud esse verum de vtilitate immediata, vt si postularet promonasterio, in litibus quas aduersus aliquos habet, non verò de vtilitate, quæ mediatè prouenit monasterio, quale est honorarium aduocati. Quæ quidem interpretatio recipienda non est. Tum quia iuribus suprà adductis manifestè repugnat. Tum quia si monasterij vtilitas est in causa, vt monachis postulare liceat, frequẽter maior vtilitas contingere potest, ex patrocinio alicuius viri in iure consummatissimi, quã ex patrocinio alicuius causæ modicæ ipsius monasterij. Sic Lap. Abb. relat° à Car. & Abb. in d. c. 2. monachos suos ex suę aduocationis lucro aluit. Deinde Ioan. And. opinioni aduersatur communis & recepta omnium sententia in t. cum I. & A. de iudi. vbi inter nostros receptum est, monachos cum abbatis sui licentia posse pro patrono, vel amico monasterij aduocati, vel procuratoris munus

nus exercere, quo casu vtilitas non tangit immediatè monasterium. Vnde verius videtur permissum esse monacho, in causis ciuilibus pro alio, corã sæculari postulare, dummodo Prælati sui facultas interueniat, quæ tunc concedenda est, cum magna monasterij necessitas, vel grandis eius commoditas vel miseria alicuius, vel gratitudo ei debita, vel alia iustissima causa, arbitrio Prælati iudicanda interueniat, nõ verò cum auaritia, vel ambitio id suaserit, vt tenet nouissimè insignis Mar. Nau. in d. c. non dicatis num. 99.

Tertiò, licet clericis postulare, quando non lucri cupiditate, sed ex charitate, & zelo defendendæ iustitiæ id fecerint, vt probatur à contrario sensu in cap. peruenit. 86. distinct. not. Abb. in dict. cap. 2. ne clerici vel monach. & hoc casu fieri debet, absque stipendio, vt est Host. sententia ibi quã Abb. amplectitur.

Quartò prohibitum est clericis postulare, quando generaliter, & absque delectu facerẽt, vnam vero vel alteram causam defendere, minimè prohibentur, ita Inno. in c. vni. de obligat. ad ratio. sequitur Abb. in dict. capitu. 2. ne cleri. vel monach. Alc. resp 91. num. 4. Alb. Trot. lib. 2. de vero & perfect. cleri. cap. 54. num. 3.

Quintò, limita in foro canonico saltim in causis Ecclesiast. vt in cap. 2. de post. & in cap. in nostra. de procur.

Sexto, limita nam licet non possint postulare, possunt tamẽ domi allegationes iuris conficere, & consilium petentibus dare, quia hoc opus meritoriũ est: quod maximè clericis conuenit, vt in cap. 1. 39. dist. tradit Ripa. in capit. decernimus, de iudi. ver. tertio. & faciunt quæ auctor hoc c. nu. 2. scribit.

Septimò. quod quanuis clericus dictum munus exercere non debeat, si tamen faciat, actus tenet: licet à parte exceptionis ope, possit repelli. text. in dict. cap. 2. de postu. & in ca. dilecti. de arbi. & not. Abb. in dict. cap. 2. & probatur in c. nõ magno opere. eo tit. ver. *Et in nulla causa.* vbi iure speciali in religiosis dispositum est, quod iudex ex officio eos nõ audiat, sed quod expellere teneatur.

Octauo, limita in clerico qui non habet beneficium, nec sacrum ordinem, quia is perinde est ac laicus, & postulare potest in causis ciuilibus glos. in summa. 15. quæ 2. & in c. 1. de post. tradit Mar. Nauarr. in manu. confess. cap. 25. nu. 100. idemque censendum existimo, in causis criminalibus. quia si rectè perpendatur eadem versatur ratio. Nec obstat irregularitatis periculum, quia sicut non tenetur ad ordinem sacrũ vel beneficium suscipiendum, ita videtur nec teneri ad se abstinendũ ab illo periculo. Alioqui sanè dicere opporteret, nullos iudices, aduocatos, procuratores, criminales causas tractantes, qui prima sunt initiati

tiati tōsura (qui sunt innumeri) absolui posse, in sacramentalibus confessionibus, nisi ab huiusmodi muneribus abstinuerit, ita egregiè tenet idem Nauarr. in d. cap. non dicatis. num. 99. vbi dolet hoc non addidisse in suo manuali, censet tamen eos grauiter peccare si dicta munera exercuerint, defetēdo publicè tonsurā clericalē.

Nono, limita in Romana curia, in qua consuetudine receptum est, vt nō solū suo nomine quisque clericus litiget, sed alieno, quinimò procuratoris, & aduocati munus clerici exercēt, ad omnes lites quātumlibet prophanas pretio ad id conducti. ita testatur Simon Maiol. de irregu. li. 5. ca. 19. n. 4.

Illud verò notatu dignum est quod si clericus in officio aduocationis corā sæculari iudice delinquerit, nec incarcerari nec ab eo puniri potest, quia cum id directè ex cōsensu eius fieri non possit nec indirecte delinquendo. l. cum quid vna via. de regu. iur. in 6. ita tenet in terminis D. Perez in. l. 1. tit. 6. lib. 8. ordin. fol. 189. varijs & extra ordin. cogni. Abb. in rub. de posthu. n. 2. & hanc opinionē magis communē esse fatetur And. Alcia. consi. 91. num. 4.

A *Contrarium crederem.* Adde quòd iste dominus Præsul, solus non fuit in hac opinione, quia antè eum idem tenuerūt Ang. in l. 1. §. postulare. ff. de postul. Ioan. de Anani. in rubri. de magistris & Felin. in rub. de fide instrum. quos vide.

Instituti hæredes, rogati de restituendo hæreditatem, in capaci tacitam fidem dederunt.

CAPVT LXIIII.

1 *Clericus, qui fidem tacitam præstitit de restituendo hæreditatem in capaci, omni hæreditatis commodo est priuandus. Hæreditásque fisco applicatur.*

2 *Clericus hæres quo modo dicatur accommodare testari tacitam fidem de restituendo hæreditatem incapaci, & quibus casibus videatur inductum tacitum fidei commissum.*

3 *An aliquis teneatur positioni respondere, an rogatus fuerit de restituendo incapaci.*

4 *Heres scriptus in animæ iudicio, an teneatur data tacita fide de restituēdis bonis incapaci, illa bona eidē restituere vel ad fiscā deferre.*

6 *Heres, qui hanc fidem dedit testatori iuramento præstito de non reuelando, an teneatur vocatus à iudice, ei rem ipsam exprimere.*

CLericus, qui in hoc delinquerit perdit hæreditatē, quæ aufertur ab eo tanquam ab indigno, & applicatur ecclesiæ: a notat Bal. in l. Si quis presbyter. C. de episc. & cle. quod confirmari potest ex his, quæ not. Fel. post Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. col. 23. ver. Sequuntur etiam, vbi dicit quòd in casibus, in quibus quis priuatur vt indignus hæreditate, priuabitur & clericus: & quòd si clericus hęres non adimplet voluntatem defuncti, priuabitur hæreditate iuxta

1

a

te iuxta auth. Hoc amplius. C. de fidei com. & quod si nō petit tutorem pupillo, priuabitur successione, per l. Sciant. C. de legi. hær. Quæ etiam refert Barba. in con. 28. inc. Scripsit bellissimè in 1. vol. in col. pen. referendo Anch. in c. 1. de cōst. in 6. char. ver. Primò principaliter quæritur, facit etiā quod tradit Ioan. Baptist. in repet. l. Cunctos populos. C. de summa trin. & fide catho, in col. antep. num. 175. dum ex conclusionibus per eum præmissis dicit inferri, quod clerici priuantur vt indigni, iuxta tit. ff. & C. de his, qui. vt indig. Auferuntur præterea à tali clerico qui tacitam fidē dedit fructus, quos percepit antè litem motam, vt in l. Eum qui tacitum.
2 ff. de his quib. vt indig. Dicitur autem tacitam fidem accommodasse, siue chirographū eo nomine dederit, siue nuda repromiserit pollicitatione, vt in l. In fraudem. in princip. ff. de his quib. vt indi. Idem etiā est si fiat instrumentum corā notario & testibus, in quorū fide ponitur vt hoc habeant in secreto, ita Barth. ibi. & in l. Non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fis. Et vide glos. in dict. §. tacita, in verbo probationibus, quæ vult, quod per confessionē rogati probatur tacitum fidei cōmissum: quam ibi sequitur Bar.
3 ex qua notat vnum quod est in hac materia singulare, quòd tenetur quis respondere positioni, an fuerit rogatus de restituendo incapaci: quod scripsit etiam Bar. altius in l. fina. col. 3. ff. de his quib. vt indig. Et in ista materia taciti fideicommissi: vltra ea, quę tradunt Docto. in locis communibus, vide bonū cōsilium Barb. 46. incip. Præclarè scribitur, in 1. volum. Posset etiam dici in hoc propo 4
sito quòd cùm Bart. in dict. 3. colum. dict. l. fina. tradiderit q talitèr rogatus debet secūdum conscientiam fisco dare b talē b
hæreditatem, & nō potest dare incapaci, nec sibi retinere: quē refert & sequitur Rosella in verbo filius. in 4. colu. versi. quæro quod debet, & Segura in repet. §. cū filiæ. l. Coheredi. ff. de vulg. & pup. 45. colum. versic. Tertium est notandum. Sic & eodē modo clericus teneatur restituere ecclesiæ bona illa: quod est nō parui momēti. Et an iuramētum præstitum 5
à rogato & testibus de nunquā id reuelando valeat, vide consi. elegans Car. 38. qui concludit c
quòd nō, c & eum refert & sequitur Feli. in capit. intimauit. num. 5. de testi.

E *Celestæ*. Vide Paul. de Castro in l. siquis presbiter. C. de Episco. & cleri. Ioā. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo §. 39. num. 9. Dida. de Segur. in l. 3. §. fi. nu. 545. ff. de li. & posth. Anto. Gom. in l. 9. Tauri. n. 29. D. Anto. de Padilla in rub. C. de fideicom. nu. 18. Barth. Cassa. in consue. Burg. rub. 8. §. 5. nu. 8. D. Couar. lib. 4. Decret. 2 par. c. 8. §. 5. nu. 10. Did. Perez in l. 21. versi. quæritur, vlterius. tit. 13. lib. 1. ordi. A

Bermon Co. de pub. concubinar. in verbo qui etiam filios ex tali cõcubinatu. nu. 25. pag. 321. Gregor. Lup. in l. 37. tit. 7. part. 7. in gloss. pen. quem vide. Ioann. Roxas in Epitom. successio. cap. 20. numer. 161. quæ opinio communis est & verissima. Licet cõtrariũ quod huiusmodi bona ad fiscũ Principis sæcularis pertineant, tenuit Velluga in speculo Princip. Rub. 14. §. nunc videamus. nume. 24. à quo cauendum est.

B *Fisco dare.* Adde quod hanc opinionem sequutus est magnus apud Hispanos Gregor. Lopez. in l. 13. titu. 7. par. 6. Dom. Soto lib. 4. de iusti. & iure. quæst. 2. art. 1. ad quartum argu. col. 2. & nouissimè Roxas vbi suprà cui opinioni manifestissima ratio suffragatur, nam nemini licet absque veri domini voluntate alienum retinere. l. nunquam nuda. l. seruus. ff. de acqui. rerum domi. l. si quis vi. §. differẽtia. ff. de acqui. possess. Sed in casu supra constituto non solum non interuenit domini consensus, ex ex quo causatur dominum, sed potius expressa interfuit volũtas, quod rogatus bona minimè retineat sed potius spurio restituat, & ea ratione cum omni dominio sit destitutus, inde sequitur, vt in animæ iudicio restitutioni sit obnoxius

Contrariam tamen opinionem tenet insignis Couaruu. in 4. de retali. 2. part. capit. 8. §. 5. numer. 9. quo loco affirmat, quod hæres scriptus qui testatori promiserat hæreditatem spurio filio restituere minimè tenetur in conscientiæ foro ad restitutionem prius quam à iudice fuerit cõdemnatus, cum sequitur diligentissimus D. Perez in l. 22. circa finem titul. 3. lib. 1. ordina. & nouissimè idem in l. 2. titu. 15. lib. 8. ordin. fo. 307. versi. ex prædictis. Ioã. Mat. in l. 4. glo. 8. lib. 5. ordinamenti noui vbi dicit, opinionem istam & veriorem & humaniorem receptioremque esse. Qui ea ratione mouentur, quia is qui testanti promiserat incapaci hæreditatem restituere, verus est hæres, & in pœnã leges hæreditatem fisco deferunt, pœna autem antè sentẽtiam in animæ iudicio nõ debetur. iuxta glo. sententiam in cap. fraternitatis. 12. q. 2. quam doctores commendant in c. 1. de const. maximè Abb. & Fel. idem in c. cum causam. & in c. audiuimus. de simoni. vbi Fel. & in c. cum causam de test. & in c Reinal. co. 6. de testamen. & in c. dilect. colu. 3. de arbi. & in cap. si egressus. de iniur. Antoni. de Butri. in cã. 1. col. 2. de dolo & contu. Petrus de Anchar. in reg. possessor. colũ 13. de regul iur. li. 6. Bald. in l. qui duabus. §. dominus. ff. de condi. & demonstrationib. & in l. iubemus. §. sanè. C. de Sacro. Eccle. & in l. id quod pauperibus. co. 4. C. de Episc. & cleri. Ioan. Imo. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obliga. Corne. consi. 119. lib. 2. Fortun. de

vltimo

vltimo fine illa, 18. Sanct. Thō. & Caietan. 22. quæst. 62. art. 3. Gab. in 4. senten. distinct. 15. q. 4. Ioan. Driedor. libr. 1. de liber. Christ. cap. 2. articu. 3. Iacob. septim. in illis eruditissimis Catho. institut. capi. 9. num. 31. & glo. illā dicit sing. Corset. in sing. in verbo pœna. Anto. Gomezi. insignis præceptor noster lib. 3. variarum resolut. capi. 2. num. 5. Dida. Segura in l. filius dum in ciuitate. nume. 15. ff. de verbo. obliga. Marti. Nauar. in cap. sacerdos. num. 148. de penit. distinct. 6. quam esse communē omnium Doctorum suffragio receptam sententiam fatetur Couar. in epito. libr. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 8. numer. 10. Ioan. à Medina. in codi. de rebus restitu. rubri. de rerum diuisi. quæst. 1. fol. 4. colum. 4. Didac. Perez in l. 2. titul. 9. lib. 2. ord.

Et licet in prima huius operis æditione, prædictam domini Episcopi Couarru. opinionem cōtra autorē nostrum secutus fuerim, nunc tamen maturiori consilio contrariam cum nostro D. Præsule Ioann. Bernar. amplector innixus ratione quā supra aduxi & alijs quas consultò prætermitto, nec de hoc mirandum est. Nam vt præclarè Tulius in Philippicis scribit posteriores cogitationes solent esse sapientiores. Nec refragatur dict. gloss. quam communis sententia iam pridem recepit, quia procedit in legibus illis pœnalibus, quę iudicis executionem requirunt, non verò quando nullum iudicis actū exigunt, sed quempiam inhabilem & incapacem reddunt, quo sanè casu cum talis inhabilis & incapax sit, absque aliqua iudicis sententia, abstinere debet ab illo casu, vt in casu nostro contingit. Vel aliter & secundò responderi potest, quod prædictæ leges non solùm pœnales sunt, sed impeditiuę trāslationem domini, vt si simoniachus, vel vsurarius aliquid cū simonia vel vsura susciperet. capit. dilectus. capitu. sicut. de simoni. capit. cum tu. capit. consuluit. c. quia frustra. de vsur. qui quidem simoniaci & vsurarij in foro animæ, absque iudicis declaratione, res per simoniacam, vel vsurariam prauitatem acquisitas restituere tenentur.

Et non solùm talis rogatus, casu supra constituto, tenetur hæreditaria bona restituere, sed etiam fructus perceptos & percipiendos. l. eum qui tacitam. ff. de his quib. vt indig. ibi. [Fructus quos ante litem motum perceperit restituere.] l. prædonis. ff. de peti. heredi. ibi. [Prædonis loco habetur qui fidem suam interposuit, vt restitueret hereditatem in capaci.] Prædo verò tenetur restituere fructus perceptos, & percipiendos l. sed & si. lege §. quod autem ait. ff. de peti. hæredi. l. si de possessione. C. vnde vi cap. grauis de resti. spoli. l. 39. tit. 28. par. 3. Et sic ea ratione, illi qui prædonis loco habetur, si-

cuti

cuti ad rei restitutionem tenetur, eodem modo ad fructus qui sunt pars rei. l. 4. ff. de vsufruct.

Illud verò circa hoc summè notandum, quòd si absque aliqua lege, nulla conditione interpolita, bona sua testator alicui amico reliquisset, eo animo, ductus, vt filio spurio restitueret, aliàs nihil ei relicturus, is iure potest ea bona retinere, ita tenet egregius Domi. Soto vbi paulò ante allegaui. Sequi. D. Perez in l. 2. tit. 15. lib. 8. ordina. fol. 306. Rojas in d. ca. 20. num. 154. Et ratio est, quia voluntas illa in animo retenta nec verbis, nec alio modo expressa, nihil operatur. l. si repetend. C. de condi. ob cau. l. si mater. C. de dona. ante nup. l. dedit tibi. §. si quis quasi. ff. de condi. caus. data non sæcu. Tũ etiam quia in tali institutione, solùm interuenit quædam præsumptio, quod ob id bona amico relicta fuerint, vt spurio filio restitueret, quæ præsumptio in animæ iudicio non obligat. ca. tua. de spon. Innoc. in capit. quia plerique. in prin. de imm. Eccles. Bald. in l. cum quis. nu. 14. C. de iur. & facti igno. & in l. ea quæ, nu. 2. C. de cond. indeui. Abb. in cap. Is qui fidē, de sponsa. Dec. in cap. 1. num. 18. in prima lecti. & in 2. nu. 10. de consti. & in capitu. nouit. uume. 10. de iudi. & in Rubri. ff. de hæredi. instit. nu. 24. Forus equidem conscientiæ est forus boni & æqui coniuncti, tribunal veritatis & non fictionis, vt scribit Bald. in l. vnic. nu. 9. de Confess. & in capit. mulieri. de iureiur. vbi scribit, quod conscientia est quædam consonantia animæ ad Deum, ex concordia spiritus & voluntatis. Et plures alias conscientiæ diffinitiones tradit Ias. in rub. ff. de acquir. possess. num. 20. & in §. sed istæ quidem. numer. 101. instit. de action.

Horum quidem bonorum restitutio tam in animæ iudicio, quàm in foro conscientiæ ita facienda est, nã si bona publicè contra legis prohibitionẽ testator ei relinquit, vt incapaci restituat, hoc casu venientibus ab intestato restitutio facienda est. Si verò clam. & occultè, fisco restitui bona debent. l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iure fisci. l. intacitis. l. Lucius. §. in testamento. ff. de lega. 1. l. si quis in fraudem. ff. de his quibus. vt in dig. l. etiam. C. ad legẽ Falcid. tradit Bar. in l. fina. num. 8. C. de his quib. vt in dig. & in l. 1. C. de natu. lib. glo. Bart. & docto. in l. si pater. C. de hæred. insti. tradit Deci. cõsi. 311. nu. 5. Card. Paleot. in tract. de nothis cap. 43. Franc. Mar. deciss. 256.

Quod non. Adde quod hanc Car. opinionẽ refert & sequitur Marti. Nauarr. in ca. inter verba. 11. quæst. 3. parte fin. cor. 65, Quæ procedit quando quis à iudice interrogatur, vel testimoniũ eius exigitur, præcedente infamia contra ipsum tacitæ fidei, alioqui si crimen occultum sit, & de pœna tantũ

soluenda tractaretur, non verò de damni illati restitutione, nõ cogitur quis dicere testimoniũ nulla præcedẽte infamia. quod si responderit, casu quo minimè testimoniũ dicere teneatur oportet respondere, vt verũ dixisse constet: sic opinionem istã interpretatur insignis Couaru. lib. 4. Decretal. 2. par. ca. 8. §. 5. nu. 10. sequitur Io. Mati. vbi supra qui vtilissimas quæst. circa huius cap. argumenta diligenter scribit.

Calumniatores.

CAPVT, LXV.

1 *Calumniator dicitur qui falsa crimina obijcit.*
2 *Subcũbens in causa, punitur eadẽ pœna, qua puniendus erat accusatus.*
3 *Clericus calumniator qua pœna puniendus sit.*
4 *Causæ iustæ excusantes aliquem à calumnia quæ sint.*
5 *Corporalis pœna, non solum infligitur de iure canonico, propter veram calumniam, sed etiam propter præsumptam.*

1 PRæmisso prius quèd ille dicitur calumniator, qui falsã
a crimina a proponit, vt in cap. ii quem §. notandum. 2. quæst. 3. & per Ant. in rub. eiusdem
2 tit. Et quod regulariter si succ
b cumbit in causa, punitur eadem pœna, b qua veniebat puniendus accusatus, vt in capit. 2. eadem causa & quæst. & in ca. 2. 5. q. 6. Et per Ant. & Abb.
c in di. rubri. Clericus calumniosus accusator priuatur officio, & verberatus publicè in exilij mittitur. vt in c. 1. de calum. facit etiam tex. in ca. quia iuxta 5. q. 6. Aduerte tamẽ quòd hæc nõ est ordinaria pœna clerici calumniatoris, sed illa eadẽ qua puniendus erat accusatus, & ideo in d. capit. 1. fuit imposita illa verberum & exilij, quia non erat proportionabilis acusatori pœna qua erat puniendus accusatus, secundũ Anton. & Abb. ibi. ideo caueat iudex ne erret, credens hanc esse ordinariam pœnam calumniatoris. Sed sequendo doctrinam Anto. ibi. in 4. nota quatenus pœna accusati cõgruit accusatori, eatenus est imponenda. & quatenꝰ ei nõ proportionatur, alia corporalis loco eius subrogatur. Clericus tamẽ denunciator criminis, & in probatione deficiens ab officio & beneficio suspenditur, donec innocentiã suam purget, vt in ca. fi. eo tit. Et hoc ex ratione quia denunciator dicitur impropriè calũniator, qui aliàs similitudine supplicij puniretur secundum glo. & Ant. ibi, per quos etiam vide qualiter tunc innocentia denũciatoris purgari debeat. Et procedit dicta pœna suspensionis, etiam si denuncians intenderet pœnitentiã tantùm, & non pœnam imponendam esse, vt per Abb. ibi, in fi. Dicitur prætereà & alio tertio modo clericꝰ calumniator, quando in personã electi vel postulati aliqua obijcit, & deficit in probatione, vt probat text. in cap 1. de elect. in 6. ex quo notat ibi gloss. in verbo calumniæ, quod in excipiendo

piendo, accusando & denunciando dicitur quis calumniari: pœnam verò, eius, qui calumnatur, hoc modo descripsit text. ibi, videlicet quòd à beneficijs ecclesiasticis triennio se nouerit esse suspensum, ad quæ si intra illud tempus propria temeritate se ingesserit, eis ipso iure perpetuò sit priuatus, nisi manifestissimis constiterit documentis quòd ipsum à calumnię vitio causa probabilis & sufficiens excusaret. Aduertendum autem est, quòd cùm ille text. imponat pœnam calumniatori obijcienti in personam electi, non videretur extendenda ad quemcunq; clericum calumniã cõmittentem in excipiendo cõtra aliũ in alia materia, sed tũc arbitrariè puniendũ existimo, eo præcipuè, quia crimina in modũ exceptionis probata nõ sic nocent criminoso, iuxta no. in capit. 1. de except. Qua autẽ pœna punierint antiqui Canones falsa crimina obijcientes, vide concilium Arelatense secundum in Canone 24. vbi disponitur eos, qui falsa fratribus obiecisse conuicti fuerint, placuit vsq; ad exitum non communicare, sicut magna Synodus ante constituit, nisi indignas satisfa-
4 ctione pœnituerint. Quæ sint
c verò causæ iustè c excusantes aliquem à calumnia, vide glo. in dict. ca. 1. de elect. in 6. in verbo sufficiens, quæ ponit duo exempla. Et vide Bart. in l. Cũ quidam §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. vbi per illũ tex. dicit, quòd quando esset publica fama, excusatur d qui fuit d
credulus, & accusauit vel denũciauit aliquem de maleficio, de quo erat publica fama, & non potest puniri pœna quæ imponitur proponenti falsas accusationes, & dicit sæpius fuisse de facto obtentũ. Idẽ voluit Bal. in l. fin. C. si seruus aut liber. 10. quos refert Ias. in prædictis & alijs locis, in l. in prin. ff. de eo per quem factum erit. An autẽ præsentatio vnius testis releuet à pœna calumniæ, vide Ana. in c. 2. de calumnia, in 4. colũ. ex quo colligitur quod releuat, nisi aliàs esset consuetus calumniari & in alio casu, quando reo nil probat, pro quo allegat An. ibi, & Bald. in l. fina. C. de probat. Et nota quòd eadem sententia est condemnandus calũniator, qua reus absoluendus, e e vt notat idem Ant. in di. ca. in 3. nota. & Abba. in 2. nota. qui etiam addit, quòd si calumniator non est puniendus tempore suo, & reus fuit absolutus potest postea puniri ex nobili officio iudicis: quod not. ex text. ibi, regulariter autẽ præsumitur calumniari, qui nullas probationes producit, nisi in casibus not. per Ant. in d. c. 1. quos trãscripsit Panormita. ibi Vnum præterea quod est nota- 5
bile aduertat iudex in hac materia, quòd non solùm propter verã calumniã commissam in causa criminali potest imponi pœna corporalis de iure canoni co, sed etiam propter præsumtã calumniam in causa ciuili. Probat hoc singulariter tex. iuncta

gloss. fina. in cap. fin. de dol. & contumacia, qui non est alibi, secundum Inno. vt refert Ioan. de Ana. in cap. 1. de calumnia, in colum. 3. Crederem tamen quòd quamuis hoc verum sit, mitioni tamen pœna licet corporali puniẽdus est calumniator in ciuili, quàm in criminali causa.

A *Falsa crimina proponit.* Adde l. 1. §. ff. ad sen. cons. Turpi sic M. Cicero cõtra Sallustium inquit. [Sed est quædã calumnia quam vnusquisque nostrũ testante animo suo fert de eo qui falsum crimen bonis obiectat.] Laurentius Valla. 6. lib. elegan. capit. 50. *Calumniari* (inquit.) *Nihil aliud esse quam cauillari.* Cuius opinionem falsam esse censet Andr. Alciat. libr. 4. de verbo. signif. Sed hæc tractent Grãmatici apud nos vero illud sciri oportet, quod accusator eo ipso quo propositam accusationem non probauit, præsumitur calumniari. glo. in capit. 2. in verbo, calumniandi. de calumnia, quam esse cõmunem sententiam fatentur scribentes ibi maximè Abb. num. 5. Mari. nu 7. Anani. num. 19. Felin. num. 6. Aretin. in c. super his. num. 27. in fine de accusa. apost. ad Angel. in tract. malefi. in verbo. Et ad querelam. nu. 7. Villal. in sua collect. com. opini. litera. cap. num. 2. Bossi. in tit. de accusationi. nume. 19. Iul. Clar. li 5. recep. sent. §. fin. quæstio. 62. versi. dixi supra. & eruditissimus Iacob. Menoch. de arbi. iud. quęst. lib. 2. cẽtu. 4. casu. 321. num. 4. multaque cõgerit Mascard. de proba. volu. 1. conclusi. 25. Et calumniator dicitur qui semel tantum calũniosè accusauit. ex Ripæ sententia. ca. 1 num. 96. de iudi.

Nec ab hac præsumpta calũnia quis excusabitur, etiã si tẽpore propositæ accusationis iurauit de calumnia. Ita communiter tenetur, vt fatẽtur Abb. in cap. calumniam. num. 4. de calumniat. eandẽque opinionem communem esse fatetur Alexand. in l. properãdum. §. sin autem vtraque. nume. 21. C de iudi Cardin. Alexand. in cap. in primis. §. de *Episcop.* col. 3. 2. quæstion. 1. & communis practica eam obseruat, vt fatetur Salicet. in l. qui crimen. nume. 14. C. qui accusat. non poss.

Eadem pœna. Adde quod cum B tallionis pœna antiquata sit hodiè calumniator extra ordinem iudicis arbitrio punitur. Bald. in l. Athletas §. calumniator. numer. 6. ff. de his qui not. infam. Abb. in cap. 1. in fine vbi Feli. nume. 1. de calumnia. Hippol. in l. quæstionis modũ. num. 52. ff. de quæstio. Bossi. in tract. delictor. tit. de accusationi. num. 17. & titu. de calumniato. num. 8. D. Prẽsul. Couar. lib. 3. vari. resolu. cap. 9. num. 1. And. Alcia. lib. 9. parerg. iur. c. 8. sic hodie concilio prouinciali Toleta. celebrato anno Domini. 1565. act. 2. ca 12. diffinitũ est, quod si fiscalẽ apud iudicem eccl. siasticum temerè aliquem accusasse constiterit, non

Not. de varijs calumn. pœnis.

non solum expensarum solutione, sed alia pœna iudicis arbitrio propter accusationis temerariæ calumniam puniẽdus est. Et de variis calumniatium pœnis lege Iacob. Menoch. dicto libr. de arbi. iud. quæstio ni. quæst. 2. centu. 4. casu. 322. & Regiam l. 5. titu. 1. par. 7. & ibi Gregor. in verbo, *Tal malicia* & l. 27. & l. 27. & l. fin. tit. 17. part. 3. & ibi eundem Greg.

Not. de variis calumn. pœnis.

Illud autem non est prætermittendum, quod scribit Domin. Soto. lib. 5. de iusti. & iur. quæstio. 5. artic. 4. hanc talionis pœnam contra calumniatores diuino iure probari. Exo. 21. & Deuter. 20. quod eleganter ipse de more explicat. Aristot. vero lib. 6. Polit. cap. 5. asseuerat. in benè instituta rep. grauiter calumniatores puniẽdos esse, quoniam non populares in iudicium vocare consueuerunt, sed nobiles. Vnde Demostenes in oratione contra Astrolog. calumniatores crudeles appellat, ipsos quoque veluti Viperinam habentes naturam puniendos esse, & vsque ad radices esse penitus extirpandum ex republica hoc genus hominum calumniatorũ veluti hostium naturæ, prudẽter admonet. Erat equidẽ olim Lex Memmia contra calumniatores inuẽta, vt ait Cicero, pro sexto Roscio, ne liceret in iudicio legibus aut Maiestate populari abuti ad quæstum & libidinem & ita accusare. vel id obijcere quod planum facere, non modo non possis verum ne coneris: sunt equidem calumniatores seueriſſimis pœnis plectendi. Et ideo non immeritò Angesilaus seuerius calumniantes quam fures prosequebatur, quod adnotauit doctissimus Nicol. Anto. Grau. in anno. ad practi. Octauiani Vester. lib. 6. cap. vltim. num. 22. Apud Romanos verò aliquando calumniatores ab vrbe ejiciebantur, vt autor est Cornelius Tacitus libr. 5. annali. Et lex antiqua Vuisigotorum aduersus calumniatores tallionis pœnam statuit, vt qui accusauit innocentem pœnam suscipiat quam pateretur accusatus si de crimine fuisset conuictus, vt in l. 5 tit. de iudi. furti. lib. 7. C. Vuisigothorum. Ex lege vero Charundæ in calumnia deprehensi mirtho coronati per vrbem circumferebantur: erat sanè apud eos ignominiosa pœna mirtho coronari, vt refert Diodor. Sicul. li. 12. Biblio. Cũ Iulius Cæsar puniret seditionẽ iuxta Placentiam ab exercitu suo commissam & cum inter seditiosos quidã qui nihil peccasset ductus ad eũ fuisset, Cæsar ductorem quòd illũ accusasset eius loco interfici mandauit, vt refert Appi. Alexand. li. 2. de bello ciui. Et in huius tãti criminis detestationem, non vulgariter conducit quod legitur Esthær cap. 8. Amam calũniatorem laqueo fuisse suspensum, ob eam causam quia Mardocheum innocentem suspendi calumniosè totis viribus intenderat.

Causæ iustæ. Vide decem causas propter quas accusator excusatur à calumnia, quas diligentissimè de more scribit Iacob. Menochi. de arbitrar. iudi. quæstioni. lib. 2. cētuari. 4. Circa quod prætermittēdum non est, quod licet calumniator ob dictas causas excusetur, vt non teneatur similitudine suplici, vel alia pœna quæ in locum illius sit subrogata, non tamen excusatur, quin iniuriarū actione possit conueniri, ita multis probat Soci. Senen. consi. 118. column. vltim. lib. 1. Menoch. qui alios allegat dict. num. 33. sicut nec excusatur, ab expensarum condemnatione, vt scribit Abb. consi. 78. in fine lib. 1. Bosi. in tract. caus. crimi. titu. de accusa. num. 28. qui hoc declarat, nisi magna & plusquam iusta esset causa.

C *Excusatur.* Adde Guid. Pap. decissio. 446. num. 1. Mattheu. de Aflict. in prima par. consti. rub. 23. num. 11. quam opinionem communem esse fatentur eam sequuti Abb. dicto. consil. 78. num. 1. Practic. Conrrad. fol. 231. num. 17. Iul. Clar. lib. 5. recepta. senten. §. fina. quæstion. 62. ver. sed pone.

D *A pœna calumniæ.* Adde Specul. tit. de calumni. in fine Felin. in capit. 2. not. 3. de calum. Iacob. Menoch. vbi paulò antè allegaui quem vide.

E *Qua reus absoluendus.* Nota tamen vtiliter, ne in practica erres, quod licet calūniator possit eadem sententia condēnari, qua reus absolui, in ordine tamen procedendi, sententia absolutoria præcedere debet, & postea successiuè non diuertēdo ad alia, accusator, de calumnia condemnandus est, ita cōmuniter teceptum, vt fatetur Sali. in l. 1. num. 3. C. de calūni. Et receptissima practica est, quod iudex prius quam accusatori terminum statuat, vt se defendat, alleget, & probet causas, propter quas nō debeat de calumnia condemnari, quādo vero nihil allegauerit & probauerit, eadem sententia debet condemnari ita Bart. in l. Athletas. §. calumniator. num. 6. ff. de his qui not. infam. si vero iudex non statuto dicto termino, accusatorem condemnauerit, in sindicatu tenetur, & cōdignis pœnis est plectendus, vt scribit Ang. in tract. malefi. in verbo. Et ad querelam. nu. 7. quem refert & sequitur Iuli. Clarus multis nominibus clarissimus dict. quæstion. 62. versic. sed quæro.

Maledici.

CAPVT, LXVI.

1 *Clericus Maledicus veniam postulare Cogitur.*

2 *Clericus, qui in Romanum Pontificem linguam laxauerit, iudicu arbitrio est puniendus.*

3 *Pœna text. in capit. fœlicis, de pœnis, lib. 6 an locum habeat contra illū, qui contumelioſa verba contra Cardinalem protulerit.*

4 *Religiosi, qui sermonibus suis prælatis ecclesiarum detrahūt, qua pœna sint puniendi.*

5 *Clericus murmurans qua pœna sit puniendus.*

6 *Contr*

6 *Contra Clericum, qui aliquem diffamauit iniuriarum actione, agitur: qui si condemnatus fuit, infamis efficitur.*

7 *Clericus iniurius an palinodiam reeantare teneatur.*

1 CLericus maledicus maximè in sacerdotibus cogatur ad postulandum veniã, & si noluerit, degradetur, nec vnquam absque satisfactione ad officium reuocetur. Ità placuit patribus Carthag. Concilij. 4. vt habetur in c. clericus maledicus 46. di. Si autem clericus verba aliqua in depressione officij & beneficij Romani Pontificis protulerit, tunc tex. in cap. de maledi. præcipit illũ à temeritate tali compescendũ per iudicem nulla pœna declarata, ex quo videtur illum reliquisse arbitrio suo: cùm enim verba, quę maledici dicere possent in detrimentum Romani Pontificis & sedis Apostolicæ essent varia & non equalis grauitatis & culpæ, meritò nõ potuit certa pœna declarari. Iudex ergo consideratis qualitatibus personæ, verborum, & loci, & alijs quæ in arbitrarijs cõsideranda veniunt, clericum in hoc delinquentẽ punire debet, dum tamen aduertat, quod si verba clerici contra Romanam sedẽ prolata habent in se speciẽ hęresis, puta si dixerit Papam nõ posse concedere canones, tunc punire debet illum tanquam hæreticum, vt notat Ioan. de Anan. ibi, in colum. 2. in prin. allegando gloss. nota. in ca. generali. in versi. Inhibemus. de elect. libr. 6. quæ licet hoc in terminis non dicat, tamen optimè facit in argumẽtum. Pro quo faciunt notata per Felin. in cap. 1. de consti. column. 3. Et quamuis idem Ioan. de Ana. 3 vbi supià. in 3. column. audeat affirmare quòd pœna text. in cap. felicis, de pœnis, lib. 6. habeat locum contra illum, qui cõtra Cardinalem verba iniuriosa protulit, a motus principaliter, quia dictus text. punit percutientem Cardinalem: & verbũ percussio comprehendit verbalem percussionem, secundum Bart. in loco per eum allegato. Et motus etiam ex eo quòd dispositio dicti text. est inducta principaliter fauore Ecclesiæ Romanę, & pro ipsius quietè, & ideo potest extendi, licet sit facta in odium delinquentium. Hoc tamen non videtur mihi, salua eius autoritate, posse iure sustineri: nam licet verum sit quòd verbũ percutere comprehẽdat verbalem iniuriam: quis audebit ex hoc inferre, quod pœna grauis imposita percutienti comprehẽdat verbis iniuriã inferentem? Quanto minus credẽdũ est Romanũ Pontificẽ, qui tot & tam graues pœnas inflixerit in sequentibus hostiliter, vel percutientibus Cardinalẽ, voluisse eas omnes pati illũ qui solùm verbis quantũuis contumelijs Cardinalẽ offenderit: cũ verbalis iniuria quantũuis grauis Cardinalibus illata, mitioribus pœnis & satis condignis possit sufficiẽter emendari. Religiosi autem qui in sermonibus suis

prælatis ecclesiarũ detrahunt, per duos menses subiacere debent illis pœnis, quæ secundũ eorũ regulã vel statuta pro grauibus criminib⁹ seu culpis, eis cõsueuerũt imponi: super quibus absque manifesta necessitate cũ eis nõ valet dispensari, vt statutũ est in Cõcilio Viennensi, de quo in Clemẽt. 1. in §. 5 Quibus, de priuileg. Clericus verò, qui murmurat, alienus sit à fratrum vnitate, & opus eius abijciatur. itaque iuxta mẽsurã operis in hoc peccans sacerdotis iudicio pœniteat. ita cautũ 6 est in 8. synodo, Gratiano referente in c. Alienus 90. distinct. Si tamen clericus aliquẽ iniuriosis verbis diffamauit, poterit ille contra ipsum clericũ agere actione iniuriarum, & si fuerit cõdẽnatus, efficitur infamis: vt probat. text. & ibi notat Abb. in cap. Cum tit. de re iudic. qui dicit illũ text. procedere etiam in clerico, secundũ vnũ intellectum: quod procedit siuè agatur cõtra eum criminaliter, siuè ciuiliter: quia vtroque modo damnatus actione iniuriarum incurrit infamiam, vt cõcludit Abb. ibi, in. 1. colũ. post glos. ibi, licet glos. contrarium senserit in cap. At si clerici. de iudi. Et siuè verum dixerit, siuè falsum, quandò id facit animo iniuriãdi & sine causa, nihilominus tenetur actione iniuriarum, b concludit Abb. in dict. capit. Cum tit. in fin. colum. post plures per eũ relatas opiniones, & ponit etiã addi. Bart. quæ plures doctores refert in l. 3 in princip. ff. de li. & posthumil. in addi. incip. Pro statuto. 7 Crederem præterea in his regnis Castellæ & Legionis posse clericum condemnari ad petitionem iniuriati, ad hoc vt in præsentia iudicis & bonorum hominum dicat se mentitum c fuisse, quum ita cautum sit, & c seruari soleat in laicis, per l. 2. tit. 3. lib. 4. fol. 50. quæ lex & si. posset dici clericos non cõprehendere: tamẽ ex equitate quadam videtur quod Iudex ecclesiasticus possit imitari illam, cuius arbitrio pœna in hoc casu relicta est, præcipuè attenta doctrina Doctoris de Pala. Rui. in Repe. rub. de donat. in tit. vir & vxor. in column. 5. vbi post Didacũ de Viladiego Doctorẽ etiã Hispanũ in loco per eum relato tradidit quòd deficiente iure canonico recurrendum est ad iura & consuetudines regni non autẽ ad iura Imperatorũ, vel Iurisconsultorũ. Et licet Præpos. in cap. Cõsuetudo. 1. dist. in 3. colum. & Petrus de Reuenna in Alphabeto aureo, in allegationibus in materia consuetudinũ, in prin. in 5. column. ad final. teneant cõtrarium, & sic quòd in Hispania iudex ecclesiasticus potius debeat iudicare secundũ leges Imperiales, quàm secundũ leges Regni: tamen hanc meam conclusionẽ corroborat opinio Præpos. ibi, dũ tenet, quòd deficiẽtibus iure canonico & ciuili recurrendũ est ad ius municipale, vel, ad particularẽ loci consuetudinẽ, vt accidit in casu nostro,

su nostro, in quo leges ciuiles deficiunt, nihil prouidentes in hoc casu, pro vt est specialiter prouisum per legem regni. pro qua etiam opinione mea, facit doctrina Abb. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. colum. 5. videlicet, quòd vbi lex. esset fundata super ratione naturali, potest Iudex ecclesiasticus illã seruare nõ ratione legis, sed ratione naturali. Sed quis dubitat quod iustũ sit, & rationi naturali congruum, quòd clericus, qui falsum crimen alicui imposuit, ex quo læsa est fama illius, dicat se mentitum esse, vt per hoc fama illi restituatur, maximè cum ad hoc teneatur tanquam Christianus, & ad id à confessore, etiã non petente iniuriato, cogendus sit. Quod tamen procedere posset, quãdo conuitiũ esset falsum, quia tũc verũ esse conuicientẽ mentitũ fuisse: & tali casu illa est prior satisfactio, quæ præstari potest iniuriato, neque ex eo refutanda est: quia videtur illam satisfactionẽ facientẽ infamẽ, efficiq, quũ iã ex ipsa cõdẽnatione, etiã si non dãnetur ad verborũ retractionẽ, infamis remaneat, neque enim Iudex vt piꝰ sit iniurianti, crudelis debet esse iniuriato, qui tali modo honori suo satisfieri petit. cùm aliàs si in sola pecuniarũ pœna, vel alia cõdemnaretur, semper crederent aut saltem suspicarẽtur illi, qui verba iniuriosa audierunt, illũ dixisse verũ, nisi eum se retractantem, & palinodiam decantantem audierint.

Rotulerit. Adde Felin. qui hanc Ananiæ opinionem approbat. in cap. non dubium. de senten. excomm. eam tamen reprehendit autorem nostrum sequutus insignis D. Didacus Couarruu. lib. 1. variar. resolu. ca. 11. num. 5. vbi scribit quod cum anno Domini. 1543. Salmanticæ interpretaretur. text. in ca. nuper. de senten. excommu. Ananię opinionem publicè impugnauit prout ibi falsam esse demonstrat, & Petrus Plaça lib. 1. Epit. delictor. ca. 2. num. 28. Et cõtra Ananiæ opinionẽ adstipulatur quod scribit Aymon consil. 6. colum. 2. minimè esse crimen lęse maiestatis in Principem verba iniuriosa dicere, diuersa quidem hæc sunt, cũ à Iustiniano Imperatore diuersis titulis explicentur. C. ad leg. Iuli. maiesta. & C. si qui Imper. maledixe. quo quidem argumento doctores sæpè, vti solent. Oldral. consi. 210. colu. 1. Abb. consi. 57. colum. 3. lib. 1. Hyeroni. Gig. in tract. de crimi. læse maiest. pag. 28. quæstio. 4. Didac. Perez in l. 3. tit. 8 lib. 8 ordin. in verbo, *Tales cosas.*

Efficitur infamis. Adde quod hanc opinionem communẽ esse fatentur eam sequuti Felin. in cap. cum te. nu. 9. de reiudi. Corset. in tracta de minimis. 2. parte ver. 26. Pract. Contra di. fol. 408. num. 21. Iul Clar. lib. 5. rescep. senten. § iniuriã. versi. Item condemnatus. nouissimè Ioan. Martinez de Olano (vir admodũ diligens) in concordi,

antinomi.iuris comm. & Regij in litera l.nu.9. qui omnes fatentur inter doctores receptũ esse, iniuriarum actione de iure communi condemnatũ, infamiæ nota affici, etiam si iniuria sit leuis qua in re lapsi sunt Villalo. Hispanus in li.cõmu. opinio. in parte iniuriarũ actione. & Petrus Auenda. in diction.ll.regni in verbo, *Atroces*, & dictæ communi sententiæ suffragatur Regia.l.5. tit.6. part.7.l.1.titu.9.ead.par.

B *Tenetur actione iniuriarum.* Adde quod opinionem istã communẽ esse fatetur Curti.Iunio. in l.fin.nu.30.ff. quod quisque iur.Tu vero dic,quod si delictũ quod detegitur Reipublicæ expedit quod detegatur tunc nullus pœnæ locus est, si verò non expediat reipublicæ, tunc qui crimen reuelat, vel defectũ objicit, pro modo culpæ est animaduertendus, ita Bar.in l. cum qui nocentem. in prin.ff. de iniuri.quam opinionẽ communem esse fatetur Alexan. in l.3.in prin.num.6 ff.de lib. & posth. Villalo. in collect. cõm. opini.litera A.nu. 29. Plaça in Epito.delitor.cap.1.nu.3. Iuli. Cla.lib.5.rescepit.Sent.§. iniuriam.versi.Item quæro. Regia tamẽ.l.1.tit.9.par.7.nullo modo admittere videtur supradictam distinctionem,nã expresse diffiniuit, quod si quis verã iniuriam alteri intulerit, licet non interfit Reipublicę notam fieri, & licet nocẽdi & iniuriãdi animo obiecerit, actione iniuriarũ non tenetur.Sic equidẽ ex lege illa colligitur cũ dicit, *Pero si aquelque desbonrraße a otro por tales palabras o por otras semejantes de aquellas se otorgaße, y quißeße dem ostrar que es verdad à quel mal que le dixo del no cae en pena ninguna si lo probaße.* Idẽque melius ex illius legis ratione deducitur cũ dicit, *esto es por dos raẑones, la primera es, porque dixo verdad, la segunda es porque los faẑedore del mal se recelend. lo faẑer por el afrenta y por el escarnio que rescribiran del.* Sic legem illã interpretatur noster Gregori. integritate vitæ, & bonis omnibus commendandus. ibi in glo. incip. *Que es verdad*, verum D. Præsul Couar. lib.1.vari.resolu.cap.11.nu.6. existimat ab iniuriarũ actione illũ liberum non esse, qui in iudicio, vel extra iudicium, propriæ vindictæ causa, conuitiũ aliquod alicui dixerit, non vt ei vel Reipublicæ consulat, licet verum crimẽ objiciat, & Reipublicæ manifestũ fieri interfit. Idem sequitur Petrus Plaça vbi paulò ante allegaui nu 7. Dida. Perez qui expresse repræhẽdit Grego. in rub. tit.9. li.8. ordi. versi. aut delictum. & hæc opinio in contrauersis forensibus recepta est, & meritò vt ansa objiciẽdi crimina, iniquo animo omnino tollatur. Licet Regia d. lex plurimum refragetur.

Interpretatur Regia lex prima. tit.9. par.7.

Illud equidem expeditissimũ est iure Põtificio, supradictam communẽ distinctionẽ nõ esse admittẽdam, cum eo iure minimè excusetur qui iniuriosa verba in alium protulerit, licet

vera

vera sint: cum prius charitatiua monitio præcedere debeat. Ita Doctores communi consensu receptum fatentur, Alexan. de Nouo consil. 82. num. 5. in fine Iul. Clarus in li. 5. recept. sent. §. iniuriam. versi. Itē quæro. in fine quæ doctrina celebris est, & in tribunalibus Ecclesiasticis non vulgariter notāda: vide etiam aliqua lectu non indigna quæ circa dictum Bar. distinctionem scripsi in meis annotationibus ad istum dominum Episcopum in reg. & fal len. reg. 784. incip. veritas conuitij.

Clericus, an teneatur palinodiam recantare.

C *Sementitum.* Adde quod opinionē cōtrariam tenuit Boeri, consi. 4. num. 40. Dida. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. idem in l. 3. versi. de maledico. tit. 8. lib. 8. ordina. Petrus Plaça in epito. delict. lib. 1. cap. 1. nu. 24. D. Anto. de Padilla in l. quamuis. num 9. C. de iuris & facti ignor. qui omnes authorē nostrum reprehendunt & meritò mea sententia, quia clericus ob tale crimen habet à iure canonico pœnam statutam, vt veniā ab aduersario petere cogatur, vt in capit. clericus maledicus. 46. dist. igitur illa pœna clerici à suis prælatis puniri debēt nō equidem oportet vt ex alienis tribunalib⁹, extraordinarias & crudeles nimis pœnas reportent. Quam etiam sententiam non mediocriter adiuuat, quia sicut nobilis non tenetur palinodiam recantare, pari ratione nec sacris ordinibus insignitus, quia priuilegium militis sæcularis ad militem cæleſtis militiæ extenditur. iuxta glos. sententiam in l. miles. ff. de re iudi. & quanuis Oldrald. & Albe. illius opinioni contradicant, nec seruari eam Paul. de Castro affirmet: eam tamē sequitur ibi Bar. num. 3. & communem esse testantur eam sequuti Alexand. num. 3. Ripa. num. 5. idem quoque voluit glos. in cap. studeat. 50. distinctio. & harum glossarum opinionem præter ordinarios interpretes, communē esse testātur Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 37. num. 16. Guil. Maineri. in l. in omnibus causis id obseruatur. num. 13. ff. de regu. iuris Gom. in prin. Insti. de actioni. nu. 65. Bello. in Rubr. Insti. de testa. num. 4. Couarruu libr. 2. varia. resolu. capit. 1. numero. 9. titu. 3. libro 4. for. & l. 2. titul. 9. libr. 8. ordin. & l. 70. in curijs Segouię celebratis anno. 1532. quòd qui intulit iniuriam teneatur palinodiam recantare, ignominiosa pœna est: quia quidem nobiles puniendi non sunt secundum Fulgon. con. 167. quem refert & sequitur Couarruu. lib. 2. variar. resolut. capit 9. numer. 4. Thom. Gramma. decisſion. 32. numero. 1. & lege de hoc latissimè Andr. Tiraquel. in tractat. de nobilitat. capitulo. 20. & in tractat. de pœnis caus. 31. Hodie verò cessat omnis disputatio, cum Regia constitutione hoc sit diffinitum nempè libro. 2. titu. 10. lib. 8.

libr. 8. ordina. noui. ibi. *Y si fuere hijo dalgo, no sea condenado à que se desdiga por ello, y pague quinientos sueldos, y por ellos dos mil maraueds, la mitad para nuestra camara, y la otra mitad para el querelloso, y de mas desto el juez le ponga la mas pena que pareciere segun la qualidad de las personas, y de las palabras.*

Ex quibus manifestè constat, authorem nostrum fuisse hallucinatum, cum tenuerit, clericũ pœna dict. l Fori. & ordin. puniendum esse, sequor equidem illorum authorum sententiam, quos in huius annotationis principio allegaui, quam semper in controuersijs forensibus receptam vidi, eamq; ie primus omnium Salmanticæ publicè olim legendo, sequutus fuit insignis & magni nominis præceptor meus Doctor Guterrius Diaz de Sandoual & Nogerol, sacrorum Canonum professor primarius, cuius anima iam ad superos euolauit.

D. Sandoual laudatur.

Venatores.

CAPVT LXVII.

1. *Presbyter vel diaconus, qui venationem sæpius exercuerint, qua pœna puniantur.*
2. *Subdiaconus autem, hoc delictum perpetrans, qua pœna dignus sit.*
3. *Quid autem si alij clerici in minoribus constituti in hoc deliquerint.*
4. *Monitio an requiratur ad incurrendam pœnam, in hoc crimine iure Pontificio statutam.*
5. *Clericus adeò venatio prohibita est quòd huic prohibitioni per contrariam consuetudinem non potest præscribi.*
6. *Clerici, sanitatis, vel recreationis causa, venationibus uti non prohibetur.*

PResbyter in voluptate venandi sæpius detentus suspenditur duobus mensibus, Diaconus verò ab omni officio suspenditur: a vt in cap. 1. de cleric. vena. quæ pœna habuit originem à Concilio Aurelianen. de quo in capi. Episcopum. 34. distinctio. Qui tamen text. est in Concilio Agathen. Canon. 55. qui incipit: Episcopis, & non inuenitur in Concilio Aurelianensi. Et aduerte quòd dicta suspẽsio presbyteri debet esse ab omni officio, sicut & suspensio diaconi, secundùm Abb. in dict. capit. 1. in fin. post Ioann. And. licet text. hoc ita clarè non dicat. Et nota magnam differentiam inter pœnam presbyteri & diaconi, de qua hic: nã cum presbytero (cum sit præfinitum tẽpus suspensionis) non dispensabitur, cum diacono autem intra duos dies vel tres, vel quãdo placuerit, poterit Episcopus dispensare, secundum Henric. in dict. cap. 1. circa fin. & Ioã. de Ana. in 4. column. ad fin. post. Hostien. in summa, co tit. §. fin. Subdiaconus prætereà 2 hoc delictum perpetrans eadẽ pœna, qua & diaconus, puniẽdus est, secundùm gloss. in dict. capit. 1. quod etiã tenent Hostien. & Heric. vbi suprà. Quid autem

1

a

3 autem si alij clerici in minoribus constituti in hoc delinquerent? Ioann. Andr. post Hostiē in dict. capit. 1. dicit quòd puniuntur arbitrariè, b ex quo pœna non est statuta per text. in capit. de causis, de offic. delega. quod sequitur Henric. ibi, & voluit Hostien. in summa eiusdem titul. in §. fin. quorum opinionē videtur magis sequi Ana. in dict. cap. 1. in fin. verbis, dum dicit: considerandum quòd venatio est prohibita clericis in minoribus, per cap. 2. eo tit. Anto. tamen in dict. ca. 1. credit quòd hoc non sit clericis in minoribus prohibitum, per quod videtur tenere quod propter hoc sunt puniēdi. Vnde Abb. ibi, pro concordia dicit quòd aut omiserunt tonsuram, & tenentur aliàs secus. Et allegat Cle. 2. de vit. & hon. cle. in verbo, Et si tonsuram. Sed ego credo quòd opinio Host. Ioan. And. & Henr. sit verior, & quòd concordia Abb. quam sub dictis brevibus verbis tradit, nō procedat: nā videtur velle, quòd si dicti clerici in minoribus tonsurā omiserūt & in hoc venationis delicto deliquerunt quòd tunc puniendi sunt: aliàs, hoc est, si non dimissa tonsura sunt, quòd tunc non tenentur aliqua pœna. In hoc secundo membro videtur assentiri opinioni Anton. Sed salua eius autoritate hæc concordia non videtur bona: quia si actus venationis clericis in minoribus est licitus, omissio tonsuræ non debet eum facere illicitum: & tunc magis puniendus est talis clericus propter omissam tonsuram, quam propter venandi delictum: & text. in Clement. 2. per eum adductus non suffragatur eius opinioni, quin potius videtur contra illam vrgere: quia ibi clerici in minoribus puniuntur, si simul cum tonsura deferant vestes virgatas vel partitas, quasi magis delinquat clericus, qui tonsuram deferens, rem facit indecentem clericali ordini, quàm si illam facit tonsura neglecta. Vnde si in casu nostro de tonsura esset habenda ratio, magis puniendus esset, argumento dictę Clement. clericus tonsuram deferens, & venationi vacans, quàm si illa deposita hoc ageret: cuius fortè ratio posset esse, quia clericus tonsurā deferens, & prohibitis vestibus vtens, vel venationi intendens magis offendit clericalem ordinem, quàm si vt laicus incedens hoc amittat. Quippe cùm clericus, qui cunctis apparet clericus, magis populum scandalizat, si rem illicitam faciat, quàm aliàs: quia tunc qui illum non cognoscūt, eum laicum & non clericum reputant, & sic non iudicant illum facere rem prohibitā nec inhonestam. Præterea in hoc 4
ptopposito notant vnum, quod esset magni effectus, si verum Hostien. in dict. §. fina. & Hēric. & Ana. in dict. ca. 1 quòd in omnibus suprà dictis monitio trina debet præcedere vindictam, per text. in capit. Indignè 12. quæst. 2. qui tamen

text.

text. iudicio meo hoc non probat, quia nihil de trina monitione dicit: & licet in casu, quo loquitur, disponat quòd debet esse tanta prouisio, quòd vindictam admonitio præcedat, non sequitur quòd debet monitio præcedere in casu nostro & trina. Præterea, eorum opinioni in hoc aduersatur aurea illa doctrina Innoc. in capit. Extirpãdæ. antè fin. de præbend. quã celebrant Doctor. plures à me relati in regula mea. 298. incip. Monitio, in qua tradidi, quòd quando lex loquitur affirmatiuè, non requiritur monitio ad incurrendam pœnam. Cùm ergo text. in dict. cap. 1. loquatur affirmatiuè, & statuat presbyterum vel diaconum sæpius detentum in voluptate venandi, suspendendum: ergo non requiritur monitio (salua dictorum patrum autoritate) eo maximè, quia si hoc scirẽt clerici (attendentes nisi monitione præmissa non esse puniendos) non desisterent à venationibus, illam expectãtes: Fateor tamen quòd in isto proposito multùm operaretur monitio, nam si clericus monitus cessare noluerit à venatione, poterit deponi, non propter venationẽ sed propter inobedientiam, vt expressè firmat Arch. per text. 3 ibi. in c. Quorundam. 34. dist. quem refert & sequitur Ana. in d. c. 1. Et notat etiam Præp. sequendo Archi. in d. c. Quorumdam. Prætereà in hoc aduertendum est, quòd adeò clericis est prohibita venatio, q huic prohibitioni non potest præscribi per contrariam consuetudinem, vt per Hostien. quem alij sequuntur, in c. 2. de cle. venat. vt refert & sequitur Ana. ibi in 2. colum. & vide Abb. in dict. cap. 1. & præpo. in dict. cap. Episcopum, qui ponderant illa verba: [Sæpius detentus: & dicunt quòd si rarissimè causa sanitatis, recreationis, vel recuperandi appetitum, venationibus vteretur clericus, non esset prohibitum, & nec quando causa necessitatis hoc fecisset, putà pro carnibus vel pellibus habendis, quas de facili habere non posset, vel quando fructus sui consisterent in venationibus, pro vt dicitur esse in Gallia. Aliqua etiam ex prædictis tenet Ana. in dict. ca. 1. colum. 3. de cleric. vena. Et vide Archid. in summa. 34. di. & melius in cap. Qui venatori- 6 bus. 86. distinct. vbi recreationis & necessitatis causa licitam dicit clericis venationem, quod etiam tenet Sylvest. in sua summa, in verbo Venatio. De causa verò necessitatis potest poni optimum exemplum, quod ponunt Hostien. & Ana. in dict. capit. 1. videlicet, si apri, vrsi, vel aliæ feræ veniunt vastare segetes vel vineas clericorum. Et vide Card. in Clem. Ne in agro §. porrò. 2. de stat. monac. vbi referendo Innoc. in cap. dudũ. el. 2. de elect. Idẽ dicit de causa recreationis, c qui prius asserit c quod ponere laqueos & retia sine strepitu, & clamore, & canibus licet clericis: allegat tex. in ca.

in ca. Nunquam, de consecrat. distinct. 5. & idem tenet Ana. in Rubr. cleric. vena. in 1. colũ. referendo Paul. in dict. §. Porrò, quòd etiam notat. Præp. in ca. 1. 34. dist. & Platea. in l. Venatoribus. C. de excusa. mune. lib. 10. Nota tamen quòd venationem in dubio debemus interpretari, recreationis causa, d vt per Alexand. in consil. 72. volum. final. colum. quod etiam notat Anan. in dict. cap. 1. 2. colum. ad finem. Et Lucas de Penna in dict. l. Venatorib⁹.

A SVSpenditur. Vide Regiam l. 47. titu. 6. par. 1. quæ eandem pœnam imponit. Nec clericos à prædicta pœna prætextu consuetudinis excusarentur, esset enim nutritiua peccati, arg. tex. in cap. Esau. 86. dist. & est Ecclesiæ præiudicialis ca. fina. cum ibi not. de consu. tenet Host. in cap. 2. de cleri. venato. sequitur Albert. Troti. de vero & perfecto cleri. lib. 2. cap. 56. num 4. Dida. Perez in l. 1. tit. 22. lib. 2. ordina. versi. habemus iam & circa huius capitis materiã vide latissimè Iacob. Menochi. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. centu. 5. casu. 413. & vide. Concil. Trident. Sessio. 24. cap. 12. de reforma. Vbi seuerè clericis præcipitur, vt ab illicitis venationibus & aucupijs se abstineant, atque eamorum integritate polleant, vt ecclesiæ senat⁹ meritò dici possint. Sed an Episcopis próhibita sit venatio, qua in re Host. in summ. tit. de clari. venator indistinctè censet eis prohibitam esse ex text. in c. 1. de cler. vena. & cap. 134. disti. idemq; sequitur Ioan. de Ana. in dict. cap. 1. in quo glos. & doctores potissimum fundamentum fecerunt. Archi. verò in dict. ca. qui venatoribus 86. distinctio. in ea est sententia, vt censeat recreationis causa Episcopis venationem esse permissam. Regia tamen Parti. lex. 57. titu. 5. partit. 1. tunc eis interdicit venationem; cum proprijs manibus venantur, secus verò si alij ipsis præsentibus venentur, vt amœnitati vel eorum saluti cõsulatur, & sic secundùm hanc distinctionem dicta canonica decreta sunt interpretanda, in casu verò text. in dict. ca. 1. 34. dist. Episcopus non huius venationis causa, sed quia aliis erat irretitus criminibus meritò fuit condemnatus, ita eum interpretatur Albertus Trotius dict. libr. 2. cap. 55. num. 5.

Piscatio verò clericis permissa est. Tum quia cessant rationes omnes propter quas eis venatio prohibita est. Tum etiam quia piscatio exẽpla habet Apostolorum, quos piscatores Deus Optim. Maxim. ad se vocauit, & retia tendi iussit. Luc. cap. 10. & cap. vlt. ita tenet Menoch. vbi paulò antè allega. ui. nu. fin.

Sed quid si clerici venati fuerint, vel piscationem exercuerint, illis temporibus quibus Regijs cõstitutionibus venatio vel piscatio est interdicta, vel si vsi fuerint cõmodioris venationis vel piscationis causa, retijs alijsque

Clerici obseruare tenentur Regias leges circa venationem.

vel piscationem, loquentes.

alijsque instrumentis vetitis, an possint à suis ecclesiasticis iudicibus puniri. Nec enim de hoc dubito, quin iustissimè fieri possit, & fieri debeat: cum dictæ seculares leges publicam vtilitatem respiciant, quia venationem & piscationem illis temporibus interdicant, quando animalia, aues, & pisces pariunt, aut oua ponunt, aut nutriunt, vt fœtus edãtur, & educentur, ideò à clericis ad vnguẽ seruari debent, vt multis rationibus probaui suprà c. 55. Deinde quia absurdum esset maximum quod ea venatio & piscatio (quæ laicis prohibita est) esset clericis permissa. Tũ quia dictarum legum decissio prorsus esset inanis, quid enim prodesset aues & animalia intacta seruari iuueri, si à clericis minimo negotio venarentur. Tum quia animalia & volucres cœli non solùm mortalium necessitatibus deseruiunt, sed sunt ornamento, decori reipublicæ, vnde dictorum animalium vel auium venatio, iustissimè à sæculari Principe potest interdici, vt egregiè probat (vir multis nominibus venerandus) Dom. Soto lib. 4. de iusti. & iure. q. 6. artic. 4. pag. 353. Cardi. à Turre Crem. in c. qui venatoribus. 86. distinctio. Caiet. in tract. 17. quæst. ca. 12. & tradunt ex nostris Thom. Gram. decis. 67. num. 9. And. Tiraq. de nobili. cap. 37. num. 140. Mar. Nauar. in manu. confesso. cap 17 num. 120. Præterea vrget quia cùm dictæ Regiæ sanctiones, cõdictæ sint à Principe non recognoscente superiorem in temporalibus, cum non tractent de materia spirituali, nec sacris canonibus aduersentur, in foro ecclesiastico contra clericos obseruari debent gloss. in cap. cum ad verum in verbo temporalium. 96. distinct. & in ca. cæterum, de donation. & in ca. 1. vbi Abb. & Doctores de noui. oper. nuntia, latè Doctores in l. priuilegia. C. de sacrosa. Eccle.

21

Non tamen poterit clericus mulctari, pœnis dictis legibus sæcularibus aduersus laicos statutis, sed pro modo culpæ iuris canonis, pœnis, & pecuniaria mulcta, pro arbitrio sui ecclesiastici iudicis imponenda, puniri debet. Nam cum pœnæ illæ, sacris canonicis constitutionibus approbatæ non sint, iudex ecclesiasticus eas infligere non tenetur, ita in simili lege probat Gregor. Lup. in l. 57. in verbo, *Por tres años*. tit. 5. par. 1. & suffragantur quæ scripsi suprà capit. incip. negotiatores anno. prima.

Clerus operam dantes prohibitæ venationi vel piscationi a iudice seculari & eius ministris, a quibus canibus & alijs prohibitis instrumentis priuari possint.

Illud autem nouè, sed verè affirmare audeo, quòd licèt clericus dictarum legum pœnis non possit mulctari, si tamen exercuerit prohibitam venationem, vel piscationem, & repertus fuerit à iudice sæculari, vel à ministris laicæ iurisdictionis, priuari potest auibus, canibus, alijsque instrumentis prohibitis, sunt equidem hæc omnia reipublicæ nocitiua: & ideò per sæcularem potestatem auferri

auferti possunt. Sicuti de armis vetitis quæ à clericis portantur scribit D. Couuaru. in practi. quæst. cap. 33. num. fin dixi suprà dict cap. 55.

Non tamen circa huius capitis materiam est prætermittendum, quòd si clericus aliquid ex illicita venatione vel piscatione acquisiuerit, in animæ iudicio non tenetur ad restitutionem, ità Couaru. in regul. peccatum. in 2. parte relectiõ. §. 8. num. 3. de regul. iur. lib. 6. Mart. Nauar. in manu. confesso. cap. 17. num. 124. qui allegans alios testatur, id procedere ante iudicis condemnationem, non verò post.

B *Puniuntur arbitrariè.* Adde q̃ opinio hæc approbari videtur l. 47. tit. 6. par. 1. cum dicit: *Venadores ninca cadores, no deuen ser los clerigos de qualquier orden quier que sean.* Vnde cum illis prohibita sit venatio, nec iure pœna statuta sit, iudicis arbitrio puniri debent, sed hoc intelligendum est in clericis minoribus constitutis ordinibus, qui beneficia ecclesiastica obtinuerint, non verò aliàs ità ex dicta lege Parti. colligitur cum dicit: *Cade gisada cosa es, despender en esto, lo que son tenudos de dar à los probres.* Et sic loquitur de clerico beneficiato, ita ad conciliãdas doctorum controuersias eã not. Greg. ibi in verbo, *Venadores.*

C *Recreationis.* Adde quod monachis nec recreationis causa venatio, licet etiam si proprios reditus in venatione habeant, vt est communis opinio teste D. Didaco Perez in l. 1. tit. 22. lib. 2. ordina. qui in materia venationis plura lecta non indigna congerit.

Recreationis causa. Adde veram D rationem esse, quia in dubio delictum non præsumitur. l. meritò. ff. pro socio cum alijs.

Ioculatores, Goliardi, seu Buffones

CAPVT, LXVIII.

1 *Horum nominum Germana significatio ostenditur.*
2 *Clerici histriones quæ pœna sint puniendi.*
3 *Ioan. Monachi opinio quadam exploditur.*

IOculatores dicuntur latores 1
loci in publicum, facientes spectaculum proprij corporis, vt per Ioan. Mona. in c. 1. de vit. & honest. cleri. in 6. per text. in capit. cum decorem, eod. titu. & per l. 2. ff. de his qui not. infam. & gloss. in di. cap. 1. Hoc verò vocabulum Goliardos, vulgare est Gallorũ: & Buffones, vulgare est Tuscorum, secundùm Ioan. Mona. & gloss. ibi: hos tamen alibi appellat canõ histriones. 4. quæ. 1. cap. 1. de consecra. distinct. 2. cap. Pro dilectione, secundũ Ioan. And. & Domi. ibi tamẽ in illis capitulis non fit mentio de aliqua ex tribus dictionibus prædictis, sed solùm de Histrione. Ex quo videntur dicti doctores intelligere, quòd idem significat hæc dictio histrio,

quod tres dictiones prædictæ. Et clerici, qui tales se faciunt, si per annum illam artem ignominiosam exercuerint, ipso iure carent omni priuilegio clericali. Si autem breuiori tempore tunc si tertiò moniti non resipuerint, carent etiam omni priuilegio clericali. Ita disponit text. in dict. cap. 1. & facit in proposito decretum Concilij Carthagi. in 4. à Gratiano trāscriptum, in cap. Clericum. 46. disti. vbi disponitur, Clericum scurrilē, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio esse retrahendum. Animus autem, de quo a suprà, continuus debet esse, vt pœnam prædictam quis incurrat, vt not. Ioan. Mona. ibi, & Archidian. Ioan. And. & Domini. vnde si in diuersis mensibus diuersorum annorum, qui simul iuncti vnum facerent integrum annum, quis vteretur prædicta arte, non haberet locū ista pœna, secundùm Ancharra. ß & Domini, ibi. Aduerte præterea quòd licet Ioan. Mo. in di. ca. 1. teneat quòd clerici in sacris non amittant priuilegium in isto casu, contrarium tamen tenent Ar. h Ioā. And. Anchar. Domin. & Philip. ibi, possunt tamen recuperare ipsum priuilegium per dispensationē episcopi, quando in hoc delinqnēs esset pœnitens & verè contrit⁹, secundùm Ioa. And. & Anch. ibi, & Domi. Et vide Bartho. de Cassaneo in consuetudinibus Burgundiæ, fol. in §. Septimò fallitur. vbi limitādo regulam quòd clerici nō possunt de crimine corā sæculari Iudice cōueniri, dicit quod hoc fallit in clerico Goliardo, Buffone vel ioculatore, qui tertiò monitus non desistit, quia talis est ipso iure priuatus omni priuilegio clericali. Ex quo videtur velle quòd propter hoc crimen clericus efficitur de foro iudicis sæcularis. Pro quo etiam videtur Stepha. Aufre. in Clemen. 1. de offic. ordin. Et licèt, vt suprà dictum est, Doctores tenent contra Ioan. Mon. & sic, quòd hæc pœna procedat in clericis etiam in sacris, dicit Bart. Cass. vbi suprà, quòd tutius est tenere opinionē. Ioā. Man. cōtra Arch. & sequaces propter actualem degradationem, quæ in hoc casu secundū eū videtur necessaria: cuius opinionem videtur sequi Phili. Probus in addi. ad Io. Mona. Ego tamē credo quòd opinio Archi. & aliorū contra Io. Mona. sit vera. Nec obstat illud de degradatione, quod Bart. de Cassaneo vbi suprà dicit: quia non sequitur, est necessariò degradatio in isto casu, ergò bene dicit Io. Mona dū asserit quod pœna ista nō procedit in clericis in sacris: quia Doctores contrarium tenentes non negāt degradationem esse necessariam, licet de ea non faciant mentionem: & si necessaria est in casu nostro, etiam facienda esset in clerico in minoribus, quia ille etiam capax est degradationis vt videbis infrà super verbo degradari: neque constat ex verbis Ioan. Mona. quòd ideò dicat, quòd clerici in mino-

in minoribus amittũt priuilegium, iuxta formam text. in dict. c. 1. quia in eis nõ est necessaria degradatio.

A Debet esse. Adde quod in dubio tempus à lege præfixum continuũ esse debet glo. sing. in rubr. ff. de diuers. & tempor. præscrip. quam reputat sing. & vnicam Io. de Imo. in Clemen. 1. colum. 4. de in integ. restit. idem tenet glos in cap. 2. in verbo, per annum. de tempor. ordin. lib. 6. vbi doctores tradiderunt Ang. in l. si idẽ cum eodem, vbi Dec. n. 5. ff. de iurisd. omn. iudi. Ang. in l. vlt §. quoties. ff. de publi. & vectig. & in l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. obl. quæ opinio ab omnib⁹ probata est.

3 *Episcopi in his monitionibus terminum libere possunt statuere.*

4 *Clericus si infra terminum monitionis, dimisit turpem vitam, & demum reassumpsit, et vltimatè infra eundem terminum dimisit, an tunc locus sit pœnæ.*

5 *Clerici si aliis sordidissimis officijs, in huius capitis fronte nõ expressis vtantur, an pœna Clemen. 1. de vita et honest. cleri. puniãtur.*

Carnificum, seu macellariorum, aut tabernariorum officium publicè, & personaliter exercentes.

CAPVT LXIX.

1 *Clerici aliquod istorum officiorum publicè exercentes, si tertio nominatim moniti nõ desiterint, aut respuerint, si coniugati sunt, perdunt omne priuilegium clericale, si verò non coniugati, et omnino vt laici incedant, quamdiu præmissis insiterint, eo ipso perdunt priuilegium clericale.*

2 *Clerici an debeant moneri nominatim, vel in genere, vt desistant à vilibus exercitijs, et an sufficiat monitio peremptoria.*

CLerici nominatim & tertiò moniti, vt ab huiusmodi officijs desistant, si non fecerint, aut officia illa resumpserint, coniugati omninò, non coniugati verò in rebus, & si omninò incedũt vt laici in personis, priuilegiũ clericale quãdiu præmissis insiterint, eo ipso amittant: dispositum est per Concilium Viennẽs. vt in Clement. 1. de vi. & honest. cleric. Et aduerte quòd pœnam hanc incurrunt etiam clerici prædicta officia exercentes pro vtilitate dominorũ quibus seruiũt: quia in hoc non habetur respectus ad eum cuius interest, sed solùm ad eum qui talia officia exercet per se & publicè, asecũ- a dum Bonifacium ibi, propè finem, post Paul. & Guiliel. Quẽ etiam ibi vide prius tenentem post Paul. quòd clerici puniũtur prædicta pœna, quãuis nõ exerceant continuè dicta officiã, sed per dilucida interualla, dum tam eo tempore quo non exercent, desistant propter aliã causam, & non causa honestatis ordinis clericalis. Vt autem 2 pœnam hanc incurrant clerici debent nominari proprio no-

mine & expresso in monitione illis facienda, per glos. ibi, b in verbo nominatim: quæ quidē monitio debet fieri publicè in ecclesijs per presbyterū vel prę-conem in scriptis, vel sine scriptis, vel in locis alijs publicis secundùm Guil. de Monte Lau. ibi: quod tamen videtur intelligere Bonifac. ibi prope fi. quādo nō possunt clerici apprehēdi: nam si possent, monitio debet fieri in personis monitorū, quem etiam vide dicentē quod forsan sufficeret, si fieret monitio in loco habitationis, & vide Cardi. ibi in 7. quæsti. concludentem, quòd quādo monitio fieret per circūlocutiones omninò specificas: tunc æquè fit certificatio, sicut per nomen proprium: & in casu nostro talis monitio sufficeret, dum clarè constet de quibus fiat mentio & idem tenet Zenze. & Petrus de Anchar. & Bonifac, & Imo. ibi: quos sequitur etiam Ioan. de Vanchel. in suo breuiario, super dict. clemen. licet Paul. & Ioan. de Ligni. teneāt contrarium, secundùm eū. Debet etiam esse monitio esse trina, adeò quòd non sufficeret vnum peremptorium pro omnibus, vt not. etiam glos. ibi, in verbo Tertio. Et tenet Guiliel. & Bonifacius ibi. Card. autem in 8. quæstio. concludit vnam monitionem cum tribus interuallis equiparari in isto casu tribus monitionibus, & sic intelligit opinionem Zenze. ne cōtradicat Stephano: & sic videtur q̄ possit intelligi opinio Ancha. & Io. de Imo. ibi, qui videntur simpliciter tenere opi. glos. & Ioa. de Ligna. & Zenze. In arbitrio præterea est episcopi in his monitionibus statuere terminū quem voluerit, sed postquā statuerit, nō licebit immutare priùsquā lapsus fuerit, sed cùm durat, prorogare poterit ex causa. ita Card. ibi post Lau. in 9. quæ. in fi. Et aduerte quod in quantum suprà dictū est, q̄ reassumens officium prohibitū ex prædictis postquàm dimisit, incurrit pœnam, limitandū est, nisi reassumens dimittat illud durante termino monitionum, vt declarat glo. ibi, in verbo resumpserint quā sequitur Card. ibi. post Laud. & Paul. in 10. quæsti. Et idem sequitur Imo. ibi super ead. glos. Quod tamē optimè sublimitat & declarat Bonif. ibi in colū. 4. versi. Sed istud. Vbi dicit quod prædictā limitationē purat veram, quādo primò dimissio fuit facta simpliciter: nam tunc quia cōstat de causa dimissionis, & sumus in materia pœnali, intelligēdū est provt placet ipsi monito: secus autem vbi constat de dimissione propter monitionem præcedentem: tunc enim monitio fuit sortita suum effectum, & sic amplius non potest dici quòd durat terminus monitionis: & ideò reassumptio per eum facta nocebit ei: tanquam facta, expirata iam monitione, licet postea ductus pœnitētia quia reassumpsit, dimittat intra terminū sibi datū in monitione. Item nota quod si clericus

5 si clericus vtatur alijs vilibus officijs, vt puta aptare pelles, si sint leones, vel balneorum publici custodes, non incurrunt
f prædictam pœnam, licet videatur in talibus esse identitas rationis, & in aliquibus eorum maior ratio, vt colligitur ex glos. 4 in dict. Clement. & ex his quæ no. ibi. Card. quamuis contrarium teneat Zenz. ibi. quem videtur sequi Bonifa. ibi, in colum. 2. vel Conclude, qui etiam addit, quod si clericus exerceret officium mundandi cloacas, forsan haberet locum pœna dict. Clemen. quod ego non opinor verum, sequendo dictam opinionem Card. post glos. quia si lenones non comprehenduntur sub ea, quia non sunt expressi multò minus mũdantes Cloacas. Crederẽ tamẽ quòd & si tales non comprehenduntur, quia ille text. videtur specialiter prohibere illa officia ibi expressa, ex eo fortè, quòd in illa ætate frequentius peccabatur in illis, secundùm Card. ibi, Si clericus vteretur aliquo ex prædictis officijs, vel similibus vilibus, vel inhonestis, si monitus non desisteret, puniendus esset superioris sui arbitrio, attenta officij & personæ qualitate, & tẽporis diuturnitate, & alijs quæ infrà in arbitrarijs consideranda tradimus.

A *Per se & publicè.* Adde glo. not. hoc tenentem in verbo publicè & personaliter. in Clemen. 1. de vita & honest. cleric. quam ibi sequitur Petrus de Ancharr. not. 3. Card. Flo. not. 5. Ioann. de Imo colum. 3. Vnde dixit egregiè Archi. in cap. nulli. 44. dist. quod clericus qui nõ per se sed per alium tabernam exerceret, non dicitur tabernarius. idem sequitur Domi. in cap. 1. colum. 2. versic. nota istam glo. de vita & honest. cleri. in 6. & ad hoc allegat tex. in ca. significante. de appella. vbi canonici quidam ius habebant vendẽdi carnes, & scribit Domi. se aliquandò defendisse clericum, qui domibus Ecclesiæ tabernam tenuerat, vendendo vinum, quod ex suis vineis collegerat, non tamen propria persona administrauerat, sed per aliũ, & sequitur ibi Philip. Fran. colum. 2. & vide Abb. consi. 6. inci. casus super quo. libr. 1 qui loquitur, de clerico vendente vinum, & cæteros fructus ex suis predijs. sunt etiam videnda quæ scripsi suprà cap. incip. negociatores. annota. prima. Quibus suffragatur text. in cap. vltim. ne cleric. vel mona. in 6. vbi clerici criminalem iurisdictionẽ possunt exercere per alios, licet per se ipsos facere non sit eis permissum. tex. in Clement. nè in agro. §. porrò. in fine in verbo. *Personalem.* de sta. monach.

Et conducit text. à sensu cõtrario in l. in honorib. §. 1. ff de vacati. mu. vbi scriptum est nõ alios fisci vectigaliũ redemptores, à muneribus excusari, quã eos qui præsentes negotiũ exercẽt. Et similis est propemodum text. in l vltim. ff. de excu-

sation. tutor. Vbi qui in collegio pistorum sunt, à tutela excusantur, si modo per semetipsos munus illud exerceant, ex quo not. Bald. quod doctor nō debet habere salarium, nisi per se legat, non verò per substitutum quem etiam ad hoc not. Roman. in rep. l. si verò. §. de viro. fall. 24 ff. solu. matrimo. & in sing. 64.

Sed his refragari videtur tex. in l. 2 §. 1. ff. de admini. rerum ad vsum ciuit, perti. vbi quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam facere debet, ideò si Decurio subiectis aliorum nominibus prædia publica tolat, quæ de curionibus conducere non licet, secundum legē vsurpatā reuocātur, & ibi not. glo. quòd illud quod non possum per me nec per alium possum, vbi gloss. multos. tex. cōcordātes allegat. Sed quanuis hoc verum sit minimè procedit, quādo lex vel statutum considerat actum ipsius personæ exercentis, vt in vilissimis, & sordidis officijs, hoc capite expressis, in quibus vilitas in eorū vsu perpenditur, ità sing. tenet Andr. Alciat. in tract. præsu. regul. 1. præs. 48 num. 10. Sed & si verū est clericum, qui dicta sordida munera interposita persona exercet, puniendum forè non equidem pœna ordinaria, dict. Clemē. 1. de vita & honest. cleric. cum non tamen à culpa vacet, etiam si per alium exercet, vt tenet glo. præcitata quam doctores ibi sequuntur ideò arbitraria pœna puniri debet, pro modo culpæ.

Poterit etiam Iudex Ecclesiasticus contra laicos merces vendentes procedere, si in his aliquid turpe, vel illicitū commiserint, veluti si merces mixtas cum alia specie ignorante emptore vēdiderint, quòd notatu dignū est, ita scribit Abb. in capitu. 1. de empt. & vendi. quem sequitur Anton. Burgen. ibi. Rom. sing. 526. & ante hos opinionē istam tenet Abb. Antiquus in dict. cap. 1. de emp. & vend. quem originaliter legimus scribit etenim ibi magistrum suum illius text. autoritate cōsuluisse, iudicem Ecclesiasticum debitis pœnis punire posse laicos aromatarios immiscentes fabarum farinam in cera venali quem ibi Andr. Siculus sequutus fuit & Auferi. in rep. Clemen. 1. de offic. ordina. post regul. 4. de potestate Ecclesiæ super laicis & rebus eorum verific. Tertiò. Nec ista puniendi facultas tolli potest à iudicibus Ecclesiasticis, per sæcularem potestatē ex transcursu cuiuscunque temporis quia contraria consuetudo esset nutritiua peccati & in reipublicæ perniciē ita Hosti. Ioan. Andr. Abb. Cardi. Barb. in dict. cap. 1. quam opinionem communem esse profitetur Nicol. Boeri. decissio. 69. num. 21. & insignis D. Couarruu. lib. 3. vari. resolu. ca. 14. num. 5. scribit tamen Boeri. dicta decissi. quòd in regno Franciæ contrarium seruatur ex generali consuetudine

Iudex Ecclesiasticus contra laicos merces depravatas vendentes procedit de iure, non verò in Hispania.

dine qua potestas hæc tantum tributa est sæcularibus magistratibus abrogata ab Episcoporum clericorumque iudicũ iurisdictione, quòd etiam apud Hispanos antiquissima consuetudine receptũ est teste D. Couar. in d. cap. 14. quam consuetudinem validam esse scribit glo. in d. cap. 1.

B *Glos. ibi.* Adde Abb. qui hãc sententiam sequutus dictã glo. sign. esse fatetur in cap. ex tuæ. num. 4. de cleri. non resident. & vide Abb. & docto. in cap. vltim. de vita & honest. cleri. Alexan. inl. contumaica. ff. de re iudi. Deci. in ca. consuluit. nu. 11. de offic de leg Barth. Cass. in consuetud. Burgun. Rub. 4. §. 23. in gloss. *Sera souffisamment.* num. 18. Verũ tamen est, quod si Episcopus publicè denũciet in Sinodo, seu Sinodalem constitutionem faciat, qua præcipiat, ne clerici dicta sordida munera exerceant, tale præceptum, vim habet trinæ monitionis. Ita Hosti. in summa ne cleri. vel monach. §. quæ sunt permissa. in fine ver. ego intelligo. quem sequitur Gregorius Lup. in l. 49. titul. 6. in verbo, *Amonestar tres vezes.* par. l.

C *Prædictam pœnam.* Adde Barthol. Cassa. idem tenentem in suetud. Burgund. Rubr. 1. in gloss. *Sil na grace.* num. 62.

Aleatores.

CAPVT LXX.

1 Ludere ad taxillos, clericis prohibitum est.

2 Clericus publicus aleator qua pœna puniendus sit, serioſe traditur.

3 Seculares iudices, licet non possint ex huius regni legibus inquirere contra lusores post duos menses, neque contra eos qui duos tantum argenteos luserint: iudices tamen ecclesiastici non debent, etiam in his casibus, clericos impunitos relinquere

4 Clericus compelli potest parte petente ad restitutionem eorum, quæ lucratus est in ludo: licet terminus, de iure regio præfixus, fuerit lapsus.

5 Clerici lusores non solũ puniendi sunt, sed etiam ludi participes.

ALea quidem (si Calepino credimus) ludus tabulæ est, & omnis ludus in varietate fortunæ consistens. Vnde aleator dicitur qui sæpè alea ludit: ludere autem ad aleas & taxillos clericis prohibitum est, a vt in c. Clerici. de vita & honesta, cler. quod ideò prohibitum videtur, propter plura crimina quæ in talibus ludis perpetrari solent, b quorum 16. refert Hosti. in sua summa, in tit. de excessi. Præl. in §. Clericus. & vide Florent. in 2. parte, tit. 1. ca. 23. §. 6. colum. 1. & duabus sequẽt. vbi dicit quòd quot sunt puncta in taxillis, tot sunt scelera in ludo: & ponit. 21. peccata quæ in illo interueniunt, quæ omnia ad literam trãscripsit Petrus de Rauen. in suo Alphe. aureo, in verbo ludus. Pœna autem clerici publici aleatoris est vt repellatur ab obtinendo beneficio, c etiam si nũquam fuerit monitus vt desistat

1 2 a b c

sistat à ludo: probatur in ca. inter delectos, de excess. præla. iucta. glo. in d. cap. Cler. in verbo ad aleas, vnde dicit Abb. in d. cap. Inter dilectos, quòd collatio facta tali, est nulla si de hoc constabat, tanquam facta vili
d & indigno: d & si non constabat, quia erat occultus, debet irritari: quæ vltima verba Ab. disp licent. Nam si hæc est pœna aleatoris publici, quomodo occultus aleator illa punietur? beneficio autem obtento non priuatur popter ludū, secundū eū, sed mitiori pœna plecti debet. ex quo videtur q̄ est pœna arbitraria. Si autē monitus non se correxerit, tunc potest beneficio priuari secūdū eum, qui allegat tex. in cap. 1. 36. di stin. quæ aliàs est. 35. qui text. hoc expressè nō dicit, sed quòd clericus deseruiēs aleę, aut desinat, aut dānetur, & non aperit quæ sit pœna. Vnde magis mirandū est quòd Dñi, & Præpo. ibi summando text. eundē, videntur tenere, quòd per illum textū imponitur pœna depositionis, quod etiā videtur tenere Siluest. in summa, in verbo ludus, in versi. Quartò quæritur, dum dicit quòd patet esse pectatū mortale ludere in clericis, ex pœna quæ est excōmunicatio, vel depositio, vt dist. 35. Episcopus qui est idem text. de quo suprà, qui omnes doctores solum ad hoc moueri possunt propter illud verbū, *Damnetur*. Et prædictam tamē opinionē Abb. sequitur simpliciter Ioan. Baptista Caccia lupi in tracta. de ludo. in 12. quæst. licet non referat Abb. sed allegat solum Doctores in dict. ca. inter dilectos &, idem ferè ad literā facit Paris de Puteo in tract. de ludo, in colum. 11. n. 44. licet de Dominico & præpo. nullus eorū meminerit. Ego vero in pœna huius delicti non facilè opinor quòd posset describi certa doctrina, quippè peccatum variari debeat ex circunstantijs occurrentibus, quæ ad aggrauandam vel minuendam eam, animum iudicis inclinabūt: ideoque arbitrari eum oportebit quanta sit cōsuetudo ludentis, & quæ quātitas pretij, & qua- 2
litas personarū, qualisue exempli pernicies, & an in hoc delinquentes occasione ludi diuina deseruerint officia, quibus interesse tenebantur, aut si sacramenta desierint ministrare. Et provt hæc omnia accidisse compererit, sic delinquentes in hoc punire debebit. Vnū præterea semper aduertat Iudex, q̄ cū in his præcipuè Regnis longè grauius puniant eorū leges ludentes ad taxillos, quos idioma Hispanū *Dados* appellat: & hoc genº ludi in oculis omniū detestabilius sit, sic debet ipse arctiori pœna clericos qui in hoc deliquerint coercere. Si verò clericus proprio ludo id adiunxerit, quòd alijs ludere volentibus mēsam paratā habet, in qua alios ad ludēdū prouocat ac recipit, tunc quidē grauiori pœna quàm in prædictis 3
casibus plectendus est. Admonitos præterea velim in hoc

articulo

rticulo omnes. Iudices: horũ præcipuè Regnorũ, quod licet ex eorũ legib⁹ ſancitũ ſit, quòd poſt duos menſes non poſſint iudices inquirere cõtra luſores,
e nec contra eos qui duos tantũ argenteos luſerint procede-
f re: ipſi tamẽ cõtra clericos & poſt dictũ terminũ & infrà prędictam quantitatẽ poterunt & debebũt procedere, ex ratione: quia cùm lõgè inhoneſtius, & magis prohibitum ſit clericis quam laicis vacare ludis, nõ videtur decens eſſe dictarũ legũ ſanctiones in clericorũ ludentiũ patrociniũ admittere. Atq;
4 ex ea credẽ ratione poſſe firmari, quòd licet eædẽ leges patriæ breuẽ terminũ præfixerint ad repetitionẽ amiſſorũ in ludo, etiã eo lapſo dãnari poterit clericus ad reſtitutionẽ eorum quæ lucratus eſt, eo quì amiſerit repetẽte Et quòd in hoc attendendũ ſit tẽpus à iure cõmuni præfinitũ ad repetitionẽ prędictorũ, de quo in dict. auct. Alearũ vſus. Et per Abb. in dict. cap. Cleric. de vi. & honeſ. cleri.
5 Non ſolũ autẽ Iudices eccleſiaſtici in puniẽdis clericis luſoribus debent eſſe peruigiles ſed & inſpiciẽtes, & participes
g g tantũ etiã punire debent pœna, quæ ipſis condigna videbitur, Imperatoriarũ legum zelum imitantes, qui clericos ad tabulas ludentes, vel participes ludentium, aut inſpectores tribus annis à miniſterio prohiberi iubent, & in monaſterio redigi, vt in auct. Interdicimus. C. de epiſcop. & cleric. & in §. Interdicimus. in auct. de ſanctiſ. epiſcop. col. 9.

PRohibitum eſt. Adde concilium Triden. Seſſ. 22. ca 1. de reforma. & Seſſ. 24. cap. 12. & Regiã l. 57. tit. 5. par. 1. cum dicit. *Otro ſi no deuen jugar dados nin tablas, nin pelota, nin tejuelo, nin otros juegos ſemejantes deſtos: porque ayan de ſalir del aſſoſſegamiento, nin parar ſe à verlos, nin à tener ſe con los que juegan.* Et ea ratione verè iudicio meo ſcribit Domi. Soto de iuſt. & iure li. 4. q. 5. ar. 2. quòd ſacerdotibus vix citra mortale peccatum vti licet ludis vetitis, ac præſertim religioſis, & Præſulibus, quia ludus illis non qua ratione ſæcularibus, ſed quia contra eorum eſt honeſtatem prohibitus eſt, quòd autẽ autor noſter hic num. 2. ſequitur. Poſſunt ſanè clerici vel monachi ſine vlla culpa etiam veniali, chartis luſorijs ludere ob honeſtam cauſam (putà) ad excitandum vel recreandum ſociũ ea re indigentem, dummodò non frangant legem vllam: ad mortale peccatum obligãtem, ita Nauar. in manual. capit. 19. num. 3..

A *Clerici & religioſi à quibus ludis repellun-tur.*

Sed an clerico ad Schacos ludere liceat, vide Ioan And. in capit. clerici. de vita & honeſt. cleric. qui tenet quod ſic idem tenet glo. in §. interdicimus. in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. coll. 9. & in auth. interdicimus. C. de Epiſcop. & cleric. vbi Odofr. & Alber. idem ſequuntur Archi. & Præpoſi. in cap. Epiſcopus.

pus 35. distinct. Innoc. in cap. lator. de homi. quam opinionem communem esse fatetur Abb. n. 4. in di. cap. clerici. Bertachi. in tract. de Epis. 1. caus. fi. par. q. 7. Aug. ad Ange. in tract. malefici. in parte, *meretore de maltdati.* nũ. 3. Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. § ludus. versi qnæro nunquid Grego. in dict. l. par. in glo. incip. *Tejuelo.* Quæ communis & recepta sententia limitari debet, nisi clericus luderet ad Schacos auaritiæ causa, ita Archi. in dict. ca. Episcopus, & Imo. in dict. clerici. col. 9. & alij ex præallegatis.

B *Perpetrari solent.* Quibusdam vulgatis carminibus, quæ carmina refert Hosti. in summa ti. de excessio. præla. §. clericus. Plato quidem rectè videtur annotasse aleam & reliquas pernitiosas artes à Dæmone quem nominat Theuth. inuẽtas esse, ita Plato in Phædro. & aliquas rationes luculentas prohibitionis aleæ scribit Ioan. Sales Betiensis lib. 1. Polycratici. ca. 5.

Et qui plura alia de taxillorũ & alearum pernitie, & detestatione videre desiderat, legat Paridem de Puteo Ioan. Baptist. Calcialup. Steph. Const. in suis tracta. de ludo editis Troilum Maluerì. in suo tracta. de Sordi. Iodo. in practi. crimi. ca. 126. Thom. Grãma. decis. 11. nu. 7. & nouissimè Fra. Fran. Alcocer. in tract. de ludo & egregiã additionem ad Doctor. Didac. Perez in l. 37. ti. 19. lib. ordi. cuius autorẽ ideò non nomino, quia mihi incertus, quis is fuerit, cum in toto illo opere non appareat.

C *Ab obtinendo beneficio.* Vide notissimè Iacob. Menoch. lib. 2. de arbitra. iudi. quæst. centur. 4. causu. 399. num. 3. Iure verò ciuili ea pœna statuta erat, ꝙ si clericus post monitionẽ Prælati aleæ indulgeret, per triennium proprio munere suspendendus erat. tex. in dict. authẽ. interdicimus. & in dict. l. 57. Quæ quidẽ pœna cum iure canonico approbata non reperiatur, ecclesiastici iudices eã clericis infligere non debent, sed eas pœnas quæ sacris canonib⁹ sunt approbatæ, vel aliam arbitrariam pro modo culpę, & cõsuetudine ludentis, ita declarat Gregor. in dicta l. parti. in glos. incip. *Por tres años.* Qui nostri autoris hoc capite meminit.

Clericus qui ludo indulget qua pœna plectẽdus sit.

Hoc de clericis, sed cum crimẽ hoc sit mixti fori, vt adnotarunt Ange. Areti. in tractat. malefi. in verbo, *Mentitore de falsi duti.* nũ. 12. Pari. de Puteo in tract. de ludo. num. 43. Petrus Auenda. neminem tamen allegans de exequend. manda. Reg. 2. par. ca. 9. n. fi. Ideoq; laicus lusor punitur imprimis, pœna priuationis communionis, vt sancitum fuit in sacrosancta Elibertina synod. ca. 79. & refert Spec. in tract. de modo generalis cõcilij sub rub. 62. Deinde pœna arbitrio Episcopi iniungitur, ita Amodeus de Castello in tract. Sindicatus nu. 93. Iacob. Menoch. vbi paulò antè

Iudex ec. clesiastic. cus an la zeos luso res pos. sit debi. tis pœnis punire?

antè allegaui, sed in forensibus actionibus, apud Hispanos hoc receptum non est, nec vidi vnquam iudices ecclesiasticos huius criminis ratione, contra laicos procedere.

Synodalis Toletana cõstitutio interpretatur.

In hoc tamẽ amplissimo Archiepiscopatu Toletano, nouissimæ pœnæ cõtra clericos huius criminis reos sunt statutæ in lib. 3. consti. de vita & honest. cleri. cap. 7. in hæc verba. *Estatuymos y mandamos à todos los clerigos constituydos in sacris, ô beneficiados de qualquiera dignidad, ô preheminencia que sean, en este Arçobispado, no juegen en publico, ni en secreto, à juegos prohibidos de derecho, especialamẽte à las tablas, dados, ô naypes, dineros ni joyoas, ni presteas, ni prestẽ dineros à otro para iugar. Ni assistan para atenerse à algunos que iuegan, ni consientan que otros iuegan en sus casas. Y si lo cõtrario hizieren restituygan lo que ansi ganaron, è incurra cada vno en pena de dos ducados la primera vez, para la fabrica de la yglesia dõde fueren parrochianos, denũciador, y pobres, por yguales partes. Y por la segunda vez la pena doblada. Y por la tercera demas, y aliende de las dichas penas, que de la pugnation à el aluedrio de los iuezes, que de ello conocierem, segun la calidad del exceso y los clerigos que consintierẽ que se iuegc en sus casas, sean obligados a pagar todo el interesse que se perdiere, y se lo puedan pedir. y los iuezes condenar en ello. Y si dentro de nueue dias, no viniere quien lo pida, que él nuestro fiscal, ò alguazil lo pueda pedir. Y sea la mitad para el, y la otra mitad para los pobres, quẽ el iuez por biẽ tuuiere de lo aplicar.* Hactenus Synodalis Toletana cõstitutio, circa quam illud notandum existimo, quod ad hoc vt clericus condemnari possit, grauioribus pœnis quæ ibi imponuntur. Si secundò vel tertiò luserint, oportet quòd primò sit condemnatus, vt possit pœna secundi criminis multari, & secundò vt tertia pœna imponi possit, ita ex dicta constitutione colligitur, & sic similes Regias constitutiones interpretatur doctissimus Auẽda. de mãd. Reg. 2. par. cap. 9. num. 9.

Possunt tamen in hoc Archiepiscopatu clerici impunè ludere, ita vt ludus sex argenteos non excedat, & sit causa alicuius prandij, & hoc rarò & non publicè, ne inde scandalum generetur laicis, vt in capit. 8. dictarum constitutionum lib. 3. tit. de vita & honest. cleri.

Vili & indigno. Adde quod ego quidem opinor nõ omnino verum esse, quod collatio beneficij facta infami, sit nulla: nam eam validã fore ante sententiam tenuerunt Federi. cõsil. 50. Cardin. & Felin. in cap. querelam. de iureiurand. text. vbi Inno. in cap. inter dilectos de excess. prælat. & præmittit Calder. cõ. 20. t. de præbẽ. Feli. in ca. 2. col. 3. de rescri. Nisi ea collatio facta infami notorio, infamia quidẽ iuris, tunc enim collatio est nulla ipso iure, quẽadmodum explicat Abb. in ca. inter dilectos. numer. 6. & in capit. super eo. de electione

D

Felin.

Felin. in dict cap. 2. numer. 4. Selua. in tracta. de benefi. 3. par. quæst. 3. colum. 5. Hæc de infamia iuris, nam de infamia facti tradit Calderi. dict. consi. 20. & Marti. Nauarr. in capit. si quando colum. 52. de rescrip.

E *Ad taxillos.* Qua hodie pœna ludentes ad taxillos in hoc regno puniantur: vide l. 2. tit. 10. lib. 8. ordin. & pragmaticam regni conditam à Ioanna Regina Caroli Cæsaris matre Burgis anno 1528. quæ nouissimè collocata est libr. 8. ordin. noui tit. 7. l. 7. & vide nouissimas alias pœnas coutra lusores constitutas in l. 15. tit. 26. lib. 8. d. noui. ordi.

F *Contra lusores.* Vide l. 116. in Madrititijs conuentionibus celebratis anno 1528. quæ hodie est l. 10. tit. 7. lib. 8. ordina. noui. Et not. quòd licèt iure Regio limitatū sit tempus scilicet octo dierum, ad repetendum amissum in ludo, & ad procedendum per inquisitionē sint duo menses statuti, in clericis (vt autor noster hoc cap. scribit) dicta Regia constitutio seruanda non est, eodem modo nec in scholaribus, quibus lapso illo termino amissorum in ludo fit restitutio, & hoc casu incorrepta est l. vlt. C. de relig. & sumptibus funer. ita in celeberrima illa, toto quæ orbe celebratissima Salmanticensi Academia seruari testatur Addi. ad Didac. Perez in l. 37. tit. 19. lib. 8. ordi. Et iustissimum est, quòd nostra Complutensis Academia idem obseruet.

Procedere. Vide l. 63. in Madrititijs conuentionibus celebratis anno 1534. quæ est hodie l. 11. tit. 7. lib. 8. ordina. noui. G

Participes. Adde Cin. & Bald. H in auth. interdicimus. C. de Episcop. & cleric. qui eleganter scribunt, quòd si statuta pœna ludenti imponatur, eadem ludi particeps multandus est, quam opinionem sequutus fuit Ang. & ibi Aug. Arim. vbi suprà nu. 7. quod pro multis legibus huius Regni est notandum. Vnde scribit Fulg. in dict. authen. interdicimus, quòd si quis iurauit se non ludere, & det alteri pecuniam, vt suo nomine ludat à periurio minimè excusatur, cuius opinioni assentitur Aug. Arimi. in dict. loco numer. 11. quod multum notandum est.

Bona ecclesiæ dilapidantes.

CAPVT, LXXI.

1 Dilapidator bonorum ecclesiæ à dignitate est remouendus.
2 Clericus patronus, qui res ecclesiæ alienat, vel in illis damnum infert qua pœna sit coercendus.
3 In hoc delicto dilapidationu bonorum ecclesiæ, tria specialia reperiuntur.
4 Elegans traditur forma procedendi in hoc dilapidationis crimine.
5 Exploditur quædam Anto. opinio, & postea in quodã casu recipitur.
6 Potestas alienandi, licet pendente lite, à iure interdicta sit super suspitione tamen dilapidationu factã iudicis requiritur.

SI quis dilapidator est bonorum ecclesiæ, hæc est manifesta

festa & rationabilis causa quare potest à dignitate remoueri, probat text. in cap. 2. de stat. mona. circa. fi. & vide text. in cap. Si quis presbyter. 1. dist. quem sic summat Præpo. Presbyter vel diaconus vendens sacra vasa ecclesiæ deponendus est potest tamen episcopus cũ eo dispensare: qui text. etiam probat quòd clericus in hoc committit sacrilegium. Patro
2 nus verò clericus, qui res ecclesiæ alienat, vel illis damnũ infert, si requisitus non restituit, suspenditur ab officio & beneficio donec emendet, & si adhuc noluerit emendare debet deponi. ità etiam disponit tex.
3 in lib. 3. titul. 15. par. 1. Et nota quòd in isto casu dilapidationis tria specialiter reperiuntur secundùm Anto. post Hostien. in ca. Licet Heli. de simon. pen. col. Primùm, quòd absens & contumax condemnatur, etiã lite nõ contestata. Secundùm, quòd propter solam suspitionẽ suspenditur ab administratione is, contra quem fit inquisitio, Tertiũ, quòd quilibet auditur accusans: quæ etiam tria specialia refert & sequitur Ana. ibi in colum. 6. Prius tamen admittendi sunt quorum interest. 16. quæsti. 7. cap. Filijs. &
4 2. quæstio. 7. Quapropter. Forma verò procedẽdi contra dilapidantem est, quòd formentur duo processus, primus de suspicione dilapidationis, in qua summariè procedi debet: quia timetur ne is, contra quẽ est inquirendum de veritate, officiales corrumpat, & inquisitionem veritatis impediat, in qua procedi potest summatim & sine scriptura ad effectum, vt probata suspicione detur sibi coadiutor, & interdicatur vtrique omne genus alienandi & tunc probata suspitione licet leui, & per coniecturas debet suspendi ab administratione, quæ suspensio operatur effectum, quòd solùm perdet potestatem administrãdi in temporalibus, non verò in spiritualibus. Secundus processus de veritate dilapidationis, in quo proceditur plenariè, & inuenta veritate deponitur ab administratione in perpetuum, taliter quòd quò ad actum, & quò ad ius remoueatur ab administratione spiritualium & temporalium, licet non degradetur ab ordine: & sic ejicietur dilapidator ab ecclesia, & alijs præficietur, & ejectus remanebit in ordine, sed non habet ordinis executionem, cùm sit effectus infamis per sentẽtiã. Quæ omnia colliguntur ex Archi. in cap. Vobis. & in cap. Vulteránæ. 12. quæstio. 2. & ex Anto. in cap. Venerabili. de offic. delega & in cap. Licet Heli. de simo. & ex Ioan. de Ana. ibi, col. 5. & ex Abb. in dict. c. Venerabili. complectendo substãtiam dictorum suorum: Abb. tamen vbi suprà, in hoc secundo processu quando de veritate agitur quò ad pœnam imponendam conuicto de dilapidatione distingnit, quòd aut fuit actum criminaliter, & debet deponi: allegat

allegat. text. in c. Apostolicos, &c. Monemus. 12. quæsti. 2. cuius opinionē sequitur in hoc Præpos. in dict. ca. Vobis, prope fi. Aut fuit actum ciuiliter, & debet solū remoueri à beneficio, & alius est ad illud promouendus, allegat text. in d. capit. Licet Heli. quam distinctionē habuit ab Antō. ibi, licet eum non referat, qui etiam plus dicit, quòd debet deponi etiam ab ordine: & vide eundē ibi & in d. capi. Licet Heli. tenentem quòd si prælatus non potest conuinci de dilapidatione, & est infamatus, debet se purgare. Et aduerte quòd Abb. in d. cap. Venerabili. dicit quòd hic processus de quo suprà, habet locum, quādo procedit per viam inquisitionis, seu denuntiationis: sed si accusatur quis de dilapidatione, non est necesse vt prius inquiratur an sit suspectus, sed potest procedi super veritate. Cum autem totus hic noster libellus in denuntiatione fiscalis, & non in accusatione fundetur: per hoc constat quod debebit in nostro proposito formari duplex processus. Crederem præterea quòd licet verū sit quod Abb. dicit, quod accusationem non est necesse præcedere inquisitionē de suspitione. Si tamen accusator peteret pendente accusatione accusatum suspendi ab administratione, tunc necessè esset saltē summariè de tali suspitione cognosci, & illa probata posse procedi ad suspensionem. vt suprà: quia sola pendentia accusationis de dilapidatione nō sufficeret ad suspēdendū reum ab administratione, vt notat. Anton. in dict. cap. Licet Heli. colum. penulti. & Præpos. in dict. capit. Vobis. 12. quæstio. 2. Sed in materia huius nostri. capit. vide. Abb. in dicto capit. Licet Heli. penultim. colū. vbi dicit quod in veritate super modo procedendi contra dilapidatores iura loquuntur vario modò: quia principaliter habemus text. in ista materia ibi. in dicto capitu. Licet Heli. in d. cap. Vulteranæ. 12. q. 2. cū alijs: & videtur quod non possint rectè reduci ad concordiā, nisi vnū suppleatur per aliud. Vnde putat ipse propter hanc iurium varietatem esse committendum iudicis arbitrio, quam viam debeat accipere: & ideò considerata qualitate denunciantium & denunciati, & fama si qua habetur, quandoque iudex à principio interdicit à potestate alienandi, prout factum fuit in dicto capitu. final. de accusation. quandoque interdictione non facta procedit super suspitione, vt ibi: & probata suspitione poterit secundùm eius qualitatem & quantitatem in partem vel in totum suspendere, vt ibi: vel dare sibi coadiutorem, vt in dicto. capit. Venerabili. & quod sic possunt reduci ad concordiam iura & opiniones plures quæ versantur in hoc. Cuius opinionem videtur quodammodò sequi Fel. in d. cap. Venerab.

rab. dum in nostro proposito, & in materia dilapidationis videtur se remittere ad doctores, ibi, maximè ad Im. ibi & ad Abb. in d. ca. Licet Heli. Et 5 nota quod dicit Anto. in dict. capit. Licet Heli. in penult. colum: quod dicitur probari suspitio dilapidationis, si ecclesia habeat magnos reditus: & nihilominus prælatus est magnis debitis obligatus, & quod non poterit se excusare obtentu nobilitatis, quia quantumcumque sit nobilis, debet se restringere, & temperare, secundùm Ecclesiæ facultatem. Quod non videtur simpliciter tenendum: quia si prælatus dilapidat reditus annuos Ecclesiæ ad suam tantùm mensam pertinentes, non dicetur tunc dilapidare bona Ecclesiæ: sed reditus suos. Propter quod non videtur esse procedendum cõtra eum tanquam contra dilapidãtem bona Ecclesiæ, nisi intelligat Anton. quando debita, quibus erat obligatus prælatus, essent contracta ratione Ecclesiæ: nam cùm ad illa etiam teneatur successor iuxta text. in capitu. 1. de solu. dicetur tunc dilapidare bona dignitatis, quum per superfluitatem suorum sumptuum obligat successorem suum in ea. Insuper Barba. in dicto. capit. Venerabili, in 6. & 7. colum. simpliciter refert plures & varias opiones in ista materia, & post earum relationem dicit quòd magna molestia est sibi inferendis tot opinionibus, & quod veritas non habetur ex illis, & quòd esset necessaria Papalis decisio, vt tot iura varia & diuersa reducerentur ad concordiam. & posteà in colum. seq. refert opinionẽ Legistarum in proposito, & dicit quòd etiam ex dictis eorum non apparet veritas, sicut neque ex dictis Canonistarum, & quòd absoluat Apollo. Et tandem ipse pro veritate dilucidanda in isto passu suscipit duos casus examinandos. Primum an pendente lite super suspitione dilapidationis sit interdicta ipso iure potestas alienandi, an sit interdicenda à iudice. Secundùm an sit interdicenda administratio, an debeat dari coadiutor, quos duos casus prosequitur per duas colum. sequentes, & tandem ex eis elicit tres conclusiones. Quarum prima est, 6 quòd licet à iure sit potestas alienandi interdicta, pendente lite super suspitione dilapidationis, tamen requiritur factum iudicis, quam dicit esse contra Hostien. & sequaces de quo articulo vide Aretin. in dicto. capit. fina. de accusa. reliquas duas referre nõ curo: quia primam earum dicit esse contra glossas Decreti, & Decretalium, & contrà omnes Docto. vsque ad nostros dies. Secundam dicit esse contra scribẽtes, propter quod satis videntur paruipendendæ à doctoribus, qui magis veritatem, quàm superfluam

subtili-

subtilitatem quærūt & alij referre studēt. In tanta igitur doctorum varietate, nimirum si nos quid verum sit non facilè possimus eligere. Vnde videtur posse teneri forma duplicis processus, de qua suprà cùm temperamento opinionis Abb. in dict. ca. Licet Heli. in qua multum credit in hac materia cōmittendum arbitrio iudicis.

ANNOTATIO.

ADde quòd huius capitis argumentum vehemēter exposcit, vt hoc loco scribātur potissimæ pœnæ, quib⁹ bonorum Ecclesiæ monasteriorum, & aliorum piorum locorum, alienatores vsurpatoresque puniātur. Hoc sanè canonicæ nostræ practicæ accommodatissimū est, nec alibi opportunius tractari potest.

PRIMA igitur pœna est, quòd qui bona Ecclesiæ alienat deponi debet. capit. diaconi. 12. quæst. 2. capit. si quis de reb. eccles. non alienand. Regia. l 11. titul. 14. partit. 1. Si tamen clericus ad rem alienatam conuenitur, statim restituerit, vel damnum Ecclesiæ resarcit, à dicta pœna est immunis, ita scribit Hostien. in summa. titu. de aliena. rerum Ecclesiæ. §. & quæ sit pœna, idem tenuit gloss. in capit. 1. 17. quæstio. 4. idemque sequuti fuerūt venerādæ antiquitatis viri nēpè Taucre. Vicen. & Gofred. in capit. sicut. de electio. Contrariam tamen sententiam tenet gloss. in dict. quòd sicut. in versic. fina. illius text. autoritate innixa, quæ videtur probare, quòd sit necessariū, quod gratiosè ad pœnam euitandā cum alienatore dispensetur. glo. in capit. Apostolicos. 12. quæstio. 2. & hanc probat Hostien. Ioā. Andr. Abb. in dict. cap. sicut. & in cap. si quis. de reb. & eccles. non alien. & negari non potest opinionem istam communem esse, & fortè veriorē: licet prima maxima innitatur æquitate, eamque approbat dicta egregia Parti. lex. & ibi not. Gregor. in verb. *Estas pœnas.*

Secunda pœna est excommunicatio. tex. in dict. capit. si quis presbyterorum. & in ca. omnes ecclesiæ. 17. quæst. 4. Reg. lex supradicta.

Tertia pœna est sacrilegij. text. in dict. c. omnes ecclesiæ. quem ad hoc perpendit Petrus Rebuff. in comp. aliena. bono. Ecclesiæ. num. 108.

Quarta pœna est perjurij, eo quod beneficiati omnes se ipsos iuramenti vinculo astringunt, non alienaturos bona ecclesiarum promittuntque ea non diminuere. text. in capit. prohibemus. de censib. text. in dict. capi. siquis presbyterorū.

Quinta pœna est quod qui vēdit, vel indebitè alienat bona Ecclesiarum simoniæ crimine illaqueatur, ita Archidiac. in cap. Saluator. in fine. 1. quæstio. 3. qui hoc tenet per text. illum in versi. quisquis. & in cap. si fortè. 17. quæstio. 4. quæ pœna tūc locum obtineret,

ret, quando res sacra venderetur: ita intelligit Rebuff. in d. compendio. num. 113.

Sexta pœna est quòd talis alienatio est nulla. text. in cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. & hoc ipso iure idque verba illius cap. insinuant. cum dicit. *Irrita enim Episcoporũ venditio.* De quo est text. iuncta gloss. in auth. ex causa. C. de lib. præteri. cũ alijs quæ breuitati consulens omitto. Et hæc venditionis annullatio pœna est gl. in cap. cognoscẽtes. de consti. vbi docto. Ex quo sequitur quòd emptor rei Ecclesiæ, vel alius qui ex contractu nullo rem possidet, eam cum fructibus restituere tenetur. text. in d. capit. si quis presbyterorum. & in cap. grauis. de testi Spoli.

Septima pœna est, quòd res alienata ad ecclesiam restituitur, nullo dato pretio. text. in cap. 1. de Schisma. vbi Anchar. Emptor verò recursum habet contra venditorem ad pretium, non verò poterit vti retentione rei ecclesiæ: vt not. in dict. cap. fin. Rebuff. in dict. comp. num. 115. sed vtrũ emptor malę fidei possit repetere pretium ab alienante glo. in authen qui res. C. de sacrosc. eccles. tenet quòd sic: quam ibi sequitur Cin. & Bald. glo. in c. hoc ius. 10. q. 1. Ant. de Butri. in ca. ad audientiam de reb. eccles. non ali. Hostien. in dict. §. & quæ sit pœna. Quanuis contrariam opinionem, imo quòd nec pretium repeti possit à prælato malè alienante. tenet glo. in l. iubemus. C. de sacrosc. eccle. & in l. quemadmodum. C. de agricol. & censi. libr. 11. & in auh. de non alien. & emphyt. §. si quis igitur coll. 2. & in d. c. ad audientiam. Bar. in dict. auth. qui res. Abb. in dict. capit. si quis presbyterorum. in fine. Imo. in dict. capit. ad audientiam. column. 3. & 4. vbi hanc opinionem communem esse fatetur, & dicit quòd saltim in foro ecclesiastico difficile foret in practica contra eam obtinere. Prima tamẽ opinio approbata est dict. Regia. l. Parti. in verbo, *Mas contra.* Et eam intelligit ibi, Gregorius respectu pretij quòd emptor dedit, non verò alterius interesse.

Octaua pœna est; quæ cum alijs colligitur ex Extrauagan. constit. Pauli secundi Pontificis Maximi quæ est prima titu. de reb. eccles. non alienand. inter extrauag. comm. vbi contra eos qui alienant, vel locant, vltra triennium bona immobilia, vel mobilia pretiosa ecclesiarum, extra casus à iure permissos, excõmunicationis pœna infligitur, & si Episcopi vel Abbates fuerint, Ecclesiæ ingressus illis interdicitur, & si lapsis sex mensibus, indurato animo perseuerauerint, à regimine suarum ecclesiarum, & administratione monasteriorum, quibus præsunt, in spiritualibus & temporalibus eo ipso sunt priuati. Inferiores verò prælati, seu Priores, vel quicunque alij habentes beneficia

Interpretatur Extra. constitutio. Pauli Secundi quæ prima est tit. de reb. eccl. non alien. inter communes.

curata, vel simplicia, seu dignitates, & administrationes, vel officia ecclesiastica regularia, vel secularia, sunt priuati eo ipso, quòd alienāt, suis beneficijs, quorum res vel bona alienarunt, vel dignitatibus, illaque vacare cēsentur, absque aliqua declaratione, quæ quidem beneficia possunt conferri, liberè per ordinarios, ad quos de iure collatio spectat.

Circà quàm constitutionem illud notandum censeo, controuersum esse inter doctores an ea sit vsu recepta. Siquidem Bertachi. in tracta. de Episcop. in 36. quæstion. secundo volumin. tracta. diuersor. doctor. vbique seruari affirmat. & Anton. de Prato. in tractat. de iurisdict. Episcop. capit. 5. eodem 2. volumin. eam vsu receptam esse fatetur D. Petrus Auenda. in libr. 1. de exequen. manda. Regul. capit. 4. numer. 5. vbi dicit quòd quotidie emanant literæ Apostolicæ ad eius obseruationem: & inuehitur in eos qui eam vel non esse receptam, vel contra eam validam esse consuetudinem, scripserūt dicens inaduertenter fuisse locutos. Caiet. autem in summa in verbo, excommunicatio. casu 75. in aliquibus locis quo ad nihil, in aliquibus quo ad aliquid receptā esse attestatur & D. Præsul. Couarruu. libr. 2. variar. resolutio. capit. 16. numer. 6. scribit apud Hispanos sæpe in forensibus controuersijs vidisse eam adduci, & quādoque admissam fuisse, & quādoque neglectam, proinde iudicis examinationi rem hanc dimittit, & de eius vsu dubitat etiam Summa Armil. in parte locatio, eam tamen in supremo celeberrimoque Lusitano senatu receptam fuisse testatur celeberrimus, & doctissimus illius consiliarius Anton à Gama. decissio. Lusitani. 156. numer. 2. egregius verò Martin. Nauarr. in manuali confess. capit. 27. nume. 150. hanc controuersiam ità diffiniuit nempè, vt existimet nullibi receptam esse quo ad pœnas illas extrinsecas, priuationis beneficiorum & aliàs. Secus verò quo ad pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures quam in tres annos: itaque testatur Salmanticæ sententiam tulisse, qua irritam & nullam quandam bonorum Ecclesiæ locationem vltrà triennium iudicauit, non tamen clericum celebrantem qui eam fecit, ex illius decreti censuris irregularem esse existimauit, quod verissimum & mirum in modum notandum esse censeo, & ità equidem supradictæ opiniones conciliantur.

Aduersus verò illos qui bona Ecclesiarum vel piorum locorum occupauerint, tam clericos quam laicos, nouissimæ pœnæ statutæ sunt in sacro Concilio Trident. Sessione. 22. capitulo 11. de reformati. Et duodecim pœnas statutas contra perperam alienantes bona Ecclesiarum scripsit

Anto. Ga. Lusit. decis. numer.

pſit Guil. Rodoan. in tracta. de rebus Eccleſiæ non alienan. quæſtio. 21. fol. 447.

Publicis ſpectaculis.

CAPVT, LXXII.

1 *Clerici in publicis ſpectaculis intereſſe non debent.*

2 *Clerici huius criminis perpetratores, de iure Cæſarum tribus annis ab altaris miniſterio ſuſpenſi, in monaſterio redigiuntur: de iure vero Pontificio, condigna pœna, iudicis arbitrio ſunt puniendi.*

3 *Clerici intereſſe non debent ludis, oſtẽtationibus, executionibus damnatorum ad mortem, tauricidijs, ſeu alijs voluptuoſis humanis delectationibus.*

SI enim hominibus cunctis obeſſe plurimum, moreſq; corrumpere ſpectacula Lactãtius oſtendit, ob idque fugienda conſuluit in libr. 6. diuinarum inſtitut. cap. 20. in fi. maxime ſub his verbis. Vitanda ergo ſpectacula omnia, non ſolum ne quid vitiorum pectoribus inſideat, quæ ſedata & pacifica eſſe debent, ſed ne huius nos voluptatis conſuetudo delinãt, & à Deo atque à bonis operibus auertat. Quis inquã ambigere poteſt, quã indecens ſit Eccleſiarum obſequijs mancipatos viros illis delectari? Vnde meritò miniſtris altaris, ac quibuſlibet clericis prohibitũ fuit in Concilio Laodicen. in Canone. 54. de quo in cã. Non oportet, lo. 2. de cõſec. diſtinct. 5. ſpectaculis aliquibus quæ in nuptijs, aut in ſcenis exhibentur intereſſe, & ſancitum fuit eos debere fugere, & abire de conuiuio antè quàm themelici ingrediãtur, vt ibi. Quodque non debeant ſpectaculis intereſſe ſcripſit Iſidorus, vt in cap. His igitur. 23. diſtinctio. & quę etiam turpia ſpectacula illis inhibeantur, habetur in cã. Preſbyteri. 34. diſtinct. quòd eſt Concilium Agathenſ. in Can. 39. & inſuper in antiquã illa & felici Eccleſiæ ætate, nõ ſolum Pontifices maximi & cæteri Prælati eorum coadiutores, ſed etiam Imperatores ipſi quãtũuis vniuerſi ferè orbis regimine prepediti, clericorum honeſtati ac ſuorum morũ reformationi vacabant, nõ ignari quidẽ quantum officiat à ſacerdotibus & clericis in reliquum vulgus exempli mali virus effla-tum, adeoque huiuſce honeſtatis erant ſoliciti, vt plura clericis omnibus interdicerẽt, quæ infelici hac tempeſtate noſtra, leuiſſima fore videntur. Cuius rei exemplum eſt quòd Iuſtinianus Imperator non ſolum Epiſcopis, ſed etiam presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, & lectoribus, ac omnibus alijs cuiuſlibet venerandi collegij ad quodlibet ſpectaculorum ſpectandi gratia venire prohibuit. In hoc verò delinquentes, vt tribus annis à venerabili miniſterio prohiberẽtur, & in monaſterio redigerentur ſtatuit, vt in auth. de ſanct. Epiſcop. §. interdicimus. colla. 9. quæ quidem pœna, &

si vti ab Imperatore clericis inflicta, videatur non imponenda: monere tamen debet prælatos omnes, vt similia clericis prohibeant, ac contemptores, pœna digna castigent. Et vide
3 Cardina in Clement. Ne agros. §. Porrò. colu. 2. de stat. monach. referentem Lau. qui per text. ibi, & in dict. §. Interdicimus, & per text. ibi, & in dict. §. Interdicimus, & per text. in capit, Sententiam sanguinis. ne clericus. vel monachi, dicit quod clerici non debent interesse ludis, ostẽtationibus, duellis, executionibus damnatorũ ad mortẽ, clandestinis matrimonijs, & alijs voluptuosis, seu alijs inhumanis actibus laicorum, ex quibus probabilis videtur asserentiũ opinio, scilicet non licere clericis, maximè sacerdotibus tauricidijs in-
a teresse. a Quippe cùm inficiari nemo valeat, quòd ille actus inhumanus sit, & antiquam redolens barbariem, & in quo plures ex inde hominum sequãtur interitus, tantoque soleant iucundiora reputari similia spectacula, quãtò sæuior in homines fuerit taurorũ ferocitas iaculis lacessita. Vt autem ab hoc abstinerent clerici in sacris saltem constituti, honestum & æquum ducerem, vt hoc synodali decreto per ões diœceses prohiberetur, pœna condigna contrafacientibus imposita.

A *Tauricidijs interesse.* Adde egregiam l. 58. tit. 5. par. 1. & miror non esse allegatam à nostro autore, inquit enim lex illa. *Cuerdamente deuen los Perlados traer sus faziendas, como homes de quien los otros toman exemplo, assi como de suso es dicho, è por ende no deuen yr a ver los juegos, assi como à lançar è bohordar, ò lidiar los toros, ò otras bestias brauas, nin yr à ver los que lidian. Otrosi non deuen jugar dados, nin tablas, nin pelota, nin te juelos, nin otros juegos semejantes de estos.* Idem decretum est in cõcili. Bracharensi. 4. acti. 5. cap. 8. in vltima parte & in Concilio Cæsar augustano anno. 1566. capit. 1. & in Synodo Valenti. actione. 1. & Conci. Prouintia. Toletan. ann. 1565. acti. 3. cap. 26. in dicta tamen partita lege in verbo, *Lidiar los otros*, Gregorius. Examinat an taurorum agitatio permissa sit: quam licitam esse iudicauit Ioann. à Medina in codice de reb. restituend. quæstion. 21. versic. corollariè sequitur, quo loco scribit eos qui rem publicam moderantur à peccato immunes esse, si adhibita diligentia necessaria ne mors aut damnum sequatur tauros agitari permiserint. Illi verò qui in plateis tauros agitant, si id temerè non fecerint, sed locum propinquum, vel receptaculum habuerint, ad quod possint confugere, vt incolumes reddantur, pari ratione excusantur, alioqui peccãt temerè, & improuidè tauros agitantes, suis viribus & industriæ cõfidentes. Quòd verò attinet ad illos qui dictis ludis assistunt, dummodò non de pecca-

Tauri agitari an sit peccatum

peccato, aut negligentia si qua in rectoribus fuit, nec decurrentium temeritate, nec de damno alicui ex taurorum agitatione eueniente lætentur à peccato excusantur: doctissimus tamen Gregor. in dict. gloss. dictæ legis Partitæ taurorum ludum maximè noxium arbitratur, in quo nulla diligentia (vt ille inquit) sufficiès est ad præcauendas mortes, percussiones, damna, quæ frequentissimè ibi contingunt. Et ea ratione Martin. Nauarr. in manu. cõfessor. Latino. cap. 15. num. 18. quibusdam rationibus adductis ibi testatur olim tenuisse hanc taurorum agitationem, absque mortali peccato fieri non posse, postea tamen mutato consilio affirmare hoc non audet, dummodo fiat cum moderamine, & adhibita cautela, sed quia id rarò continget iustissimã fore legem, qua taurorum agitatio prohiberetur, quam sanctissimus Pius Quintus Pontifex Maximus sanciuit, quæ vulgo circunfertur.

Sed dictæ constitutionis pœnæ & censuræ in his Hispaniarum regnis, quo ad laicos nec non milites quarumcunq; militiarum, reuocatæ sunt iam à sanctiss. domino nostro Gregorio decimotertio Pontifice Maximo, qui nunc feliciter catholicæ Ecclesiæ præest. Cuius decretum in studiorum gratiã quia vulgò non patet, hoc loco scribere decreui.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, quòd felicis recordationis Pius Papa prædecessor noster, periculis fidelium occurrere volens, per suam constitutionem, omnib⁹ Principibus Christianis, cæterisque personis in ea expressis, sub excommunicationis, & anathematis, & aliis censuris, & pœnis, prohibuerit, ne in eorum locis, spectacula, vbi taurorum aliarum q; ferarum, bestiarum agitationes exercentur fieri permitterẽt: aut illis quomodolibet interesse, prout in eadem constitutione latius cõtinetur. Nihilominus idẽ Philippus Rex regnorum suorum Hispanorum vtilitate motus, quæ ex agitationibus taurorũ huiusmodi prouenire solita erat, nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos ipsius Philippi Regis, nobis in hac parte humiliter porrectis supplicationibus inclinati, excommunicationis, anathematis, & interdicti, aliarumq; ecclesiasticarum sententiarum & censurarum, in ipsius Pij prædecessoris constitutione contẽtas pœnas in eisdem Hispaniarum Regnis, quo ad laicos ac fratres milites tantùm, quarũcunque militiarum etiam præceptorias, & beneficia ipsarum

militiarum pro tempore obtinentes, dummodo dicti fratres milites sacris ordinibus initiati non fuerint: & agitationes taurorum festis diebus non fiant, autoritate Apostolica, tenore præsentium tollimus & amouemus præmissis aliisque in contrarium facientibus, nō obstantibus, quibuscunque. (Prouiso tamen per eos ad quos spectauit) quod exinde alicuius mors quoad fieri poterit, sequi non possit. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 25. Augusti 1575 Pontificatus nostri an. quarto.

Clerici tauorū agitatoribus interessentes grauiter peccant.

Et ideo taurorum agitationes quæ metu censurarum aliarumue pœnarum extrauagan. Pij Quinti relegatæ erant in Hispania, iā sunt frequētissimę. Clerici verò eis assistere non possunt, cum ecclesiastico ordini indecorū sit, cius ministros hisce spectaculis interesse: licèt multi salutis æternæ prorsus immemores & grauiter mortaliter peccantes, temerè non obseruent. In dicto Concilio verò Prouinciali Toletan. celebrato anno 1566. acti. 3. capit. 26. clerici qui in hoc deliquerint prout ibi diffinitur ordinarij arbitrio puniri debent.

Clandestinis nuptijs interessentes.

CAPVT LXXIII.

1 *Clericus, qui interfuit coniugio clādestino, qualiter puniatur.*
2 *Suspensus ab officio an sit suspensus a beneficio.*
3 *Episcopus vel parochialis sacerdos, an huius c. suspensionē possit propria absolutione tollere.*
4 *Hodie in plurib. locis consuetudo viget, vt prælati dispensent, quod sine bannis contrahere possint, qui nubere possunt.*

PArochialis sacerdos contēnens prohibere tales nuptias, a aut quilibet alius etiam regularis, qui præsumit illis interesse, suspenditur ab officio per triennīū, b & punitur grauiùs, si culpæ qualitas postulauerit, vt in capit. final. de clandest. despon. Et licet text. ibi solùm dicat quòd in hoc delinquens suspenditur ab officio, intelligendum est, quòd talis suspensio inducit etiam suspensionem à beneficio, cum hoc sit regulare, vt not. glo. in Clementin. Cupientes. de pœn. in glos. magna, vers. Et not. & in cap. Latores, de cler. excomm. minist. & Doctor. in cap. Pastoralis. de appella. vbi etiam glo. fin. & ita tener Cardin. in dict. capi. fina. quem refert & sequitur Præpo. ibi in fin. colum. Tempus autem triennij poterit minui vel augeri ex causa, vt not. Host. ibi, quem sequitur idem Præpos. in dict. fina. colum. qui pro eius opinione pōderat tex. ibi. dum dicit, grauiùs puniendus, &c. Imò plus dicit Hostien. secundùm eum quòd ab hac suspensione poterit absolui ab ordinario, vel suo parochiano, ex quo non reseruatur sedi Apost. arg. text. in cap. Nuper. de senten. excom. nisi per constitutionem legati in prouincia de consensu synodali

1 a b 2 3

dali fuerit absolutio reseruata, nam tunc etiam episcopus non posset absoluere. Egò tamē dubito in quantum Doctor. dicūt quòd absolui poterit à suo parochiano, argu. di. ca. Nuper. quòd hoc sit verum in isto casu: quia ille tex. loquitur in excommunicatione, in qua vertitur periculū animæ, quòd quis sit, vel moriatur excommunicatus, quòd nō est in suspensione. Item loquitur quando difficile est ex aliqua iusta causa, q̄ ad ipsum excommunicatorem absoluendus accedat. Item ludibrio esset pœna ista suspensionis per triennīū, si statim post illam incursam posset sacerdos absolui à suo parochiano. Præterea pœna ista imponitur presbytero parochiali, quomodo ergo poterit iste habere alium presbyterum parochialem suū, qui illum tanquam parochialis & proprius sacerdos absoluat. Imò quod nec ab Episcopo possit absolui sacerdos qui hanc pœnam incurrit, magis in specie probat gloss. in cap. Cupientes in §. Cæterum, in verbo, suspensos. de elect. lib. 6. dum dicit, quod tex. in di. ca. Nuper. non habet locū in suspensione. & licet sequamur opinio. gl. in clem. 1. de hæret. in §. verum. in verbo excommunicationis, quæ videtur extendere d. ca. Nuper. ad suspēsionem, quando non fuit ad tēpus determinatum, & dicit nō habere locum quando tempus est determinatum, adhuc non potest procedere opin. Hostiē. & Card. in casu nostro. Quum hic suspensio sit limitata ad triennium: nec etiam procedere potest eorum opin. si ommissis glo. prædictis sequamur opinionem Pauli, in clem. 1. de reb. Eccle. non alie. quam videtur sequi Domi. super d. glos. in verbo, suspēsos, dum vult quod aut lex ponit suspensionē propter pœnam, aut propter contumaciam: primo casu, inferior non potest absoluere, nisi esset causa vrgens: secundò, inferior absoluit, & sic procedit d. ca. Nuper. Nam etiam secundùm istam distinctionem non potest procedere dicta opinio Host. & Card. quia aperte constat quod in casu nostro suspensio non in contumaciam, sed in pœnam imposita est: & sic per suprà dicta videtur, quòd non sit verae c opinio dictorū Doctorum quò ad casum nostrum, quam nusquam ab alio impugnatum legi. Cùm autem hodie in pluribus 4 locis cōsuetudo inualuerit, d vt prælati dispensent quòd sine præcedentibus contrahere possint qui nubere volunt, vt facilè est videre in aliquibus diœcesibus & vt de consuetudine eadem attestatur Petrus de Palude in 4. sententiarum, dist. 28. quæst. 2. arg. 3. concl. 3. eodem modo videtur quòd ex tali dispensatione celebrandis nuptijs possint interesse.

D *Tales nuptias.* Adde quod ad hoc vt huius capitis pœna imponatur, matrimonium clādestinum dupliciter considerari potest (alijs omissis.) Primò

quoties matrimonium absque testibus contrahitur. Secundò quoties testibus præsentibus, prætermissis tamen denuntiationibus Ecclesiæ. glos. not. in cap. cum inhibitio. de clandest. dispensatione tradit Deci. in l. quo tutela §. clam ff. de reg. iur. Domi. Soto in 4. senten. dist. 28. q. 1. ar. 1. Specul. coniungior. 1. part. arti. 10. in prin. Regia l. 1. tit. 3. par. 4. Marti. Nauarr. in manuali. confessio. capit. 22. numer. 7. Didac. Perez in l. 1. titu. 1. lib. 5. ordi. versi. plura tamen se offerunt.

B

Clericus qui matrimonio clandestino interfuit qua pœna plectendus sit.

Suspenditur ab officio per triennium. Adde Regia l. 4. Decretali. 2. par. c. 6. num. 13. quo loco scribit suspensionem istã ad beneficium etiam posse. Florent. in 3. par. tit. 1. c. 16. Hæc tamen suspensio ipso iure nõn imponitur, sed iudicis sentẽtia desideratur, ꝙ manifestè colligitur ex dict. cap. cum inhibitio. § fin. ibi, [Suspendatur] Et sic per sententiam cum illud verbum [Suspendatur] actum iudicis in futurum exigat, & ea ratione est canon ferendæ non latæ sententiæ glo. in l. criminali. in verbo, habeatur. C. de iurisdi. omni. iudi. tradit Felin. in cap. Rodulphus. nu. 24. de rescrip. Roman. sing. 2. Hieron. Gig. in tract. de pension. quæst. 78. Silvest. in sum. in verbo, excõmunicatio. 1. quæ. 9. Matthes. singul. 112. & notissimè D. Perez in l. 1. tit 1. lib. 5. ordin. fol. 32. versi. circa præmissa.

Hodie verò ex sacrosancti Cõcilij Tridenti. decissione, Session. 24. cap. 1. de reformat. Parochꝰ, vel alius sacerdos, qui cum minori testium numero, quàm ibi statuto: & testes qui sine parocho, vel alio sacerdote de ordinarij seu parochi licentia, in his clandestinis matrimonijs interfuerint, nec non contrahentes ipsi grauiter prò arbitrio ordinarij puniuntur. Circa quod decretum quatenus huius capitis argumento conuenit, non nulla censeo cõsideratione dignissima.

Primò ante omnia sciri oportet, quòd in dicto decretò quædam solennitates statutæ sunt, quæ prò maiori matrimonij solennitate desiderantur, quædam verò statuuntur, quia sunt de necessitate Sacramenti. de solennitate enim sunt banna, dicta, publicationes in ecclesijs, vt maiori solennitate tantum Sacramentum celebretur, de substantia matrimonij est, quod coram parocho, & duobus vel tribꝰ testibus fiat: quod si hoc omittatur, nullũ est matrimoniũ. Quod ex dicto Concilio manifestè colligitur, quia clausula decreti irritantis non refertur ad eam denunciationũ solemnitatem, sed ad aliam, nempe vt matrimonij contractus substantiali forma ibi statuta contrahatur, & ita inquit. [Qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarij licẽtia, & duobus vel tribus testibꝰ matrimonium contrahere attentabunt

Sacrum Concilium Trident. Sess. 24. c. 1. de reform. ea vis quæ solennitatem matrimonij conferunt interpretatur.

tentabũt, eos sancta synodus ad sic contrahendũ, omninò inhabiles reddit, & huiusmodi cõtractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit & ãnulat.] Si enim catholicum cõcilium voluisset matrimonium nullũ reddi, ex defectu denuntiationum hoc expressisset: prout expressit deficientibus parocho & testibus, prout in simili disposuit tex. in capit. inter corporalia, post medium de transla. Epis. vel electi ibi. [Vnde si circa translationem idem fieri voluisset, q̃ de concessione dixerat, & de translatione poterat expressisse.] Quod etiam ex eo fulcitur, nam si hæ denuntiationes desiderarentur pro forma matrimonij, minimè sanè Catholicũ Concilium facultatem concederet ordinarijs, vt ex causis possent eas omittere argu. eorũ quæ tradit Bar. in l. si in lege. ff. locat. Paul. de Castr. in l. qui Romæ §. Flauius. ff. de verbo. oblig. vbi latissimè Alexand. num. 8. Felin. in cap. cum dilecta n. 6. de rescrip. Deinde hãc rem comprobat, quia iure antiquo matrimonium contractum absque monitionibus firmitatem obtinebat, cap. cum inhibitio. de cland. disp. Sacrũ verò concilium minimè corrigit, sed innouat dictum ius antiquum Concilij Lateranensis cum dicit. [Sacri Lateranensis concilij sub Inno. tertiò celebrati vestigijs inhærendo præcipit.] Et sic in nullo corrigit, ideo mutandum non est. l. præcipim⁹. C. de appel. & casus iste omissus remanet in dispositione iuris communis l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. quia si voluisset annulare, expressisset. l. item apud Labeonem §. ait Prætor. ff. de iniur. cap. ad audientiam. de renun. Istum dicit germanum intellectum dicti Concilij Ioa. à Rojas in suo epithom. de success. cap. 2. n. 22. & 23. & 24. dicẽs ita pluries à se fuisse iudicatum sequitur Ioa. Gutierius vir doctus & diligẽs in tract. de iura. confirm. 1. par. cap. 51. num. 25. Ioan. Matienço in Rubri. tit. 1. lib. 5. noui ordi. in glos. 1. num. 34. & 35. Et ita decretũ est à Cardinalibus, qui sacri cõcilij Tridentini interpretationi præsunt, quorum decretum infrà referam, & ita tenendum est licet contrariam opinionem, nempe matrimonium vitiari denuntiationum defectu tenuerit Iacob. Menochi. consi. 69. num. 70. volum. 1. à quo in hoc cauendum erit.

Ioann. Gutierrius.

Peccaret tamẽ grauiter parochus, qui matrimoniũ prætermissis denuntiationibus celebraret, atq; contrahentes ipsi: necnon testes, qui scienter in his matrimonijs interfuerint, & in exteriori iudicio condignis pœnis ab ordinario sunt puniendi. Si verò parochus nõ in inito consilio nec data opera, sed ex ignorantia credẽs bona præcessisse, ea omisit: iuxta qualitatem ignorantiæ leuiori pœna puniendus est. Ipsi verò contrahentes, si modò bonam

fidem habuerint, puuiendi nõ sunt, nulla sanè eis culpa imputari potest, qui parocho asseueranti fuisse, iam banna fidem præstiterunt (prout tenebãtur) nec suspicari debebant in huius muneris ministerio fuisse desidem ita scribit optimè meo iudicio Doctor Ioann. Segura in direct. iudi. Eccle. 2. par. cap. 15. num. 40.

Secundò illud etiam perpendi debet, quòd licet parochi præsentia, vel alterius sacerdotis interuenientis, sua vel ordinarij licentia sit de substantia matrimonialis vinculi, non tamen pro eius forma desideratur: quòd ipse sacerdos verbis dicti concilij vel alijs de more regionis vtatur, ita multis rationibus, & argumentis adductis probat Illephonsus à vera Cruce in apẽdi. ad Specul. matrimon. dubio. 4. Non tamen excusaretur clericus à mortali crimine, & à pœna à suo ordinario imponenda, si dictis verbis in matrimonijs contrahendis non vtatur, vt ipse ibi latè scribit.

Matrimonium corã testibus & parocho etiam re ludente contractũ validũ est.

Terriò (licet hoc à multis in cõtrouersiã adduci poterat) verissimum & iuri consonum cẽseo, quòd licet parochus inuitꝰ, renuens, vel dolosè ad matrimonium celebrandum à contrahentibus, vel alijs suo nomine fuerit adductus, dummodò contrahentium verba audiat, & probè intelligat, tale matrimonium celebrandum à contrahentibus, vel alijs suo nomine fuerit adductus, dummodò cõtrahentiũ verba audiat, & probè intelligat, tale matrimoniũ firmitatem obtinebit. Id sanè in dicto decreto præcisè pro matrimoniali vinculo expositur quòd præsens sit, vt tanquã testis qualificatꝰ, cum alijs qui ibi interfuerint testimonium proferre possit, & ideò quomodocunque id fieri possit, minimè viciatur matrimonium, de quo est text. insignis in l. coram Titio. ff. de verb. sing. vbi Forentinus iureconsultus inquit. [Coram Titio aliquid facere nissus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat. Itaque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non videtur corã eo fecisse. Scire autem non etiã velle is debet: nam etiam inuito eo rectè fit quod iussũ est.] Vnde si statutum prohibeat, aliquid fieri sine præsentia alicuius, satis est illum esse præsentẽ quamuis nec consentiat, nec cõsulat id fieri: vt eleganter voluit Bald. in cap. ex parte Epis. col. 1. de rescrip. Aretin. in l. si quis mihi bona §. Si corã 1. not. ff. de acqui. hæredi. per id quod voluit Bar. in l. Modesti. colũ. 1. ff. de dona. quod cum in insinuatione sola præsentia iudicis sufficiat per l. omnium. C. de testa. satis est quod donatio coram iudice fiat, absque eo qꝰ ipse aliquid faciat, aut decretũ interponat. sequitur Bald. in l. istud colum. 2. 1. quæst. C. de sacro Eccles. vbi ad hoc allegat tex. quem dicit meliorẽ de iure in l. vlt. C. de prædi. curi. lib. 10. Alex. in d. l. omniũ colũ. 1.

And.

And. Tiraquell. post leges cõnubiales gloss. 7. nũ. 32. Rursus hoc fulcitur, quòd præcipuus finis & scopus Concilij Triden. fuit, prohibere matrimonia clandestina, & mederi malo, quod ex eisdem ortũ habebat, eorũ videlicet, qui priore vxore, cum qua clàm cõtraxerant, relicta, cum alia palàm cõtrahebant. Et sic in perpetuo adulterio viuebant, vt ex proœmio dicti decreti cõstat, ex quo finalis ratio deduci solet, vt in l. fin. ff. de hæred. inst. cui malo satis medetur, ex parochi præsentia absq; aliquo ipsius ministerio, vel cõsensu. Præterea hoc ex dicto sancto Concil. corroboratur, quòd parochi præsentiam & testium, ad firmitatem matrimonij æquiparat, copula equidem, illa & casus similes coniungit, l. Seiæ Caio. ff. de fundo instruct. sed præsentia testium sufficit quocũq; modo contingat, & quòd sit casualis & moralis, ita Bald. per illum text. in l. testium. num. 6. C. de testib. tradit Felin post alios in præ. Decretal. num. 29. ergo & parochi præsentia dicto modo sufficit. Ita ab hinc pluribus annis statim post. conci. Triden. cum de hac quæst. interrogatus fuissem (dictis rationibus innixus) respondi. Et cum casus similis Salmaticæ contigisset, cõsulti de eo fuerũt Cardinales, qui Pontificia autoritate Concilij Triden. interpretationi præsunt, qui D. Hieronimo Manriquez Salam. Episcopo ita responsũ præstiterũt.

Reuerendissimo Domino vti Fratri Domino Episcopo Salamantino.

REuerendissime Domine, libell⁹ hic amplitudinis tuæ nomine porrectus, in quo nonnulla continẽtur quęsita ad cõtractum matrimonij spectantia propositus fuit in sacra congregatione Cardinalium, interpretationi Trident. Concilij præfectorum, quorũ hæc fuit sententia.

Non pertinere ad substantiã matrimonij, vt paroch⁹ aliqua verba proferat, ideoque valere matrimonium quamuis verba exprimentia consensum prolata sint à contrahentibus tantũ, dummodò parochus adhibitus à contrahentibus, sit præsens & intelligat, id quod agitur: licet dissentiat & contradicat, parochum verò intelligi adhibitum etiamsi ex alia causa vocat⁹ sit: dummodò ad illum actum adhibeatur. De parocho autẽ qui omissis tribus denuntiationibus, sine ordinarij licentia, aliquos desponsauerit, an matrimonium teneat, congregatio censuit matrimonium quidem valere. Sed parochum ab ordinario puniri posse. Hæc sunt quæ sunt quæ sacræ congregationi visa sunt, amplitudini tuę referibenda, cui bonam valetudinem, & omnia fausta à Deo precamur. Romæ die sexta Ianuarij 1582. amplitudinis tuæ vti frater Philippus Boncomp. Cardinalis sancti Sixti.

Et ita

Et ita in causa illa de qua fuerat controuersia, dictus dominus Episcopus iudicauit, consilio doctissimi doctoris Bustos Salmaticensis Academię sacrorum decretorum professoris insignis. Fateor tamen contrahẽtes ipsos & testes qui inito cõsilio interfuerunt, cæterosque huius criminis reos grauiter ab ordinario esse plectendos. Tum ne tantum scelus impunitum remaneat. Tum ne detur ansa passim violandi illam Trident. Concilij sanctionem.

D. Bustos laudatur.

Post hæc verò scripta, peruenerunt ad manus meas, aliæ consultationes factæ dictis Cardinalibus, & daræ fuerunt D. Card. Garraf. in quadam matrimoniali causa quę contingit inter quẽdã Aluarum, & Cathirinam, in ciuitate Gienens. an. 1582. quarum aliquæ sunt instituto nostro accommodatissimæ. & ideò in studiorum gratiam, hoc loco referendas duxi.

Primum igitur dubium propositũ fuit, vtrùm prohibitione facta ab ordinario, ne parochus aliquos desponset, ita tollatur iurisdictio parochi, vt ad contrahendum matrimonium, contra talem prohibitionẽ, nõ sit legitimus parochus, cũ possit ordinarius in totum vel in partem auferre à parocho, ex causa iurisdictionem, sicut fit quando reseruãtur aliqui casus & in proposita quæstione maiorẽ vim habet, quia prędictus sacerdos nõ erat principalis parochus, nec rectoꝛ proprietariꝰ sed annuus vicarius qui ad nutum ordinarij poterat moueri.

RESPONSIO.

Congregatio concilij respondit, valere matrimoniũ contractũ coram parocho, cui interdictum est ab Episcopo ne interueniat.

Ex quo secundum dubium controuertitur, vtrùm cum in proposito casu interuenit parochus, non inuitus sed volens contra prohibitionẽ ordinarij, matrimonium validum sit, vel potius nullũ, quia non interuenit sacerdos habens iurisdictionem, cum sit sublata ab ordinario.

RESPONSIO.

Congregatio concilij respondit esse validum.

Tertium dubium est, quòd si inuitus & compulsus per vim adsit sacerdos, cum cõtrahitur matrimonium, præcedente vel non præcedente dicta prohibitione, vel tali interdictione, vtrùm tale matrimonium subsistat?

RESPONSIO.

Congregatio concilij censuit subsistere.

Quartum dubium, si sacerdos adfuit, nihil tamen eorum quæ agebantur vidit, neq; audiuit, vtrùm tale matrimoniũ validum sit sic contractum, vel potius tanquam sine sacerdote nullius sit ponderis vel momenti?

RESPONSIO.

Congregatio concilij censuit non valere, si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectatum esset non intellexere.

Quin tum

Quintum dubium, si adsit sacerdos, dùm contrahitur matrimonium casu, non cogitans, se ad id vocatum, sed aliud agens audiuit duos inter se contrahentes matrimonium, vtrũ sit validum tale matrimoniũ, in quo fuit præsens non tamen certioratus neq; ad id expresè vocatus: neque interponẽs suã autoritatem dicto vel facto, vel potius sit nullum, quasi assistẽtia autoritatoria, per cõcilium requiratur, non nuda vel casualis præsentia.

RESPONSIO.

CONgregatio concilij censuit valere, etiam si parochus aliã ob rã ipsam adhibitus sit ad illum actum.

Quæ decisiones singulares sunt & ideò non vulgariter notandæ.

Matrimoniũ nullum propter solemnitatis defectum, an possit valide posse contrahi.

Quartò, est etiam memoratu dignum quòd stante hodie dicto decreto concilij, si quis temerè audeat cõtrahere, absque parocho, & testibus, nõ solùm tale matrimonium vt clandestinum nullum est, sed nec poterit postea parochus, huic postea contrahenti autoritatem præstare: saltim absque ordinarij sui facultate, quòd si fecerit incidit in pœnam tex. in di. ca. fin. de cland. despon. ità in terminis scribit Simon Maiolus in tracta. de irregulari. lib. 3. ca. 25. versi. circà crimina. fol. 306. sed miserè falitur in hoc vir doctus, nam si prout ipse fatetur verum est, quòd inhabilitas dicto Concilio statuta est ad sic contrahendum, quandò forma præterm ittitur, vt benè etiam scribit D. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordina versi. vlterius dubitatur. Nullum potest impedimentum cõsiderari, cuius ratione qui sic contraxerunt, seruata formâ Ecclesiæ nõ possint postea contrahere, & ideo frustra desideratur ordinarij facultas. Quod iam diffinitũ est Cardinalium qui præsunt interpretationi Concilij Tridentini Decreto his verbis. [Qui matrimonium sine parocho clandestinè contraxerũt atque consumauerunt possunt si nullum aliud impedimentum ad est sine dispensatione de nouo in facie Ecclesiæ matrimoniũ contrahere.]

Contra Simon Maiolũ

Decretũ Cat. sacra congregationis.

Illud tamen non diffiteor, quòd si ex Synodali constitutione, contrahentes ob matrimonium clãdestinum excommunicationis sententiam incurrissent, vel tale matrimoniũ publicum esset, malè faceret parochus, saltim ratione scandali, qui non primò declarato nullo matrimonio clandestino ab ordinario, eos secundo matrimonio coniungeret, eritque propter hoc arbitraria pœna plectendus: non verò erit locus pœnæ text. in d. capit. fin. prout perperã Maiolus scribit.

Cõtrauenientes facto Triden. concilij decreto mortalẽ culpam contrahunt.

Quintò est etiam firmissimè circa hoc institutum asseuerãdum, eos omnes qui contrauenium dicto decreto, mortalem culpam contrahere, cum Ecclesiæ iustissimo præcepto in re graui ssima

grauissima cõtraueniunt, quod manifestissimum est ità vt nulla probatione indigeat, & probat Alfon. à Vera Cruce in appendi. ad Specul. coniugio. dubio. 11. Et in exteriori iudicio grauiter ordinarij arbitrio plectendi sunt vt in dicto concilio decretum est.

Sententia excõmunicationis grauissime apponitur contra contrahentes clandestinum matrimonium.

Circa quod tamen iudices Ecclesiastici animaduertere debent, quod si non tantum matrimonium clandestinum contractum fuerit sed contrahentes carnali copula consummauerint grauiori supplicio immane hoc crimẽ ab ipsis puniri oportet ita fertur decretũ esse à Cardin. quibus à Summo Romanæ Ecclesiæ Præsule Cõcilium Tridentinum interpretandi cura amplissima potestate demandata est.

Sextò ratione huiusmodi mortalis criminis, sequitur iustissimè per synodales cõstitutiones statui potest, excõmunicationis sententia, nec nõ aliæ pœnę cõtra clericos, & laicos transgressores dicti decreti, id enim fit, vt melius superioris lex seruetur, vt in c. animarũ. de constit. in 6. glo. in Clemen. ne Romani. in verbo, tolli. de electi. vnde iustificatur apud nos Synodalis Toletana constitutio qua excõmunicationis pœna ipso iure, & aliæ pœnæ imponũtur, in hæc verba. *Y mandamos que no guardandose la dicha forma, que el cura, o clerigo que celebrare est Sacramẽto, sea descomulgado por el mismo hecho, cuya absolucion en nos reseruamos, y demas y aliende de las otras penas constituydas en derecho, le suspendemos por medio año: y siendo beneficiado le priuamos de la mitad de los fructos de su beneficio, applicados para la fabrica de la yglesia donde fuere beneficiado, y no siendo beneficiado de mas dela dicha suspension, y excommunion arriba dicha, cayga en pena de tres mil mrauedis applicados a la dicha fabrica. En la qual dicha excommunion caygan è incurran las partes contrahientes, y los testigos ipso facto, como cae, è incurre el cura, o clerigo que hiziere el dicho matrimonio segun dicho es.*

Toleta. Vnde iustificatur constitutio.

Et cum suspensionis pœna, dicta constitutione per verba præsentis temporis infligatur, ipso iure imposita cẽsetur glos. in l. si quis maior. in verbo infamia. iuncto tex. in verbo *Notatur*. C. de trãsactioni. vbi Bart. Bal. & Paul. & alij recentiores notãt. glo. in l. si quis in tantã. in gl. magna in versiculo, *Quarto quæro*. C. vnde vi quam opinionẽ communẽ esse testantur plures quos refert And. Tiraquell. in tepeti. l. si vnquam in versic. *Reuertatur*. num. 21. C. de reuoca dona.

Salmantina constitutio synodalis interpretatur.

Similis excommunicationis pœna ipso iure imposita est cõstitutione Synodali Salmãtina ca. 42. quam refert Doctor Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. ordi. versi. *Item solet pœna*. Quæ amplius habet, nempè eos qui ea excommunicantur euitandos esse, absque aliqua denũtiatione, quòd sanè manifestè repugnare videtur Martini. Quinti

consti-

constitutioni quæ incipit. [Ad euitanda scandala.] Quę statuit neminem teneri excommunicatum euitare, etiam à iure, donec nominatim denuncietur, & ea ratione cum lata sit, contra ius superioris nō poterit firmitatē obtinere, vt in ca. cū inferior. de maior. & obed. & hac ratione de eius valore dubitat D. Couar. in 4. decret. 2. par. c. 6. nu. 9. Sed potest iure defendi quando matrimonium clandestinū, propter quod incurritur excommunicatio, est notorium, tali modo, quod nullo pacto celari potest, ita eam defendere conatur Didac. Perez dict. ver. item solet fol. 30.

Non tamen prætermittendū est, quod circa prædictas Synodales cōstitutiones scribit Domi. Soto in 4. senten. dist. 28. quæst. 1. arti. 2. vbi contra eas inuehitur dicens, quod melius esset quod iuris cōmunis pœnæ tantum imponerentur. Nā si summi Pontifices, sacraq; cōcilia dictas censuras necessarias iudicarent, eas infligerent, suspicatur (vt ille inquit) quod propter subsidiū potiùs fabricarū, quàm animarū imponūtur. Illi autē qui dictas censuras ignorāt, eas minimè incurrūt, etiā si aliqua sua culpa vincibiliter (vt aiūt) ignorēt. Quia licèt à iuris communis censuris nulla ignorantia excuset, tamē ab aliorum inferiorū prelatorū excusat, dummodò crassa & supina non fuerit, vt in ca. vt animarum. de constit. lib. 6. Crassa vero & supina ignorantia illa dicitur, quæ ex malicia vel negligentia procedit.

Salman tina con stitutio synodalis interpretatur.

Septimò ex verbis dicti S. Cōcilij colligitur, quod ordinarius ex illius præcepto tenetur trāsgressores debitis pœnis punire, in illis verbis, [A arbitrio ordinarij puniri præcipit.] Et ea ratione peccat ordinari⁹, vel eius vicari⁹, qui neglexerit hui⁹ crimi nis reos punire, ita tenet F. à vera Cruce in apēdice dubio. 11.

Octauò non est obliuioni tradendum, quod per impositionē pœnæ illius decreti non censetur excluſa pœna text. in dict. cap. cum inhibitio. §. fin. imo vltra illam parochus, vel alius sacerdos qui in hoc deliquerit, pœna arbitraria plectēdus, prout in dicto decreto concilij cōtinetur. Tum quia iuri antiquo in hoc derogatū non est, à quo sine nóua & expressa decissione recedere non licet. l. præcipimus. C. de de appel. cum similibus. Tum quia in dict. §. fin. capit. cum inhibitio, vltra suspensionem triennalem, grauior pœna iubetur imponi, si delicti qualitas postulauerit, & sic vltra suspensionē locus est pœnę arbitrarię, & ideò sacrū Cōcilium antiquo iuri videtur cōforme. Tum quia clandestinū matrimonium, magis odiosum, & prohibitum hodie est, quàm olim, cum anteà iuris prohibitione non obstante, ratum erat: nūc verò inualidū est. Qua ratione, qui dicto decreto contraueniūt, magis delinquūt quàm olim, iuri antiquo contraueniēdo, & sic melius hodie

Text. in c. cū inhibitio § fina. de cland. desp. declaratur

quàm

quâ antiquitùs verificari poſſunt verba dict. §. ibi. [Grauiùs puniendus ſi culpæ qualitas poſtulauerit.

Prohibitio matrimonij cladeſtini ſponſalia de futuro minimè comprehendit.

Nonò illud etiam eſt obſeruandum quod concilij prohibitio, necnon ſtatuta ibi pœna ſolùm in contrahentibus, vel interuenientibus in matrimonijs clandeſtinis verificari dedet, non autem ſi ſponſalia de futuro contraherentur. Hoc namq; caſu, nec contrahentes, parochus, vel alius ſacerdos, teſteſue aliqua pœna ſunt puniẽdi. Tum quia concilium tantùm loquitur in matrimoniali contractu, nec verbum in eo continetur, quod ad ſponſalia de futuro referri poſſit, vt patet ex eius verbis ibi. [In poſterum antequàm matrimonium contrahatur.] Et ibi, [Ad celebrationem matrimonium procedatur.] Et ibi, [Matrimonium malitioſè impediri poſſit.] Et ibi, [Matrimonium cõtrahere attentabunt. Sequitur ſtatim & facit. [Inſuper parochum, vel alium ſacerdotem, qui cum minori teſtium numero, & teſtes qui ſine parocho, vel ſacerdote huiuſmodi cõtractui interfuerint &c.] Et ſic manifeſtè de matrimonio tantùm agit. Tùm quia ratio Concilij quæ ex eius deciſſione percipitur, ſolùm in matrimonio militat, non verò in ſponſalibus dẽ futuro, quòd manifeſtè patet. Nam ob eam cauſam clandeſtina matrimonia annullantur, vt peccata perpetua de medio tollantur, quæ ſæpenumerò ex dictis matrimonijs oriebantur, quod minimè contingit in ſponſalibus de futuro: nam ſi illis contractis, ſpõſus cùm alia de præſenti contrahat, licèt peccet violando fidem, non tamen in perpetuo peccato manet, & ideo Concilij decretum nullo modo in ſponſalibus de futuro procedit. Tùm quia Concilij ſacri deciſio noua eſt & correctoria, & vltra caſum ibi expreſſum, extendi non permittitur. l. præcipimus. C. de appella. Tùm quia qui ſic contrahunt, nõ faciunt contra Eccleſiæ præceptum, quia nec antiquo nec nouo iure prõhibitũ eſt, ſic contrahere. Imò iure veteri (quod intactum remanet) licebat, & hac ratione poſt ſacrum Tridentinum concilium ſponſalia de futuro valida ſunt & firma & naturali iure adimplenda. Tùm etiam fulcitur, quia ſponſalia de futuro contrahens, non incidit in pœnam excommunicationis, vel aliam quæ impoſita eſt à lege propter canonicum impedimentũ gloſſ. memorabilis in Clemen. vni. in verbo, contrahere. in verſ. [Non puto,] de conſang. & affin. quam dicit eſſe ſing. Abb. in cap. 1. colum. penult. de poſt. Prælator. Collect. in cap. non debet. nu. 5. de conſang. & affin. Deci. in capit. ad hæc in beato. numer. 45. de poſtu. Præla. Nicola. Mil. in rep. in verbo lex. Felin. in rub. de ſponſali. & in capit. tertio loco. nume. de præſump. Iaſ. in l. cum quidam. num. 13. ff. delib.

Lex oratio. ff. de ſponſal. interpretatur.

de lib. & post. & in l. quominus. num. 18. ff. de flumi. & inl. si stipuler. nu. 5. ff. de verb. oblig. Cur. Iunior. num. 58. Oroscius num. 24. in l. 2. ff. de iuris. omni. iudi. Boeri. decis. 173. num. 30. Ang. in summ. in verbo pœna. And. Tiraquel. in l. 10. connu. glos. 2. num. 18. Nauarr. in capit. si quando. excep. 6. pag. 20. de rescrip. & eam esse communem testatur Ripa in tract. de peste rub. de remedio ad conseruand. vber. num. 65. Præposi. in cap. 1. n. 8. de sponsali. Nauar. in manuali confesso. cap. 22. num. 43.

Ex quibus facilè repellitur Ioan. Andr. Abb. & aliorum opinio in di. cap. cum inhibitio. qui scripserunt, illius text. prohibitionem locũ in sponsalibus de futuro obtine, quos sequutus fuit noster Greg. in l. 1. in verbo, *Que los desposen.* tit. 3. partit. 4. quam opinionẽ multis rationibus defendit Castillo. in l. 49. Tauri versic. matrimonium.

Text ora tio. ff. de sponsal. interpretatur.

Nec superioribus refragatur. l. oratio. ff. de sponsalib. quæ vulgò circunfertur ad probandum, quod prohibito matrimonio, sponsalia prohibita cẽsentur, quia illa non procedit, quando datur diuersa ratio, quę suprà iam tradita est, ita legem illam interpretantur Bald. & Salic. in l. C. 1. si rect. prouin. Dec. in c. iurauit. n. 4. de proba. & in c. nam & concupiscẽtiam. 2. lectu. n. 4. de constitu. Iacob. Philipp. Porti. lib. 5. reg. concluſi. 35. lim. 1. Ioan. Oros. in di. l. 2. n. 24. vbi Cur. Iun. n. 58. testatur istum intellectum & limitationem esse communem, quam probat tex. in l. si quis officium. ff. de ritu nupti.

Autor in acade mia Cõ plutensi sacrorũ Decretorum cathedram per duodecim ã nos fuit moderatus.

Et memoria quidem teneo, quod anno Domini 1564. eo tempore quo non sine summa totius Christiani orbis vtilitate dictum decretum sacri Concilij in lucem prodijt, cum sacrorum Decretorum huius Complutensis celeberrimæ Academiæ publicus essem professor (eamq; functionem per duodecim annos non sine laude gessi posteaq; ad primaria dona perueni) cuius publici muneris ratione, materiam Sacramenti matrimonij legẽs, primus omnium in dicta Academia, Concilium sum interpretatus hanc opinionẽ publicè docui, cęteris sacrorum canonum professoribus (qui tunc erant doctissimi) refragantibus. Primus etiam causarum forensium Patronus, in publicis actionibus ad forũ spectantibus defendi, & obtinui in causa quę in hac amplissima ecclesiastica Complutensi curia statim agitata fuit coram Licentiato Martino Lopez de Salas Vicario generali integerrimo, gaudeoque opinionem nostram, in scholis & ecclesiasticis tribunalibus ita receptã esse, vt nullus dubitanti locus relictus sit. Et eam multis annis lapsis tenentẽ legi Illephon. à Vera Cruce in appen. ad specul. coniugi. quæst. 9. per totã pagin. 40. & iterum pagin. 113.

& 117. Fra. Anton. Cordoua. in tractat. *De casos de concientia.* quæst. 52. & nouissimè eam tenet Ioan. Gutierrez. in tract. de iuramento confirma. capitul. 51. primæ par. num. 6. Sicque catholicum Concilium interpretandum est, licet contrariũ quod in sponsalibus de futuro obtinere debeat locum, somniauit (prout illi de more fuit) quidam Albornoz in libro eius præcipiti ingenio digno nuncupato, *Arte de contractos.* libro 4. titul. 1. Et à sacra congregatione Cardinalium ita sanciti est his verbis. [Decretum Concilij Sessione 24. cap. 1. de reformatione annulat tantummodò contractus matrimonij per verba de præsenti, clandestina facti, sponsalia autem per verba de futuro relinquit, in terminis iuris communis. Præterquam quod per copulam prædicta sponsalia, non transibunt in matrimonium.

Contra scholasticum nũcupatũ Albornoz.

Interpretatur Synodalis cõstitutio Toletana.

Ex quo sequitur interpretatio ad huius Toletani Archiepiscopatus synodalem constitutionẽ quæ quarta est. tit. 4. lib. 4. dictarum constit. quæ pœnã clericis interuenientibus in sponsalibus de futuro prohibitis imponit, quæ in hunc modum loquitur. *Otrosi considerãdo de quãtos inconuenientes son causa los clerigos que se atreuen à interuenir en los despososorios, ò matrimonios prohibidos: mandamos que ningun clerigo interuenga en ellos, aunque seã de futuro, y que por el mismo caso si los hiziere ò interuiniere en ellos, ò los solenizare, pierda los fructos de vn anno del beneficio, ò beneficios que en esta dioceſi tuuiere, y si no fuere beneficiado, cayga en pena de dos mil marauedis, la mitad para la yglesia donde fuere beneficiado, ò siruiere, ò perrochia donde se hiziere, y la otra mitad para el acusator, y probres y demas deste mãdamos, que los vicarios generales, los castiguen en las otras penas de prision, ò suspẽsion segun la calidad del caso lo requiere.*

Est sanè constitutio illa synodalis intepretanda, vt procedat quãdo sponsalia de futuro sunt prohibita, propter canonicum aliquod impedimentum, consanguinitatis, vel affinitatis, vel propter aliud, cuius ratione sacra canonica iura prohibitionẽ induxerunt: non verò quando talia sponsalia contrahũtur, inter eos quibus matrimonium interdictum non est.

Decimò ex dicti Concilij decreto animaduerti debet, clericum siue secularem, siue regularem, qui non sibi subditos matrimonio coniunxerit, vel post contractum benedixerit, sine licentia proprij parochi illorum qui sunt coniungendi, vel benedicendi, ipso iure suspensum esse, quousque ab ordinario absoluatur: quæ suspẽsionis pœna non solùm incurritur, si sacerdos non sibi subditos coniunxerit, aut benedixerit, sed si alterum eorum fecerit, ita clarè colligitur ex verbis disiunctiuis illius decreti ibi, [Con-

Clericus matrimonio copulans vel benedicens, non subditus, ipso iure suspensus est.

[Coniungere, aut benedicere ausus fuerit.]

Parochus an subditos extra parochiam positus matrimonio copulare

Vndecimò, prætermittendũ non est, an parochus à pœna sit immunis, qui subditos suos in alieno loco extra parochiam existentes, matrimonio coram testibus coniungit, absque proprij sacerdotis consensu. Et præfari oportet vtrùm matrimonium eo modo contractum legitimum iudicandum sit, & licet neminem inuenerim, de hoc argumento disputantem, quousque tamen sacrosancta Romana Ecclesia contrarium iudicauerit, censeo tale matrimoniũ non ex eo viciari, quod extra parochiam contractum sit. Tùm quia forma Ecclesiæ, quæ in matrimonijs contrahendis desideratur, interuenit cùm coram parocho & testibus contractum sit, ergo matrimonium iudicandum est. Tùm quia sacrum Tridentinũ Concilium nec pro matrimonij substantia, nec pro eius solennitate requirit, quod intra propriæ parochiæ limites celebretur, & cum eius decissio noua & correptoria sit, potius restringenda, quàm amplianda est, vt sæpe dictum est. Tùm quia ratio potissima, quæ ansam dedit dicto decreto, ea fuit vt longè clandestinitas repelleretur, & matrimonium legitimè probaretur, quæ ratio verificatur etiam si extra parochiam & in alia concilij forma seruata contrahatur. Tùm quia matrimonij vinculum mutuo consensu, in quo contractus continetur, perficitur, nihilq; obtinet, quod ad iurisdictionem concernat, vt inde esset asseuerandum, extra parochiã contrahi non posse. l. fina. ff. de iurisdiction. omnium iudicio contractus verò nisi speciali iure interdictũ sit vbique potest celebrari. Tũ quia si in matrimonij celebratione aliquis actus consisteret iurisdictionis (quod prorsus negam[9]) esset voluntariæ & non contentiosæ, quæ extra territorium potest exerceri. l. emancipati. ff. de adoptionib. glossa in l. final. ff. de iur. omni. iudi. quam doctores ibi sequuntur, maximè Iaſ. numero 6. Tùm quia huic opinioni egregiè suffragatur celebris Hostie. doctrin. in summa, titulo de pœnitent. & remission. §. cui cõfitendum, versic. Nunquid extra territorium. asseuerantis quod sacerdos parochialis, extra suæ parrochiæ territorium existens, potest vbique parochianum suum confiteri, & absoluere, sequitur Iason. dict. numer. 6. Et vt propositam difficultatem absoluam, asseuerandum censeo non esse parochum à pœna immunem, qui extra oppidũ in aliena parochia absque licencia proprij illius parochi, sibi subditos matrimonio copulauit &, cũ certa pœna statuta non sit iudicis arbitrio imponetur l. 1. § 1. ff. de iure delibr. ca. de causis. §. illis de offic. de leg. Quæ quidem pœna maior vel minor erit, perpensa malitia causæ quę ansam

Clericus matrimonio copulans vel benedicens, non subditos, sine iure suspensus esse

præstitit dicti matrimonij celebrationi. Non sanè parrochus, cirminis suspitione caret, qui nulla subsistente causa extra oppidum in aliena parochia propria autoritate matrimonium celebrat, & ita tenẽdum censeo licet fere octo annis elapsis post hæc scripta cõtrarium tenẽtem legerim Doctorem Ioan. Seguram in directo. iudi. Ecclesiast. 2. part. capitul. 25. numer. 49. Nec refert, quod in oppidis in quibus diuersæ parrochiæ constitutæ sunt, cõtrarium apud nos moribus receptũ est. Quia id contingit, cum parochi saltem tacitè alternis vicibus sibi ipsis hoc facere permittunt, quod si contradicerent nullo modo liceret.

Expressa licẽtia proprij Sacerdotis requiritur vt alienus possit aliquos matrimonio copulare

Duodecimò quod ad hoc, quòd vt sacerdos, impune sibi non subditos, possit coniungere, vel benedicere, requiritur quòd proprij sacerdotis expressam facultatem habeat, nec tacita sufficeret, id equidẽ significat illud verbum, *Licẽtia*, positum in Concilio ita scribit Lapp. allega. 86. & ibi nouissimi apostillantes. Andr. Tiraquel. latissimè in leg. connuial. glossi. 7. numer. 8. & ità in terminis declararunt sapientissimi Cardina. interpretes sacrosancti Concilij Tridentini an. 1573. die. 12. Nouembris dùm Venetijs quæstio circa hoc esset, inter quosdam Grinanum & Paulam de Alueno, quæ se desponsatã assueuerabat, à quodam Ioanne Baptista Grinano Ventto, vt testatur Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæstio. libr. 2. centu. 5. casu. 453. numer. 14. idem in consilio 188. nume. 7. volum. 2.

Quis dicatur proprius parochus.

Decimo tertio, non est obliuioni tradendum, quòd ad hoc vt matrimonium coram alieno sacerdote celebratũ, firmitatem obtineat: & ipse à pœna sit immunis, licẽtia proprij sacerdotis præcedere debet, nec sufficit, quod postea sequatur. Vbi enim in aliquo actu licentia desideratur ea præcedere debet. authent. licentia. C. de Episcop. & clerici. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend hæredit. l. vltim. §. necessitate. C de boni. liber. cap. omnis vtriusquè sexus de pœni. & remission. & facit l. 13. titul. 6. partit. 6. vbi Gregori. in verbo, *Con otorgamiento.* & l. 3. titul. 7. libr. 5. noui Regij ordin. vbi sancitum est primogenium nõ confirmari ex Regia licentia quæ post eius institutionem sequitur nisi hoc in ea expresse cautum fuerit tradit Innocen. in capit. dudum. de reb. ecclesiæ non alien. Bart. in l. si autẽ plures. ff. de aqua plu. arcenda Mar. Anton. Bauer. in §. si alienus seruus. Institu. de hæredib. institu. Barthol. Socin. consil. 222. num. 3. lib. 2. Cornel. consil. 89. num. 10. lib. 3. Cassan. in constit. Burg. rubr. 4. §. 7. num. 38. Antoni. Gomez. in lib. 42. Tauri. Et licentia multipliciter accipitur, vt per Bald. consil. 290. num. 6. libr. 3.

Dicta centum parrochi præsentia matrimonium debet procedere.

Decimo quartò, non est ab hoc

Quis dicatur proprius parochus.

hoc instituto alienum indagare, quis proprius parochus cēsendus sit, vt matrimonio interesse possit. Et absq; cōtrouersia assleuerandum est, quòd is est Episcopus, qui in sua dioecesi ordinarius. Similiter & eius vicarius generalis, qui ordinarius est vt infrà dicemus. Erit etiam vltra hos vtriusque cōiugis proprius sacerdos quādo diuersarum parochiarū cōtrahentes fuerint. Nam cum vnus sine altero hoc matrimonij vinculo coniūgi non possit, vterque contrahens efficitur vtriusque Parochi subditus. argumen. text. in l. si communē. ff. commun. prædi. & in capit. per tuas. de arbi. & ità in praxi receptum est vt testatur Doctor Segura Daualos in direct. iudi. Eccles. par. capitu. 15. numer. 47. Si verò inter duos alienigenas, matrimonium cōtrahi debet, qui aliàs noti sunt nec vagi reputātur, proprius paroch⁹ in matrimonij celebratione is censendus erit, in cuius parochia qui contrahere debet habitat, tempore quo matrimonium contrahi debet, vt iā pridem respōsum est ab Illustriss. Cardinalibus qui Concilij Tridentini cōgregationi præsunt.

Decimo quintò, silentio prętermittendum non est ne iudices Ecclesiastici in proferendis sententijs contra sacrum Concilium contractis errent (vt aliquando vidi) quòd matrimonia quæ clandestina sunt non debent ab eis irritari cum ab eodem Concilio irrita sint sed tantum declarare debent irrita & nulla à principio fuisse. sic censuit sacra Cardinalium cōgregatio in hunc modum.

[Matrimonium contractū coram sacerdote qui non habet licentiam ab ordinario neque à proprio cōtrahentium parocho non debet per ordinarium irritari sed tantum declarari irritum esse quia cum concilium Tridentinum illud irritum fecerit non est alias irritandū sed opus est sola declaratione quod irritum sit.]

Duodecimo sexto, non est prætermittendum, circa huius capitis propositum argumentum, clericum qui matrimonium quòd seruata Concilij Tridentini forma contrahi intenditur malitiosè impedierit pœna text. in dict. cap. cum inhibitio §. fina. puniendum esse ita glos. notat ibi in verbo, malitiosè. Si verò laicus in hoc deliquerit, ab ecclesiastico iudice arbitraria pœna est puniendus ex gloss. sententia ibi Regia. l. 4. titu. 3. partit. 4. Insuper damnum parti illatum resarcire tenetur ita Vicēt. Ioan. And. in dicto §. fina. Gregor. Lopez in dict lib. 4. in verbo. *Deuen auer pena.* Didacus Perez in li. 1. titu. 1 li. 5. ordina. fol. 33. quòd not. quia sæpissimè contingit in practica.

Nor. cō tra malitiosè impediē tes matrimonium.

Quod non sit vera. Adde quòd hanc nostri autoris opinionem contra alios sequitur D. Prę sul. Couarr. in 2. part. Decreta. capi. 6. numero. 14. & nouissimè D.

Didac. Perez vbi paulò antè allegaui.

D *Dispenset.* Adde quòd iam hodie nouissimo Concilio Tridenti. Session. 24. capit. 1. de reformat. matri. multoties iam allegato licet ordinarijs si legitima causa interfuerit, in his monitionibus dispensare. Nec ante cõcilium licebat hoc fieri, nisi tantum in locis in quibus consuetudo inualuerat, vt scribit Marti. Nauarr. in manu. confesso. capit. 22. numero. 70. Erit equidem iusta dispensandi causa si nobilis cum ignobili, diues cum paupere, senex cum adolescentula, contrahere velit: & ea ratione consanguineos timeat, ità Palud. in 4. Sen ten. distinctio. 28. quæstion. 2. colum. 4. Antoni. in 3. part. tit. 1. cap. 16. §. 5. Martin. Nauarr. in dict. numer. 70. Erit legitima causa ob vicinitatem temporis quo prohibitæ sunt nuptiæ vt cautum est decreto Car. Sacræ Congregationis.

Vicarij generales Episcoporum an possint dispensare, vt monitionibus nõ factis matrimonium iur.

Sed dubium egregium circa prædicta versatur, vtrum vicarij generales Episcoporũ Concilij Tridentini autoritate, dispensare possint, vt non factis monitionibus matrimonium celebretur, qua proposita quæstione Iacob. Menoch. cons. 69. num. 55. volum. 1. censet hoc eis non licere immò prorsus prohibitum esse. Nam (vt ille inquit) cum hoc munus à sacrosancto cõcilio, Episcopi arbitrio relictum sit, non poterit vices suas alteri demandare, ex his quæ ipse latè scripsit lib. 1. de arbi. iudi. q. 54. num. 1. & 2. Deinde quia ex eo personæ industria electa cẽsetur, cum grauia & ardua sunt quę mandantur Deci. in l. 1. nu. 28. vbi nouissimi. ff. de offici. eius Ias. in l. more. nume. 65. ff. de iur. omni. iudi. & in l. à iudice nu. 13. C. de iudi. Aymon cõsilio 303. numer. 3. At causa coniungendi & disoluendi matrimoniũ, maximi ponderis est, vt tradit Dec. consil. 311. colum. 1. Parisi. consi. 15. num. 13. lib. 2. Soci. Iunior. consi. 86. num. 6. libr. 2. Hieron. Gratia. consi. 2. nu. 34. lib. 2. Sed meo iudicio lapsus est Menochius qui fuit huius opinionis anteſignanus, cuius opinionem eo non allegato, nouissimè amplectitur Doctor Suarez de Paz in sua practica quàm non sine maxima diligentia elucubrauit, 2. thom. 3. num. 11. Qui ea innititur ratione, quòd in generali cõmissione ab Episcopo suo vicario facta, minimè comprehẽditur dispensandi facultas, vt in cap. quòd translationem de offici. leg. glo. in cap. quæ de causa. 2. quæstion. 4. Et contrariam sententiam veriorem esse semper iudicaui. Tùm quia potestas relaxandi has mònitiones, non maioris momenti est, quã matrimoniales controuersias, beneficiales causas, criminales querelas, & cæteras alias grauissimas concertationes, ad ecclesiastica tribunalia spectantes iudicare, & dirimere: cur igitur vicarijs generalibus hanc potestatẽ negauimus? Tùm quia

Opinio quædam Iacob. Men. repellitur.

si Iacobi

si Iacobi Menochi, vera esset opinio, ex eius ratione, idē asseuerandum foret, in dicti Concilij decissione de qua in superioribus actum est, quæ pœnā parocho, contrahentibus & testibus, qui clandestino matrimonio interfuerunt imponit, quos arbitrio ordinarij puniēdos esse precipit, & innumeris alijs iuris locis, quibus certa pœna non statuitur, sed ordinarij prudentiæ & arbitrio cōmittitur quòd nullus vel mediocriter doctus affirmare audet. Tùm quia Episcopus iudiciales omnes cōtrouersias, quarum iurisdictio ordinario iure sibi competit, sicut iudicare per se ipsum potest, ita per vicarium ab eo constitutum cap. cum Episcopus de officio ordin. lib. cui etiam potest delegatas causas præsentes terminandas committere, vt latè per Rebuff. in practi. benefi. in forma vicariatus num. 159. Tùm quia sanctum concilium quatenus iudicio ordinarij dictam facultatem committit, nō tantum Episcopo, sed ei qui vices illius gerit committere censetur, quia is ordinarius dicitur, gloss. in capit. 2. in verbo, officialem. de offici. vicar. in 6. & in capit. perlectis. in verbo, iurgia. 25. distinct. & in cap. Romana. in verbo generaliter. de appella. in 6. trad. Felin. in rub. de offici. delega. num. 4. D. Episcop. Couarruu. libr. 3. resol. capit. 20. num. 4. Et eadem est Episcopi & eius potestas, & idē est amborum tribunal. capit. 2. de consuetud. libr. 6. capit. Romana. in princip. de appella. eo libr. & inter Episcopū, & eius vicarium nō est dare medium, vt scribit Abb. consil. 21. libr. 1. in fine. dicitque ibi, vicarium Episcopi ipsius radijs illustrari, & hac ratione vnum ex potissimis Iacob. Menochij fundamētum longè repellitur. Tum quia non semper verum est q̄ idem Menoch. asseuerat, nempè personæ industriam ex eo electam cēseri, quòd ardua aliqua causa committitur, nam matrimoniales controuersiæ magni ponderis & momenti sunt, ideoque illarum cognitio Episcopis competit. cap. ex literis. de in integ. restitu. capit. accedētibus. de excessibus prælator. nihilominus tamen generales vicarij potestate vicaria eas iudicant. Tùm quia à tempore publicationis cōcilij praxis forensis (totius vt censeo) Christiani orbis præsertim Hispaniæ, ità concilium interpretata est. non igitur ab ea recedi licet, quia mutanda non sunt, quæ certam interpretationem habuerunt l. minimè l. si de interpretatione. ff. de legi. & vera legis interpretatio à practica sumitur Bal. in capit. 1. in princ. de feudo sine culpa non amitten. Et posthæc scripta legi Illeph. à Vera Cruc. hāc opinionem tenentem nullis corroboratam fundamētis in append. ad specul. coniugiorum. fol. 4.

Nec ratio benè eruditi Doctoris Paez me in contrarium

mouet, nam hæc dispensandi facultas, non ab Episcopis suis vicarijs generalibus speciali potestate, ac veluti per manus censetur concessa, sed eo ipso quòd vicarij creantur ab ipso sacrosancto Concilio concessa censetur. Audio tamen quòd nouissimè, in concilio Prouinciali Toletano anno Domini. 1583. celebrato ab Patribus & Præsulibus qui ibi interfuerũt, quadam decissione nõdum in publicum emissa, decretũ fuisse, potestatem remittendi has denũtiationes, Episcopis competere, non verò vicarijs generalibus. Quòd eis licuisse prædictam constitutionem sic diffinire nullus in disputationem adducere poterit.

Nuptias secundas, vel temporibus prohibitis benedicentes.

CAPVT, LXXIIII.

1 Vir siue mulier si aliàs coniugalẽ benedictionem receperit, benedictio reiterari non debet.

2 Sacerdos huius criminis reus qualiter puniatur.

1 VIR & mulier ad bigamiã tansiẽs, non debet à Presa bytero benedici: a quia cùm alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet: verba sunt text. in capitulo. Vir autem, de secundis nuptijs, & sic siue vir siue mulier aliàs receperit benedictionem, non b debet benedictio iterari, b quia communis est vtrique: neque vnus sine altero eam recipere potest, vt not. Hostien. in summa eiusdem tit. in §. An licitũ sit, versic. In aliquibus. qui etiã notat quòd si duo transeunt ad bigamiam qui nunquàm fuerunt benedicti, poterunt benedici. Sacerdos autem contrariũ faciens ob officio & beneficio 2 suspensus eum testimonio literarum proprij Episcopi destinandus est ad sedem Apostolicam, c vt in ca. 1. eo tit. Ex quo videtur secundum Host. vbi suprà quòd alius dispensare non potest. Quam pœnã cùm tam grauem consideret Ant. in d. d cap. 1. pro tam leui delicto dicit quòd fortè clericus, de quo ibi, benedixit secundas nuptias contractas viuente prima coniuge: quod etiam d ante eum suspicatur Ioann. And. qui tamen dicit hoc nõ patere in decretali antiquâ: vt refert Abb. ibi, qui credit hodie imponendam esse pœnam arbitrariam a attentis circunstantijs, ac consuetudine loci. Et licet quidam dixerunt quòd talis sacerdos est suspensus ipso facto tamen Hosti. tenet contrarium, quem videtur sequi Anto. ibi, dum refert eius opinionem vltimo loco. Et sequitur eum etiã expesse Abb. licet de Anto. non faciat mẽtionem. Vnde in hoc delicto cùm pœna non sit imposita ipso iure secũdùm communem e opinionem: & delie ctum non sit tam graue, arbitrio iudicis erit puniendus clericus in hoc delinquens. f f

Benedicẽ

A *Benedici.* Vide ratione huius prohibitionis per egregiũ Martin. Nauar. in manu. capit. 22. num. 83.

B *Iterari.* Vide sing. Siluest. in summa. in verbo, nuptiæ. quo loco scribit text. in cap. 1. de secund. nup. Locum habere etiã priore matrimonio soluto, & quòd si alter cõiugum iam semel benedictus fuerit, vel saltem mulier ipsa, non debet benedictio iterari. Quòd si fœmina nondum fuisset benedicta, potest tunc benedictio solenniter fieri, & hæc fuit Sancti Thom. sententia in 4. Senten. distinct. 42. quæst. 3. ad finem, quæ in praxi seruatur vt fatetur Henri. in cap. vir autem. de secund. nup. vbi glo. idem not. & frequentior vsus eam recepit vt testatur D. Couarr. in 4. Decretali. 2. par. cap. 8. §. 11. n. 2. quam nouissimè sequitur Gregor. in l. 2. tit. 11. par. 4. in verbo, *No deuen ser vedados.* F. Alphon. à Vera Cruce in spec. coniugi. 1. par. artì. 13. & ità tenendum censeo licet hoc firmare non audeat Iacob. Menochi. de arbi. iudi. quæstion. lib. 2. centu. 5. casu. 417. nu. 10.

C *Ad sedem Apostolicam.* Hodie verò stat quædam Ioan. vigesimi secundi extrauagans constitutio qua missis sacerdotis secundas nuptias benedicentis ad Romanam curiam omnino tollitur de qua meminit Dom. Præsul Couarruu. vbi paulò antè allegaui.

D *Viuente prima coniuge.* Adde quòd hanc opinionem sequuta est Regia. l. 2. tit. 4. par. 4. cum dicit. *Mas los que dieſſen benediciones, a los que caſaſſen dos begadas, ò mas, ſiendo el matrimonio departido, por embargo de derecho, ò por muerte, ſegun ſobredicho es, no caeran en pena.* Ex qua Greg. ibi colligit quòd iura secundas nuptias benedici prohibentia, procedunt, primo matrimonio non dissoluto, non tamen respectu pœnæ de qua in dicto c. 1. de secund. nup. sed respectu ipsius dationis cuius contrariũ videtur disponi rid. c. vir. autẽ ex ratione ibi constituta cũ dicit, [Alia vice benedicti sunt,] à cuius text. decissione & à receptis Theologorum & Canonistarum opinionibus de quibus suprà minimè auderem recedere, cum in hac spirituali materia illis meritò sit standũ. *Regia lex. 2. tit. 4. par. 4. interpretatur.*

[Secundum communem.] E Adde quòd istam opinionem communem esse testantur eam sequuti Martin. Nauarr. in manu. confessor. capit. 25. numer. 137. pagin. 595. Iuli. Clari. libr. 5. recep. senten. § fin. quæstion. 75. ver sacerdos. Couarru. dict. §. 11. num. 2.

[In hoc delinquens.] Adde F quòd eãdem opinionem communem esse testatur Iacob. Menoch. dict. casu. 417. num. 8. Et eadem arbitraria pœna puniẽdum esse censeo clericum, qui temporibus à iure prohibitis, nuptiales benedictiones indulserit, de quibus in cap. Capellanus. de ferijs, & in ca. nõ oportet. 33. quæstio. 4. lib. 18. tit. 2. parti. 4. & nouissimè in Concilio *Clericus tempore prohibitu, bene dictiones nuptiales indulgẽs, quæ pœna puniatur.*

cilio Tridenti. Sessio. 24. ca. 10. de reforma. vbi ab aduētu Domini vsque ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vsque ad octauam paschatis, incluſiuè, ſancta Synodus antiquas ſolennium nuptiarū prohibitiones ſeruari ab omnibus præcipit, alijs autem temporibus nuptias ſolenniter celebrari permittit. Cùm enim ibi ſtatuta nō ſit pœna, iudicis arbitrio relinquitur, text. in cap. de cauſis. de offici. delega. 1. §. 1. ff. de iure deliberand. In hoc vero Toletano Archiepiſcop. duorum millium diſpondiorum pœna ſtatuta eſt. quę Eccleſię, denūtiatori, pauperibus æquis portionibus eſt applicanda, vt habetur lib. 3. dictarum cōſtit. tit. de ſponſa. lib. cap. 5.

Pari etiam ratione coniuges, qui dictis prohibitis temporibus fuerunt benedicti, à iudice eccleſiaſtico arbitraria pœna puniendos cenſeo. Qui verò dictam nuptiarum ſolennium prohibitionem ſtatutis tempo ribus, ſuperſtitionem eſſe tiranicam, ab Ethnicorum ſuperſtitione profectam, aut benedictiones, & alias ceremonias quibus Eccleſia in illis vtitur damnauerit, anathema eſt, vt in Concilio Triden. Seſſ. 24. canone 11.

Virgata & partita veſte publicè vtentes.

CAPVT, LXXV.

1 Virgata vel partita veſtis qua dicatur.

2 Sacerdos, qui virgata vel partita veſte vtitur, qua pœna puniatur.

3 Clericus ſi vtitur aliqua ex veſtibus ſibi prohibitis, ſecretè tamē, à pœna eſt immunis.

4 Clericus, qui paupertatis cauſa, aliqua ex dictis veſtibus vtitur, à pœna liberatur.

5 Quæ veſtes clericis ſunt interdictæ, ex Conſtantienſi & Matiſconēſi conciliis oſtenditur.

ANte quàm huius exceſſus pœnā deſcribamus, ſciendum eſt, quòd virgata veſtis dicitur illa, quæ eſt ſtripata per diuerſos colores, vel cùm pannus de ſe eſt planus, & aliquid ſuprà ponitur per modū virgæ vel literaturæ. Partita verò eſt quæ fit ex diuerſis coloribus, vel quæ eſt ſciſſa, vel diuiſa per ferrum, vt per ſupradicta verba declarat Ioan. Vanchel. in breuiario Clementinarum, Clemen. 2. de vi. & hone. cleric. Clericus verò tali vtens veſte, beneficiatus per ſex menſes à perceptione fructuū eſt eo ipſo ſuſpenſus: ſi non beneficiatus, ſed in ſacris citra ſacerdotium, per idem tempus redditur eo ipſo inhabilis ad beneficium eccleſiaſticum. Habēs verò dignitatem, perſonatū, ſeu aliud beneficium, cui cura animarū imminet, ac alij in ſacerdotio cōſtituti, tali vtentes veſte publicè, aut infulam, ſeu pileum lineum publicè portantes in capite, ſunt eo ipſo beneficiati à per-

1 à perceptione fructuũ per annum suspen. Sacerdotes verò per idem tempus inhabiles ad beneficium, vt in Clement. 2. suprà allegata, de vi. & hone. cleric. vbi etiã vide alias vestes clericis prohibitas, & pœnas de
3 ferentiũ illas. Nota tamẽ quòd si clericus vtitur aliqua ex ve-
2 stibus sibi prohibitis a secretò, & subtus alias vestes, ita quòd inpublicum non apparet, non incurrit hanc pœnam: idem est si vtitur talibus vestibus domesticè. puta in studio, vel loco simili, vel si non continuè portat, sed ad momentum propter festum socij sui, qui doctoratur, vel fit rector aut miles, aut ducit vxorẽ. ita notat. Ancharra. ibi secundo nota. referendo ad hoc Zenze. & tenet. hoc etiã
4 Imo ibi. 2. colum. versi. Quæro quid. Qui præterea notat post Zenze, quòd si clericus propter paupertatẽ defert vestes prohibitas, non incurrit pœnã illius
5 text. Et vide etiam Ioann. de Ana. in rub. de apostа. vbi aliqua ex prædictis refert & sequitur & decisiones Capellæ Tholosanæ in q. 52. Item fuit dubitatum, si clericus, cum sua additione Stephani Aufrerij. Et vide Conciliũ Constãtiense in sessione 14. in tit. de vi. & honest. cler. vbi penitus decernit abolendũ quòd clerici & personæ ecclesiasticæ deferãt manicas ad cubitũ pẽdẽtes, & vestes longas cũ magna & sumptuosa superfluitate, maximè fissas retro, & in lateribus cũ fodraturis vltra oram excedentibus in fissuris, & quòd cum talibus intersit in ecclesijs cum superplicijs, ac alijs vestibus ad cultũ & officiũ ecclesiasticũ ordinatis, maximè intra ecclesias in quibus beneficiati existunt: & quòd contrariũ facientes, vt transgressores Canonũ puniãtur: & specialiter statuit, vt qui cunque beneficiatus aut officium in ecclesia gerens in habitu huiusmodi diuinis officijs præsumpserit interesse, pro qualibet vice à participatione prouentuum ecclesiasticorum per mensem nouerit se suspensum, ac tales fructus fabricæ illius ecclesiæ applicentur. Vt autem apertiùs intelligatur quàm dispar fuit antiquorum patrũ zelus in procuranda clericorum etiã in vestibus honestate, non prætermittendum duxi quòd in concilio Matisconensi primo. capit. 5. sancitum fuit per hæc verba, vt nullus clericus sagum aut vestimenta, aut calceamenta sæcularia, nisi quod religionem deceat, induere præsumat: quòd si post hãc diffinitionem clericus aut cum indecenti veste, aut cum armis inuentus fuerit, à seniori ita coërceatur, vt triginta dierum inclusione detentus aqua tantùm & modico pane diebus singulis sustentetur. Pudeat ergo hodiernos iudices ecclesiasticos delicta grauia sub prætextu cuiusdam pernitiosę pietatis leui coërtione punire, cũ patres antiquos tam leue facinus tam duro & longo ieiunio legerint correxisse.

Sibi

Vestes honestæ & verè clericales quæ sint.

A Sibi prohibitis. Adde quòd licet in hoc capite, quædam vestes clericis sint interdictæ, non tamen est satis cautũ, nec omnino diffinitum, quæ vestes sint honestæ & verè clericales, idcirco glos. in cap. penult. versic. *Auratis.* de vita & honest. cleric. respondit, eas cẽseri clericis vestes honestas, quæ communi vsu fuerint admissæ, in ea prouincia, & ea ratione non dicetur clericus vestibus indecoris indutus, qui iuxta regionis consuetudinem, vsum, & morem, vestitus incedat, ità tenet insignis Couar. in practi. quæstion. cap. 31. num. 8. cuius consilio istam & multas alias annotationes quæ in prima huius operis æditione in margine collocaueram, in corpore operis cum alijs additionibus, ne diuersi authoris viderentur. collocãdas constitui. Obijt verò dictus Dominus Præsul cum maxima bonarum literarum iactura anno. 1577. die vero. 27 mensis Septembris, cuius opera eius memoriam in æternum prædicabunt, nec temporis iniuria peribũt, vtinam etiã ipse perpetua beatitudine fruatur. Et vt ad rem redeam dictã opinionem tenuit Alexand. consi. 149. num. 12. lib. 6. & consi. 8. colum vltim. libr 1. not. glos. in cap. si quis virorum. 30. distinct. & in sum. 24. quæstion. 1. & in Clemen. 1. in verbo, *Seculares.* de electi. not. Cardi. in Clement. 2. de vita & honest. cleri. Abb. in cap. 1. de apostat. Cassa. in consuetudi. Burg. rub. 1. §. 5. *Sed ita græcè.* num. 8. Boch. de Cur. in capit. vltim. de consuetud. fol. paruo. 18. colum. 2. & 50. quam opinionem communem esse fatetur D. Couarruu. vbi suprà & vide tex egregium in capi. Ioannes de cleri. coniuga. & vide etiam plura lectu non indigna quæ de prohibitione clericorum vestium scribit Menochi. de arbi. iudi. quæstiom. lib. 2. centu. 4. casu. 392. & Conc. Triden. Sess. 14. cap. 6. vbi beneficiarius etiam exemptus ab Episcopo suo monitus, habitum clericalem non gestans, ab ordinibus & beneficijs suspenditur, quòd si id nõ sufficeret, sed cõtumaciter permanserit in scelere his priuabitur. Et Sessione. 22. capit. 1. Statuit seruari quæ de clericorum vita honestate, cultu, luxu. comessationibus, choreis, lusibus, nec non secularibus negocijs fugiẽdis sacris canonibus sancita sunt.

Insignis D. Didaci Couarr. mors.

Ac comam nutrientes, siue relaxantes.

CAPVT LXXVI.

1 Clerici nutrientes, siue relaxantes comam, qualiter puniantur.

CLericos nutrire comã Anicetus Papa prohibuit, a vt in cap. Prohibete. 23. dist. a Et præcepit caput radere desuper in modum spheræ: & idem etiam prohibuit Concilium Carthagin. in cap. Clericus. de vi. & honest. cler. Itẽ etiam b Concilium Agathense statuit vt cleri-

vt cleric. qui comam nutriunt, ab Archidiacono detõ deantur inuiti, vt in ca. Clerici, ea dist. Postremò verò Grego. 9. statuit, quòd si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit, vt in ca. Si quis, ead. dist vbi glo. dicit exponẽdũ sit, id est, fiat. b Et est etiam tex. in cap. Si quis. de vi. & honest. cler. vbi glos. idem dicit. & vide Abb. ibi, qui notat ex text. quòd clericus non deferẽs tõsurã peccat mortali c ter, quia est dignꝰ anathemate. c

Comam nutrire, vel rade re apud antiquos quod symbolũ erat.

A PRohibuit. Adde quòd illius decreti meminit Platina in vita Aniceti summi Præsulis. Comam equidẽ nutrire, apud antiquos inter mollia & delicata numerabatur quæ viris præsertim sacerdotibus minimè conuenit. Ità apud Romanos seruis cõmam nutrire non licebat, vt testatur Gellius. libr. 3. noct. Atti. Cælius li. 7. lectu. antiqui. cap. vltim. Alex. ab Alexand. lib. 5. dierum geni. cap. 15. Aristoph. in Anib. & Sidonius Apollinar. lib. 2. epist. 1.

Et hoc fuit in causa aliquibus monachis, capita radendi symbolum, quòd contemnerẽt lautitiam & ornatum, quorum gratia, antè nutriebãtur capilli. ità arbitratur D. August. libr. de operi. monach. Idcircò pro præstanti remedio legitur, in postremis libris Historiæ Frãcorum Gregorij Turonẽsis eis fuisse, qui metu Principum sibi mortem instare putabant, capillos tõdere, & in monasteria vel ad clerum transire, tuncque Principes quiescebant à concepta ira. Sic Iulianus apostata metu Cæsaris, cui infestus erat comam tondidit, vt testatur Cyryllus Alexandr. in prol. lib. cõtra Iuli. epist. ad Theodosium. Capillum equidem tondere, signũ erat mœroris & tristitiæ, de quo est manifestum Ieremię testimoniũ cap. 7. [Tonde (inquit) capillum tuum & proijce, sume in directum planctum. Dixit & Micheas. Decaluare & de tondere super filios deliciarũ tuarũ, dilata caluitiũ tuũ sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.] Scribũt prętereà Plutarchus in vita Alexandr. & Arrianus de gestis Alexand. idem quoque Aclian. lib. 7. de varia histor. ca. 8. Alexandrum Magnum, mortuo Ephestione amico, propugnacula vrbium diripuisse, equos & mulos tonderi iussisse, in signum mestitiæ & luctus. Scribit etiam Suetonius in Calig. cap. 5. mortuo Germanico patre Cęsaris regulos quosdã barbam tondisse & vxorum capita radisse. Et ea de causa rei criminum apud Romanos submittebant capillum: auctor est Plinius Iunior. lib. 7. epistolarũ epistol. scire suo, &c.

Clericorũ tonsura antiquissima est in dei ecclesia, cõtra impios Hæreticos.

Quòd verò ad clericorũ tonsurã attinet, circà quã versatur huius capitis argumentũ, illud censeo considerationẽ dignũ, quòd licet Vvitcleff. vt constat ex Vvalden. thomo. 5. de sacaũ. sub. tit. 9 c. 80. quem impij Lutherani sequuti sunt irridebánt clericorũ tonsurã, & hac ratione ac si ignominiosum esset, clericos

clericos rasos & tonsos appellabant. Tenendum tamen est nimis sacerdotali dignitati cõuenire, quod sacri ministri tõsura condecorentur. Tùm ob eius antiquitatem. nam veteri testamẽto eius similitudine sacerdotes tondebantur, vt refert Cassiodorus super illud Psalmi 39. [Multiplicati sunt super capillos capitis mei, &c. non frustra (inquit) in comparatione delictorũ capilli adducti sunt; nam in testamento veteri sacerdotes ipsa similitudine radebantur, vt tali emũdatione purgati, carnis vicia deposuisse viderentur] Tùm quia clerici tõsura signantur, in memoriã spineæ Coronæ, quã Iudæi Christi redẽptoris nostri capiti imposuerunt. Et hac de causa Pet. Apost. fertur, quod eadem fuit insignitus, vt memoriæ prodit Beda lib. 5. de gestis Anglorũ. Nec à Catholicis viris dubitari potest, quod ab Apostolorum temporibus, vsq; ad nos, clerici corona initiãtur. Vnde Dionysius lib. 5. de eccles. Hierar. ca. 6. par. 2. ait. [Episcopus dum quemlibet sacris, initiat, consignãs eum crucis signo tõdet] De hac etiam corona meminit D. Hieronym. in quadam breui epistola ad Agust. Hug. lib. 2. de Sacram. 3. par. cap. 5. Tùm quia corona regiam maiestatẽ designat, quæ Ecclesiæ ministris competit, vt Diuus Hiero. ait, & habetur in cap. duo sunt. 12. quæst. 1. Tùm ratione figuræ quæ cum circularis sit, imaginem perfectionis significat, quam diuini ministri profitentur, & ideò secundùm ordinis dignitatem, maior vel minor corona tenditur, sic maiori corona Episcopi, necnõ monachi tondentur, quia eorum munus ad maiorem perfectionem spectat, vt egregiè inquit Alber. Troti. lib. 2. de vero & perfect. cler. ca. 39. nu. 3. vbi nu. 4. inuehitur contra clericos, qui cõronam, prout tenentur, nõ gestãt, his verbis [Licet malè obseruetur hodiernis temporibus maximè hoc vltimum, quia vidimus nedũ clericos simplices, imò sacerdotes, & communiter nunc omnes prælatos Ecclesiæ Dei portare crines longos, vsq; ad cooperimentum aurium totaliter & ferè etiam oculorum. Ideo nimirum si propter huiusmodi deferre aures & oculos sic occupatos, & obtusos deficiũt in significatu illo sanctissimo, de quo suprà. Cum tanquã obturati aures & oculos audiẽda non audiant, & videnda nõ videant. Meritò ergo videntur mereri hi tales coronam amittere in alio seculo, quam abiecerũt à se in isto.

Episcopi & monachi quare maiori tonsura quã clerici tondantur.

Tùm quia hic mos omnibus ferè temporibus, in omni religione obtinuit, vt capillos succinderent, qui Deo se dicarẽt ex voto siue in perpetuum, siue ad tempus se sanctificarẽt, vt fecit hoc Priscilla Aquila Actuũ ca. 18. Et olim Nazareni postquam sanctificati erant, & votum impleuerant, peracto sacrificio radebãt ante ostium tabernaculi fœderis cæsariẽ consecrationis

suæ

fuæ, inijciebāturq; capilli in ignē, qui erat suppositus sacrificio pacificorum, vt habetur nu, ca. 21. Refert etiam Herod. in Euterp. li. 2. Sacerdotes vnoquoq; die totū corpus eradere, ne quid eis inter suorum Deorum cultū aut pediculi, aut alterius sordis crearetur. Plinius quoq; lib. 16. historiæ naturalis ca. 44. tradit Vestalib. capillū ademptum, & ad Loton quandam arborem in Lucinæ arca delatum. Ne his refragatur quod Deus Optim. Max. Leui. ca. 19. prohibuerit sacerdotibus, ne raderent caput vel barbam, id sanè peculiari ratione factum fuit ne viderentur imitari paganorum & idolatrarum sacerdotum ritum, qui vt ait Baruck. 6. cap. sedebant habentes tunicas scissas, capita & barbam rasam. Voluit autem quantùm fieri posset Deus populum suum (qui durę erat ceruicis & pronus ad idolatriam) à ceremonijs similibus, quæ idolorum possent referre cultū auocare. Deinde responderi nō incongruè potest quod quāuis Leuit. videatur depilatio prohibita, non tamen vetita tonsio vel rasio, remanentibus radicibus pillorum Non ibi rasio capitis superior intactis illis angulis inferioris comæ, sed inferioris partis prohibita erat: vel ex integro prohibita rasio. Nostri quidem sacerdotes non inferiores partes nec omninò caput radunt, vnde non est eis vetita. Detulit quidem barbam & capillos Dom. noster Iesus Christus, quia nihil in eo radendum vel amputādum fuit, nobis autem qui vocati ex gentilitate sumus, cum penitus infecti fuissemus, omnia superflua amputanda fuerunt, Deo seruituri, vt scribit Francis. Venetus libr. problem. Sacræ scripturæ tomo 6. secti. 9. problem. 397.

Et non solùm clericis comam nutrire prohibitum est, sed nec barbam iure cōmuni inspecto, vt in cap. cleric. de vita & honest. cleric. secundum verò ius Concilij Carthaginensis, vnde profectum fuit dictum capit. clericis barbas radere prohibitum est. Nam vt scribit Andr. ab Exea. in rub. de const. num. 62. in codice conciliorum sic legi. [Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat, & rectè, nam lege antiqua sic præcepit Domin. populo] Leuit. ca. 19 ibi, [Nec radetis barbam.] Idem etiam præcepit c. 21. ad sacerdotes Aron, verba faciens Romæ verò & multis orbis partibus cōsuetudine receptum est, vt barba clericis sit permissa, modò labiū superius radatur, vt testatur Martin. Nauarr. in manu. confesso. ca. 25. numer. 110. apud nos verò ius commune obseruatur.

Antiquissimus mos semper fuit, vt qui Deo se consecrarent, capillos succiderent.

Id est fiat. Adde Hyppoli. qui hanc interpretationem approbat. in rub. ff. de fal. num. 32. Domi. Soto in 4. Senten. dist. 24. quæstio. 2. art. 2. vbi optimè scribit, quod dicta pœna tantùm illaqueātur clerici, qui priuilegio clericali gaudēt, ideo clerici initiati prima tonsura, vel

B

vel in minoribus constituti ordinibus, nisi beneficium ecclesiasticum habuerint, non tenẽtur coronam apertam habere: immo secundum illum malè facerent, si illam aperuerint, cum in contemptum ordinis cederet. Nam his permissum est arma portare, & omnia alia quæ mere laicis licent, ita tenet Abb in capi. 1.2. de postul. & in cap. 1. & in cap. cler. 2. de vita & honest. cleric. quã opinionem & vsu receptam, & in theorica communiter approbatam testatur Nauarr. dict. num. 110.

Sed hæc huius capitis pœna, quæ contra clericos istius criminis reos imponitur, rarissimè infligitur: quia ferè in omnibus Episcopatibus constitutę sunt pecuniariæ vel aliæ pœnæ pro modo culpæ prout in hoc Toletano Archiepiscopatu cõstituta est pœna duorũ aureorum, quæ quidem pœna ecclesiæ, denuntiatori, pauperibusque æquis portionibus applicatur, vt habetur in cap. 1. tit. 2. lib. 3. dictarum constitutionum.

C Anathemate. & sic obiter nota quod excommunicatio non nisi pro graui culpa, quæ mortalis sit, infligenda est, cap. nemo. cap nullus. 11. quæst. 13. docuerint Theologi præsertim Sanct. Thom. in 4. senten. dist. 18. quæst. 2. ad 3. quæst. Felin. post alios in rub. de senten. excommuni. Couarr. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. § 9 num. 1. de sentent. excommu' lib. 6. Ioan. Lup. in c. per vestras de dona. inter vir. & vxor. §. 18. num. 13.

Ebrij.

CAPVT, LXXVII.

1 *Ebrietas inter grauia delicta numeratur.*
2 *Clerici, qui immoderatè potionibus incumbunt, qualiter puniantur.*
3 *Tabernarum ingressus clericis est interdictus, nisi itineris vel peregrinationis causa compulsis, & huius prohibitionis transgressores iudicis arbitrio sunt puniendi.*

QVi enim ebrietatis crimen paruũ esse existimat, audiat Apostolum Paulum dicẽtem: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neq; molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei possidebunt. Cumq; inter grauia delicta ebrietas annumeretur, quanta sit eius grauitas aperte perpendat, videatque beatum Augustinum in sermone de ebrietate, qui inter suæ opuscula impressus habetur. Et Isidorum in tract. de summo bono, in lib. 2. in cap. 43. de ebrietate. Et præcipue legat obsecro elegantissimam, & mirabilem homiliam Basilij in primo tomo, in homilia 14. de ebrietate & luxu. Vnde quia ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix est: a ideo placuit Agathensis Concilij venerandis patribus, vt clericus, de quo fuisse ebrium constiterit, aut triginta dierum spacio à communione submoueatur, aut corporali supplicio

1

2

a

plicio subdatur, vt habetur in cap. fina. 35. distinct. quæ pœnę sic fuerũt disiunctiuè discriptę, vt discretus iudex quẽ huic vitio deditum animaduerteret, & quòd à communione priuetur, paruipẽdere, corporali potius supplicio castiget. Et vide Host. in summa, tit. de tempo. ordin. in §. Et cui versi. Pœna autem. vbi dicit, quòd episcopus, presbyter, vel diaconus deseruiens ebrietati, si non desinat, deponitur. Subdiaconus vel inferior siue clericus, siue laicus communione priuatur allegat text. in cap Si episcopus 35. distinct. Si verò semel ebrius fuerit, tunc dicit puniendum pœna text. in dict. cap. fina. Posterius autem Innocent. 3. in Concilio generali ac celeberrimo Lateranens. disposuit clericum à crapula & ebrietate non abstinentem, & qui à superiore cõmonitus non satisfecerit, ab officio & beneficio suspendendum, b vt habetur in ca. A crapula. de vit. & honest. cleric. 3 Vnde vt cleric. ab hoc vitio cauerẽt, eorumque honestati cõsuleretur, antiqua illa concilia tabernarũ etiam ingressum illis inhibuerunt, nisi peregrinationis, vel itineris necessitate c cõpulsis, c vt in Concilio Laodicensi. & in Sexta Synodo, & in Concilio Carthaginens. 3. & in concilio generali sub Inno. 3. celebrato, de quibus in c. nõ oportet, & in cap. nulli clerico. & in cap. clerici. 44. distinct. & in ca. clerici. de vita & honesta. clericor. Pœna autẽ cõtrarium facienti, in illis Canonibus statuta non est, vnde hoc superioribus videtur relictum, vt consideratis frequentatione actuũ, & personæ qualitate, & videntium scandalo, ab ipsis puniri debeat. Ex quo videtur parũ aduertenter scripsisse Berthachinum in tracta. de Episcop. in 2. parte in materia degradationis in §. vlti. scias. in 2. tomo. tract. Diuers. Doct fol. 237. num. 20. quòd deponi debet Episcopus vel clericus, qui retinet, vel frequentat tabernas, motus prætex. in capit. nulli. suprà allega. qui tamen tex. pœnam depositionis non imponit clerico frequentanti tabernam. sed habenti eam, & inibi alijs ministrãti. Quin potius & tunc non simpliciter clericum deponendum dicit, sed disiunctiuè disponit quòd aut cesset, aut deponatur. Nec etiam illud probat text. in capit. pen. de vi. & hone. cleric. quem etiam allegat Bertahin. vbi suprà, pro sua conclusione.

NVtrix est. Quod sanè cognouit Homer. Illiados. 6. dum eleganter scribit, potum maximè noxium esse & corpori & animæ: Multum enim & immoderatũ bibere, multorum malorum causa est, vt habetur Eccles. 31. Salomõ equidẽ paucis verbis hãc bibendi assiduitatẽ sic detestatur. *Cui væ cuius patri væ cui rixæ cui foueæ cui sine causa vulnera cui suffosio oculorum nõne his qui commorantur in vino & student calicibus epotandis.* Quòd refert noster Accurs. in A

l. adulterũ in verbo, intẽperãtiæ. C. de adulteri. & habetur Prouer. 20. Et dubio procul ex Ouidio constat dum ait.

Vina parant animos veneri.
In vinũ confertur plerunque culpa.
Quòd si loqui posset, se defenderet.

Et acies rationis hebetatur, ex immoderatu potu. Gregor. 31 morali. & Sanct. Thom. 2. 2. quæstion. 148. artic. 6. & multa tam de vtilitate, quam de incõmodis vini longa manu scribit And. Tiraquel. de nobilitate cap. 31. num. 165.

Vnde consuetus inebriari, minimè potest sacris ordinibus insigniri. capit. Episcopus aut presbyter. 35. distinctio. iuncto. text. in summa. ibi tradit Petrus Rebuff. in benefic. practi. 2. part. titu. de cleri. ad sacros ordin. malè promo. glo. 4. numer. 8.

Abstemius nõ potest Sacris ordinibus insigniri.

Illud tamen memoria repetere liber ad presbiteratũ promouendum minimè esse, qui abstemius sit vinum que non bibat, si quidem ex quo horret posset sacramentum euomere, tenet glos. memorabilis in ca. ipsi Apostoli. in glo. mag. iuxta medium. 2. q. 7. sequitur Abb. in cap. ex parte. numer. 1. de celeb. missa. Ioan. Saison. in consuetu. Turron. ca de droit. 1. artic. fol. 239. Mar. Nauarr. in manu. confess. cap. 27. nu. 204. Simon Maio. in tracta. de irregu. lib. 2. cap. 25. nu. 2. & hanc opinionem communem esse fatetur Franc. Beccius cõsi. 61. num. 1. benè tamen ad minores ordines potest promoueri ex sententia Nauarr. in dict. loco.

Suspendendum. Vide Regiam. l. 36. tit. 5. par. 1. Alber. Troti. li. 2. de vero & perfecto cleri. cap. 59. Apud Moscouitas sacerdotes ebrij publicè verberabantur, vt testatur Sygismundus Baro. in commen. rerum Moscouit. Et tamen circa hoc notatu dignũ, quòd ebrietas probatione difficilis est ex Inno. sententia in c. cum causam de testib. Bald. in ca. à crapula nu. 1. de vita & honest. clericor. Deci. consil. 112. num. 1. Vnde satis est indicijs & præsumptionibus probari, eo quòd nullo corporis sensu potest apprehendi, sed oculis mentis (id est) ratione Inn. ind. cum causam. num. 3. Ex quo fit ad huius capitis argumentum si testis clericum ebrium fuisse testetur, nihil sanè probat, nisi prauabiles rationes sui testimonij ostẽdat Specula. tit. de teste. § 7. nu. 28. Bart. in tracta. de teste. §. 5. cuius sententiæ auctor est Inn. in dict. cap cum causam, sequitur cap. decisio. 159. num. 36. Nec testis crederetur nisi rationem redderet etiam nõ interrogato ità Anton. Abb. & Felin. in dict. capit. cum causam. Ripa. in l. si vnquam. numer. 8. C. de reuo. dona. solet tamen ebrietas ex aspectu probari. Lucas de Pœna in l. 1. num. 7. C. de erog. mili. anno. & tradit Mascardus de proba. volum. 2. conclus. 574. & probatur in ca. Ecclesiæ Princeps. 35. dist. & alios modos probandi ebrietatem

B

Ebrietas quo modo probatur

tem adduxit Lucas de Pena in dict. l. 1. quos Mascardus retulit.

C *Necessitate cõpulsis.* Vide quòd antiquitus circa hoc decretum erat in canonibus Apostolorũ cano. 53. his verbis. [Si quis clericus in caupona cibum capere deprehẽsus fuerit à communione excluditur excepto tamen eo qui necessario in itinere in cõmune diuertit hospitium.] Fuit equidem etiam apud Ethnicos tabernarum ingressus nimis ignominiosus, vt constat ex Isocra. in areopag. oratio. his verbis. [In caupona vel bibere vel edere ex antiquis nullus audebat, vel domesticus familiaris, nam dabant operã, vt graues esse viderentur non autem scurræ.]

Ebrietas quo modo probatur

Fornicarij.

CAPVT LXXVIII.

Clerici pro simplici fornicatione non debent deponi, sed aliàs debent puniri arbitrio iudicis.

CVm iuxtà diui Hieronymi sentẽtiam à Gratiano descriptam. 35. distinct. in summa Vẽter mero æstuãs spumat in libidinem. Meritò ergo post ebrietatis delictum, carnis vitia collocauimus: at cùm fornicatio simplex minus sit punibilis inter illa. ideo de eius pœna primitus differere libuit. Et in hoc omissis opinionibus, dicendũ est, quòd pro fornicatione cleticis, & in sacris constitutis nõ imponitur pœna depositionis: a allegantur ad hoc duæ glossæ singulares in ca. Maximianus. 81. distin. & in c lator. 2. quæst. 7. quibus dat socia Corsetus in suis singularibus, in verbo fornicatio, in cap. Presbyter. 32. distinct. pro quibus dicit esse casum in dict ca. presbyter. sed pœna arbitrio iudicis relinquitur. & istam conclusionem elicit Decius ex dictis per Abb. in cap At si clerici. in colu. 19. vers. De secundo. de iudi. quam dicit esse communem secundũ Modernos ibi, qui allegãt glos. in dict cap. Lator. 2. quæstio. 7. & ibi Ioan. de Fantu. & Imo. in cap. Vt clericorum. de vit. & hone. cleric. Et hãc opinionem tãquam communem sequitur Ana. in cap. Significasti colum. 2. de adulte. Et hanc etiam opinionem dicit communem Felin. in dicto capitul At si cleric. in princip. in penultim. colum. in fin. Et Ioann. de Selua in tractatu de beneficio, in 3. parte, in quæstion 3. qui plura refert in proposito. Et Corsetus in dict. verbo fornicatio, vbi aliqua fundamenta adducit pro ea, & dicit quòd opinio tenentium contrarium fortè posset procedere in Episcopis & prælatis, qui cũ dicũtur cõtrahere matrimoniũ cum ecclesia, non committunt simplicem fornicationem, sed adulterium, & quòd isto modo possent reduci ad concordiã opinionis cõtrariæ: sed tandẽ dicit quòd in facti contingentia indistinctè sequetur communẽ opinionẽ in iudicando & consulendo: licet Aretin. in capit. Cùm non

ab homine. de iudi. 10. colum. teneat opinionem Butri, quam dicit esse communem, scilicet quod deponatur clericus in sacris, ad cuius fundamenta respondet Decius, vbi suprà. Et quamuis Felin. vbi supra in prima limitatione post Abb. in cap. fina. in 3. colum. de purga. Cano. dixerit in Episcopo esse crimen graue, & sic dignũ depositione, fornicatio, in fine tamen concludit, quod dubitat de hoc propter duas glos. quas ibi allegat.

A POENA *depositionis.* Vide Abb. Antiqui. in cap. at si clerici colum. 1. de iudi. & not. Cæsar. Lamb. de iure patrona. 1. partit 2. lib. art. 20. quæst. 9. princip. nu. 14. Paul. Grillan. in tracta. de pœnis omnifa. coitus. quæst. 9. num. 3. quam opinionem esse testãtur eam sequuti Berm. Chouer. in tracta. de publi. concubinar. pag. 251. num. 20. Nauar. in cap. consideret. 121. de pœn. distinct 5. Petr. Dueñas in regul. & fallen. reg. 101. vbi eam limitat. 7. & nouissimè Doct. Didac. Perez in l. 23. tit. 91. lib. 8. ordin. versic. [vtrum autem Fran. Viui. in lib. 3. com. opi. in verbo, [Clericus per simplicem.] Et eam veriorem & magis communem esse, & in practica, ab ea non esse recedendum fatetur Iul. Clar. lib. 5. rescep. senten. §. fornicatio. ver. sed quæro. idem profitetur Ferdin. Mencha. lib. 3. de testa. §. 22. num. 48. sequitur Grego. Lopez in l. 38. tit. 6. part. 1. in verbo, *Toller el beneficio.*

Clericus autem, qui mulierẽ matrimonij ineundi cum aliquo causa, rapuerit, vel auxilio, consilium vel fauorem præstiterit, de proprio gradu deijciendus est, vt statutum est in concilio Triden. Sess. 24. cap. 6. de refor. Si verò non ob matrimonium ineundum, sed alia causa ductus rapuerit, pœna illa non illaqueatur, sed alia pœna pro modo culpæ plectendus est. Prout nec laici incidunt in excommunicationẽ ipso iure ibi impositam, nisi raptus matrimonij causa fuerit perpetratus: sic sanè ex illius capitis principio colliges, quod de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam loquitur: posteaque pœnas subijcit contra transgressores imponẽdas, suffraganturque manifestè verba illa. [Et nihilominus raptor ac omnes, &c.] Loquitur sanè de eo raptore, de quo in principio verba fecerat. Et caput illud in Decreto de reformatione matrimonij cõtinetur, iuxta quod & eius propositum argumentum est interpretandum.

Nouiter declaratur cõcil. Trident. sess. 24. c. 6. de refor.

Concubinarij.

CAPVT LXXIX.

1 *Clericus concubinarius quis propriè dicatur.*

2 *A clerico publico & manifesto concubinario missarum solennia audienda non sunt, quia etiam sine monitione est suspensus ab officio & beneficio, & celebrans efficitur irregularis.*

3 *Clericus concubinarius qualiter puniatur.*

4 *Prælatus*

4 *Tralatus, qui cognoscit quod clericus concubinarius efficeretur detestor, si præcisè compelleretur dimittere concubinam, poterit ad tempus sine peccato tolerare.*

CLericus concubinarius, is 1
propriè dici potest, qui solutam mulierem & corruptã nulloq; sibi spiritualis vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua consueuit carnaliter commisceri. Si verò illa nupta, virgo, aut coniuncta esset, tunc grauioris delicti nomen sortiretur accessus ad illam habitus, ac seuiori pœna purgandus, vt infra latiùs explanabimus. Consuetudinem verò commiscendi, ideo ad faciendum clericum concubinarium requirimus, quia aliàs vnicus tantùm concubitus fornicarium eum solũ faceret, nec damnandus esset pœnis concubinariorum. Nec præterea in hoc distinguerem, solanè retineatur domi concubina per clericum, an sub velamento quod pedisequa sit matris, sororis, amitæ, vel alterius, cuius cohabitatio clericis non inhibetur, dum tamen constare possit, quod eam habet in concubinam. Concubinarium insuper censerem clericum, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui solet carnaliter cõmisceri si de consuetudine constat, & diffamatus est in sua vel ipsius fœminæ vicinia: licet ad effectum concubinatus de iure ciuili aliqui requirant quod concubina si retenta in domo, vt per Bal. in auth. licet. C. de nat. libe. per gl. Bar. post Dinum in l. Concubinã. ff. de concub. & Præp. in rub. de sponsa. colum. 3. nu. 5. Populus enim, siue domi, siue extrahebat clericus concubinam, vocat eum & reputat concubinarium. Quando autẽ dicatur clericus publicus concubinarius, vide Decretum cõcilij Basilien. in Sess. 20. in princ. vbi hoc declarat per hæc verba, videlicet, publici concubinarij dicendi sunt non solùm hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est. Sed qui mulierem de incõtinentia suspectam & infamatã tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit. Aduerte tamen 2
quod quãdo clericus tenet publicè concubinam sicut vxorẽ, & publicè nutrit filios, ita q; etiam ipse non audet diffiteri: tunc omninò est abstinendum ab eo, ita quod non est licitum audiri diuina a ab eo, etiam sine aliqua monitione superioris: quia talis est suspensus ab officio & beneficio, b ita quod b
si celebrat, incurrit irregularitatem. Ista colliguntur ex doctrina Abb. in cap. Vestra, in 3. colum. in 2. 3. 4. q. de cohabitatione cleric. & mulie. Si verò fornicatio non habet operis euidentiam, sed potest probabiliter tergiuersari: quia cõcubina habitat cum matre clerici, & dicit esse pedisequa matris,

tris, vel quid simile: tunc non procedunt prædicta: sed debet spectari monitio, & eius contemptus secundū eum. Cuius opinionem refert & sequitur Sylu. in sua summ. in verbo, clericus. cl. 2. in § octauò debet. in 2. quæst. Et in verbo, concubinarius. in §. 4. & hanc sententiā in substantia saltem videtur tenere Floren. in 3. parte, in 3. ca. fit. 27 vbi etiam addit notabile verbum, quod non solum sacerdos, sed etiam in quocunq; ordine constitutus, etiam in minori est suspensus ab omnibus actibus ordinū ex notoria fornicatione, & tamdiu est suspēsus, quādiu perseverat in vitio & si interim exequitur officia sua, etiam semel, efficitur irregularis, c & indiget dispensatione Papę, ad quod allegat Inno. Hostien. Archi. & Anton. quod etiam sequitur Sylvest. in dict. verbo concubinarius. quā quidem sententiam multum timere deberent vniuersi clerici in quocunq; ordine constituti, & ne illā ignorent, esset omnibus illis prædicanda. Quot enim proh dolor, sacerdotes, diaconi, subdiaconi publicè cōcubinas retinent ea notorietate facti, de qua Abb. in sua opinione facit mentionem, & eodem concubinatu durante non semel, sed pluries missam celebrant, Euangelium, vel Epistolam solēniter decantāt, & quod irregulares ex hoc fiant, non aduertunt, non in minimum animarum suarum dispēdium, & prælatorum suorum periculum, qui eos patiuntur in publico concubinatu diutius immorari ac sordescere. Præterea circa pœnam huius delicti vide Abb. in ca. At si clerici. col. 12. de iudic. qui dicit quod cum iura in hoc vario modo disponant, quandoq; apponēdo pœnam acerbam, quandoque mitem, & quandoq; mitius procedendo, mediam viam amplectendo, vt patet ex iuribus per eum allegatis, relinquitur arbitrio superioris: vt cōsideratis circumstantijs & scandalo inde surgente, & cōsuetudine patrię apponat pœnam, quandoq; depositionis, quandoq; suspensionis, & quandoq; priuationis à beneficijs, quandoq; prius moneat, quandoq; sine monitione priuet, ex quo cōstat de delicto. Sibi enim videtur data optio, d ex quo varias pœnas & modos procedēdi à iure reperimus traditos: iuxta not. per glo. in ca. fraternitatis. 34. dist. & in c. à crapula. de vi. & hone. cler. & 11. q. 2. in sum. & quod notat Hostien. in c. 2. de cle. non residen. in simili quæst. Ita tamē quod semper in isto delicto Iudex declinet ad mitiorem e partem: quia pauci, vt dicit Gregorius, sine vitio incontinentiæ reperiuntur. l. dist. c. Quia sanctitas tua. in fin. Et quia ætas nostri temporis &c. & melius est à Deo redargui de misericordia, quàm de seueritate, 26 q. vlt. Allegant. Et vide prædictū decretum concilij Basilien. in dicta Sess. 20. vbi contra publicos concubinarios statutū fuit, quod

quod quicunq; clericus cuiuscunque status, cõditionis, religionis, dignitatis, etiamsi pontificalis vel alterius præeminẽtiæ existat, qui publicus fuerit concubinarius à perceptione fructuũ omnium beneficiorũ suorum trium mensium spacio ſit ipso facto suspẽsus: quos suꝰ superior conuertat in fabricam vel aliam euidentem ecclesiarũ vtilitatẽ, ex quibus fructus percipiuntur. Necnõ quod huiusmodi publicum concubinariũ teneatur mox suus superior monere quamprimum nouerit illum esse talem, vt intra breuissimum terminum concubinã dimittat, quam si nõ dimiserit, vel dimissam aut aliam publicè resumpserit, ipsum omnibꝰ suis beneficijs omninò priuet. Et nihilominus statuit dictum cõcilium, quod tales publici concubinarij vsquequo cum eis per suos superiores fuerit dispensatum post ipsarum concubinarũ dimissionem, manifestamq; vitæ emendationem sint inhabiles ad susceptionẽ quorumcũq; bonorum, dignitatum, beneficiorum, vel officiorum. Si autẽ post dispensationem, vomitu recidiuo ad huiusmodi concubinatum publicũ redierint, ꝙ sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Et ne quis contemnat illud decretum Cõcilij, ex eo ꝙ Concil. Basilien. nõ fuit in omnibus ab ecclesia receptum, aduertat quod ordinata in eodẽ cõcilio ante sciſſuram in eo factam recipiuntur & allegantur à doctoribus; vt par est videre per Flor. in 3. par. ti. 25. c. 2. §. fi. Et per Fel. in c. Rodul. de resc. in colu. 28. ver. Sed re vera & prædicta. Sess. 20. d. concilij fuit facta ante eius sciſſuram: vt potes colligere ex dictis Doctorib. dum allegant constitutionem illam, quæ incipit: Insuper ad euitandum scãdalum, quæ fuit facta in d. 20. sess. post dictum decretũ contra concubinarios promulgatum. Et istud decretũ concil. Basilien. de concubinarijs inuenies insertũ in concordatis inter Leonem X. & Regẽ Francię, nouissimè commentatum per Pet. Reg. in interpretationibus per eum factis ad dicta concordata: per quem vide in principio sui commenti ad illud decretum triginta pœnas, quas patiuntur concubinarij, annumeratis inter eas his quæ colliguntur ex concilio, quarũ plures, potius damna sunt & incommoda concubinatus, quã pœnæ quæ possint irrogari per iudicẽ. Vnde quæ huiusmodi sunt, pari modo comprehẽdunt laicos cõcubinarios sicut & clericos. Vide tamen Præpo. in ca. Nullus 32. dist. qui refert Inno. in ca. Si autem, de cohab. cler. & mulier. tenentem quod quamcunq; viam eligat Iudex, siue suspensionis, siue priuationis, debet præmitti monitio: nec Iudex sine illa ad alterum præmissorum procedere debet, cum clericus non sit notorius concubinarius: per quem vide post Innocen. vbi supra, vsque ad quantum tempus debet

clericus monitus expectari, & an possit purgari mora. Vt autē prælati excusentur à monitionibus faciendis clericis suæ diœcesis, in hac materia prudēter faciunt, quādo in suis constitutionibus Synodalibus monent f omnes f generaliter, ne concubinarij sint, contrafacientibus pœnas debitas irrogando. Ab. præterea in capi. Vt clericorum 4 de vita & honest. clericor. ponderādo verba illius tex. arbitratur, quod si clericus concubinarius efficeretur deterior, si compelleretur præcisè ad dimittendam concubinam, quod tunc Prælatus tolerando ad tempus, g peccatum non incurrit: g quod dicit notandū Steph. Aufre. in repeti. clem. 1. de offic. ordin. in col. 15. Aduertant autē prælati omnes, & eorū vices gerentes, ne huius doctrinę colore in concubinariorum correctione torpescāt: sed cum talis toleratio facienda fuerit, certissimæ adsint coniecturæ deterioratio-nis. Nam aliàs facilè illis persuadebunt libidinosi grauiora, imò nefanda amissuros, si cogantur continere.

A

A V dire diuina. Vide text. in cap. nullus, & in cap. prę-ter. 32. distinct. vbi doctores & in cap. vestra. de cohabi. cleri. & muli. Regiam. l. 43. titu. 6. pa. 1. gloss. in cap. de homine. de celebra. missar. Theol. in 4. sentent. distin. 13. & quomodo hoc sit intelligendum docet eleganter Cosmas in pragma. tit. de excommu. non vitand. verbo, [Suspensionis.] Io. Maior. in 4. sent. dist. 9. dubio vlt. Florent. in 2. par. tit. 9. cap. 10. §. vlt. Adri. in 4. sent. in tract. de Euchari. quæst. pen. & in tract. de cōfess. quæ. 9. Silue. in sum. in verbo, missa. 2. quæ. 3. Mart. Nauar. in cap. 1. §. laboret. 2. col. de pœn. 6. & in manu. cōfessō. cap. 25. num. 87. D. Couar. in capit. Alma mater. 1. par. relect. §. 2. nume. 10. de senten. excom. lib. 6. Grego. in dict. l. 43. titu. 6. par. 1. in verbo. *Algun hijo de ella.* Imò fortiùs censeo, quod quicunq; committit sacerdoti, quē scit in mortali crimine esse cōstitutum, aliquem actum ecclesiasticum faciendum, si exequatur talem actū, is qui committit mortalem culpam contrahit vt ait Diuus Hieron. in epistola beati Eusebij ad Damasium Episcopū Portuensem, sic dicens. Qui iura scit & vitam præsbyteri agnoscit, & eum pro se celebrare facit, sit eiusdem peccati conscius, nec non, & pœnæ particeps. Idem sentit Abb. in di. c. vestra. & Theol. d. dist. 9. & Cardi. à Turre Crem. in d. c. nullus. S. Thom. in quodli. 11. art. 8. quam esse communem sententiam & Theologorum & Canonistarum fatetur insignis Mart. Nauar. in d. c. 25. nu. 79. quę amplectenda est, quidquid censeat Gab. in 4. dist. 19. q. 1. dubio 4. Maior. dict. distin. 9. Adrianus summ. Ecclesiæ Prę-sul de sacramento Eucharistiæ col. 3. à quo quidē peccato excusatur qui probabiliter dictā legem

legem ignorat, quia probabilis iuris positiui ignorãtia excusat cap. 2. de constit. ita Nauarr. vbi paulò antè allegaui.

B *Ab officio & beneficio.* Adde Hostien. in summa. tit de cohab. cleri. & mulier. §. qualiter imponatur. Guid. Pap. quæst. 558. & latissimè Bermon. Chouer. de publi. concu. fo. 161. quo loco opinionem istam cõmunem esse fatetur, & vide Regiam l. 43. titu. 6. par. 1. circa quam communem sententiam lege nouissimè laco. Menoch. de arbitrar. iud. quæstionibus lib. 2. cent. 5. casu. 418. qui nu. 6. dicit quod cõtra clericos cõcubinarios seueri iudices esse debent, quandoquidẽ non vnũ sed plura scelera hi committũt. Nam adulterij crimẽ perpetrãt cum in sacrorum ordinum assumptione susc ipere dicuntur Ecclesiam in sponsam, cui implicitè saltim promittunt continentiam seruare. Secundò cõmittunt sacrilegium, cum Deo dicati & sacrati sunt: & per carnalem copulam à Deo separantur. Tertiò committunt crimẽ stupri. Quartò incestum. Quintò (vt ille inquit) post Bermõdum committunt crimen contra naturã, & vide D. Frã. Sarm. lib. 1. select. cap. 5. Hodie verò qua pœna clerici concubinarij puniendi sint, vide conc. Tridẽ. Sess 25. c. 14. de refor. vbi clerici prohibentur concubinas aliasq; mulierculas, de quibus sinistra suspitio haberi possit, in domo vel extra detinere, alioquin iuris pœnis sunt puniẽdi.

Clericus concubinatus quibus panis puniatur.

Clerici concubinarij multa crimina committunt.

Clerici concubinarij quibus pœnis puniantur.

Quod si moniti ab inceptis nõ desitierint, tertia parte fructuũ obuentionum, ac prouentuum beneficiorum, & quarumcũq; pensionum ipso iure sunt priuati, quæ fructuum pars, fabricæ Ecclesiæ, vel pio loco, pro arbitrio Episcopi est adiudicãda. Quòd si in eodem delicto, cum eadem fœmina pertinaciter permãserint, vel cum alia simile scelus perpetrati fuerint, non solum fructus omnes, ac prouentus suorum beneficiorũ necnon pensionis eo ipso amittunt, vt dictis locis applicentur: sed suorum beneficiorum administratione, pro ordinarij arbitrio, tanquam Apostolicę sedis delegati, suspendi debent. Si verò in tam profundum malorum pelagus inciderint, vt his pœnis à fœtidissimo concubinatu non arceantur, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs & pensionibus quibuscunque ecclesiasticis, perpetuò priuandi sunt. Inhabilesque iudicãtur ne ad dignitates, beneficia, ac officia deinceps possint aspirare, donec superioribus ex vitæ anteactæ emendatione, visum fuerit dispensare. Si verò postquam semel concubinas dimiserint, postea eas aut alias, sibi adiungere aũs fuerint, præter suprædictas pœnas excõmunicationis vinculo innodati sunt. At si clerici huius criminis rei beneficia ecclesiastica non obtinuerint, nec pensiones: iuxta delicti & contumaciæ perseuerantiam & qualitatem, pœna carceris, suspensione ab or-

dine, ac inhabilitatis pœna ad obtinenda beneficia, alijsue modis & pœnis iuxta canonica decreta plectendi sunt. Quòd si Episcopi in huiusmodi scelus incidere ausi fuerint, & à Prouinciali synodo admoniti, in tali fœditate sordescerent, ipso facto suspensi sunt, & si in crimine perseuerauerint ad sanctissimum Pontificē ab eadem synodo sunt deferendi, à quo pro culpæ qualitate plectendi sunt & si opus fuerit, priuationem patientur.

Clerico concubinario alimenta suorū beneficiorū relinquenda nō sunt nisi egenus fuerit.

Nec huic clerico concubinario qui ob crimē fructibus suorum beneficiorū priuatur, fructus aliqui relinquendi sunt ex quibus alimēta suscipiat quia malè meriti egestate laborare debent l. bona fides. ff. depositi. Quod verum esse censeo nisi clericus egenus esset, & summa laboraret paupertate, vt nō haberet aliunde bona ex quibus posset alimēta percipere, tunc iustitiæ & æquitati congruit vt ei ex dictis fructibus subueniatur quia clerico suspenso à beneficio alimenta ex eo ministranda sunt ad vitæ subsidium ca. præter. vbi Præpo. col. 2. 32. dist. tradit Rebuff. in tract. de sent. proui. in præfacti. nu. 110. tom. 2. const. Franc. Tum quia clerico etiā depositō prouidetur ca. studeat. 50. dist. Tum ne cogatur mendicare in ignominiam & opprobrium ordinis sacerdotalis c. diaconi. 93. dist. Tum quia semper habenda est ratiō ne egeat arg. l. inter eos ff. de re iudi. Tum quia istam opinionem amplectitur glo. in cap. pastoralis. §. verum. in verbo, subtrahuntur. de appella. Bermond. in tract. de publi. conc. in verbo. à perceptione fructuum nu. 11. quæ declaratio notanda est ad Sacrosancti Concilij decretum, & vide Felin. in ca. ex parte. nu. 1. de accusa. & in cap. Apostolicæ. nu. 9. de excep. D. Episcop. Iacob. sepli. in institu. Catho. cap. 9. num. 114. & nouissimè doctissimum Antonium Cordoua de Lara. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. num. 26. ff. de libr. agnoscend

Clerico concubinario, beneficij fructus pro alimentis relinquendi non sunt nisi egenus sit.

Quod si clerici ex concubina filios habuerint, ad maiorem gradum & dignitatem transire nō possunt, sed in statu, gradu, & dignitate, in qua sunt permanere perpetuò debent, ità diffinitum fuit à sanctissimo Domino nostro Pio Quinto Pontifice Maximo peculiari motu proprio prout refert Rojas in epitome successionū. cap. 27. num. 19.

Clerici minimè possunt illegitimos filios detinere.

Nec possunt clerici illegitimos filios intra proprios lares habere, vt incontinentiæ labes ac memoria omnino aboleri valet: ità decretum fuit in concilio Toleta. prouinciali celebrato anno. 1565. actione. 3. capit. 19.

Concubina clerici à iudice ecclesiastico punitur.

Concubina clerici etiam cōiugata, si modo publica fuerit, pro modo culpæ ab ecclesiasticis iudicibus est punienda vt statutum est in Concil. Tridentin. Sessiō. 24. capit. 8.

Sunt quidē multi ex nostris, qui

qui tenuerunt mulierem, quæ cum clerico in sacris constituto, carnale comercium habuerit, incestum committere, ità tenuit glo. in l. 2. in verbo, filij C. de Episcop. & cleri. vbi Bald. num. 2. scribit quòd cum hoc in facto contigisset ita fuit iudicatum. & opinio ista communiter recepta est si credimus Grilland. de diuersis crimi. libr. 3. q. vltim. Practica. Contrad. 341. num. 13. Sed verior contraria opinio quibusdam & nō pœnitendæ authoritatis viris visa est, quòd nec incestus nec sacrilegium comittatur, quam dicit esse communem Ca. cial. in auth. si qua illustris. num 31. C. ad Orfici. Bossi. in pract. tit. de coitu damnato. nu. 15. Mencha. lib. 3. de testamen. § 22. Iuli. Clar. in practi crimi. § fornicatio. ver. Presbyter. Ex quo sequitur impropriè fuisse locutā glos. in c. per venerabilem. in verbo, adulterinus qui filij sint legi. quæ coitum hoc adulterinum esse censebat, licet communiter receptam esse scribat Abb. ibi nu. 32. & Petrus Plaça lib. 1 delictorum cap. 41. num. 31. mea tamen sententia, licet talis carnalis copula incestus non sit, est tamen sacrilegium & adulterium spirituale Abb. in c. vt clericorum n. 6. de vita & hone. cler. sequitur Reuerēd. & doctiss. D. Franc. Samiento. lib. 1. select. interp cap. 5. nu. 9.

Clerici concubinario, beneficio fructum pro alimentis relinquendi non sunt nisi egerunt.

Et non solum talis concubina clerici, à iudice ecclesiastico puniri debet pœnis à iure statutis, verum si crimē sit publicum poterit à sæculari iudice puniri: secus si sit occultum ita tenet de Ancharr. consi. 196. num. 5. Fel. in c. Ecclesiæ sanctę Mariæ nu. 102. de constit. Boer. latissimè decis. 72. Zarius lib. 2. respons. ca. 17. Lup. in rep. c. per vestras. § 21. nu. 13. de dona. inter vir. & vxōr. Montal. in 2. lecti. fori in parte cōcubinæ. Steph. Auf. de potest. sæculari super eccle. pers. reg. 2. num. 34. Berm. Cho. de publ. concub. in parte pœnitus arcere, fo. 303. col. 2. num. 3. cum sequen. qui dicit communem opinionem esse Anton. Gom. in l. 80. Taur. numer. 21. & ità in facti contingentia interrogatus consuluit Euerar. consi. 202. eandem dicit communem Iuli. Cla. in practi. crimin. § 5. quæ 37. versi. Quęro etiam. vbi dicit quòd quidquid sit de iure, iudices tam ecclesiastici quam seculares parum curant de concubinatus punitione quōd (vt ille inquit) forte faciunt ne in alijs puniant: in quo ipsimet delinquunt, eandem opinionem sequitur Auenda. de exequend. mandat. 2. par. cap. 26. num. 7. Dida. Perez. in l. 21. tit. 3. lib. 1. ordi. Et est apud nos expressa lex hoc diffiniens pœnā contra tales concubinas imponēs lex inquam. 3. titul. 19. lib. 8. ordi. noui circa quam legendus est Auenda. d. cap. 26. qui pro eius insigni eruditione multa congerit: & Ioan. Mati. in l. 6. glo. 2. ti. 8. lib. 5. ordin.

Clerici mimmè possunt illegitimos filios dimittere.

Concubina clerici ea à iudice ecclesiastico punitur.

Laicus vero concubinarius, quibus pœnis hodie à iudici-

Laicus concubinarius

bus

quibus pœnis à Ecclesiastico iudice plectendus sit.

bus Ecclesiasticis, sit plectẽdus vide in Concilio Trid. sessi. 24. cap. 8. vbi sancitum est concubinarios, tam solutos quã vxoratos, cuiuscunque dignitatis, vel cõditionis sint, si ter moniti ab ordinario, cõcubinas non dimiserint, excommunicatione esse illaqueandos: nec ab ea absoluẽdos esse: donec præceptis paruerint. Si vero indurato animo in peccato permãserint, contra eos diris pœnis procedi debet.

Nouissime interpretatur Concil. Trid. sess. 25. ca. 14. de reform. & sess. 24. cap. 20.

Est tamen circa superiora summe notandum, quod quãdo Episcopi vel Ecclesiastici iudices procedunt ad punitionẽ concubinatus, vel circa visitationem, aut morum correptionem, non debet eorum sententia retardari prætextu appellationis, vel inhibitionis: seu quærellæ ad sanctam Apostolicam sedem delatæ. Vt decretum est dicto Conc. Trid. sessi. 25. c. 10. de refor. & sessi. 24. ca. 10. Quæ decreta sing. sunt interpretanda, vt procedant, quãdo iudex superior, non iustificata appellatione, nec visis actis processus, inferiorẽ inhibere cõtẽdit. Sed si posquam appellatio iustificata fuerit ex processu, iam ad tribunal appellationis delatæ inhibitio concessa fuerit, erit obtemperanda, nec poterit inferior iudex ad suæ sententiæ executionem procedere. Aliter quidem superiorum iudicum autoritas & potestas non vulgarem iacturam pateretur, dareturque causa inferioribus iudicibus, vt pro libito iudicarẽt, & multis causis appellationis auxilium nihil proficeret & alia multa incõmoda sequerentur quæ prorsus aliena sunt, à mente Sacrosancti Concilij.

Irregularis. Adde quod huius sententiæ authores sunt Cosmas in Pragm. sancti. tit. de cõcubina. in verbo, inhabilis. Henri. in c. si celebrat. de cleri. excom. col. pen. Palud. in 4. sent. distinct. 27. quæst 4. col. 2. & scientiarum omnium Oceanus Tostatus in tracta. contra cleri concubi. conclus 2. Aluar. Pelag. de plan. Ecclesiæ fol. 27. colum. 4. Anton. in cap. 1. nu. 32. de iudi. Anani. col. 1. & Feli. col. 2. in capitu. cum dilectus. de accusa. Guid. Pap. q. 558. Ioan. in sum. confessor. lib. 3. ti. 29. q. 5. Pidacus Perez in l. 23. titul. 3. libr. 1. ordi. col. 170. & hanc opinionem communem esse testantur Mart. Azpili. in cap. si quando. excep. 11. col. 53. de reseri. D. Couar. in Cle. si furiosus. 1. par. relection. §. 1. num. 5. de homi. & nouissimè eam sequitur Ioan. Mat. in l. 6. glo. 2. num. 23. tit. 8. lib. 5. ordi. noui. Contrariam tamen sententiam de iure veriorem esse censeo, quam teneo sequutus Inno. Ioan. Andr. in cap. si celebrat. de cle. excomm. min. Cardi. in cap. vestra. & in cap. quæsitum de cohabi. cleri. & muli. Archi. in cap. præter. §. ad hæc verò. 32. distinctio. Spetul. in ti. de dispensa. §. iuxta propositionis numer. 20. Imo in ca. 1. colum. 4. de iudi. Nicola. Ploui. de irregu. reg. 4. Nauarr. in dict. excep.

excep. 11. D. Couarruu. dict. §. 1. qui vrgentissima argumentatione veram esse ostendit, quanuis consulat quòd absolutio, siue dispensatio hoc casu à Romano Pontifice impetretur.

D *Data optio.* Vide text. optimũ in l. 1. C. de his qui latrones ibi. [Suplicio corporali: aut dispẽsatio facultatum pro qualitate personæ & iudicis existimatione plectetur.] Tenet glos. in capitulo sicut. de iudæis tradũt Hostien. Ioann. An. & docto. in cap. 1. de offic. vicar. Petrus de Ancharra. & Ioan. de Imo. ibi. Bald. in l. cunctos. populos. 1. lect. colu. 9. versi. septimo oppono. C. de summ. Trini. & in l. data. 7. colum. C. qui accusa. Ang. in l. nunquam ff. de priua. delict. Sali. in l. quæcunque. C. de seruit. fugi. quam opinionẽ communem esse fatentur Ana. in dict. cap. sicut. num. 17. Iuli. Clar. in practi. crimi. §. fina. quæstio. 85. versic. solet etiam. & tradit latissimè Helin. in ca. inter cæteras. col. 2. de rescrip. vbi opinionem hanc decẽ modis limitat. Et ratio est quia pœna est semper commensuranda delicto, vt in cap. non afferamus. 24. quæsti. 1. & hanc commensurationem nũquam reus faceret, quia semper minorem eligeret, & ideò frustra lex alternatiuè loqueretur.

E *Mitiorem partem.* Adde glos. memorabilem in capit. de causis. in verbo, certa. de offic. delega. & in ca. hoc ipsum in glos. 1. 33. quæst. 2. & in reg. in pœnis. de reg. iuris lib. 6. & in cap. sicut. de homi. vbi Anna. & doctores not. facit. l. si præses. ff. de pœnis.

Monent omnes. Adde quòd ità F communiter in Synodis obseruatur, secundum Ioan. And. in cap. proposuit. de cleri. excommu. Bermon. Chro. in tract. de publ. concubi. pag. 185. num. 6. Et hæc monitio. in Synodo habet vim trinæ monitionis. glos. in capit. si Episcopus. in verbo, præceptione. 18. distin. quam sequitur Abb. in cap. ex literis. de constit. Felin. in cap. Romana. de Appella. Rip. in ca. 1. de iudi. Nota tamen quòd prædicta intelligo procedere, contra eos clericos qui ex lege diocesana tenentur in synodo comparere, aliàs quacũque via iudex procedat, monitio præmitti debet, nec sine ea iudex ecclesiasticus procedere potest, ad imponendas dictas pœnas, nisi talis clericus esset manifestus notorius concubinarius & incorrigibilis, de quo lege Bermon. dicto. num. 6.

Non incurrit. Vide text. in cap. G requisiuit. de sponsali. Ioann. Lup. in cap. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. §. 18. n. 16.

Matrimonium de facto contrahentes.

CAPVT LXXX.

1 Sacer ordo matrimonium impedit omninò & irritum facit.

2 Clericus, qui de facto matrimonium contraxit, qualiter puniatur.

3 Clericus huius criminis reus, ipso iure excommunicatus est.

4 Clericus

4 *Clericus, qui sub figura matrimonij virginem violauit, pœna stupri puniendus est.*

5 *Clericus beneficiatus in minoribus constitutus, eo ipso matrimonio, cõtracto, amittit beneficia ecclesiastica.*

6 *Quando autem cum minore duodecim annorum, per verba de præsenti contraxit, an beneficia ecclesiastica amittat.*

1 CAlixtus Papa interdixit contractum matrimonij presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & ab illis contracta, debere desiungi & ad pœnitentiam redigi, iuxta sacrorum Canonum diffinitionem
a a præcepit, vt habetur in capit.
2 presbyteris. 27. distin. hinc est quòd clericus in sacris, vxorem ducens, debet compelli ad illã abiurandam, & perdit executionem omnium ordinũ, notat Abb ex text. ibi in cap. secundo, qui cleri. vel vo. qui nihil aliud allegat, & omisit tex. expressum ponentem pœnam delinquentibus in hoc, in cap. decernimus. 28. distinct. cuius verba sunt: Decernimus vt hi, qui in ordinem subdiaconatus & supra. vxores duxerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant, & faciunt verba text. in c. de his etiam. eadem distin. vbi tractando de subdiaconis & diaco. dicit. Cauendum est tamen his, ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias vltro concurrant, quòd si fecerint, vt sacrilegi rei ab ecclesia habeantur extranei. De presbyteris verò videndus est text. in capit. presbyter, eadem distin. cuius verba sunt: Presbyter si vxorẽ duxerit, ab ordine deponi debere
b oportet. Item efficitur irre- b
gularis, vt neque in susceptis ordinib⁹ ministrare possit, nec ad maiores susc ipiẽdos admittitur, vt notat idem Abb. in ca. 1. in 2. not. eodem titu. ex quo venit quòd tanquam irregularis priuabitur beneficijs. An autem sit priuandus per sententiam c vel ipso facto priuetur, c
sunt opin. quas refert Stepha in decisione. 239. Capellæ Tholosanæ, in additione. Aduerte tamen quòd ipsemet Panormit. in cap. At si cleri. de iudi. colum. 2. videtur esse in opinione, quòd clericus, qui solutam nõ virginem, de facto duxit in vxorẽ, ac cum ea fuerit fornicatus, debet deponi. pro quo allegat iura in ca. fraternitatis. 34. distin. & in cap. *Si quis ammodo*. 81. distinct. & in dict. ca. 2. qui cle. vel vo. quæ iura (salua tanti patris reuerentia) hoc nõ probant: imò text. in dicto ca. F
Si quis ammodo, qui plus videbatur vrgere, dicit à proprio gradu decidat, vsquè dum ad satisfactionem veniat: vnde per talia verba videtur imposita magis pœna suspensionis temporalis, quã depositionis. Sed pro opinione sua posset Abb. allegare tex. in cap. Presbyter. 28. distinctio. quem decerpsit Gratianus ex capit. 1. Concilij Neocæsariẽsis, cuius verba sunt presbyter si vxorem duxit, ab ordine illum deponi debere oportet. vbi Archi. exponit, ab ordine,

ordine, id est, ab officio & beneficio: quòd etiam ibi tenent Domi. & Præpo. licet eum non referant: quanuis glos. exponat ab ordine, id est, ab officio, & 3 non beneficio. Clericus præterea taliter contrahens est excommunicatus ipso iure, vt in cle. vna de consanguin. & affini. cuius absolutio episcopo est reseruata, vt per glo. ibi, in verbo, obtinere. Redditur præterea suspectus de hæresi, d vt procedatur per inquisitores cõtra eum, vt notat Ioã. Lupus in repe. rub. & ca. per vestras. de donatione inter virum & vxorẽ fol. 67. colum. 3. versi. Ex quo meo iudicio, vbi hoc infert ex his quę notant Butri. & Bald. in l. 3. C. de summa trinit. & fide catho. loquendo de monacho matrimonium contrahente. Debent præterea in hoc aduertere iudices, quòd præter pœnas suprà dictas debet in sacris constitutus pati pœnas stupri, si virginem violauit sub figura matrimonij. Neque ex hoc q verba de præsenti seu benedictiones præcesserint, ab illa excusandus est, quin potius grauius puniendus, eoquòd virginẽ sub sacramenti colore deceperit, & corruperit, quę velut vxor consensit in copulã, vnde propter talẽ dolũ vltra ordinatiã pœnã depositionis, arctiori carcere vel monasterio detrudi debet, quàm pro alio simplici stupro. Mulier insuper ab ipso sic seducta tantę posset esse nobilitatis & honoris, tãtúuè populi scandalũ, vt meritò clericus in hoc delinquens publicis verberibus, vel alia publica correctione puniendus esset: quãdo suæ personæ qualitas hoc non impediret, argumẽto eorum quæ notat Præpo. in cap. 2. de sponsa. duo referẽdo Anto. quòd Iudex attenta qualitate personarum poterit arbitrãdo punire pœna mortis illum, qui viuente prima vxore contrahit cum secũda: puta si ignobilis vxorem habens, contrahit cũ nobili, & illudit illã. De qua tamen doctrina Anto. vid. Augusti. in addi. ad Ang. de male. in parte: *Che mai adulterato.* fol. 152. nu. 65. Clericus verò bene- 5 ficia. in minoribus ordinibus constitutus, si contrahit matrimoniũ. eo ipso vacãt beneficia, e vt tenet Collec. in ca. 1. de cle. e coniu. & decisio. Capellę Tholosanæ suprà allegata. & Sylue. verbo, clericus. lo. 2. §. 4. Et hoc etiamsi non sequitur copula, notãt docto. in d. ca. 1. Nec recuperant benefica, sponsa ingrediente monasterium, vt per eos ibi: & not. etiã Ioã. de Imo. in clemen. gratiæ. de rescrip. in col. super glos. resignaueris. Præpo. in c. Placuit. 32. distinct. prope fin. Quod insuper procedit etiamsi matrimoniũ contractum sit nullum: f vt notat f Ioan. And. in capit. Ioannes de cle. coniug. Roma. consi. 483. dubitatur primò, colũ. 3 Hippoly. consil. 70. volum. 1. colũ. 3. incipiente: Scientiarum omnium. Stepha. in addi. ad dictã decisionem Tholosanam, qui solum allegat Bart. Brixien & Ange.

& Ange. de Clauasio. Confirmatur ista sententia doctrina mea magistrali. 181. incipiēti: Pœna etiam faciendo, vbi de ista conclusione fit mentio: quam vide, quia aliqua referūtur in contrarium remissiuè. Et vide Decium in consil. 166. volum. 1. Ego Philippus Decius, vbi refert Bartho. Brixien. in quæst. 10. Et Cardin. Imol. & Abb. in dict. cap. 1. & Roma in dict. consi. tenētes quòd clericus in minoribus constitutus si contrahit matrimoniū cum consanguinea, nunquam admittitur ad beneficium, quia illi facto suo renunciauit. Et quia ipse in principio illius consilij tenet quòd talis clericus non sit ipso iure priuatus beneficijs, respondet ad dictam doctrinam Brixiensis & aliorum, quòd non habeat locum quando clericus in minoribus contraxit sciēter in gradu prohibito, qui tali casu ex quo sciebat matrimonium non valere, non videtur habere animū abdicandi beneficium à se. quòd dicit tenuisse Imo. in cle. gratiæ. de rescrip. Et sic quòd dicta concluſi. doctorum restringatur, quando ignoranter contraxit tale matrimonium: & dicit ibi, quòd in dubio præsumitur scientia in coniuncto quòd sciat coniunctionem quā habet cum alio. Et licet Decius ibi posteà in fin. det aliam & vltimam responsionem ad dictam cōclusionem Doctorum, videlicet, quòd non sit vera in hoc saltem, quòd talis nō perdat ipso iure beneficium, ex ratione de qua per eum. Mihi tamen plus placet distinctio precedens, & sic quòd quādo probaretur quòd ignorans cōsanguinitatem contraxit, tunc ipso iure perdat beneficium, quia visus est facto suo illi renunciare. Si verò contraxit sciēter, tunc quod priuetur eo per sententiam: quia licet videatur cōfidere in nullitate matrimonij, vt non perdat beneficium ipso iure, sufficit quòd facit actum incomparibilem cum beneficio, vt est matrimonium contrahere. Imo. tamen in dict. clemen. gratiæ, videtur tenere cōtrarium, videlicet quòd quando impedimētum consanguinitatis erat notum vtrique, vel saltem clerico, quòd nō perdit beneficium, nisi processisset ad copulam, quia tūc propter affectum cum opere subsecuto saltem esset priuandus. argu. capi. nuper. de bigamis. Effectus enim huius distinctionis maximus est, nam in primo membro non poterit sic contrahens renunciare beneficio in fauorem alterius. Secundò verò sic ante quam deponatur ex doctrina illa magistrali Innoc. in cap. Cùm nostris. de cōcess. præbend. quam ego latius ornaui in meis doctrinis. num. 120. incip. Homicida. Vide præterea in hoc articulo notabile dictionem Præpos. in dict. cap. Placuit videlicet quòd si matrimonium non tenet propter consanguinitatem, vel aliud simile impedimentū, quòd tunc

clericus

clericus perdit beneficia. Si verò non tenet ex defectu cõsensus, tunc non. Considera tamen quòd hoc posset intelligi quãdo defectus cõsensus fuit in ipso clerico. Si tamẽ fuit in muliere, puta quia per vim fuit cõpulsa contrahere, ipso clerico purè & liberè consentiente: vel quia mulier non erat sanę mẽtis, non video quare non perdat beneficia sicut quando cõtrahit cum cõsanguinea, quod apperte colligitur ex distinct. quã fecit Imo. in dicta clemen. gratiæ, quem non refert Præ-
6 po. Quando autem contraheret cum minore duodecim annorum, licet per verba de præsenti, cum illa resoluantur in sponsalia de futuro: videtur dicendum quòd non perdit clericus propter illa, sua beneficia
g nisi quando aduenientę legitima ætate in muliere matrimoniũ sic contractũ ratificaretur, modis de quibus per text. gloss. & Docto in ca. vnico. de desponsa. impu. li. 6. Sed cõtrarium fuit decisum per dominos de Rota in antiquis decisio. 103. incipien. Nota, quòd vbi clericus. Et vide Ioannem Staphileũ in tracta. de gratijs expectatiuis. fol. 74. versic. quapropter vt saluetur. Vbi dicit q̃ illa decisio. Rotæ procedit in terminis in quibus loquitur, videlicet quòd tunc demũ clericus perdit beneficiũ, quando minor, cum qua contrahit, peruenerit ad pubertatẽ, vel quòd intelligatur de impubere proxima pubertati: quem etiam vide in sequenti folio, versicu. posse tamen. vbi dicit, quòd clericus contrahens de facto cum minore non proxima pubertati, siue cum furiosa, aut consanguinea perdit beneficium meo iure, neque illud potest retinere absque dispensatione, saltem episcopi.

Diffinitionem. Vide text. in cap. si quis & in ca. erubescant. 32. distinct. Nec vnquam sanè in Dei Ecclesia licuit, sanctis ordinibus initiatis matrimonium contrahere: imo ab initio nascentis Ecclesię hoc illis prohibitum fuit, quod constat ex canonibus Apostolorũ cap. 15. cuius verba hæc sunt ex Haloandri trãslatione. [Ex his qui cęlibes ad clerum peruenerunt, iubemus lectores tantum & cantores, si velint nuptias contrahant.] Hactenus canon. Græcis equidem solis licuit, vti coniugio contracto, ante sacrum susceptum ordinem non autem post sacrum ordinẽ contrahere: ca. cum olim. de cleric. coniug. cap. Siracusanæ. 18. distinct. tradit Ioan. Maior. in 4. senten. distinct. 24. q. 2. & dist. 27 quæst. 1. Ioan. Enchius contra Lutherum cap. 19. Alphon. de Castro libr. 2. de hæresi. in verbo, sacerdotium. D. Couarruu. li. 4. decretali. 2. par. cap. 6. §. 3. Alphon. Viru. aduersus Lutheri dogmata Philippica. 19. de cælibatu cleric. pagin. 244. Faber. in malleo cõtra Lutherum tracta. 4. Tho. Vvalden. li. de sacramen. capit. 128. & cap. 129. de sacramẽto ordinis agẽs

Clericis à principatus cõtis Ecclesiæ matrimonium cõtrahere fuit prohibitum.

& lib. de sacramentalibus cap. 66. & 67. Petrus Soto de inst. sacerd. de matrimonio, lectione 6. & elegantissimè Michaël. à Medina Franciscanus vir doctissimus peculiari lib. de hoc argumento in lucē missō nempe de cœlibatu. Albert. Pighius controuer. 15. Bartholo. Latomus aduersus Bucerum cōtro. de cælib. sacerdo. Mart. Ayala de diui. Ecclesiæ tradit. tit. de cælib. Robertus Arbori. in tracta. de sacerdotum cœlibatu qui hāc catholicam veritatem multis magnisque rationibus aduersus impuri Lutheri dogmata probant. Nec hoc mirum est cum apud Barbaros legibus & moribus idem sit receptum. In regione quidem Palmaria in nouo orbe detecta sacerdotes viuunt cælibes & incorrupti, vt testatur Petrus Martyr libr. de noui orbis insulis nuper repertis. Et apud Essæos qui contemplationi, & cultui assiduo Dei dediti erant, vxoribus carebant, vt testatur Eusebius lib 8. de præpar. Euange. cap. 4. Nec nubebant Vestales apud Ethnicos, nisi cum religioni erant inutiles sicut Prudentius commemorat. libr. 2. contra Symmachum. Nec hijs mores vel corruptelæ aliquarū nationum, vt Moscouitarum & Græcorū reffragātur quia longè aberrarunt, vt docet eleganter Sygismundus Barro. lib. cōmentariorū de rebus Moscouitarum. Et vide nouissimam sacrosancti Tridentini concilij decissionem Sess. 24. cano. 9. in hæc verba. [Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatē solenniter professos, posse matrimoniū contrahere, contractumque validum esse non obstāte lege ecclesiastica, vel voto, & oppositū nil aliud esse, quā dānare matrimoniū, posseque omnes contrahere matrimoniū, qui nō sentiūt se castitatis, etiā si eam vouerint, habere donū anathema sit: Cùm Deus id recte petētibus nō deneget, nec patiatur nos suprà id, q̄ possumus tentari.] Verū qui minoribus sunt ordinibus constituti, nō prohibētur ibi ante subdiaconatū, matrimoniū cōtrahere: imò hoc illis permissum est cap. 1. & ibi not. de cleri. cōiug. l. 16. tit. 2. par. 4. vbi Grego. tradit Siluest. in summa in verbo, matrimonium. 8. impedi. quæst. 12. Mart. Nauarr. in manu. cap. 22. numer. 52.

Religio sanctissime societatis Iesu posse tria vota matrimonium contrahere prohibētur.

De monachis vero illud prętermittendum non est, quòd in concilio Turon. secundo sub Pelagio Primo Ponti. Maxim. cano. 16. eo tēpore celebrato quo licebat clericis iuxta vsum Orientalis Ecclesiæ vxores habere: ità decretum est: [Si qui in monasterio cōuersi sunt nul latenus exinde habeant licentiam euagādi. neque (quòd absit) vllus eorū coniugē ducere, aut extranearū mulierum familiaritatem habere. Nam si vxorem duxerit excommunicetur, & de vxore malè sociata cōsortio etiā iudicis auxilio separetur: & infelix monachus tali coniun-

coniunctione fœdatus, ab Ecclesia segregetur, donec reuertatur ad septa monasterij, & in dictam ab Abbate, quādiu præceptū ei fuerit, agat pœniten.] Hactenus concilij sanctio.

Religio sanctissimæ societatis Iesu post tria vota matrimonium contrahere prohibētur.

Religiosi etiam sanctissimæ societatis Iesu qui biēnio peracto tria vota tametsi simplicia secundum constitutiones dictę religionis emiserit quamdiu in ea fuerint inhabiles sunt ad matrimoniū contrahēdū quòd si de facto cōtraxerint nullum & irritū est, vt decretū est à sanctissimo Domino nostro Gregorio Decimo Pōtifice Maxi. peculiari motu proprio hoc anno. 1584. quod nouum est matrimonij impedimentū dirimens: sunt sanè huiusmodi vota emittētes verè & propriè religiosi quod si quis deinceps contrarium ausus firmare vel aliquid cōtra pium institutum dictæ sacræ religionis asseuerauerit (vt quidam proximis diebus temerario ausu facere non erubuit) pœnā excommunicationis latæ sententiæ nec non inhabilitatis ad quæuis officia, & beneficia secularia & quorumuis ordinum regularia, eo ipso absque alia declaratione incurrunt, quarū censurarū absolutio Apostolicæ sedi est reseruata vt latius in dicto motu proprio continetur. Est equidē Christianæ reipublicæ vtilissimum imo summè necessarium præfectam societatem à Summis Pontificibus maximis fauoribus & amplissimis priuilegijs amplecti cū propugnaculum sit fidei, lumē Ecclesiæ religionis amplificatrix, peccatorum medela, priorumque virorum tutissimum Asylum.

Deponi debere. Adde quòd durius decretum stat in. 8. concilio Toletano. cap. 7. in hūc modum. [Quicunque etiā inuiti, ad Ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quā semel receperant gratiam, donumque nequaquā audeāt. Si verò ad coniugiū moresque sæculi redire attētauerint, omni Ecclesiastica dignitate priuētur, & Apostatę habeātur, & in monasterio donec vixerint, sub pœnitētia retrudātur. Solēt tamē ad tēpus in monasterio collocari, vt illic ieiunijs & orationibus vacent, & prædictas iuris pœnas patiantur, & vide Regiam. l. 41. tit. 6. par. 1. & ibi Gregor. Lup. & Extrauag. antiquæ concertationi. de voto. & vltra supradictas canonicas pœnas pecunia quoque multātur cap. 1. de cler. coniug. cap. decernimus cap. presbyter. capit. presbyterium. 28. dist.

B

Laicus qui dimissa vxore, sacris ordinibus insignitus fuit non extrauaganti cōstitutione quæ Ioan. est vigesimi secundi cōtinetur, quæ quidem ea est: vt nec matrimonio soluto, in susceptō ordine ministrare, nec ad superiores ordines promoueri possit, nec aliquod ecclesiasticum beneficium obtinere va-

Sed qua pœna punietur laicus, qui vxore dimissa, sine iusto illius consensu, sacris ordinibus insignitus: iure quidem nulla alia pœna reperitur diffinita, præter eam quæ dicta *signitus* extrauaganti cōstitutione quæ *qua pœna plectendus* Ioan. est vigesimi secundi cōtinetur, quæ quidem ea est: vt nec matrimonio soluto, in susceptō ordine ministrare, nec ad superiores ordines promoueri possit, nec aliquod ecclesiasticum beneficium obtinere va-

leat. Sed quia in illa cõstitutione non tam de tanti criminis debita punitione, quã de effectu sacrorum ordinum agitur: ne tam graue scelus inultum remaneat, in Hispania iustissimè receptum est, vt huiusmodi crimen perpetrãtes, eadem patiãtur pœnas, quas qui post sacri ordinis sumptionem vxorem ducunt, de quibus in hoc capite disseritur. Nec enim refert, an matrimonium antecedãt vel sequatur cum vtroque casu est matrimonij sacramento & cælibatui ordinis sacrameti, æqualis iniuria fiat. Et cum casus is cõtigisset in sacro inquisitionis senatu, reus suspẽsus fuit ab officijs & beneficijs ecclesiasticis, & præter publicã pœnitentiam, qualis blasphemijs iniungi solet: mulcta pecuniaria imposita in monasteriũ ad certum tẽpus similiter fuit detrusus, ità testatur D. Iacob. septima. in Cath. instit. cap. 40. numer. 14.

Contrahẽs secũdum matrimoniũ, viua coniuge ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis punitur.

Nec illud hoc loco accõmodatissimum prętermitti debet, laicum etiã secundum matrimonium, viua coniuge, ab hæreticę prauitatis inquisitoribꝰ posse puniri: is equidem qui sic contrahit, perperam videtur sentire, de sacramento matrimonij, & de eius vinculo, ità tenet Domi. & Fran. in cap. accusatus. §. sanè. numer. 6. de hæreti. in 6. Felin. in cap. ad abolendum in princi. de hæreti. Alphon. à Castro de iustã hæreti. puni. li. 1. ca. 1. Summa Rosela in verbo, *Hæreticus*, nu. 6. Ludo. Car. de hæreti. §. circa secũdum num. 60. in fine Reper. inquisitorum in verbo hæreticus in versi. ex quibus suprà traditis. Conrad. Brunus de hæreti. lib. 1. cap. 2. Alberti. de agnoscẽd. assertioni. quæst. 23. per totam Iacob. septim. in enchi. tit. 12. Ioan. Lup. in repeti. cap. per vestras. de donati. inter vir. & vxor. §. 12. numer. 25. Rojas. in tractat. de hæretic. 1. par. num. 540. D. Couarruu. in 4. Decreta. 2. par. cap. 7. §. 3. num. 6. & est communis & verissima opinio, quæ contradictorem non habet, & procedit nulla constituta differentia, an matrimonium publicè, vel secretè, fuerit contractum, & opinio contraria egregiè fuit confutata à Iacob. septim. in Catholi. inst. cap. 40. num. 3.

Receptum tamen est inter doctores, crimen hoc grauissimum mixti esse fori, & ea ratione inter inquisitores Episcopum & iudicem secularem locum esse præuentioni, ita Abb. per text. ibi in capit. 1. de offici. ordi. & in cap. cum haberet. numer. 3. de eo qui duxit in matri. Alber. de agnoscend. assertioni. quæst. 23. nu. 76. Couarr. in d. §. 3. num. 6.

Et pœna quæ à iudicibus ecclesiasticis ordinarijs pro crimine isto imponitur, est publica ignominia, text. in capit. de benè dicto. 32. quæst. 1. vbi glo. in verbo, & caluos. text. in cap. Episcopi. 26. quæst. 1. capit. nuper de bigam. Abb. in dict. ca. cum haberet. num. 3. Frequentissimè

tissimè tamen horum regnorum praxis recepit huius criminis reos, ante portas Eccles. in scala ignominiosè collocari.

Nec desunt ex nostris, qui existimēt pro crimine isto impositam esse excommunicationem, quæ eo ipso incurritur, vt tenet Paul. Grill. in tract. de pœnis omnifa. coitus. quæst. 14. cuius opinio falsa est, vt manifestè apparet ex glo. in Clement. vnic. de consang. & affini. quam Card. Imol. & alij ibi sequuntur.

Ab inquisitoribus autē, hoc crimen perpetrantes fustibus cœdi solent cum relegatione ad tempus, vt testatur Iacob. Septimam. in Catholi. institutionibus. cap. 4. num. 1. in fine in enchi. tamen tit. 12. num. 6. asseuerat, quòd plebei flagellis cœsi, ad triremes condemnantur. Si verò nobiles fuerint, alię iustæ pœnæ imponuntur, & quòd ad triremes facienda sit condemnatio, decretum fuit à supremis sacræ inquisitionis senatoribus, vt refert Rojas vbi suprà num. 546.

Punitur deinde qui viuente prima coniuge aliam duxerit, pœna infamiæ. cap. nuper. de bigam. l. eum qui duas. cū glos. C. de adulter. pœnaque stupri iniūgitur. Pœna verò stupri est in personis honestis, amissio dimidiæ partis bonorū, in vibus verberatio, cū quinquennij relegatione text. in §. 2. Insti. de public. iudi. Regia. li. 2. titu. 19. par. 7. tradit Alexan. consi. 165. volum. 7. vbi Carol. Molin. in addi. Ex quo sequitur lapsum fuisse Romanum, sing. 531. asseuerantem, mortis pœnam contrahentibus secundas nuptias imponi. In his verò regnis in hoc crimine variæ pœnæ pristinis temporibus impositæ fuerunt, vt videre licet in l. fin. tit. 17. par. 7. & in l. 2, tit. 7. lib. 4. fori & in l. 7. tit. 15. lib. 8. & in l. 6. tit. 7. & in l. 8. tit. fina. eodem lib. Nouissimè verò qui crimen hoc commiserit, vltra id quod ignominiosè per vias publicas trahendus est, mitti debet ad Regias triremes per decem annorum tempus, vt probat l. 8. titul. 2. libr. 8. ordin. nouiq; indistinctè practicatur nulla personarum constituta differentia, vt scribit D. Didac. Perez in l. 3. in glo. 1. lib. 5. ordin. veteris. Quod tamen verū non censeo, sed quod cum nobilibus illius legis rigor moderetur, & ita praxis quæ vera est legum interpres, recepit.

Per sententiam. Vide glo. Anton. Ioan. de Imo. Abb. in ca. 1. de cle. coniuga. Deci. consi. 166. D. Couar. in 4. Decretal. 2. par. cap. 6. §. 3. num. 4. Est equidem circa hoc communis Doctor. sententia asseuerantiū, clericum in maioribus ordinibus constitutum per matrimonialem contractum, non esse ipso iure beneficio priuatum, sed priuandum esse. Secus verò si is clericus in minoribus ordinibus fuisset cōstitutus, quia ipso iure priuatus est, & opinionem istam dicit tutiorem &

C

in practica seruandam Benedictus de Capra in cap. 1. de clericis coniugat. vide quæ infra dicam in verbo [beneficia.]

D De hæresi. Vide Bermond. Cho. in tracta. de publi. cõcub. pag. 248. nu. 4. Iacob. Septim. dict. cap. 40. num. 12. qui cẽset hoc procedere, quocunque modo, siue publicè, siue secretè matrimonium fuerit contractum.

E Beneficia. Vide text. optimũ in cap. 1. de cleri. coniuga. Et istam opinionem magis communẽ esse testatur Iosep. Mascard. in tract. de probat. volu. 1. conclusio. 182. nu. 6. Circa quam illud est considerationedignissimum, quod licet clericus in minoribus ordinibus constitutus matrimonium cõtrahens: sit ipso iure beneficijs ptiuatus, is qui ob eam causam ea beneficia à Romano Pontifice impetrat, præcisè tenetur probare matrimonium, nec sponsaliorum probatio sufficeret, cum dubia probatio contra ipsum sit interpretanda, vt in cap. in præsentia. de probat. de quo est celebratissimum consilium Anchar. 20. quem sequitur Mascar. d. cõclus. 182. Procedit sanè dicta magis communis opinio etiam si matrimonium carnali copula minimè fuerit consummatum vt tenet gloss. Ioan. Andr. Abb. Imo. Collecta. in ca. 1. de cleri. coniuga. vbi Benedict. de Capra, communem esse fatetur. Et locum obtinet, quamuis vxor ante copulam, religionem ingrediatur ex Abb. sententia in dicta. ca. 1. Auferi. ad Capell. Tholo. quæst. 239.

Amittit etiam clericus in minoribus constitutus, per coniugalem contractum, regressus, accessus, atque alia quælibet iura, ad beneficia ecclesiastica ipsi contrahenti competentia. glo. in cap. 1. de cler. coniug. lib. 6. vers. clericalis quã sequuti sunt Paul. & Alexand. in l. si à primo. ff. de lib. & post. Martin. Nauarr. in ca. si quando excep. 5. de rescrip. & opinionem istã communem esse fatetur D. Couar. dict. §. 3. nu. 5. vbi idem de ecclesiasticis pensionibus affirmat, de quo vide Hieronym. Gigan. in tracta. de pensio. q. 54. Et ea ratione vsus Romanæ Curiæ iam pridem obtinuit, vt per matrimonij contractum, pensiones vacent etiamsi simpliciter, nullo spirituali onere adiecto constitutæ fuerint, vt scribit Nauarr. in tract. de oratione cap. 21. nu. 53. Præterquam, si à Romano Pontifice alicui laico, pro re gesta in Ecclesiæ vtilitatem constitutæ fuerint. Vel aliunde ex eius mente colligatur velle pẽsiones, ob matrimonium non extingui, vt refert Ioan. Baptista in tract. de pensi. quæst. 30.

Clericus in minoribus, per contractum matrimonij omnium Ecclesiasticu priuatur.

Sit nullum. Vide Petrũ de Ancharra. cõsil. 34. num. 10. Ioan. Andr. Anchar. & doctores in cap. 1. de cleri. coniug. libr. 6. Aymonem Crauet. in tracta. de antiqui. tempor. 4. par. §. videamus fol. 131. num. 14. Sebasti. Van. in tracta. de nulli. tit.

quo-

quoties & intra quod tempus. nu. 60. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. lib. 1. §. 26. glo. 2. num. 9. Ioan. Staphi. in tracta. de liter. gratiæ & iustitiæ. fol. 75. quam opinionem communem esse testantur Ferdi. Loazes de matrimonio Regis Angliæ dubio. 11. num. 13. D. Couarru. dicto. §. 3. num. 4. Grego. Lup. in l. 41. tit. 6. part. 1. in verbo, *El beneficio*. Ferdinand. Mencha. de testa. §. 22. num. 64. Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. fin. quæstio. 37. versi. clericus beneficiatus, & nouissimè Did. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. versicu. Item quia fol. 5. Quæ cõsuetudine recepta est vt fatetur Petrus Rebuff. in tra. de pacifi. possessor. nume. 187 In quo cauendum est ab Imo. qui contrarium tenuit in Clemen. gratiæ de rescrip. Loazes in rep. l. filius familias nu. 285. ff. deleg. 1. Quam quidem communem & receptam sententiam admittit Deci. consi. 166. quando ignoranter matrimonium contractum est, secus si scienter, quia hoc casu (vt ille inquit) non priuatur qui sic cõtraxit ipso iure. Sed Deciũ meritò reprehendit insignis Greg. vbi paulò antè allegaui, esset equidem omni iuri & rationi contrarium, vt magis peccans, melioris esset conditionis, quã qui leuiùs delinquit.

G *Sua beneficia.* Adde quòd opinionem istam tenuerunt. Ioan. And. Cardi. Anchar. Imo. in ca. Ioannes de cleri. cõiuga. Henr. in cap. diuersis. eo tit. quorum opinionem communem esse testatur Couarruu. vbi supra. num. 4. quam ipse sequitur cõtra Rotam & Staphy. ab authore nostro allegatos, quorũ opinio procedere potest, quando clericus minoris ordinis beneficia ecclesiastica obtinens, cum impubere contraxit per verba de præsenti, ignorãs fortè eam impuberem esse, quia tunc beneficio priuatur, nõ aliter quam si cum pubere contraxisset, cum qua foret canonicum impedimentum, cõsanguinitatis vel affinitatis. Si autem sciebat eam esse impuberem, tunc procedit communis opinio, qua distinctione, has contrarias opiniones componit Ferdi. Mench. de testamen. dict. §. 22. num. 47.

Clericus in minoribus, per contractum matrimonij omnium Ecclesiasticis priuatur.

Monialibus:

CAPVT, LXXXI.

1 *Clericus monialem carnaliter cognoscens, in vno instanti tria delicta committit: sacrilegium, adulterium & incestum.*

2 *Clericus monialem cognoscens, qua pœna debeat puniri.*

CLericus tale facinus perpe 1
trans spõsam Christi corrumpit, & committit tria peccata: a sacrilegium, adulterium, 2
& incestum, quò ad accusationem, quia de omnibus his potest accusari, vt per gloss. nota. in capitu. Virginibus. 27. quæstio. 1. quam sequitur Abb. in capit. At si clerici. de iudic. colum. 12. & in capit. penulti. 3. nota. de purga. cano. & in cap.

monasteria. in fin. & in capit. vt clericorum. num. 6. de vita & honestate clericorū: cuius pœna est vt deponatur, b ex dispositione text. in cap. Si quis episcopus. 27. quæstio 1. ab officio & beneficio, vt per glossam primam, dum allegat, cap. Si quis sacerdos. Et vide Ana. consil. 1. colum. 2. versic. Secundò quòd fama. vbi per dictum capit. Si quis episcopus. tenet. quòd istud delictum est de maioribus merentibus perpetuam depositionē, dato quòd talis fornicatio cum moniali non sit notoriè scandalosa, vel diu continuata: & dicit hoc ità declarare pulchrè Anton. in dicto capitulo. At si clerici. Et vide Hippoly. in repetit. l. Vnicæ. C. de rapt. virginum, nume. 41. vbi tenet quòd clericus in hoc delinquens debet priuari officio suo, & detrudi in monasterium, per text. in capitu. Si qua monacharum. 27. quæstion. 1. & per dictum capit. Si quis. per quem textum, vide quod dicit Abb. in capitul. clericus, numero. 2. de vita & honestate clericorum. Et vide Paul. Grillland. in tracta. de pœnis omnifariam coitus, in 1. quæstio: circa fin. versi. Secundo verò casu, vbi per eadem iura dicit, quòd clericus cuiuscunque gradus vel dignitatis deponitur propter hoc delictum ab omni ordine sacro, & priuatur omnibus beneficijs, & detrūditur in arctū monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam: quē vide prius per duas colum. præcedentes declarātem, quomodo in hoc crimine quatuor crimina committātur: & an possit reus de vno quoque pariter accusari & puniri: & quæ vtilitas resultet, quòd quis possit accusari & puniri de pluribus delictis differentibus specie, & descendentibus ex eodē facto. Cardina. tamen de Turrecremata in dict. capit. Si quis episcopus. dicit, quòd tunc propter hoc deponatur clericus, quando in notitiam populi deuenerit, aliàs secus, per id quod notatur in capitu. Non debet. 30. quæstio. 1. Et dicit hoc velle gloss. ibi positam in eo cap. Si quis episcopus. Quæ tamen si benè consideretur, non probat: quia nihil aliud dicit, nisi allegaret. Si quis, 30. quæstion. 1. & ideo contrarium credo verum, cum dict. capit. Si quis episcopus. simpliciter imponat pœnam depositionis, & delictum in se tam graue sit, in quo tria, vt prædiximus, committuntur delicta. Et hoc videtur velle Ioann. de Anan. vbi suprà, referēdo Anton. Nec obstat quod dicitur in dicto capitul. Non debet, quia cùm ille text. imponat pœnam delicto longè diuerso, & quòd est grauius in consideratione populi, quàm in seipso, videlicet quòd clericus commisceatur mulieribus, quæ ei peccata confessæ sunt, nimirum si considerat, an populus id intellexerit. Notum est enim quòd ex confessione non contrahitur cognatio spiritualis, & sic non potest dici

b

A

Habens carnalē copulā, cum moniali, multis criminibus illaqueatur

incestus: & si confitens fœmina non est nupta, nec virgo, nō est adulterium, nec stuprum, est igitur sola fornicatio qualificata, tantò grauior, quātò maius scandalū affert in populo. Abhorret namque populus simile facinus, & meritò: quia si non sic punirētur in hoc delinquētes, difficilimè præstarent homines licentiam filiabus, seu consanguineis accedendi ad sacramentum pœnitentiæ. Vel potest aliter intelligi text. ille, vt in cap. sequen. tractabimus, vbi examinatur materia illius. Vnde concludendo in hoc delicto sacerdotem conuictum de accessu ad monialē, nullo discrimine habito deponendum censeo, & deponerem si casus se offerret, & in monasteriū seu carcerem ad tempus aliquod, iuxta personæ qualitatem, & delicti continuationem, & populi notitiam commensurandum detruderem.

A *Habens carnalē copulā, cum moniali, multis criminibus illaqueatur*

TRia peccata. Vide Abb. in ca. fina. num. 6. de immu. Eccles. & in cap. pen. notat. 3. de purga. canon. Ioan. de Selua. in tracta. de benefi. 3. par. quæstio. 3. num. 6. Montal. in lib. 4. titu. 10. lib. 4. fori. Gregor. in l. 1. tit. 19. par. 7. in verbo, *Religiosas*, quam opinionē sequuti sunt omnes, vt per Deci. consi. 338. num. 1. & consil. 611. nu. 2. eandem fatetur esse communem sententiam doctissimus Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæstioni. lib. 2. centu. 4. casu. 389. nu 23. decissio. Peda. 103. camque sequitur Didac. Perez in l. 5. tit. 15 lib. 8. ordin. Paul. Gril. in tracta. de pœnis omnifa. coitus quæst. 1. numer. 10. qui dicit, quatuor scelera committi, sacrilegiū, incestū, adulterium, & stuprum, & vide Regiam legem. 7. tit. 20. lib. 8. ordi. noui, asseuerātem cum moniali incestum ex carnali coitu committi.

Sed an clericus possit, de vno quoque istorum criminum accusari, pariterque puniri, & pœna ex vno sequuta, alterum nō impediat, ac si ex diuersis factis, cum diuersis personis facta fuisset, vide glo. not. in cap. virginibus. 27. quæst. 1. quæ in ea est sentētia vt censeat, quòd supradicta dicuntur plura crimina nomine tantum, non autem effectualiter in substantia, & ea ratione licet respectu accusationis sint diuersa, quò ad actum punitionis vnū est, quia in veritate non fuit nisi vnicū factum, licet propter tanti sceleris qualitates, grauior pœna iniungenda sit, quàm pro qualibet dictorum quatuor delictorum, de quo vide Bar. in l. senatus. ff. de accus. & in l. qui de crimine. C. de accusa. Paul. Gril. d. q. 1. num. 12.

Deponatur. Vide Regiam. l. 6. titu. 18. par. 1. Bermond. Cho. in tit. de publi. concu. rub. de sacrilegio pag. 67. D. Couar. in Clem. si furiosus. in initio. 2. par. nu. 8 de homi. Petr. Dueñ. reg. & fall reg. 101. Di. Perez in. d. lib. 5. Iac. Men. de arb. iud. q. libr. 2. cent. 4. casu. 360. numero 57. B

Laicus huius capitis delictum committens, quibus pœnis ab ecclesiastico sit plectendus.

Laicus verò in foro canonico propter crimen hoc excommunicatur ca. si quis Episcopus. c. si qua. 27. q. 1. d. Regiam l. 6. ibi, *E si fuere lego deuen lo descomulgar.* Et in animæ iudicio ad simplicem sacerdotem, huius criminis absolutio non spectat, sed ad Episcopum iuxtà glos. sententiam in c. si Episc. de pœn. & remiss. lib. 6. In foro verè seculari, laicus qui crimẽ hoc perpetrauerit, pœna vltimi supplicij plectendus est, bonaque sua monasterio sunt adiudicanda. Monialis verò ipsa huius criminis rea à suo monasterio extrahenda est, & in alio recludi debet, vt diligentius seruetur, ne fortè deinceps in tale scelus incidat. tex. in §. pen. in auth. de sanctissimis Episc. coll. 9. c. si quis rapuerit. 27. quæst. 1. vide tamen Regiam l. 2. tit. 19. par. 7. quæ simplicem coitum cum moniali, non pœna mortis sed pœna simplicis stupri puniendum esse sanciuit. Nec nõ de iure Regio qui sic delinquit pœna medietatis bonorum Regio fisco applicãdorum mulctatur. l. 7. tit. 20. lib. 8. ordin. noui.

Mediolani verò legibus, & Papæ statutis, qui grauissimũ crimen hoc perpetrauerint, pœna mortis puniuntur, vt refert Iac. Menoch. de arb. iud. quæst. lib. 2. centuaria. 4. casu. 384. nu. Idem etiam communiter statutum est priuatis constitutionibus, & statutis Italiæ, vt refert Hyppoli. in. l. vni. numer. 4. & sequent. C. de rap. virgi. Iuli. Clar. in practic. crimin. §. fornicatio. versic. cum moniali. Antiquitùs verò Vestales quę Dijs virginitatem vouerãt, istius criminis reæ, virgis cædebantur, ferè vsque ad necem, deinde viuas defodi, lege sanctum fuit. Vt memoriæ protulit Pomponius Letus de Sacerdotio Roman. vbi de Vestalibus agit Plutarchus Proble. 96. Et multa de supplicijs harum Vestalium lectu non indigna scribit Liui. libr. 2. 4. 8. decad. 1. & decad. 4. Dioni. Halicarna. lib. 8. & 9. Plini. Iunior. libr. 4. epistol. Et de hac pœna meminit Iuuenalis Satir. 4. dum ait.

Vestales libidinis virgines quibus pœnis plectebantur.

Nemo malus felix, minimè corruptor, & idem
Incestus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

Imò tãta in his religio obseruabatur, quod Minutia Vestalis virgo propter mũdiorem iusto cultum libidinis fuit suspecta, viuaque defossa, vt refert Liuius libr. 8. primæ decad.

Contrarium credo verum. Adde quod hanc autoris opinionem contra Card. à Turrecr. in d. c. si quis Episcopus. sequitur Gregor. in d. l. 6. in verb. deponere.

Spiritualibus filiabus se commiscentes.

CAPVT, LXXXII.

1 *Clericus propter crimen incestus quæ pœna puniendus sit.*
2 *Pœna depositionis an puniendus sit clericus*

clericus, qui carnaliter cognouerit illam, quam tenuit in sacramento confirmationis.

3 Proprius sacerdos, qui filiam suæ parochiæ nullo vinculo spirituali coniunctam, carnaliter cognouerit, non est deponendus, quamuis seuere sit puniendus.

4 Clericus qui cognouit suam commatrem, depositionem meretur.

¶ SAcerdotes, qui cum filiabus spiritualibus fornicãtur, graue adulterium committunt: & qui malum exemplum dãt hominibus, ab omni officio deponuntur, a & peregrinando per duodecim annos pœnitere debent, & tandem ad monasterium vadunt, vbi per totum tẽpus vitæ Deo seruient, ita disponit tex. in c. Si quis sacerdos 30. q. 1. & licet ille tex. videatur loqui de filia spirituali simpliciter, idem est si fornicatur cum ea, quæ propter sacramentum pœnitentiæ fuit filia spiritualis effecta, vt probatur in capitu. Omne. qui est textus præcedens dicto capitulo quis. qui dicit omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt in baptismate susceptí, & subdit, quod qui hoc scelus perpetrauerit, non solùm dignitatis honorẽ amittat, verùm etiam vsque ad exitũ vitæ suæ iugi pœnitẽtiæ se subdat: quod glo. ibi finalis intelligit de pœnitentia interiori. Sed posteà text. in cap. fin. eadem cau. & quæst. dicit quod presbyter, qui cum mulieribus, quæ ei fuerint sua peccata confessæ, se commiscuerit, sic pœniteat, quomodo de filia spirituali: & declarat quod pœniteat duodecim annos, & quòd deponatur, in quo videtur declarare text. in dicto cap. Omnes. dum determinat tempus pœnitentiæ, & quod amissio dignitatis, de qua ibi, sit depositio. Addit tamen verba quædã quæ nimium restringunt pœnam huius delicti, videlicet si in conscientia populi deuenerit, quod ego intelligo, id est si hoc testibus probatum fuerit: satis enim in notitiam populi venit delictum, quod testibus comprobatur, quasi velit text. mitiori pœna puniendum sacerdotem, quando hoc delictum in occulto reuelatur superiori. Vnde ego conuictum clericum de hoc delicto, indistinctè deponerem, imò & tẽpestate hac, carceri alicui per aliquos & non paucos annos manciparem. Oportet namq; in his diebus, quibus (peccatis nostris id promerentibus) admirabile hoc sacramentum pœnitentiæ, spiritualium omniũ infirmitatum singularis & vnica medicina ab hæreticis impugnari ac euerti curatur, sacerdotes in hoc delinquentes acriter puniri: ne ex eorum delictis ansa præstetur hæreticis, nevè frigescente charitate ac timore Dei occasio detur maritis ac patribus vxores, ac filias ab hoc sacramento retrahẽdi, & vt rariùs ad illud accedant, procurãdi. Quo zelo religionis & honestatis accensus bonæ memoriæ præsul ille diguissimus Ioannes

nes Mattheus episcopus Veronensis, scelus hoc tanquã grauissimum graui animaduersione puniendum statuit, cuius ciuitatem & diœcesim dum ego transirem. Concilij Tridentini gratia in Italiã accersitus, multa mihi admiranda eius opera, & omni imitatione digna, & quæ pastorum illorum sanctorum quos antiquitùs habuit ecclesia, dum fœlix erat, sanctitatem redolebant, relata sunt. Ille, inquam bonus episcopus in titul. 9. cap. 3. suarum constitu. ita disposuit: Si quis cũ ea, cuius confessionem audiuit, quicquam inhonestè turpiterve egerit, aut eius pudicitiam attentauerit, aut ei ad lasciua & inhonesta perpetranda suaserit, si non est deuentum ad actum, temporanea pœna acriter puniatur: Si verò ad actum turpitudinis deuentum est, beneficijs officijsque eo ipso suspensum, priuatum, perpetuisque addictum vinculis volu-
2 mus & declaramus. Et eundem depositionis pœna puniẽdum crederem clericum cognoscẽtem illam quam tenuit in sacramento confirmationis, cùm eodem modo sit effecta eius spiritualis filia: & ideo cognatio contracta ex tali sacramento impedit matrimonium, & dirimit contractum, vt in cap. 1. §. fina. de cogna. spirit. in 6. quia text. in dict. cap. Siquis indistinctè loquitur de filia spirituali. Fateor tamen quòd cùm hoc delictum non sit ita graue in oculis hominum, nec in eo adsit inconueniens quod in casu præcedenti descripsimus, in alijs pœnis vltra depositionem iniungendis, mitior poterit esse Iudex. Et quòd sacerdos cognoscens filiam spiritualem deponatur, notat Abb. in c. fi. de purg. can. & tenet etiam Io. de Ana. per suprà dicta iura, in ca. Cum dilectus. de accusat. col. 2. & in cap. Significauit, de adul. col. penúl. Felin. in cap. At si clerici. in princ. colum. fin. de iudi. & ibi etiam hoc sequitur. Decius colum. 21. vers. Secundò limitatur. Et sequitur hoc etiam Ioann. de Selua, in tract. de benefic. in 3. parte, in quæst. 3 in fin. Et aduerte quòd filia dicitur, quæ sit de parochia eius, vt ponit idem Decius ibi, allegando Abb. vt suprà. Et sequitur etiam Ioan. de Selua, vbi suprà. Crederem tamẽ quod licet vera sit hæc cõclusio Doctorum istorum quòd si sacerdos cognosceret filiam parochiæ suæ nullo alio sibi vinculo spirituali coniunctam, quòd non propter hoc esset deponẽdus, sicut in alijs præcedentibus casibus, cùm esset magna extensio iurium pœnalium, & est non minima disparitas delictorum, quamuis tale facinus committens nõ leuiter puniẽdus est: de cuius quidem delicti grauitate nos omnes præsules idem. bonus verò nihil admonuit. dum in supradicto tit. 9. cap. 2. in committentem illud ita seuerè sub hisce verbis insurgit: Sacerdotem illum, qui se cum parochiana sua cõmiscuerit,

cuerit, in 25. ducatos condẽnamus, eum perpetuo ab exercitio curæ suspendentes, postquã per annum in carceribus corpus suum, ieiunijs & abstinentijs maceraturus permanserit, & à ciuitate & diœcesi per decennium sit exul. An autem ea-
4 dẽ pœna puniatur qui cognouit commatrem suam: videtur quòd sic per supràdicta, & quia magis est abstinendũ à cognatione spirituali, quam carnali, quia à venerabiliori parte pro-
b cedit, b vt notat Abb. in dicto capit. fina. column. penultim. de purga. cano. Vnde dicit ipse quod nunquam legitur ecclesiam Romanam dispensasse in cognatione spirituali. Cùm enim pœna incestus sit depositio, vt infrà habes in parte incestus, à fortiori erit in hoc casu, & simili, vbi quis cognoscit cognatam spiritualem, & præcipuè quia delicta huiusce modi etiam in opinione populi grauia iudicãtur: & hoc de cõmatre videtur tenere. Felin in dicto cap. At si clerici. colum. fina. de iudi. facit etiã in huius opinionis fauorem l. 13. tit. 2. parti. 4. quæ enumerat inter exempla incestus, quòd quis coët cum commatre sua.

A *Deponatur.* Vide Abb. in ca. vltim. de purg. cano. Anani. in cap. cum dilectus. de accusat. Feli. in ca. at si clerici. numer. 15. vbi Deci. num. 36. de iudi. Berm. Cho. de pub. concub. Rubrica de incestu. nu. 3.

Clerici qui in sa

Hodie verò in tanti criminis detestationem, egregia nouissima constitutione decretum est, quòd contra clericos qui in sacris confessionibus, mulieres ad carnale comercium prouocauerint, hæreticæ prauitatis inquisitores seuerè procedant, & iustissimè sanè: cum malè de Sanctissimo sacramento pœnitentiæ sentire videantur, eo abutentes: nam cũ medela spiritualis sit, venenum tamẽ nephandum ad perpetuam mortem eo præparare contendunt, & ita scio obseruari in sacrosanctæ inquisitionis incorruptissimis tribunalibus.

cris confessionibus, mulieres ad libidinẽ prouocauerint ab inquisitoribus puniri possunt.

Procedit. Adde quòd huc B respicit, quòd voluit glo. celeberrima in c. Pyracum in verbo, multo magis. 30. q. 3. quæ asseuerat argumento illius patrem spiritualem magis diligẽdum quàm carnalem quã dicit esse sing. Barb. in l. 2. col. 7. ff. de verb. obliga. & in rep. l. cum acutissimi. colu. 117. C. de fideicommi. licet huic sit affinis & alia glo. in cap. qui dormierit. 27. q. 2. tradens affinitatem spiritualem maiorem esse, quã carnalem. Præterea etiam dicit alibi glos. in capit. aut factam in verbo, parentem de pœniten. distinct. 1. non minus puniẽdum esse, qui interimit parentem spiritualem, quam qui carnalem, quã sequitur Alexand. in addi. ad Barth. in l. Diuus vbi Hyppol. de Marsi. in fine. ff de parri. & hanc opinionem Abb. quã hic adducit author in specie sequutus fuit Deci. consi. 462. col. 1. & in cap. at si cleric. num. 36. de iudi.

Stupri.

Stupri.

CAPVT LXXXIII.

1 Traditur germana stupri diffinitio.
2 Clericus virginem stuprans, est deponendus.
3 Vt corrumpens virginem grauiori pœna est puniendus, quàm si spontaneè eam cognouisset.
4 Clericus qui corrupit & defloravit virginem sponte, & sic ea volente & consentiente an teneatur aliqua pœna?
5 Defloranti virginem voluntariam, nō tenetur ei in animæ iudicio satisfacere.
6 Voluntas corruptæ virginis patri non præiudicat.
7 Clericus an à dotis præstatione liberetur si probauerit quod mulier ab eo corrupta inuenit virum eiusdē conditionis & qualitatis ac si esset virgo.
8 Iudex qualiter debeat arbitrari dotis æstimationem corruptæ virgini præstandam.
9 Remissio puellæ an clericum à dotis solutione liberet.
10 Clericus, qui mulierem grauidam sine virginitatis tamen corruptione effecerit, an ordinaria huius criminis pœna sit puniendus.

1 STuprum propriè est virginū illicita defloratio, sic enim diffinit tex. in cap. Lex illa 36. quæst. 1. licet aliàs stuprum aliquando comprehendat alia crimina, vt dicit glo. ibi, in verbo propriè, & gloss. in capitu.
2 Nemo 32. quæstio. 4. in verbo stuprum: & clericus virginem stuprans deponitur, notat Abb. in capit. At si clerici colum. 12. de iudi. allegat text. in capit. Si quis clericus 81. distinct. & in capit. Lator 2. quæsti. 7. Illi tamen text. non disponunt in stupro commisso cum virgine, vt ex eis patet: & quòd istud delictum sit depositione dignum, placuit eidem Abb. in capit. 2. de adulter. qui etiam credit clericum posse cogi ad dotandam virginem ab eo corruptam, & refert etiam idem Abb. ibi. Ioannes Andr. referentem magistrum suum, qui dicebat quòd in casu, cùm clericus non possit ducere eam in vxorem, deberet corporaliter fustigari. Et quòd pœna stupri in clerico sit depositio, a est cō- a
munis opinio secundùm Paul. Grilland. in tracta. de pœnis omnifariam coitus, in capit. Septimò videndum, qui etiam sequitur doctrinam Abb. in capit. Vt clericorum. de vit. & honest. clericor. vbi tenet quod Iudex ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniaram clerico pro arbitrio suo, vltra alias pœnas spirituales, quando illæ non sufficerent, quia illas non timeret, quas si non solueret, luet in corpus: quia non sufficit dotare mulierem stupratam nam vltra dotem tenetur soluere pecuniariam vel corporalem pœnam secundùm eum post Abb. in cap. 2. numer. 3. de adult. Vnum autem in hoc cri- 3
mine ego opinor obseruandū, quòd cùm iura Cæsarea grauiori pœnæ subijciant vi corrumpentem virginem, quàm spontaneè, ac illum sine temporis præfinitione puniant, vt in §. item lex Iulia, de adulteriis, iuncto §. Item lex Iulia, de vi. versic. Sin autem per vim. in-

stitut.

ſtitut. de publi. iudi. & in l. mariti. §. fin. ff. de adult. quod eodem modo iudex eccleſiaſticus ſeueriùs punire debebit vi perpetrantem tale facinus, vt ſic vltra depoſitionem in arctũ monaſterium vel carcerem trudat delinquentem. Et pro pleniori declaratione huius capituli operæpretium eſt de aliquibus quæſtionibus dubitare. Et primò quid ſi clericus de ſtupro virginis accuſatus excipere-ret & probaret apertè ipſam ſponte conceſſiſſe, putà ſi teſtes iurant eam attraxiſſe illum ad concubitum, veniendo ſæpiùs ad lectum eius, eo repellente illam, vel aliud ſimile. In qua quæſtione videtur dicendum quòd non obſtante puellæ conſenſu, propter ſtuprum puniri debeat clericus, & ad præſtationem dotis condemnari, b per id quod notat Ioan. de Ana. in dict. capit. 1. de adul. in 1. notabili. vbi poſt Doctor. dicit quod licèt virgo non ſit ſeducta, ſed illa ſponte acquieuit, adhuc habet locum diſpoſitio illius text. quia virgo præſumitur ſeducta & decepta, per tex. notabilem in dict. l. circa fin. C. de rapto. virg. qui diſponit quod pœna eius habeat locum ſiue volentibus, ſiue nolentibus virginibus illud facinus perpetretur. Ex ratione, quia hoc ipſum velle mulierum ab inſidijs nequiſſimis hominis, qui meditatur rapinam inducitur. Sed ſalua eius & doctorum autoritate, non videtur ſua cõcluſio procedere ſaltem ex ſuis fundamentis. Primò quia ratio eorum non concludit: Virgo præſumitur ſeducta & decepta, ergo etiam ſi ipſa ſponte ſe obtulit, pocedat pœna illius text. quia illa ratio procedit quando ſumus in dubio: ſed quando conſtat de voluntate ſine ſeductione, aliter videretur dicendum. Secunda non obſtat tex. in dict. l. 1. quia non ſequitur: pœna contra raptores, de qua ibi procedit etiam volentibus virginibus, ergo eodem modo procedat pœna, de qua in dict. cap. 1. qui tex. loquitur per verbum ſeduxerit, quod debet aliquid operari. Facit etiam quod tex. in cap. 2. eod. tit. de adul. in quo imponitur pœna committenti ſtuprum, dicit: virginem ſtupro decepit. Vnde videtur in hoc (ſaluo meliori iudicio) dicendum quod à pœna ſtupri criminali imponenda clerico non excuſetur, etiam probata puellæ: non enim voluntas conſociſ criminis debet excuſare à pœna delicti, quando culpa illius non conſiſtit in ſola violentia actus, ſed in reprobatione ipſius quantumuis voluntarij, quamuis operari debeat vt non tanquam violentus ſtuprator puniatur. Quantũ autem ad præſtationẽ dotis videtur dicendũ, quod clericus probata vera voluntate puellæ, ſine ſeductione non debeat cõdẽnari, c potuit enim puella in hoc ſibi præiudicare, vt non voluntariè & non ſeducta hoc patiẽdo, perderet ius petẽdę dotis ꝙ voluit Aſtẽ. in ſum. li. 2. t. 46. in ca.

in ca. incipienti, Sequitur videre de tertio, allegando Rodonensem, dùm dicit quòd si defloret quis voluntariam, non
5 tenetur. Ad cuius etiam confirmationem bene facit sententia Gulielmi, quem refert Floren. in 2. parte, tit. 5. capitul. 6. §. 1. quòd si quis defloret virginem voluntariam, non tenetur ei satisfacere in foro conscientiæ, quod etiam notat Silues. in verbo luxuria, in versi. Quintò quæritur, & Tabien. in verbo restitutio in §. 22. incip. quid de eo. Et allegat vterque Bonauenturam hoc tenentem. Vnde videtur quòd sicut talis clericus in foro conscientiæ est liber à prestatione dotis ex sententia dictorum Doctorum, sic & eodem modo videtur absoluendus in foro contētioso per Iudicem ecclesiasticum, quem decet semper sequi veritatem. Sed quanuis ista conclusio possit sustineri, multùm debēt iudices aduertere antè quàm illā ad praxim adducant in isto casu propter difficultatem sufficientis probationis quæ in hoc requirenda est, vt verè constet virginem nō seductam, sed voluntariè fuisse defloratam, & facilè possent decipi per stuprātem clericum in probatio-
6 ne voluntatis. Vnum tamen in hoc videtur esse sine dubio: quòd licet voluntas puellæ liberaret clericum, hoc esset solū verum, quantum ad ius quod ipsa aliàs haberet, non tamen liberaretur ab hoc quòd si pater virginis accusaret clericum de stupro, debeatur illi æstimatio damni sibi prouenientis: quia maiori eget pecunia ad dotandum eam, & etiam iniuriæ quæ sibi illata est: quod firmat Floren. vbi suprà, sic limitando prædictam conclusionē, hoc tamen & pater perderet, si etiam ipse de lenocinio vel cōsensu cōuinceretur. Ex quibus etiam inferri potest quòd si de precio stupri conuentum esset cum virgine vel parentibus, quòd tunc sola precij, præstatione liberaretur ab onere dotandi accusatus ab eo, cum quo conuentionem facit: dum tamen conuentio solius filiæ parentibus nō noceat, nec conuersio. Secundo quæro, quid si 7
clericus in sui defensionem exciperet ac probaret, quòd post corruptionem mulier inuenit virum eiusdem conditionis & qualitatis ac si esset virgo: & in hoc credo, quòd licet possit damnari clericus propter stuprum (nisi cōditio mariti processum & pœnam publicā impediret) nihilominus absoluēdus esset à præstatione dotis,
d cum illa in hoc nō esset passa d damnum. Si tamē propter stuprum nupsit viro deterioris cōditionis, tunc crederem arbitrio iudicis esse satisfaciēdum ei, cum constet eam pati damnum ex inæqualitate mariti, putà si propter hoc virum pauperiorem sortita est, à quo debiliora alimenta recipit, imò si non pauperiorem, sed ignobiliorem virum sortiretur, adhuc crederem esse satisfaciendum sibi,

sibi, quia verè passa est damnũ in honore, qui maiori precio 8 haberi solet quã diuitiæ. Tertiò quæro, qualiter iudex arbitrabitur dotis æstimationem, e e in hac materia præstandam: Et in hoc distinguo, quòd si pater puellæ pauper est, clericus damnabitur ad integrã dotem puellæ, in quo cõsideranda est consuetudo loci, videlicet quãtum solet in dotem dari puellę similis conditionis, & defloratæ: cõsiderabuntur etiam facultates clerici condemnandi, vt probatur in d. cap. 1. iuncta glo. fin. Si verò pater illius diues est, non videtur conueniẽs, quòd ex stupro clerici ipse lucretur totam dotem filiæ suæ, & sic quòd integram habeat à clerico: sed quòd clericꝰ soluat arbitrio Iudicis illud plus quod pater est consumpturus in maritando filiam, eo quòd est defforata, quia in hoc videtur pati damnum, & quod videbitur iudici soluendũ ratione iniurię sibi illatæ si hoc petierit. Et ex prædictis videtur posse inferri, quòd si puella esset parentibus orbata & diues, vel si ipsis superstitibus, & pauperibus existentibus, ipsa aliunde haberet sufficientem dotem, quòd tunc clericus non teneretur ad totã f dotem, f sed ad illud quod plus est secũ in dotem datura pro- 9 pter defforationem. Quartò quæro, an liberari possit clericus à præstatione dotis, si iudici ostendat, vel probet liberationem vel remissionem eius factam ab ipsa puella? In quo videtur dicendũ quod sic: quia cùm hoc sit in eius fauorẽ statutũ, potest illi renunciare, & sic clericum liberare, si sui iuris est, quia patre inuito ad quem pertinet filiam dotare, hoc clerico non suffragabitur. Debent tamen iudices in hoc esse cauti vt videant, ne liberatio illa facta clerico sit à puella metu aut dolo exorta, vt posset facilè contingere. Item etiã ne sit facta ab ea vt liberius posset luxuriari non nubendo: quia tũc decens videretur, vt etiam ipsa nolẽte clericus damnaretur ad dotem, & illa per iudicẽ suaderetur ad matrimoniũ, & saltẽ iudex faceret, quod posset. Prę- 10 terea & quintò libet, & si rarissimã, possibilẽ tamen, & aliquoties contingentem mouere quæstionem, videlicet quid si mulier, vel mulieris pater conqueratur de clerico, quòd ipsam sine violatione pudoris pregnantem effecerit, & petat clericum de stupro puniri, & ad præstationem dotis cõpelli: cùm necesse sit adueniente partu virginitatẽ amittere: an clericus possit de stupro damnari, & condẽnari ad dotẽ? Pro cuius quæstionis decisione, si sequamur iura in quibus cauetur quòd delinquens, & faciẽs rem illicitam punitur non solum de actu illicito, sed & de eo quod præter eius intentionem fuit sequutum, vt in l. 1. §. Ex incendio. ff. de incen. rui. naufra. & in l. Si quis aliquid. §. abortionis. ff. de pœnis. & in l. quoniã multa. C. ad l. Iuliam.

de vi. pub. & in l. 3. §. adiectio. ff. ad l. Corne. de sicar. & in ca. fina. de homi. in 6. Videtur dicendum quòd iste non solùm damnabitur pœna stupri, sed condemnabitur ad præstationem dotis, præcipuè quia debuerat cogitare cùm ad virginem accessit, hoc posse contingere, & difficulter posset probare quòd eius intētio nō fuit quòd virgo corrūperetur, nec quòd eius extraordinaria pollutione virgo prægnans efficeretur, imò potius contrà ipsum præsumendū est, quod nō propter eius temperantiā, sed propter virginis resistentiā stupri actū non consummauit. Fateor tamen quod pœna imponenda in hoc casu propter stuprū cùm à principio non fuerit cōsummatū, mitior esse debebit, etiā si mulier violēter oppressa vel seducta probaretur. Quòd autem virgo concipere possit sālua virginitate absque miraculo, scribit beatus Thomas in quolibeto. 6. art. 18.

Clericus propter stupri crimen deponitur.

A Sit *depositio*. Adde quòd hanc opinionem communē esse fatetur Bermon. Cho. in tract. de publi. concub. Rubri. de stupro. numer. 18. fol. 104. Practi. Contrad. fol, 389. Iuli. Clar. lib. 5. recep. senten. § stuprum. versi. sed quæro Iaco. Menoch. de arbi. iud quæst. lib. 2. cent. 3. casu. 288. num. 5. Et vltra depositionem puniri potest pecuniaria pœna arbitrio iudicis. Abb. in capit. vt clericorum. de vita & honest. clericor. sequitur Paul. Gril. in tracta. de pœnis omni. coitus. quæst. 7. num. 3. Paul. Lancellotus in insti. cano. tit. de adulter. §. eadē. Nec ab hac pœna clericus excusabitur, si virgo se obtulerit ei sponte, non enim voluntas socij criminis, iustam excusationem præstat, quando culpa illius non consistit in sola volūtate sed in actus reprobatione. ita Bermon. in d. nu. 18. & tenet noster autor infra nu. 4.

Clericus qui immaturā virginē stupratuerit vt. d maria pœna criminis nō punitur.

Hæc vero pœna solum infligenda est contrà clericum, qui virginem maturam stupraverit, quia hæc verè virginitatem perdit, & delictum stupri perfectè committitur, in virgine vero nondum viri potente, diuersum est iudicandum. quia ex quo corrùmpi non potuit, nec virginitatem amittere dicitur, ideoque arbitraria pœna puniendus est: ita singulariter scribit Iacob. *Menochi*. de arbitror. iudi. quæstion. li. 2. centu. 3. casu. 294. nu. 6. quo loco scribit casum istum contigisse ann. 1556. Papiæ mense Maij contra quendam præsbyterū, qui fuit accusatus coram Episcopo Papiensi, quòd puellam octo annorum nixus erat carnaliter cognoscere. cuius causæ doctissimus Menochius patronus fuit.

Clericus carnaliter virginē nō cognoscens pœna depositionis non plectendus est.

Et nota quòd hæc pœna depositionis, solum imponitur pro stupro, cōtra virginē commisso, non vero si clericus viduam, etiam honeste viuentem carnaliter cognouerit. nam licet stuprum committat vt in l. stuprum. ff. de adulte. §. item l. Iulia.

l.Iulia. Instit. de publ. iudi. l. 2. ti. 19. par. 2. cum tamē pœna hæc cōsuetudine sit apud nos abolita vt fatetur Antoni. Gom. in l. 80. Tauri num. 14. dicens non vidisse pro huiusmodi stupro aliquam pœnam imponi. idem scribit Iuli. Clar. in pract. crimi. §. stuprum. versi. cæterum. Et ideo clericum qui crimen hoc commiserit, arbitraria pœna puniendum censeo. Sicut pro crimine fornicationis dictum est in peculiari loco: quæ quidem arbitraria pœna augeri potest pro qualitate viduæ, & ex alijs circunstantijs, prout prudentiæ & religioni Ecclesiastici iudicis visum fuerit.

Clericus qui immaturā virginē stuprauerit. damnā pœna punitur.

B *Condemnari.* Adde scotum in 4. sent. dist. 30. quæst. 1. Sanct. Thom. in d. 4. distin. 28. Floren. in 2. par. tit. 5. capit. 6. §. 1. Mar. Nauarr. in manu. confess. cap 16. num. 16. & 18. & pijssimum, & sapientissimum F. Ant. à Cordoua. lib. 1. quæstionarij. q. 13. D. Cou. in reg. peccatum. de regul. iur. libr. 6. 2. part. §. 3. specul. coniugi. 3. par. artic. 19. concluſi. 6. Iuli. Clar. in d. §. stuprum. Pau. Gril. de pœnis omni coitus quæst. 7. Anton. Gom. in l 80. Tauri Bermō. Chou. in d. rub. de stupro Fra. Dom. Sot. deiusti. & iure lib. 4. quæst. 7. & nouissimè D. Perez in prin. tit. 15. lib. 8. ordi apud quos materiā hāc latissimè declaratam reperies.

Clericus propter stupri crimē re sarcire

Illud tamen circa hoc notatu dignum censeo, quod si de crimine stupri iudici ex processu liqueat, poterit clericus ad dāni restitutionem condemnari, licet petitum non fuerit ex Aretini sententia in cap. qualiter & quando §. ad corrigendos in princ. col. 2. de accusationi. Iacob. de sancto Georgi. in l. imperium, 1. lectu. colum. 2. ff. de iurisdi. omni. iudic. Felin. in ca. cum oporteat. column. fina. de accusationi. Probus ad Monach. in reg. accessorium. nu. 3. de reg. iur. lib. 6.

damnū tenetur, & ad id parte nō petente, condemnandus est.

Nec ab huiusmodi dotis præstatione, clericus in exteriori foro excusabitur, si allegat corruptam mulierem inuenisse, etiam si mulier virginitatē non probet, satis quidem ei est quòd ipse contrarium nō probet, iure quidem, virginem illam esse, & deceptam præsumitur. Ita Anton. & Abb. in cap. 1. & 2. de adulter. S. Antoni. in 2. par. tit. 5. cap. 6. §. 1. & est cōmunis opinio, vt fatetur Abb. in d. ca. 1. nu. 5. Bermō. in dict. loco nu. 9. Clarus in pract. crimi. §. stuprum. versi. sed pone Nauar. in dict. ca. 16. Didac. Perez in loco nouissimè allegato. versi. virginē fuisse. Ferdinād. Loazes de matrimon. Regis Angliæ dubio. 15. nume. 6. fol. 76. Barthol. Cassa. in consuetudine Burg. Rub. 1. fol. 16. nnm. 42. & est vera & communis opinio à qua non licet recedere.

Puella virgo præsumitur, quo usq; contrarium probetur

Imò vnum censeo perpetua memoria dignū, quòd si quis blandis precibus, & vehementibus persuasionibus, puellam iam corruptam, quę communi æstimatione virgo repùtaba-

tur seduxit, & eam carnaliter cognouit, ex quo ipsa nõ vulgarẽ infamiam contraxit, quãuis in animæ iudicio ad nihil ratione virginitatis teneatur, non tamen excusatur quin teneatur satisfacere boni viri arbitrio, ob damnũ infamiæ sua culpa contractũ, ità Nauarr. in manu. ca. 16. nu. 19. & opinionem istam communẽ esse fatetur Anton Cordu. dict. quæstio. 13 versi. quintum. Idemque censco in iudicio exteriori obseruandum, cùm eadẽ verseтur ratio, quæ in interiori: cum in vtroque illatũ damnum, iustitia postulante, sit resarciendum, & ità non semel in forensibus actionibus coram iudicibus ecclesiasticus obtinui. Quæ opinio vera est & procedit, quando culpa viri mulier hanc infamiæ labem cõtraxerit, quia ipsa enim occultè cõsensit, vir verò rem manifestã fecit, iuri consentaneum est, vt qui damnum intulit resarciat: si verò mulier ipsa id patefecit vel aliàs culpa sua infamia orta est ab omni satisfactione, vir immunis redditur.

C *Clericus vel laicus volũtariam virginẽ carnaliter cognoscens dotare non tenetur.*

Non debeat condemnari. Adde Martin Nauarr. in dict. manu. capit. 16 num. 16. Bermon. in dict. loco. num. 18. Antoni Gome. in l. 80. Tauri. num. 10. vbi dicit, quòd ità ipse practicaret, licet Barth. à Medina in sua summa lib. 1. cap. 14. fol. 160. ab hac sententia recedat scribens non tantum hoc casu dãnum restituendum esse sed stupratorem teneri corruptam in vxorem ducere etiam si liberè imò ipsa rogãte stuprum fuisset commissum, quòd nullis fundamẽtis, vel frigidis (prout illi de more est) probat: sed verior est superior opinio, quæ multis fulcitur rationib⁹. Tùm quia scienti & consentienti, nõ fit fraus neque iniuria. regul. scienti. de regu. iur. in 6. Tùm quia lex quæ obligat ad dotis præstationem, loquitur de decipiente ca. 1. de adulter. Exodi. 22. vbi vero non datur deceptio, nulla est præcepti obligatio. Tùm etiã quia quantum ad iustitiam attinet, quoad actus naturales præcipuè occultos puella cẽsetur domina suorum membrorum, dum nullũ aliud damnum redundat exterius, vt scribit Domin. Soto. in 4. senten. distinct. 18. quæst. 2. artic. 4. licet Caieta. contrarium innuat. Et opinio hæc procedit, etiam si puella sit sub cura parentum, ità tenet insignis Dom. Soto. lib. 4. de iusti. & iure quæstio. 7. art. 1. specul. coniungi. 3. parte artic. 19. Quorũ quidem sententia tunc locum obtinet, quando ità occultè stuprata est, vt nullam iacturã in famam quę in nuptijs passa est. Nam si damnum aliquod in prædictis pateretur, stuprator non liberaretur, à cõdigna satisfactione boni viri arbitrio ei præstanda. Nam puellæ expressa remissio, quando sub tali cura constituta est, minimè liberat stupratorẽ à dotis præstatione secundũ Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 154. ar. 6. l. vbi Caieta. Cor-

Puella importunis precibus rogata censetur seducta.

ta. Cordu. dict. quæst. 13. author noster hic num. 6. Et huius doctrinæ potissima ratio est, quia tunc iniuria non tantum fit puellæ, sed ipsius parentibus, & illis qui illius curam habent, & ita tenendum censeo licet nouissimè ab hac recedat sententia Petrus à Nauarra Toletanus vir alioqui pius & doctus lib. 2. de resti. cap. 3. num. 438.

At si à parentum potestate, vel à tutorum vel curatorum administratione, puella quæ sponte stuprum passa est libera fit, etiam si in fama, rebus & nuptijs, iacturam passa sit: stuprator resarcire non tenetur, quia licet in sui corporis & membrorum abusu, contra legem prohibentem, ius non habeat, vt eis abuti sine peccato possit, habet tamen potestatem in eis, & in temporalibus, in quibus damnificata est, ius politicum & actionem, & ideo cum consensum præstet, omne ius remittere censetur.

Puella importunis precibus rogata censetur seducta.

Hæc autem nostri authoris & aliorum sententia, quæ frequentissimo consensu & Theologorum & Canonistarum recepta est, tunc procedit: quãdo puella leuiter fuit rogata, secus si importunis precibus fuit adducta, quia ad effectum præstationis dotis dicitur coacta arg. l. 1. C. de rap. virg. & glo. in dict. regul. scienti, vim equidem persuasoria verba habere dicuntur. l. 1. §. persuadere ff. de seruo corrup. Vnde Solon magis puniuit eum qui verbis mulierem compulliſſet quam qui vi teste Plutarc. in Solone ita in terminis nostris quoad dotis præstationẽ tenet. Abul. super Exod. ca 22. quæst. 12. & ibi Nicol. de Lira Abb. in dict. capit. 1. de adulter. Siluest. in summ. in verbo, luxuria. quæst. 5. Caietan. 2. 2. quæstio. 154. artic. 6. Nauarr. in manu. confesso. cap. 16. num. 16. quam esse communem opinionem fatetur Anton. Cord. dict. quæst. 13. versi. septimum dictum. & est optima. l. 1. tit. 19. part. 7. cum dicit. *Ca secun dizen los sabios antiguos como en manera de fuerça, es sofacar, è falagar las mugeres sobredichas, con prometimientos vanos, faziendoles fazer maldad de sus cuerpos, è aquellos que traen esta manera, mas yerran, que si lo fiziessen por fuerça.*

Est tamen opinio hæc singulariter interpretanda, vt tunc tantum procedat quando huiusmodi importunæ & assiduæ preces ab eo fuissent factæ, cui puella sine maximo eius incommodo contradicere nõ potest, vt si eius esset dominus, Princeps aut alius à quo non vulgaria beneficia recepturam sperat, non verò si à quocũque rogaretur. Nam verè nulla mulier quamuis corrupta, nisi rogata veneri cõsentit, non tamen ex eo dicemus violentiam ei illatam esse vt optimè scribit Petrus à Nauar. dict. cap. 3. num. 445.

A præstatione dotis. Vide Antoni. Gome. in dict. l. 80. Tauri. num. 11. Martin. Nauar. D

in manu confesso. cā. 16. nu. 19. pagin. 170. vbi allegat. F. Franciscum à Victoria Theologum magni nominis quem vide, & opinionem istam amplectitur F. Anton. Cordoua in quæstio. 13. lib. 1. q. quæ quidem opinio verissima est & ea fulcitur ratione, quia cum nullum damnum efficaciter illatum sit nihil sanè est quòd restitui possit. At verò si postea veritate comperta maritus in eam sæuiat pro prudentis viri arbitrio restitutio facienda est, vt tenet Cordoua dict. quæst.

E *Aestimatio dotis mulieri propter stuprum præstan dæ quo modo fieri debeat*

Aestimationem. Vide S. Thom. & Caietan. 2. 2. quæst. 154. arti. 6. In qua dotis æstimatione corruptæ puellæ à iudice faciē da illud est consideratione dignum, quod licet text. in dict. cap. 1. de adulter. responderit quòd virginem corrumpens, si eam in vxorem non duxerit, in iudiciali foro tenetur ei dotem constituere, sicut dotes solent constitui virginibus. Tamen Ioan. And. Abb & alij ibi illius text. decisionē supplent, quòd corruptor item dare teneatur illud, quod pluris indiget puella, cum corrupta sit ad inueniē dum virum sibi æqualē. Quæ quidem interpretatio minimè placet Io. de Anan. ibi cùm ex ea text. ille non vulgarem violentiam patiatur qui prout iacet, sine vlla additione, intelligendus est: quando corruptor vult matrimonium cum corrupta contrahere, ipsa verò vel eius pater nollit, hoc equidem casu sufficit ei dotē constituere quæ sufficiens foret si virgo fuisset: insignis tamen D. Cou. in 4. decretali. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 15. verissimam iudicat Ananiæ sententiam, quando corruptor vir est eiusdē qualitatis, vt matrimonio cū puella copuletur, & iniustè ab ea vel ipsius parentibus recusatur: alioquin Ioan. And. & Abb. sequitur quorum sententia verissima est, & seruanda quia text. in d. capit. 1. interpretatur, vt procedat, quādo corrupta cum dote consueta dari virginibus cōsequitur maritum sibi equalem secus vero aliàs.

Hæc quidem dotis estimatio facienda est secundū dignitatē, & facultates ipsius stupratoris, nec non perpensa qualitate, & indigentia ipsius puellæ corruptæ. Nec attendi debet, an parua vel ampla dos ab ipsius parentibus constitui poterat, ita habetur Exod. ca. 22. & in dict. cap. 1. Vbi sancitum est, quòd si quis virginē nondū desponsatam seduxerit, dormieritque cum ea, tenetur ipsam dotare, & habere in vxorē, si verò pater virginis dare nolluerit, reddet ipse stuprator pecuniā, iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt, qui modus estimabitur, secundum facultatem illius nēpè stupratoris & dignitatē puellę, ita interpretatur glos. in dict. cap. 1. in verbo, iuxta modū. Esset equidem maximū absurdum, si ea dos esset constituenda, secūdum facultates parentis, vel ipsius puellę, nam si nullas habę-

rent,

rent, nulla dos esset constituenda, cum non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui. § pen. ff. si cert. peta. glo. in cap. bonæ memoriæ in primo in verbo, per rerū naturam. de electi, nec esset super quo bonus vir posset arbitrari, cùm super nō ente nō versatur arbitrium. Bal. in l. milites. C. de testamen. quē refert & sequitur Cardi. Cauarella consil. 139. colum. 3. quo casu talis stuprator impunis abiret, quod esset omni iuri diuino naturali & ciuili repugnās. Itē & è cōtrario resultaret absurdū, quia si pater puellæ esset diues, ipse verò stuprator fuisset pauper, nullo modo posset condignā dotem, corruptæ puellæ constituere: & opinionem istā tenet Floren. in summa. 2. par. tit. 5. cap. de stupro. §. 1. Abb. in dict. cap. 1. not. 4. & ita fuisse iudicatū in Senatu Pedam testatur doctissimus Osancus decissi. 107. nu. 11.

F Ad *totam dotem*. Adde quòd opinionem contrariam, quòd viriginis stuprator nedū teneatur ad illam estimationem existentem supra dotem à parte constituendā, si virgo, nō fuisset corrupta, sed quòd integrā dotem teneatur de propijs bonis ei constituere, tenet Iaſ. in §. omnes. num. 24. & 25. Insti. de actioni. sequitur Osancus dict. decissi. 107. nu. 10. sed authoris nostri doctrinā veriorē esse censeo nam non equidem resarciendum est damnum, in vtroque foro ni si quatenus lęsio attulit.

Incestus.

CAPVT, LXXXIIII.

1 Incestus diffinitio.
2 Clericus propter crimen incestus est perpetuo deponendus.
3 Clericus, qui cum aliqua muliere fornicatus fuerit, & postea cum eius consanguinea intra quartum gradum, an pœna incestus puniri debeat.

1

INcestus est consanguineorū a
vel affinium abusus, a vt diffinit text. in capit. lex illa 36.
quæstion. 1. Pœna huius crimi- 2
nis est quòd clericus deponab
tur: b not. gloss. in capit. Non debet 30. quæst. 1. qui text. loquitur in eo qui cognoscit filiam spiritualem, quę sibi confessa fuit, non autem in cognoscente consanguineam. Et tenet hoc etiam Abb. in capit. At si clerici. in colum. 12. de Iul. allegando notat. in capit. lator. 2. quæstion. 7. vbi gloss. 1. iuncta textui, hoc probat e- 3
tiam in Episcopo. Si autem clericus primò fornicatus sit cum aliqua muliere; & posteà cum eius consanguinea intra quartum gradum, an puniri debeat pœna incestus, videtur, quod non ex eo quòd notat in proposito Ancharra, in consi. 391. Videtur prima facie. versic. Item aduerte. vbi concludit q̄ pœna, quæ à iureciuili imponitur pro incetu, non habet locū pro incestu, postea introducto à iure canonico, c de quo à iure ciuili cogitatū c
non fuit: quia in pœnis prohibetur extensio. ex quo dicebat

in terminis Hipp. in sing. 254. incip. Ex illicito coitu: quod licet affinitas contrahatur ex illicito coitu, istud est verũ, quo ad impediendum matrimoniũ, secus autem quoad hoc vt quis puniatur de incestu. Et refert August. in addi. ad Angel. de malefic. illam sententiam Ancharra. valde commendare, quã etiam vltra eos simpliciter sequitur Decius consi. 268. Diuino implorato præsidio. colum. fina. vol. 2. Contrarium tamen d crederem d in casu nostro, imò quòd esset deponendus clericus propter hoc genus incestus, maximè si qualitas illius summè grauaret delictum in oculis hominum: putà si cum matre & filia fornicaretur, aut cum duabus sororibus, aut cõsororinis, quia tunc non solùm deponendus videtur, sed detrusioni, siue carceri mancipandus ad tempus iuxta qualitatem & scandalum delicti. Nec obstat doctrina Ancharra. in dict. consi. & sequacium: quia contrariam opinionem dicit esse communẽ idem Decius in consil. 158. in 1. volum. incip. Diuino implorato, & pro tenui, vbi latius & notabilius examinat dictã doctrinam: & respondet ad fundamenta quæ illi fauent, & sequitur opinionem Abb. Signo. & Modernoru cõtrariũ tenentiũ: & sic quòd pœna iuris ciuilis habebit locũ, vbi nuptiæ sunt incestæ de iure canonico. Et hæc sententia mea circa punitionẽ clerici securius sequenda est in his regnis Castellæ & Legionis, vbi expressè per legem eorũ dispositũ est, quòd si quis fornicatur cum muliere consanguinea alterius intra quartum gradũ cum qua prius idem fecerat, committit incestum. Si ergò laicus reputatur propter hoc incestuosus & punitur vt talis pœnis ciuilibus, quare nõ punietur clericus ob id delictũ pœnis canonicis? quia licet lex regia siue municipalis nõ liget clericum, operabitur tamẽ semper (meo iudicio) vt Iudex ecclesiasticus puniat qualitatem delicti, secundùm quòd illa in laicis qualificauerit, præcipuè in nostro casu, vbi lex ciuilis punit actum à iure canonico in tantum reprobatum, quod decreuit per illum impediri, & dirimi matrimonium.

A *Busus.* Vide tex. in l. si adulterium cum incestu. in prin. ff. de adulte. Sanct. Thõ. 2.2. quæst. 154. arg. 9. Abb. in cap. 1. & in cap. veniens de eo qui cogno. consang. vxor. suæ, glos. in rubri. C. de adulte. Regiam l. 1. tit. 18. iuncta l. 2. tit. 19. par. 7. Paul. Gril. de pœnis omni. coitus. quæst. 3. Bermõ. Cho. de publi. concubi. capit. de incestu in princ. l. 15. titu. 15. lib. 8. ordin. veter. & ibi Doctor. Dida. Perez, quæquidem l. hodie constituta est lib. 8. ordin. noui. tit. 20. l. 7.

Clericus crimen incestus perpetrans, qua pena puniatur.

Deponatur. Vide Paul. Grill. de pœnis omni. coitus. quæst. 33. Bermon. Choue. in tractat. de publicis concu. quæst. 3. nu. 3. Didac. Couar. in 4. Decretal. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 3. quam esse

esse communem opinionem fatetur Iuli Clar. in practi. cri. §. incestus, vers. sed quæro.

Si verò quis antequàm ad sacerdotium fuit promotus, cum aliqua matrimonium contraxit & carnalis copula minimè interuenit, & muliere mortua, sacris fuit ordinibus insignitus, & posteà cum sponsæ consanguinea carnale cõmercium habuit, incestum non committit, & ideò non pœna depositionis sed alia arbitraria puniri debet, cum ex impedimento publicæ honestatis iustitia, secuta copula carnali cum sponsæ consanguinea incestus non oriatur, ita tenet singulariter D. Couarr. in 4. Decret. 2. par. cap. 6. § 8. nu. 4. Et conducit glo. not. in Cle. 1. in verbo, eos. de consang. & affin. quam ibi Doctor. sequũtur, qui ex ea scribunt, matrimonium contrahentem cum fœmina, impediente publicæ honestatis iustitia, non esse excommunicatum, ex illa constitutione, quæ consanguineos, affines, religiosos, moniales, & in sacris constitutos ipso iure excommunicat. Et licet glos. in cap. lex illa 36. quæst. 1. censeat hanc fornicationem incestum appellari posse, id procedit ex impropria significatione quæ in pœnis admittenda non est. Hodie autem ex sacrosancti Triden. concilij decis. Sess. 24. cap. 3. de reforma. dictum canonicum impedimentum publicæ honestatis primum gradum non excedit. Quæ decissio intelligenda est in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio de præsenti, quia eo contracto hoc impedimentum durat in omnibus casibus & gradibus sicut de iure communi, quod in hoc intactũ remanet, vt habetur in proprio motu Pij Quinti Pontificis maximi. Et plures pœnas contra incestuosos iure statutas congerit Berm. Cho. vbi suprà allegaui & de pœna incestus cum matre, filia, nouerca, sorore, nutrice, consule Boeri. decis. 318. & de diris pœnis huius sceleris apud Ethnicos vide Petr. Greg. Synta. iuris vniuersi 3. part. lib. 36. capit. 7.

Laicus verò qui crimen hoc commiserit, ita punietur: nam aut fecit sub prætexu matrimonij, aut in actu fornicationis, & meri peccati. Primo casu, si id fecit scienter, ipso iure est excõmunicatus. Clemen. pri. de cõsang. & affin. & matrimonium separatur. cap. 1. & 2. & capit. non debet. de consang. & affin. à qua excommunicatione per Episcopum absolui potest. glos. in dict. Clemen. 1. in verb. obtinere, quam alios sequentes allegans fatetur esse communem Did. Perez in di. l. 5. in prin. Si autem ignoranter contraxerit, benignius arbitrio iudicis puniri debet, vt ibi ipsemet D. Perez resoluit & Paul. Grill. di. quæst. 2. num. 4. Secundo autem casu si vir erat coniugatus, priuatur perpetuò, ne possit ab vxore cuius consanguineã carnaliter cognouit, debitum petere, necnon aliam pœnam patitur

Laicus propter incestũ, quibus pœnis de iure Põtificio puniatur.

titur quòd vxore mortua non potest amplius cum alia matrimonium contrahere, vt habetur in dict. cap. 1. & 2. ca. trãsmiss. cap. si quis cum matre. 35. quæst. 2. cum multis iuribus illius causæ & quæstionis tradit latissimè Alphõs. à Vera Cruce in specu. coniug. 1. par. art. 33. Vltra quas pœnas poterit à Iudice ecclesiastico excommunicari. de quo per Paul. Grill. dict. quæst. 3.

Ignorãtia ab incestus pœna excusat.

Excusabitur tamen ab incestus pœna, qui ignoranter crimen hoc commisit, hanc dicit esse communem opinionem Bald. Nouel. de dote in prima par. 11. pa. prin. nu. 8. Villa. in sua collect. comm. opinio. litera P. nu. 68. Iul. Clar. in dict. §. incestus. vers. excusatur. Imò pœna amissionis bonorum, quæ iure authenticorum contrahẽtibus incestas nuptias infertur minimè locum sibi vendicat data in ipsis contrahentibus ignorantia iuris vel facti etiam crassa, quæ ex lata culpa contingit, ita Bart. in l. si adulterium cum incestu. in princ. nu. 11. ff. de adult. sequitur Ancharra. in dict. Cle. vni. colum. 3. de consangui. & affin. vbi Imola. colum. 2. quorum opinionem communẽ esse fatetur D. Couar. in 4. Decret. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 21. Nam vbi dolus expresè ad pœnam requiritur lata culpa non sufficit. l. igitur §. generaliter. ff. de liber. caus. not. Bar. in l. 1. §. 1. ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. & est optimus text. in c. si verò in 2. de sent. excom. iunct. tex. in cap. si quis suadente. 17. quæ. 4. & est glo. cõmuniter recepta teste Ias. ibi. nu. 23. in l. in actionibus. ff. de in litẽ iur. Ex quo deducitur excommunicationis pœnam dict. Clement. vni. non comprehendere ignorantes etiam ex lata culpa, ita Imo & Boni. ibi. quamuis glo. in verbo scienter. dict. Clemẽt. contrarium scribat.

C A *iure canonico.* Vide latissimè Petrum Antoni. Angun. Placẽtinum consi. 8. per totum vbi opinionem istam multis rationibus defendere conatur.

D *Contrarium tamen crederem.* Adde D. Episcopum Couar. dict. § 8. num. 3. Quæ opinio ex eo manifestè probatur, quòd affinitas ex illicito coitu oriatur. tex. elegans in cap. discretionẽ. de eo qui cogno. consang. vxor. suæ. vbi Abb. tex. in cap. 2. de consang. & affini. & in cap. in literis. vbi Abb. & Aretin. not. de testi. quam opinionem communem esse fatetur Siluest in summ. in verbo, matrimonium 8. impedi. 15. idem profitetur D. Couar. in 4. decretal. 2. par. cap. 6. §. 7. num. 3. & eam amplectitur Hiero. Paul. in prouin. fol. 38. cõtra Cora. lib. 1. *Miscellan.* cap. 3. quo loco asseruit minimè ex concubinatu affinitatem oriri, nec eius ad nuptias impedimentum, cum iure ciuili cõcubinatus fuerit permissus. Quæ ratio fragilis est, & ex eo deficit, quòd coniugalis coitus licitus & permissus est, ex eo tamen oritur affinitatis impedimentum.

Hodie

Declarat. Trid. Sess. 24. c. 4. de reform.

Hodie verò hæc affinitas ex illicito coitu prouenies, vltrà secundum gradum non extenditur, vt in Conci. Tridēt. Sess. 24. capit. 4. de reformat. & ea ratione incestus vltrà gradum illum minimè committetur. Et licèt decretum illud solum loquatur quoad matrimoniū iam contractum dirimendum, idem est iudicandum quoad contrahendum, vt nouissima constitutione Pij Quinti Pontificis Maximi declaratum est quæ vulgo circūfertur, & ideò affinitas vltrà illum gradum quoad nullum iuris effectum considerari potest.

E *De iure canonico.* Adde quòd hanc opinionem communem esse fatetur. Bello. consi. 84. nu. 5. Cauarr. dict. §. 8. num. 18.

Adulteri.

CAPVT, LXXXV.

1 Adulterium graue scelus.
2 Adulter clericus qua pœna iure Pontificio sit puniendus.
3 Clericus damnatus de adultero infamis efficitur.
4 Episcopus licet non possit ad priuatam famam directo restituere, potest tamen indirectè.
5 Adulterans cum muliere nupta impudica, licet de iure Cæsarum puniendus non sit, secus autem de iure Pontificio.
6 Licet hodie de iure regio solus maritus possit adulteros accusare, clericus tamen adulter, etiam marito non accusante, impunis dimittendus non est.
7 Maritus clericum adulterum coram Ecclesiastico iudice accusare potest, licet vxorem, coram seculari iudice non accusèt.
8 Consilium cautissimum à iudicibus ecclesiasticis, in inquirendis clericorum adulterijs obseruandum.

ADulterij criminis grauitatem, a clericis omnibus a
sufficiunt ostendere verba pagani illius Abimelech regis ad 1
Isaac directa Gene. 26. ca. Dum reprehendens eum quòd vxorem suam sororem esse affirmauerit, dixit: Potuit coire quispiam de populo cū vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Si enim in sola lege naturali viuens homo peccatum grande reputauit adulterium, quale debet esse in oculis christianorum, quos eadem naturalis, scripturæ & gratiæ leges quotidie instruūt, maxime sacerdotum qui tanquam sanctissimæ Trinitatis mensæ pincernæ angelorū panē virgineo ventre compactum quotidie tractant, & intra præcordia recondunt. At si quis magis specificè enormitatem huius criminis intelligere velit, & quo modo sit de grauioribus peccatis quę in proximū committuntur, videat Dionysium Cartus. in opusculo de conuersione peccatoris, articul. 5. vbi. hoc ostendit per plura quæ in eo concurrunt. Clericus au- 2
tem adulter depositus ab officio, in monasterium toto tempore viræ suæ detruditur, b vt b
in capit. Si quis clericus. 81. distinctio. quod est concilium Aurelianense: & quòd propter

pter adulterium clericus depo-
natur, voluit glo. in ca. Iator. 2.
quæst. 7. in glos. 1. quam ibi
sequitur Archi. & Host. allegã-
do dict. cap. Si quis in sua sum.
tit. de adul. §. quæ pœna sit im
ponenda. Idem tenent etiam
Ioan. de Anani. in Rubr. & in
capit. Significasti. de adul. Ab.
& Moderni in capit. Vt clerico-
rum, de vita & honest. cleri. &
in capit. Peruenit. de adulte. Et
hanc opinionẽ tenet Ioa. And.
& Ioan. de Imol. in dict. capit.
Vt clericorum. vt refert Anan.
in dict. cap. Significasti. & est
communis opinio. Vide tamen
Paul. Grilland. in tract. de pœ-
nis omnifariam coitus, incip.
Sextò declaranda, vbi in prima
& secunda colum. nititur sustì-
nere cõtrarium, videlicet quod
clericus hodie propter simplex
adulterium non debet deponi,
& respondet ad fundamenta
contraria, & tandem in colum.
3. dicit quòd nihilominùs in
consulendo & iudicando tutiùs
est tenere aliam opinionẽ, quæ
est communis, & dicit hoc no-
tandum contra presbyteros in-
continentes, qui alienas vxores
sollicitant sæpiùs, & accedunt
libenter ad earum cõcubitum.
Incurrit etiam clericus de adul-
3 terio damnatus aliam pœnam,
nam ex tali sententia infamis
efficitur, vt notat Abb. in cap.
At si clerici. §. de adulterijs. in
colum. 5. vers. Sed circa. de iu-
dic. Et in ca. Cũ ti. de re iud. col.
4. per tex. in ca. Infames. 6. quę.
1. & in l. 1. & 2. ff. de his qui
not. infa. sicut etiam efficitur
infamis damnatus de alijs cri-
minibus publicis. Est tamen in
hoc aduertendum, quòd licet
episcopus non possit directò re-
stituere aliquem ad famam vt
concludit Abb. in di. cap. Cùm
tit. in col. 4. in hoc casu tamen
adulterij, cùm liceat sibi dispẽ-
sare, vt in dict. §. de adulterijs,
restituendo clericum damnatũ
de adulterio contra sententiam
suam, tunc restitutio famæ ve-
nit per quandam consequentiã
potest indirectè, quod principa
liter non posset. ita notat Abb.
ibi, in d. colum. 5. & dicit ibi
casum sing. ad hoc secundùm
illum intellectum. Et nota secũ-
dum Paulum Grilland. vbi su- 5
prà, quòd licet de iure ciuili,
quando mulier nupta est im-
pudica & meretrix, non puni-
tur adulterans cum ea, vt in l.
Si ead. C. de adulte. tamen de
iure canonico nõ euaderet im-
punitus cum illa adulterans. c c
ita dicit in dict. colum. 3. Cre-
derem tamen vltra eum, quod
tunc clericus ignorans & acce-
dens ad eam tanquam ad me-
tricem, nõ puniretur ita acri-
ter, sicut alij adulteri. Si tamen
mulier erat honesta. non excu-
saretur clericus ignorans eam
coniugatã, quò minus vt adul-
ter puniatur. Quando autem
clericus cognouit mulierem so
lutam, quæ ab ipso communi-
ter reputatur vxorata, tunc e-
nim vti adulterum pœna iuris
communis puniẽdum esse, pla-
cuit Ioan. de Ana in cap. Non-
nullis. fin. colum. de Iudæis,
referendo fratrẽ Vbertum, qui
fuit

D. Ioã. Ber. vi- tarius genera lis fuit Episcopi Salmãt

fuit eiusdem sententiæ : licet alij aliter senserint secundum eum, per quē etiam vide quid in casu contrario quando clericus cognouit vxoratam, quæ credebatur soluta. Vnū præterea aduertendum sentio in hoc proposito, quod licet in his Regnis Castellæ & Legionis lege regia sanciū, sit, q quod marito nō accusante vxorē, nullus possit eam accusare de adulterio, Iudex tamen ecclesiasticus poterit punire clericum in hoc delinquentem: nec reus valebit opponere quod maritus nō accuset. Non enim potuit lex illa regia ecclesiasticos Iudices impedire, ne ad emendam suorum clericorum procederent. Aliter enim clerici omnes incontinētes libidinem suam potius cū nuptis, quam cum solutis mulieribus explerent, cum securius ac impunè id agere cognoscerent: & ita ego iam alias practicaui, dum vicarium agerem generalem Episcopi Salmantini: & licèt ad id appellatum fuerit, obtinui tandem coram superiore. Veruntamen in hoc magna debet adhiberi cautela: nam si adulterium clerici adeò est notorium, maritique persona ita vilis, quod præsumi possit ipsum scire & parui pendere: tunc iudex ecclesiasticus poterit publicè & liberè de adulterio tractare, & pœnam imponere. Si verò delictum non est publicum, aut marito ignotum esse creditur, periculum que exinde timeri possit vxori: tunc cōsulerem clericum de hoc delicto conuictum vel confessum camerario processu, & familiari disciplina corrigendum relegādum que sine expressione causæ in sententia. Quando verò correctio sic secretè facta fuerit, & relegatio generalis, hortor omnes metropolitanos iudices, vt ab inferioribus secretè causam requirant, ne ex hoc delict ūin publicum veniat. sufficiat illis, quòd iudex inferior iustè processerit, licet propter secreti cautelam, aliquas iuris solennitates prætermiserit. Aliter enim si omnia strictè requirant, nihil aliud efficient, nisi iudices ipsos inferiores cogere ad dissimulandum, vel propalandum adulteria similia, ipsosque adulteros reddent insolentiores, cū intellexerint quòd iudices sui immediati illos punire recusant, propter exactam rationem quam ab ipsis requirunt sui superiores. Marito autem clericū adulterum accusante, tunc seuerius procedendum est: tantóque acriùs in alijs pœnis carceris & detrusionis vltra depositionem puniendus est clericus quanto honorabilior est persona mariti, aut diuturnius est adulterij peccatum, maiusque exinde subortum scandalum, præcipuè si contigerit quòd adultera fuit per iudicem secularem tradita marito, & ab eodem occisa. Crederem insuper in hac materia (meliori semper iudicio saluo) quòd maritus potest accusare clericum coram iudice ecclesiastico, licèt vxorem corā seculari non accuset: nec poterit

D. Ioñ. Ber. vicarius generalis fuit Episcopi Salmāt.

terit clericus in hoc aliqua exceptione se tueri, cùm iura canonica adulteris pœnam imponentia, nullam habeant considerationem, nec requirãt quòd vxor pariformiter accusetur. Generaliter autem in hoc crimine considerent ecclesiastici iudices ne nimis diligẽter de adulterijs occultis inquirant, propter mulierum periculum, virorum infamiam, & clericorum fragilitatem, quæ tantò multoties ad hoc flagitiũ illos impellit, quantò secretiùs illud posse perpetrare confidunt. Sed vigilantes super gregem suum, similia potiꝰ præseruare conentur (cohabitationem & conuersationem clericorum & nuptarum euitãdo) quàm vsque ad vnguem inuenire & castigare satagãt. In qua quidem adulteriorum prudenti præseruatione, & cauta correctione ecclesiasticos omnes iudices deprecor ac obtestor, vt desides non sint, per durissimum illud iudiciũ quod illis qui præsunt, scriptura sancta minatur, ne in eorum incuriam seueriùs id corrigant vltore ferro maritorum manus, tam grauis iniuriæ acerbitate commotæ vt sæpiùs id euenisse perpendimus, f & an. superiori millesimo quingentesimo, trigesimo septimo, pluribus notum fuit accidisse. Nam in tribus locis *de Villanubla*, videlicet, & *de Cigunuela*, ac *de Laguna*, quæ non longè distãt ab oppido Vallisoleti, vbi tunc Augusta curia residebat in octo ferè mensium spacio filius viduæ cuiusdam, & duo mariti in tres sacerdotes sæuierunt, de inimicis membris se vindicantes, ob iniuriam in matris, & vxorũ personas susceptam, non sine plurimorum laicorum applausu, & quorundam forsan magistratuum ciuilium neglectu ob inhonestam sacerdotum vitam, & superiorum desidiam: quod hic scribere libuit, quia id bene noui, vt qui processus desuper confectos vidi, non alio animo, nisi vt hoc ad clericorum timorem, & superiorum hortatum perpetuę memorię tradere possem.

GRauitatem. Adde quòd huius criminis grauitatem attestantur decreta canonica in cap. 1. 81. distinct. & in cap. quid in omnibus 32. quæst. 7. vbi ad verb. ita scribitur. [Quid in omnibus peccatis adulterio grauius,] & multis huius criminis detestationẽ probat Dionis. Carthus. libr. de conuers. peccator. artic. 5. idemque doctores profitentur in capit. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. inter quos Bald. colum. penult. [Adulterium, (inquit) est crimen infestum laicis, & bonis viris, & turbat honorem matrimonij, & famam liberorum, in qua consistit decus gentium.] Vt not. in auth. de nup. in prin. Angel. autẽ in §. 2. in auth. de monac. ex text ibi not. [Pessimũ vitiũ esse vxorẽ alterius adulterare.] Et Bald. cons. 246. volum. 4. & Bart. in rub. ff. de adulter. vbi dicit crimen hoc præter læsæ maiestatis esse maximum & in hanc sententiam

A *Adulterij grauissimũ*

est

est illud Euphonis apud Stobeū c. 6. [Non est adultero maius vllum malum.

Cæterum Chrisost. in Euang. Diui Ioan. Home. 62. docet, adulterium grauius esse idolatria D. Petr. prout illum retulit D. Clemens in epist. ad Iacobum firmiter asserit, venenū adulterij cunctis malis esse pernitiosius. Et huius criminis iniquitas maxima vocatur Iob. ca. 31. Et inter cętera facinora quibus maximè Deus irascitur, adulterium reponitur, vt constat ex Lactantio in eo libro, cui titulum fecit de ira Dei. cap. 22. Est equidem adulterium veluti vitiorum agmen, vt scribit Diodorus Siculus lib. 1. Bibliot. Hinc maritorum cædes, vt Candaulis Lydij exemplum stat apud Iustinianum lib. 1. & Hæredotum lib. 1. Vriæ. lib. 2. Regum. capit. 11. Hinc ipsorum adulterorum pericula, qui passim reprehensi in adulterio occiduntur, quod non solùm euenit in hominibus tenuis fortunæ, sed in maximis. Quemadmodum contigit in Rodoaldo Longobandorum Rege qui in libidine deprehensus cum matrona interfectus est, vt testatur Paul. Diaconus. de quo lege latissimè And. Tiraquel. l. 13. connu. nume. 26. Perez in l. 2. tit. 15. lib. 8. ord. Nec prætermittendum est quod scribit bene eruditus Ioan. Corr. in arrest. Tholo. anno 85. sacrilegij crimen committi in adulterio cum sacramentum matrimonij violetur & ob id pœnam sacrilegij esse adulteris indicendam. sequitur Iacob. Men. de arb. iud. q. cen. 4. lib. 2. casu 289. num. fin. Et de varijs pœnis diuersarum gentium contra adulteros statutis, vltra suprà allegatos, vide Sim. Maiolum de irregularit. libr. 5. capit. 38. & latissimè Iac. Men. de arb. Iudi. lib. 2. cent. 5. 919. casu quem vide quia de more multa congerit lectu non indigna, & elegantissimè Petr. Greg. Thol. 3. part. Syntag. iuris cap. 6.

Detruditur. Vide Regiam legē 42. tit. 6. par. 1. & opinionem istam. quod clericus propter adulterium deponatur, testantur esse communem Couarru. in 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 7. num. 19. Berm. Cho. in tract. de pub. cōcub. rub. de adult. nu. 26. pag. 37. idē testatur insignis & moribus & prudentia vir Gregor. Lup. in dict. l. 42. in verbo [adulterio] Petrus Duen. regul. & fallen. regul. 101. limit. 2. Paul. Grill. de diuersis crimin. lib. 3. quæstion. 2. num. 1. Iuli. Clar. in practi. crimi. §. adulterium. vers. sed quæro. Emanu. Suarez in thesauro recep. senten. versi. clericus adulterij Villa. in sua collect. commun. opinio, litera c. numer. 82. Practica. Conradi fol. 384. limita. 5. [Dicebat tamen facetè And. Alciat. quod si hodie clerici propter adulterium detruderētur in monasterium, pauci eorum ambularent per vias, ita refert Clarus vbi suprà, qui prout ipse mihi pluries dixit, fuit eius discipulus] Aduerte tamen quòd Host. in summa de

B *Clericus propter adulterium deponitur.*

ma de cohabi. cleri. & muli. §. qualiter imponatur. ad finem cùm allegauerit text. in dict. ca. si quis clericum & in cap. Romanus. 81. distinct. subdit ad finem ista verba. Puto quòd ex causa iudex potest non seruare rigorem, & ex causa remittere, & dispensare. & hoc nisi in modum accusationis tunc enim standum est dicto rigori, & quòd de mente Hostien. sit hoc asserere, nedum in crimine simplicis fornicationis, verum etiam adulterij, colligitur ex remissione eius quam fecit in summ. tit. de adulterijs. §. quæ pœna. ad ea quæ dixit in summa de coha. cler. & muli. quæ opinio tanquam magis equior & humanior potest sustineri, quòd clericus adulter suspensionis pœna, & non depositionis sit puniendus: quia nimis rigida est contraria opinio, ita dicit Bermond. in dicto. nu. 16. licet tandem scribat absurdum & temerarium fore à communi opinione recedere.

Laicus adulter qua pœna in foro Ecclesiastico puniendus sit.

Laici verò adulteri per ecclesiasticum iudicem excommunicari possunt. text. in ca. intelligimus de adulteri. & ibi notat Abb. & doctores & in cap. consuluit. in 1. de appella. & in capit. 1. vbi Abb. de offic. ordi. Bald. in authen. clericos. C. de Episc. & cleric. & Felin. in cap. cum sit. nu. 11. de foro cõpet. Rom sing. 667. Auser. in Clementin. 1. de offic. ordin. Regul. 4 fallen. 2.

Puniri etiam possunt detrusione in monasterium, vt est communis omnium sententia teste Andr. Alci. in dict. capit. 1. nota. 5. num. 18. de offic. ordin. & licèt contra eam disputent. nu. 22. communem amplectitur: eandem communem attestatur D. Couarru. in 4. Decretali. 2. par. capit. 7 §. 7. num. 20. Iuli. Clar. in practic. crimin. §. fin. quæsti. 37. versic. Quæro nunquid, cum enim hoc delictũ sit violatio sacramenti matrimonij, meritò illius punitio pertinet tam ad iudicem ecclesiasticum, quam sæcularem, & ideò adulteri sacrilegi dicuntur. l. quamuis. C. de adulter.

Cum ea adulterans. Adde Ang. C l. si vxor. §. sed & in c. num. 1. ff. de adulter. vbi dicit quòd ità communiter obseruatur & in l. si ea. C. de adulter. Ana. in ca. 1. num. 6. de adulter. Rem. consi. 17. numer. 20. & consi. 439. num. 23. Et ideò iustissimè autor noster hoc loco censet, non esse clericum qui cum huiusmodi muliere carnale commercium habuerit ordinaria pœna puniendum, quem ipse sequor contra Bermond. Choue. de pub. concu. capit. de adulterio. nu. 26. Ipsa verò mulier adulterii pœna plectenda est, ita Amad. de Syndi. num. 174. & in facti contingentia sensisse videtur Neapolitanum consilium, vt refert Antoni. Cap. deciss. 44. Sed contraria opinio verior est. Quam in effectu sequitur Amad. in loco præcitato Iul. Cla. li. 5. recep. sent. §. adulterium. ver. sed quæro nũquit. vbi dicit quod ità iudicaret

ret si casus contingeret, & huic opinioni suffragatur. l. fi ea. C. de adul. quæ expressè diffiniuit hoc casu adulterij crimẽ cessare.

D *Sancitum est.* Vide l. 7. tit. 7. lib. 4. for. quæ communiter in his regnis recepta est, vt fatetur Ant. Gome. in l. 80. Tauri. nu. 49. Idem Tholosano senatu decretum est teste Papo. lib. 24. tit. 2. artic. 5.

E *Non accuset.* Adde quòd in dictis Hispaniarum regnis tenetur maritus adulterum & adulterã accusare, aliàs minimè est audiẽdus, dict. l. 80. ordi. noui.

F *Perpendimus.* Adde quòd hoc etiam refert D. Couar. in Clement. si furiosus. 1. par. relect. in initio num. 6. de homi.

Ac nephandi criminis rei.

CAPVT LXXXVI.

1 Nephandi criminis summa detestatio.
2 Clericus huius criminis reus depositus in monasterium detruditur.

1 QVia secundùm diuum Augustinum in 3. lib. Confessionum, & habetur in capit. Flagitia. 32. quæst. 7. flagitia, quæ sunt cõtra naturam, vbiq; ac semper detestanda a atq; punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerant. Quæ si omnes gẽtes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ non sic fecit homines vt illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet: cum eadem natura, cuius ille autor est, libidinis peruersitate polluitur. Vnde meritò tale crimen committenti pœna statuta est, quòd deponatur ac in monasterium detrudatur, b vt in c. Cleric. de excessib. prælator. Huius tamẽ detestandi criminis maior esse deberet pœna, cum ob illud etiã infantibus ac mulieribus subuersarum ciuitatum omnipotens Deus parcere noluit. In his maximè regnis, vbi etiam à facinorosis aliàs hominibus solet (vti decet) & tale scelus prometeretur abhorreri, vbi etiam legis patriæ grauius mortis genus, quàm ius commune delinquẽtibus infligunt. Nec enim minùs promeritus est, vt post depositionem curiæ traderetur, c qui Deum ipsum ac naturam offendit tali facinore, quam qui sola motus auaritia & non in Romã. Põtifi. contẽptũ, neque in fidei seu morum perniciem Apostolicas audet literas depraua re. Sed cùm sic placuerit canonum conditoribus, solent Ecclesiastici iudices tales post depositionem perpetuis carceribus obscurisque includere, in quibus nisi eos liberet fuga, mi serrimam & mortem ipsam exoptantem vitam agunt.

2 c

Detestanda. Vide multa quę circa huius criminis detestationem traduntur præsertim à Sanct. Thom. 2. 2. quæ. 154. artic. 11. multa etiam congessit Cæsar Lamber. de iure patron. in prima par. lib. 2. q. 9. art. 18. Lucas de Pœna in l. 3. colum. 3. C. de exactor. & excep. lib. 12. Matt.

A *Multa in nefandi crimis detestationẽ lectu nõ indigna hoc loco traduntur.*

12. Matt. de Afflict. in const. Neap. lib. 3. rub. 42. num. 10. Pet. Paul. Pariſi conſ. 163. lib. 4. Caſſa. in conſuet. Burg. rub. 7. §. 3. in glo. *Faire teſtament.* & vide tex. in l. cum vir. C. de adulter. & in cap. infames. 3. q. 7. l. 1. §. remouet. ff. de poſth. §. 2. Inſt. de pub. iudi. & apud nos Regiam l. 2. tit. 21. part. 7. l. 2. tit. 9. lib. 4. for. l. 85. in A pragm. Regum Cathol. l. 1. ti. 21. lib. 8. ordi. noui. Et de varijs pœnis diuerſarum nationũ contra Sodomitas ſtatutis vide Iaco. Menoch. libr. 2. de arbi. iudi. quæ. centu. 3. caſu. 286. Adeò equidem crimẽ hoc graue iudicatum fuit, vt ſacris literis nempe Gene. cap. 37. peſſimum crimen appelletur & ca. 18. ſic legitur. [Et peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.] Et alibi, [deſcendam] (inquit) [Dominꝰ & videbo vtrùm clamorem opere compleuerint an non eſt ita.] (Quaſi dicat) in admirationis modũ, vix poſſũ credere tantum nefas reperiri in homine, vnde volo videre clarè hoc malum ſi ita eſt, vt puniam. Vnde ad Loth iuſtũ & ab infandis Sodomitarum ſtupris abhorrentem ſic Angeli locuti ſunt. Delebimus locum iſtũ, eoquòd increuerit clamor eorum coram Domino qui miſit nos, vt perdamꝰ illos: igitur Dom. pluet ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem à Domino de cœlo & ſubuertet ciuitates has & omnẽ circa regionẽ.] Gen. 19. Vnde meritò exclamat Paul. ad Rom. primo dicẽs, [Et tradidit illos in paſſiones ignominiæ, nã fœminæ eorum mutauerunt naturalem vſum.] Ideoq; iſtius criminis rei filij diffidentię appellantur, vt in cap. clerici. de exceſſ. prælat. quaſi de eorũ ſalute diffidẽdũ ſit, vt voluit ibi glo. Et propter hoc crimẽ, Deus Opt. Max. mittit humano generi peſtes, tempeſtates, & innumeras alias calamitates vt in auth. vt non luxur. contra natu. §. fi. colla. 6. & in nouel. conſt. 77. Et tota curia cæleſtis habet iſtos ſceleratos in deteſtationẽ & abhominationem. vt inquit S. Ant. Archiep. Floren. in 2. parte ſuę ſummæ tit. 5. verſ. quantũ ad ſecundum. Et peccatum hoc aliqui vocãt mutum, eoquòd ſic offendat aures honeſtas, vt de illo nec loqui quidem fas ſit, & ea ratione iuſtiſſimè Hiſpani appellamus illud nephandum, eo quòd non eſt fandum, nec fari de eo liceat, clamat equidem in cęlũ huius ſceleris magnitudo, horroreq; concutit naturam & ſtupore facit circunſtantes parietes, ſaxa, aërem, ſolem contremiſcere vincens turpitudine omnem iniquitatẽ, vt optimè ſcribit Franc. Sonni. Theologus celeberrimus li. 3. demõſtrationum tract. 7. ca. 6. Et memorabile eſt quod ſcribit D. Hieron. ſuper Iſai. & Iac. de Voragine de natiuitate Domini quòd illa noctę qua Chriſt. redemp. noſter natus fuit, omnes Sodomitę mortui fuerunt. Ideoque Virgilius, qui, vt fertur, illo morbo laborabat, noctę illa deceſſit, vt

Noctu natiuitatis Dom. Sodomite mortui ideoque Virgilius cum hoc crimine fuiſſet fectus, deceſſit

sit, vt refert Bermon. Cho. de peccato Sodom. n. 40. fol. 127. Et vsque adeò vitium hoc abhominabile est, quod postquā Diabolus ad sic peccādum hominem induxerit, statim fugiat vt nec possit cernere tam horrendum crimen, ita alios allegans scribit Matth. de Afflict. in consſ. Neap. lib. 3. Rub. 42. nu. 11.

Diabolus fugit quando nefandū crimen commititur.

Et propter hoc scelus contra naturam peti iure potest matrimonij separatio quoad thorū. c. omnes accusationes 32. quę. 7. ita Calder. Anton. Abb. & Anan. in cap. maritis de adul. Silvest. in sum. in verbo diuortium quæst. 7. Barth. Cassa. in consuet. Burg Rub. 7. §. 3. ver. primò quæro. nu. 7. quæ opinio communis est teste Abb. in in d. ca. maritis & eam magis communem asseuerat Lamb. de iure patronatus prima parte lib. 2. q. 9 artic. 18. in fine. D. Couar. in 4. Decret. 2. part. ca. 7. §. 5. numer. 6. Iul. Clar. in pratict crina. §. Sodomia. vers. Item propter practic. Conrrad. fol. 374. num. 4. Quæ tenenda est, licet Inno. in ca. 1. de adul. contrariam opinionē professus fuerit & glo. in di. cap. omnes & Albar. Pelag. de plan. Ecclesiæ lib. 2 artic. 2. colum. 3. & Bald. in marg. Innocen. in verbo vxor. versi. fin. Bermon. vbi supra allegaui. num. 28. Imò & dicta separatio peti potest si tantum vxor tentata fuerit à marito ad vsum contra naturā.

Et ita in causa grauissima cōsului quod apertè ex Diuo Ambrosio colligitur 1. ad Corint. cap. 7. dum dicit, [Aut vsum quærat vxoris interuertere.] Quod etiam Barba asserit cōsil. 64. volum. 1. Deci. in l. 1. num. 8. C. de secun. nup. Iac. Menoch. dict. casu 286. 14.

Sodomitis an sit aduocatus constituendus.

Vnde in tanti criminis detestationem scribit Bald. in auth. sed nouo iure C. de seru. fugit. Sodomitis non esse assignandos aduocatos, vt defendantur & eum sequitur Barb. consil. penul. colum. 2. in fine lib. 1. Meno dict. casu 286. num. 14. sed opinio hæc, omni iure & ratione destituta est, & ideo in forensibus actionibus nunquā receptam vidi.

Sodomita crimē pœna vltimi supplicij punitur.

Fuit semper crimen hoc punitum pœna vltimi supplicij vt habetur Leui. cap. 20 & Exod. 22. In legibus vero Gothorum Chindasuildi Regis. l. 8. de incestis hæc adijcitur lex. [Masculorum concubitores vel ij qui talia persentientes pertulerunt ista, sunt legis huius sententia feriendi, vt vti scilicet mox tale nefas admissum iudex cui dēter inuestigauerit ipsius, vbi id perpetrari contigerit sequestratim arduę mandetur detrusioni: vel inuitis saltem luituri commissa qui voluntariè perpetrare noscūtur illicita. Hoc interim horrendum dedecus si inferens quisq; vel patiens non voluntarius sed inuitus explere dignoscitur, tunc à reatu poterit immunis haberi si nefandi huiꝰ sceleris ipse detector extiterit.] Et apud veteres seueriss, pœnis sceleꝰ hoc perpe-

trantes puniti fuerunt, vt auctor est Valeri. Maxim lib. 6. c. 1. vbi exempla aliqua commemorat alia etiam refert Aymarus Rivallius. lib. 3. Histor. iuris ciuilis c. de lege Scatina, quæ contra Sodomitas lata fuit, cuius etiam meminit Tertullianus in libro de monogamia. Huc pertinet egregium. C. Marij qui septies cõsul fuit exemplum, cuius meminit Plutarchus in vita illius is inquã iudicauit C. Lucium nepotem suum à Trebonio adolescente, quòd illius pudicitiam non semel attentasset, & vim tãdem inferre voluisset rectè occisum, & ob hoc egregium factũ Tribonium corona donauit, cuius equidem iustissimi iudicij meminit Marcus Tullius in oratione pro Milone cuius verba placuit hoc loco scribere. [Pudicitiam cùm eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius Imperatoris interfectus ab eo est, cui vim afferebat, facere enim probus adolescens periculose, quàm perpeti turpitudinẽ malit: At que hũc ille vir summus scelere solutum periculo liberauit.] Hæc Cicero.

Sodomita igne comburuntur.

Hæc equidem mortis pœna igne infligebatur etiam antè Iustinianum de quo stat egregia sanctio. li. 9. Codicis Theodosi. titul. 7. quæ sic loquitur.] Impp. Valenti. Theod. & Archadi. A. A. A. Orontio Vicario Vrbi Rom. Omnes quibus flagitii vsus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia: nihil enim discretum videntur habere cum fœminis: huiusmodi scelus specante populo flamæ vindices expiabuntur. P. P. in foro Traiano octauo idus Aug. Valentiniano, A. IIII. & Neotherio. Conss.

Propter Sodomiticam turpitudinem ipso iure regna tollitur.

Quæ sanè ignis pœna, cum omnium bonorũ confiscatione ipso iure, in his Hispaniarũ regnis cõtra Sodomitas statuta est, Regia constitutione, quæ prima est tit. 21. libr. 8. ordin. *nou.* quæ etiam quo ad bonorum confiscationem iuri communi consona est gloss. in cap. cum secundum leges. in verbo, naturæ contrarias, de hæretic. li. 6. quam esse communem faretur Berm. vbi suprà nu. 27. & magis communem appellat Clarus in di. § Sodomia. versi. Item Sodomita. In quitque Regia illa lex illas probationes in crimine isto esse legitimas qui reciperentur, & essent validæ in criminibus lesæ Maiestatis diuinæ vel humanæ. Quantò igitur Hispania purior est ab hæresibus, quam aliæ nationes, tantò magis nephandum crimen odit, & seueriſſimè punit, eisdem nempè pœnis, quibus hæretici pertinaces: & hoc non solum criminis magnitudo sed connexio quædam quam cum hæresi videtur habere, id efficit. Nam vt Franciscus Sonnius vbi suprà allegaui rectè scribit, hominem non à Deo sic derelinqui, vt in tam abominabile scelus incidat, nisi prius in perfidia & insipientia cordis sui, ita

Nephandum crimen connexum quandã hæresi habet.

In Regno Aragoniæ inquisitores iuris dictionẽ habent contra eos qui molliebrupantur.

apostatare

apostatare cœperit à Deo, vt sic sentiat, sicque viuat, quasi non sit Deus: vbi perfidia, ibi apostasia, ibi idolatria vbi regnare solet hoc scelus, & quo gens longius aberrauit à Deo, eo magis hoc nephando malo inuoluitur. Pro quo mirè facit quod scribit Paulus in epistola ad Romanos c. 2. vbi de idolatris loquens inquit, [Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immũditiam, vt contumelijs afficiat corpora sua in semetipsis,] Et paulò post.] Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, & sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt.] Quæ verba explicans Diuus Chrysostomus, inquit. [Hoc loco Paulus ostẽdit quòd & leges naturæ per impietatem tanquam causam efficientem peruertantur.] Et rursus. [Vide quomodo ad fontem huius mali reddat, impietatem videlicet dogmatũ, ostẽdens turpitudinem hanc esse illius iniquitatis præmium.] Hæc ille sermo. 3. & 4. Et ideo censeo iustissimè sanciri posse vniuersali lege, vt hæreticę pra uitatis inquisitores, de hoc nephando crimine cognoscant, quòd an id fieri expediat, superiores iudicabũt. In Regno tamen Aragoniæ iam mandata est iurisdictio inquisitoribus Apostolicis, aduersus eos, qui muliebria pariuntur, vt testatur Dominus Episcopus Iacobus Septimam. in catho. insti. tit. 50. num. 30. Et idem in regno Valentiæ obseruatur, vt mihi retulit Doctor Franciscus Arganda Chonchẽsis inquisitor, qui ob singularem virtutem, raram prudentiam, insignẽ æruditionem, ad maximos sanctæ, inquisitionis honores, multis ei nominibus debitos iampridẽ fuit promotus, quẽ olim discipulum charissimum in vtriusque iuris disciplina habuisse semper gloriabor.

In Regno Aragoniæ inquisitores iurisdictionẽ habent contra eos qui muliebria pariuntur.

Doctor Franciscus Arganda Chonchẽsis inquisitor laudatur.

Illud autem circà prædictam pœnam confiscationis bonorũ à iure communi quam à dicta lege Hispanica statutam, notare non prætermittã, quòd Sodomita solùm priuatur bonis, quæ tempore cõmissi criminis obtinebat, non autẽ priuabitur illis bonis quæ posteà acquisiuit, vsque ad tẽpus condemnationis.

Sodomita bona post crimen acquisita an ipso iure confiscentur.

Tùm quia dicta Regia constitutio & ius commune minimè Sodomitam inhabilem fecit, vt commisso crimine, possit bona acquirere, vnde hæc pœna constituẽda nõ est, cum iure non reperiatur. l. si seruum § non dixit præto. ff. de acqui. hæredi. & priuatio non habet locum nisi in casibus à iure expressis. auth. de non eligendo. § fin. autẽ. l. at si quis §. Diuus ff. de relig. & sumpt. funer. Tùm quia in pœna confiscationis bonorum non veniunt futura l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. tradit Paul. de Cast. in consi. 53. libr. 1. Abb. in cap. cum aliquibus. num. 4.

de re iud. Alexan. cónsi. 15. nú. 12 lib. 1. & consi 75. num. 12. colibr. idem in l. ex facto. §. Iulianus. nu. 8. ff. de vulgar. Paul. in l. si debitor. nu. 3. ff. de fideiusso. Dec. in l. si quis iniquam. §. illud. num. 1. ff. quod quisque iur. & in consi. 442. nu. 20. Iaf. in l. vltim. in princ. num. 7. ff. si cert. peta. Barth. Chassa. in consuetud. Burg. Rub. 2. tit. de confiscati. fol. 97. col. 1. Socin. Iuni. consili. 51. num. 8. lib. 1. Doctor Petrus Peralta, olim Salmanticensi Achademia toto terrarũ orbe celebratissima iuris Cæsarei primarius professor insignis & rude donatus, & cum paucis sua ætate comparandus is inquam, in l. omnia. §. fundũ numer. 4. ff. de leg. 2. Acosta. in l. Gallus. §. & quid si tantum. parte 2. numer. 48. ff. de libr. & post. Tùm quia opinionem istã in propriis terminis tenet Tellius Ferdin. in l. 4. Taur. num. 48. quem nouissimè sequitur Licẽtia. Micr. de maiora. 1. par. q. 1. num. 105.

D. Petrus Peralta laudatur.

Sodomita ante tã alias pœnas priuatur testamenti faciendi potestate.

Punitur etiam Sodomita, vltrà alias pœnas, alia non vulgari, nempè testamenti faciendi potestate, ita multis rationibus probat Anastasius Platus inter consi. Barba. consi. vlti. lib. 1. Iacob. de Velouis. in auth. vt non luxuri. contra natu. in fin. verb. vbi Bar. si sua est lectura Guil. Benedi. in cap. Rainun. de testament. in verbo, mortuo itaque testatore in 1. numer. 134. Deci. in l. 1. C. de secund. nupt. num. 8. Ioan. de Platea in §. fin. Inst. quib. non est permiss. facere testamen. Socin. in l. quidam relegatus. num. 1. ff. de reb. dub. Bello. consi. vltim. nu. 2. Plotus in l. si quando num. 311. C. vnde vi. Corra. in l. testamento nu. 23. C. de imp. & alijs Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. num. 384. C. de reu. don. Bossi. in practi. crimi. tit. de stupro in mascu. num. 2. Faui. Monteleo. in praxi. auri. 3. pa. 4. par. prin. num. 486. Cott. in memo. iur. in verbo. Pedecones. Iul. Clar. in practi. crimi. §. Sodomia. versic. item Sodomita. Iacob. Menoch. de arb. iudi. quæsti. libr. 2. centu. 3. casu. 286. numer. 10. Bermond. dict. rub. numer. 26. Andr. Alciat. in l. inter stuprum. in prin. ff. de verbo. signifi. Gregor in lib. 16. titu. 1. par. 6. in verbo, *Despues*. D. Couarruu. in Clement. si furiosus in princ. rel. § 2. num. 6. quæ opinio communis est. Sed vt liberè dicam quod sentio, falsam & iuri contrariam esse existimo. Tùm quia nullo iure fulcitur, & sine expressa lege tã grauis pœna imponenda non est, vt in auth. de trien. & semi. §. consideremus. coll. 3. Tùm quia prohibitio testamenti faciendi, solùm inflingitur à iure post sententiam transactam in rem iudicatam, ità quod si condemnatus à condemnatione appellauerit, testari iure poterit. l. qui post accusationem. ff. de testamen. & interim eius status mutari non debet. l. eius. §. 1. ff. de testamen. l. qui à latronibus ibi. Tùm quia si vera esset communis sententia, idem esset asseuerandum

randum in homicida vel alio delinquente in crimine deprehenso, qui pœna mortis esset puniendus quod falsum est, vt dictis iuribus probatur. Tùm quia crimen hæreseos detestabilius est cæteris criminibus cap. cum secundum leges. §. confiscationis. de hæret. lib. 6. sed hæreticus potest testamentum facere, vt in auth. vt cùm de appella. cognosc. §. si quis verò de prædictis. versi. generalem autem, & est egregia. l. 6. tit. 1. p. 6. vbi solùm prohibetur testari post sententiam dicit lex. E *aun de Zimos que los herejes, despues que son condenados por sentencia de heregia, no pueden faZer testamento.* Ergo à fortiori hoc licet Sodomitæ. Tùm quia hanc opinionem videtur tenere Specu (summæ apud nos autoritatis) in tit. de instrumen. edi. numer. 6. dicens, quòd damnatus de crimine famoso, nempe de crimine contrà naturam, est intestabilis post condemnationem, & sic condemnationem necessariam esse censet. Et nouissimè opinionem istam defendit Telli. Ferdinan. in d. l. 4. Tauri. numer. 35. cum sequen. vbi respondit quibusdam rationibus quæ pro communi opinione adduci poterant & sequitur doctissimus Mied. de maior. q. 1. primæ par. numero 104. qui est videndus.

B *Detrudatur.* Vide Paul. Grill. in tracta. de pœnis omnifa. coitus. quæstio. 2. num. 2. quæsti. 8. Berm. Chou. in tracta. de publ. concubi. capit. de peccato Sodom. nu. 37. Pet. Due. reg. 101. limi. vltim. Fabi. Montel. in praxi. arbi. 3. par. 4. par. princ. numer. 486. Et licet Bermond. in allegato loco dicat, dietim vidisse apud suos clericos huius nefandi criminis reos degradari, & tradi sæculari potestati, & sæcularibus legibus puniri, id nullo iure defendi potest, antè nouissimam Pij Quinti constitutionem de qua infrà tractatum est.

Illud tamẽ huic loco accommodatissimum non omittam, inter doctores receptum esse, Sodomitam adhuc occultum, etiam pœnitentia peracta, suspensum esse ab ordinis executione, ideo interim celebrantem, irregularem esse, ea sanè irregularitate: quæ à solo Roman. Pontifice delebilis sit. Quemadmodum eleganter adnotauit Antoni. & alij in capit. nisi cum pridem. §. 1. de renunti. & in capit. vlti. de tempori. ordi. & in specie proposita tenet Belen. in apposti. ad Abb. in c. clerici. de excessi. prela. Archi. Dom. & Præpo. in ca. de his. in. 2. 50. dist. Mari. Soci. in c. ad audientiam num. 27. de homi. quam opinionem communem esse testantur Bertachi. in tracta. de iure patrona. in prima par. libr. 2. quæstio. 9. artic. 18. numer. 4. Couarruu. in Clementin. si furiosus. in 1. par. relect. §. 1. num. 6. de homi. Fiãc. Viui. in cõmu. opinionibus in verbo Sodomi. Iuli. Clar. nostrã annotationẽ, prout erat in 1. editione allegãs, in pract. crim. §. Sodomia. versi.

Clericus Sodomita occultus etiã peracta pœnitentia suspẽsus est.

item clericus. Et licet Aretin. in capit. cum non ab homine. de iud. num. 90. contrarium probare conetur & Nauar. in manu. confesso. cap. 27. num. 149. dicentes, nõ posse ex iuris rigore communẽ sententiã defendi, cùm nullus sit iuris Pontificij locus, qui hanc irregularitatem inducat, tenenda tamen est communis sententia tantorum virorũ autoritate fulcita. Vnde eleganter scribit Petrus Rebuff. in tract. de pacifi. possessio num. 208. Sodomitã non posse eligi ad Ecclesiasticũ beneficium, nec validam esse beneficij collationem eidem factam. Hodie verò si crimẽ hoc occultum fuerit Episcopi in prædicta suspensione & irregularitate dispensare possunt sacrosanctí Concilij Triden. authoritate sessione. 24. cap. 6. de reforma.

Sodomita nõ potest eligi ad eccle-siasticũ beneficium.

Laicus verò si crimẽ hoc cõmiserit, à iudice Eccles. puniri potest, pœna nẽpè excõmunicationis, & à cœtu fideliũ separari debet, quousque condignam faciat pœnitentiã. cap. clerici. vbi Abb. & docto. de excessi. præla. Bermond. dict. ca. nu. 37. & esse communem sententiam fatettur Iuli. Clar. in practi. crimini. §. fina. quæst. 37. versic. itẽ quæro. quam sequitur Iacob. Meno. de arbi. iudi. quæstio. li. 2. cent. 3. casu. 286. num. 2.

Laicus Sodomita ab ecclesiastico iudice punitur.

Curiæ traderetur. Adde quod iustissimè autor noster desiderabat, iam nouissima constitutione sanctissimi Pij Quinti Pontificis Romani decretũ est, clericum Sodomitã degradandum esse, & iudici sæculari tradendum: cuius tenor talis est.

Pij quinti constitutio cõtra clericos Sodomitas interpretatur.

[Omnes & quoscũque presbyteros, & alios clericos sæculares, & regulares cuiuscunque gradus, & dignitatis tandirum nephas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico præsentis canonis autoritate priuamus: Ita quòd per iudicem eccleſiasticum degradati potestati statim sęculari tradantur.] Hactenus Pij constitutio dat. Romæ apud sanctum Petrum ann. 1568. sui Põtificatus. anno tertiò. Quòd quidem decretum iustissimum est, & in Hispania nostra iàm diu desideratũ, nam pœna quæ sacris antiquis canonibus imposita erat, non erat tam horrendo crimini condigna. Fuit equidem ita sancitum ad supplicationem D. Episcopi Iacobi Septimacensis, vt ipse testatur in libro disceptationũ cap. 33. qui scribit duabus petitionibus oblatis nihil obtinuisse, donec tertia instanter ex libello Pont. Maximo oblato adeptus fuit: inquitque quod ferè statim post publicationẽ illius constitutionis quidam clericus Tarraconensis illius pœnis punitus fuit.

Vnum tamen, vel alterũ citrà constitutionem illam notare non omittam. Primò illam nõ includere quemcunque clericũ Sodomitam, sed solùm exercẽtem qui quasi vsu quotidiano crimẽ hoc commi serit argũ. l. sciendum.

sciendum, §. illud. ff. de ædili. ẽdict. & hac ratione positũ fuit verbum, *Exercentes*, in dicto decreto ita interminis tenet insignis Martin. Nauar. in manu. confesso. cap. 27. num. 249. dicens, sibi ita respõdisse sanctissimum Dominum nostrũ Gregorium decimum tertium. Sed salua auctoritate Martini Nauarri, mihi hæc sententia nunquam placuit, imo iuris esse certissimi censeo, clericum qui vnicum tãtum Sodomiæ commisit, pœna dictæ Extrauagãtis Pij Quinti puniendum esse. Tùm quia non tanta vis verbo, *Exercentes*, tribuenda est, vt huius criminis reiteratio desideretur. Nec Pontifices nostri in canonicis decretis condendis, tam exactam & rigidã verborum proprietatem obseruare solent. Tùm quia si vnicus lapsus non sufficeret, vt esset locus dictæ pœnæ, sed criminũ frequẽtia desideraretur, sic clarè & apertè Pontifex diffineret, nec sub verborum inuolucro, rem alioqui grauem, & maximi ponderis, dubiam relinqueret. Tùm hæc nostra sententia euidentissimè probatur alia constitutione, à dicto Romano Præsule lata Ann. in carnationis Domin. 1566. Kalend. Aprilis Pontifica. sui anno primò cum inquit. [Si quis crimẽ nephandum contra naturam propter quòd ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauit, curiæ sæculari puniendus tradatur: & si clericus fuerit omnibus ordinibus degradat⁹, simili pœnæ subijciatur.] Vides quo pacto nõ verbo, *Exercuerit*, Sed verbo, *Perpetrauerit*: vtitur, quod non criminis reiterationem expoſcit. Tùm quia quo ad subeundũ suppliciũ propter hoc immane scelus clerici & laici æquiparãtur prædicta Põtificia constitutione, & hac ratione, sicut in laicis, criminis frequẽtia minimè desideratur, par est, vt in clericis idẽ sit iudicandũ. Tùm quia dicta Extra. qua innittitur Nauarr. posterior est, cũ Anno tertio Pontificatus dicti sanctissimi ædita fuerit, quæ meminit constitutionis anno primò ẽditę, & nõ solùm eam confirmat, sed acriùs eodẽ supplicio crimẽ detestatur ibi, [Itaque quod nos in ipso Pontificatus nostri initio de hac re decreuimus plenius nũc, & forti⁹ prosequi intẽdẽtes, &c.] Vnde nullo iure, nec ratione defendi potest, q⁹ rigor primæ constitutionis (si rigor iustũ supliciũ appellari potest) ex illo verbo, *Exercẽtes*, temperetur.

Secũdo pòst dicta constitutio limitãda est, vt minimè cõprehendat omnẽ exercentẽ luxuriã contrà naturã, quæ omnem polutionẽ extraordinariã comprehendit ex D. Thom. sentẽtia. 2. 2. quæst. 154. artic. 2. nec exercentẽ omnẽ Sodomiticum actum, qui includit omnẽ polutionẽ factã extra vas ordinarium. Sed solum exercentem copulam Sodomiticam ità declarat Martin. Nauarr. in loco nouissimè allegato pro quò

mire facit text. in capit. fin. de sponsa. quo probatur, copula minimè consumari nisi intra naturale vas semen effundatur nec expollutione aliter facta affinitas contrahitur, vt in capit. extraordinaria. 35. quæstion. 2.

Sacrilegij.

CAPVT LXXXVII.

1 Traditur vera atque germana sacrilegij diffinitio.
2 Clericus huius criminis reus deponendus est.
3 Sacrilegij quatuor species traduntur.

1 a SAcrilegium est iuxta meliorem diffinitionem a Doctorum, sacræ rei violatio, vel eiusdem vsurpatio: quòd nempè delictum cum & in ipsis laicis detestabile sit, & ad puniendum illud iura inuehant in eos: quanto magis puniri debent clerici, qui in hoc deliquerint? Qualis enim erit laicorum reuerentia in personas siue res sacras, si in illas clerici (ad illarum cultum 2 electi) irreuerentes sunt? Huius autem delicti pœna, depositio est, vt placuit Hostien. in summa. tit. de accusa. §. Quis sit effectus. versic. Et gratia exempli, vbi capitalia crimina, & quæ depositionem inducunt describendo, primum omnium posuit sacrilegium. Sed quia hoc se habet multipliciter deuenien 2 dum est ad eius species. Quarũ prima est, quæ committitur in b personam, b & hæc quia multipliciter etiam variari potest, non patitur certam doctrinam: oportebit enim iudicem considerare qualitatẽ delicti in personam sacram commissi, & sic in delinquentem animaduertere. Secunda species est quando quis accessum habet ad monialem: & quia de hoc particularis mentio facta est suprà, superuacaneum est in hoc aliquid rescribere. Tertia est quãdo locus sacer violatur, c vel illius cœmeterium: & hæc etiam sicut variè se habere potest, ita diuersa erit delinquentis punitio, consideratis his quæ in arbitrarijs consideranda describemus. Quarta verò huius delicti species committitur in auferendo rem sacram, d quę & habet alia membra: & quia hoc ad materiam furti pertinet, & infrà de hoc aliquid scribimus in suo loco, ideò nihil amplius addere libet.

c

d

Diffinitionem. De qua vide A Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 99. arti. 3. Siluest. in summa. in verbo sacrilegium. Bald. in l. si nondum. numer. 4. C. de furt. Paul. Grill. de pœnis omni coitus. quæst. 1. qui pro totius capitis materia legendus est Petr. Folleri in practi. crimi. cano. 2. par. cap. 17. Et nota quòd sacrilegus non potest ad ecclesiasticos ordines promoueri. capit. si quis præsbyter. 50. distinctio Et est infamis capit. vltim. de furt. not. Abb. & doctor. in cap. conquestus. de foro compet. Petrus Rebuff. in pract. benefic. 2. par. tit.

Not. multa contra sacrilegos,

tit. de modis amit. benefi. numer. 56 pagin. 472. Et non gaudet Ecclesiæ immunitate capit. frater. 18 quæstio. 4. tradit. Nicola. Boeri. decisio. 110. num. 3. Carr. in practi. crimi capit. 3. num. 16. Et inter laicos iudex ecclesiasticus cognoscit de hoc crimine, quia est mixti fori. Sic tradiderunt Abb. & alij in cap. cum sit de foro comp. per illũ text. Cardin. in Clemen. 1. de pœn. Dom. in capit. fœlicis de pœnis in 6. Bossi. de delict. titu. de sacrileg. num. 7. quam opinionem communem esse testatur Mantua. consi. 266. Iul. Clarus, libr. 5, recep. senten. § fina. quæst. 37. versic alteriùs quæro. quamuis apud suos dicat non seruari, sed quòd iudices laici cognoscunt de crimine sacrilegij, non verò ecclesiastici, prout etiam seruari in regno Franciæ attestatur practica Mileij. fol. 74 numer. 17. vbi refert se fecisse suspendi quendam, qui ab Ecclesia abstulerat vas sacræ Eucharistiæ.

Apud Hispanos tam auris cõmunis sanctionibus quã Regys constitutionibus, sacrilegi ab ecclesiasticis iudicibus puniuntur.

Apud Hispanos verò Regijs constitutionibus Episcopi, vel alij iudices Ecclesiastici ordinarij sacrilegos laicos punire possunt lex. 7. tit. 5. libr. 1. Foro legum & Regia Partitarum lex decima. tit. 18. par. 1. Quarũ legum autoritate Ioan. Lup. in repeti. capit. per vestras. de donati. inter vir. & vxor. 2. not. §. sed pulchra dubitatio. num. 24. scribit speciali iure in hoc crimine posse laicum propria autoritate à iudice ecclesiastico cap. & in carcerem mitti quem allegat Fran. Auiles in cap. prętorum ca. 20. in verbo, *Vsurpan.* numer. 14. qui ab eo videtur recedere. Sed fortè Ioan. Lupi. ex eo defendi potest quòd crimen sacrilegij licèt non verè saltem impropriè & largo sumpto vocabulo hæresim sapit: hæretici verò capi & puniri debent ab Ecclesiasticis iudicibus, vt in ca. accusatus. de hæreti. in 6. apud Hispanos tamẽ certò scio quòd opinio Ioann. Lupi. non seruabitur.

Delictũ quamuis commissum in Ecclesia à iudice laicali posse debitis pœnis iurisdictionis punire.

Illud autem notare non prętermittam, quòd in forensibus exercitationibus est frequentissimum, quòd non ex eo quòd crimen aliquod in ecclesia commissum est, iudicem laicum nõ posse debitis pœnis laicos suæ iurisdictionis punire, nam si tales delinquentes ab Ecclesia extrahi poterunt, vt in cap. fin. de immun. eccles. pari ratione & à iudice laico puniri ita Abb. in ca. vltimo & in cap. cum sit generale. de foro competen. numer. 27. Angel. in tracta. malefi. in parte, *Scalis sancti Petronij*, iudex tamen ecclesiasticus ob sacrilegium post debitam pœnam impositam à sæculari procedere potest, ita Abb. in dict. capit. vltimo. sequitur. Couarru. in li. 2. vari. resolutio. cap. 20. nu. fin. Nec mirum hoc alicui esse debet, quòd pro eodem delicto quis varijs pœnis, in diuersis tribunalibus plectatur, quia hoc iuri consonum est, quando ex tali crimine, diuersæ criminum species oriuntur, ità Bar. in l. senatus. ff. de accusation. sequitur

Aufer.

Aufert. in tracta. de potestate sęculari super eccles. perso. 4. reg. num. 21.

In sacri legij crimine iudex secularis nõ tenetur fide adhibere procc sus facto ab Ecclesia

Quando verò Iudex Ecclesiasticus priùs ad huius criminis punitionem processit, minimè tenetur iudex sęcularis qui propria iurisdictione ad imponendas pœnas suo foro stabilitas procedere vult stare processui facto ab ecclesiastico text. est quem crebrior interpretum opinio ita intelligit in §. si verò crimen in auth. de Sanctiss. Episcop. & huius opinionis autores sunt Alexand. Socin Iaſ. Deci. Curt. Iun. in l. magistratus. ff. de iurisd. omni. iudi. Doctor Redin. de maiest. Principis, inverbo, non armis solũ. 2. par. num. 154. quæ opinio communis est.

Sunt tamen supradicta singulariter intelligenda procedere, quãdo iudex ecclesiasticus cognoscit de sacrilegio, & iudex sęcularis tantùm de vulnere, secus si sæcularis iudex incepisset priꝰ cognoscere tàm de vulnere & sacrilegio, quia cum sacrilegiũ sit mixti fori, in quo vt dictum est, sęcularis iudex iurisdictionẽ habet, tunc locus est præuẽtioni, vt in dict. cap. cum sit generale. de foro competent. per Io. Igne. in l. necessarios. §. non alias, in verb. sed cum à pleriſq; num. 35. ff. ad Silã. & in specie tradit Socin. in cap. postulasti. num. 11ñ. de foro compet. Roladd. Valle. consi. 24. num. 13. volum. 2. & ea ratione affirmãt quòd minimè poterit postea iudex ecclesiasticus contra delinquentem in ecclesia procedere, nec illum punire, vide tamen quæ infrà scribo.

Pœna qua pro hoc crimine cõtra laycos imponitur

Pœna verò quę in Hispania cõtra laicos in Ecclesiasticis publicis tribunalibus imponi solet pecuniaria est pro modo, & cõsuetudine regionis, quæ Ecclesijs, pijs operibus, & fiscalibus, solet applicari, quòd si crimen graue fuerit vltrà dictam pœnam alia spiritualis imponi solet.

In personam. Vide optimè Iacob. Menoch. de arbitr. iudi quæsti. lib. 2. centu. 4 casu. 289. num. 15. à qua ab solui non potest, nisi à summo Preside, vt in c. si quis suadente. 17. quæst. 4. de quo canone meminit tex. in cap. non est dubium. cũ multis sequentibus de sentent. excommunic. & in capit. religioso & capit. eos. & in capit. cum quis. de sentẽ. excommu. libr. 6 & in l 4 tit. 9. par. 3. & quia hoc latiùs patet videdus est vltrà ordinarios interpretes Martinus Nauarr. in manu. confess. cap. 27. num. 76. Dida. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. pagi. 104. & multa circà hoc congerit Petrus Folleri. in practi canon. 2. par. cap. 17. B

Clericus percussor à iudice Ecclesiastico punitur.

Ex hac sanè iniuria clerico illata Ecclesia offenditur cap. 2. & ibi glos. de foro compe. & crimen hoc publicum reputatur. l. si quis hoc genus. C. de Episc. & cleric. Et remissio iniuriæ à clerico facta non nocet Ecclesiæ ex Abb. sententia in cap. parochianos de sentẽ. excommun. In hoc tamẽ discrimẽ

Clericus percussor à iudice Ecclesiastico punitur.

versatur

versatur quòd ante absolutionē impetratā non tenetur offendens: realiter Ecclesiæ satisfacere sed sufficit cautionē præstare Clerico verò iniuriā passo antè absolutionem obtentam satisfacere realiter tenetur, pro illata iniuria & demum præstatur cautio fideiussoria de ea pœna siue pœnitentia præstanda quæ ratione criminis perpetrati imponetur ita Archi. in c. si quis de inces. 17 q. 4. Et sic non sufficeret offendentem flectere genua & misericordiam petere nisi satisfecerit. cap. olim. de iniuri. Foll. vbi sup.

Pœna qua pro hoc crimine cōtra laycos imponitur

Clerici percussor à iudice Ecclesiastico puniuntur.

Sed vtrùm laycus clericī percusor. possit à iudice Ecclesiastico puniri, vide glo. not. in auth. item nulla communitas. in verbo, ab Ecclesia. C. de Episcop. & cleri. quæ tenet ei à iure permissum esse sequitur Maranta in speculo aduocatorum. 6. par. nu 141. colu. 3. voluit Bar. in l. 1. num. 44. C. de summa Trinita. Aufer. in rep. Clem. en. 1. de offici. ordi. tit. de potest sęculari super Eccle. perso. regu. 4. fallen. 26. nu. 37. Dida. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. Quòd verū est quando iniuria est realis secùs si verbalis quia cum tunc nullum sacrilegium committitur secundum Siluestrum in summa in verbo sacrilegium. in finali. verb. merito qui verbalem tantùm iniuriam aduersus clericū intulit coram ecclesiastico iudice conueniri non potest nisi aliud de consuetudine receptum fuerit glos. in c. parochianos. de sententia excōmunica. Quia nec tūc habet locum pœna imposita in dict. cap. si quis suadente, vt latè disserit insignis D. Couarru. in lib. 1. vari. resolu. cap. 11. num. 5. & tenet glos. cū in casu speciali loquatur in ca. fœlicis. in verbo in executione. de pœnis lib. 6. vbi additio ampliat hoc procedere etiam si qui cōtumeliā intulit, clericū fugientem sequatur absque manuū impositione, quòd Ioan. And. ibi amplectitur & Ang. in verbo, excommunicatio. 5. nu. 29. Inno. & communis in cap. nuper. de sententia excommuni. reprobata glos. contrariū tenente in ca. si quis pulsatus. de pœni. distinct. 1. & Abb. in dict. cap. parochianos.

Et hæc iniuria clericis illata testibus laicis probari potest, qui ad hoc censuris ecclesiasticis possunt cōpelli licet in criminalibus causis de iure Pontificio testimoniū proferre minimè compellantur: ita tenet Innoc. illius text. authoritate innixus in capit. cæterū. de testib. cogend. quem sequitur ibi Guid. Pape. col. 2. versi. & ideò.

Delictū contra clericū vel in Ecclesia commissum an sit mixti fori.

Alij verò censent crimē hoc mixti fori esse, ità vt inter iudicem sæcularem & ecclesiasticū. Locus sit præuentioni, sic seruari testatur Guid. Pap. decisio 562. num. 3. & ita in Parlamēto Gratianop. iudicatum fuisse asseuerat Papo. libr 1. tit. 4. arresto. 6. licet nonnulli censeant quòd vterque iudex procedere possit, siue delictum in ecclesia, vel contrà clericum commissum

missum sit ad condemnationē & executionem pœnarum, quę in vtroque foro impositæ sunt vt in facti contingentia obseruasse refer Ama. de sind. nume. 171. sequitur Iulius Clar. in practi. crimin. § fi. quæst. 36. versi. sed quæro quid, & in controuersijs forensibus receptum est. Et licèt de iuris rigore admittenda esset distinctio, quàm suprà tradidi, versi. Sunt tamen supradicta, sed tribunalia ecclesiastica minimè eam obseruant. Nec mihi displicet imò congruentissimum iudico quòd non obstante temporali pœna, cōtrà sacrilegum imposita, puniatur etiam pœna spirituali, nempè excommunicationis, vel alia ab iudice ecclesiastico, ad condignam criminis punitionem, vt resipiscat, nec deinceps audeat, rem sacram offendere, vel in sacro loco delinquere, Docto. in dict. capit. cùm sit generale, de foro comp. Octauianus decisi. Pedamont. 103. numer. 7.

Ad manialem. Vide autorem & quæ ibi ad notaui suprà ca. 81.

D *Violatur.* Adde illud maximū sacrilegium esse de quo in cap. conquestus. de senten. excommunic. quòd habet, excommunicatos esse sacrilegos, qui effringunt & spoliant ecclesias, quòd quidem caput minimè eos excommunicat, sed excommunicatos esse presupponit, & ideo iubet vt denuntientur arg. text. in capit. pastoralis. § verum de appella. Circà quòd est consideratione dignum, quòd ad incurrendum illius capit. pœnam duo necessaria sunt, alterum effringere, alterum verò rapere, vel furari. scribit Abb. in cap. fi. de furt. Antoni. in 3. par. tit. 24. cap. 12. Caieta. in summ. in verb. excommunicatio. capi. 21. Martin. Nauarr. in manu. confesso. capit. 27. nume. 94. qui ex eo asseuerat quòd qui effringit crucem, sacrarium, vel alia similia nephanda crimina perpetrat, si nō furatur: non incurrit pœnam ibi statutam. Deinde animaduerti debet, quòd illud quod in ecclesia illo capit. statuitur procedit in monasterijs, hospitalibus, & in alijs locis pijs, Episcopi authoritate consecratis, non verò in alijs. ita not. Abb. in dict. capit. conquestus. sequitur Nauar. in loco iam allegato.

Tex. in c. conquestus de sent. excō. interpretatur.

Rem sacram. Adde latissimè Iacob. Menoch. dict. casu. 289. per totum. D

Vsurarij.

CAPVT LXXXVIII.

1 Clericus vsurarius ipso iure infamiæ nota afficitur.
2 Clericus vsurarius ab officio & beneficio est suspendendus.

PRæmisso priùs quæ sit vsura, & quando committatur quòd latiùs digeritur in ordinarijs titulis ac tractatibus huius materiæ. Clericis fuit inhibitū fœnerari & vsuras accipere in Concilio Laodicensi, in Canone. 5. vbi tamen nulla pœna ob id imponitur. idem etiam fuit prohi-

prohibitum in Concilio Carthaginensi primo, in Canone. 13. Et sicut clericis non licet exercere fœnus suo nomine, ità
1 neque alieno, vt in capit. Sicut suo. 47. distinctio. vbi vi. in cap. 1. Non licèt. Relatum Concilio Laodicense, de quo suprà. Pri-
a ma se offert pœnarum clerici vsurarij, quòd est infamis a ipso iure. hoc dicit probari Panorm. ex text. ibi, in capit. Inter dilectos. in 3. not. de excess. præl. Allegat text. cum glo. in l. Improbum fœnus. C. ex quib. cau. infam. irrog. Et in §. Porrò 3. quæstion. 7. Idem scripserat Bald. in dict. l. Improbum. qui etiam dicit quòd adhuc post restitutio-
b nem vsurarum, & peractâ pœnitentiam sunt infames b ad testimonia & dignitates, & hoc præcipit mente teneri. Hinc est quòd vsurarius repellitur ab obtinẽdo beneficio, vt notat glos. in capitu. Præterea de vsur. & Abb. in dict. cap. Inter dilectos, in 2. column. dispensat tamen episcopus, vt ibi, per eum circà beneficium, cum illo qui se cor-
2 rexerit. Subest etiam vsurarijs
c clericis alia pœna, videlicet q ab officio suspendũtur, c vt statuit in text. in capit. Præterea. de vsu. quoto autem tempore suspendantur, cùm text. nõ aperiat, videtur arbitrio iudicis relictum, sed text. in capit. 1. eodem. titul. dicit quòd si clericus detestandis vsurarum lucris insistat ecclesiastici officij periculum patiatur, ex quibus verbis Abb. ibi. in vltimo not. colligit, quòd clericus vsurarius debet deponi ab officio ecclesiastico, non tamen meminit dict. capitul. Præterea. qui suspensionis tantùm pœnam imponit. Alexand. insuper in consi. 72. in 1. volum. dicit quòd clericus vsurarius venit deponendus, & neminem Doctorum refert, sed allegat iura in dicto capit. Præterea. & capit. Inter dilectos. quorum nullo id probatur, cui vix parcendum censeo. & si solùm Cæsari iuris culturæ vacauerit. Hostien. tamen (qui brevibus verbis plura dubia aliquando decidit, quæ tandem moderniores ipsi verborũ phalera ac garrulitate laxarunt) in summa, de vsur. §. fina. versi. Alia à iudice vnica ferè linea, ordine dictarum pœnarũ scripsit, Ait enim. [Vsurarius clericus ab officio beneficioque suspenditur, & si nec adhuc desistat, degradandus est,] Vt in dict. capitulo 1. & 14. quæst. 4. capitul. Canonum, & capitul. Quoniam & capi. Si quis oblitus. Itaque si clericus desistat à crimine vsurarum degradationis pœnam euadit, & sic intelligit dicta iura, pro quo etiam refert Gofred. Et hunc intellectum bene sustinet litera dict. capit. 1. dum dicit, insistat. Facit etiam text. in capit. Episcopus. 47. distin. Stat ergo ex præmissis practica pro iudicibus, vt primò à suspensione incipiant contra vsurarium clericũ. Demum eo se non corrigente procedatur ad degradationem contra illum. Etsi etiam intelligi potest Concilium Elibertinum in

Canone.

Canone. 20. qui clericum vsurarium statuit degradari per hæc verba. [Si quis clericorũ detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere. Quòd est relatum in capitul. si quis. 47. distin. vide prætereà vndecim pœnas manifestorum vsurario, quas ponit Sylvest. in verbo vsura. lo. 9. in §. Quartò quæritur.

A *Quod est infamis.* Vide Alber. in l. improbũ genus C. ex quib. caus. infa. Matthe. sing. 196. & opinionem hanc communem esse testatur D. Cou. lib. 3. var. resolu. ca. 3. numer. 2. quam latè & eleganter explicat. Ex quo procedit, q̃ vsurarius non potest sacris ordinibus insigniri capit. maritum. 33. distinct. cap. si ditionarios. 46. distinctio. Nec poterit eligi seu præsentari ad ecclesiasticum beneficium. cap. de Petro. 47. distinct. Bettachrinus in tracta. de Episcopo. 2. li. primæ par. q. 33. Cæsar Lamb. de iure patrona. 2. li. primæ part. prin. artic. 21. q. 9. Poterit tamen Episcopus hanc infamiæ notam abolere, ab eo qui iam pœnitentiam egit, ad effectum obtinendi beneficia ecclesiastica glo. celebris in cap. prætereà de vsur. quam esse communẽ asseuerat D. Couarru. dict. capit. 3. num. 3. eamq̃ intelligit procedere, quo ad beneficia obtẽta, non verò quo ad obtinenda quæ infames assequi non possunt.

Sunt infames. Adde quòd contrariam opinionem tenuit idẽ Bal. in l. Casius ad finem. ff. de Sen. vbi scribit, quòd si vsurarij pœniteant & vsuras restituunt de equitate canonica famã recuperãt, quem sequitur Felin. in c. 1. col. 12. versi. limita octauo. de prob. Matth. d. sing. 196.

Suspendatur. Vide eleganter C D. Couarruu. dict. cap. 3. nu. 3. Et plures alias pœnas contra vsurarios tam clericos, quam laicos inflingendas, scribit nouissimè Did. Perez in princip. tit. 2. li 8. ordin. Et quibus probationibus crimen hoc probari debeat lege latè Iacob. Menoch. arbi. iudi. q libr. 2. cent. 3. casu. 235.

Illud autem notandum censeo, posse iudicem ecclesiasticũ ordinarium procedere contrà huius seculi impios mercatores, qui merces vendunt longè suprà iustum pretiũ, prætextu modicæ dilationis, acepto interim idoneo fideiussore, vel tuta cautione, & easdem merces: vicaria manu per interpositos suę cupiditatis ministros, & suæ artis & fraudis consortes, mos vilissimo precio redimunt, deinde alijs cariori precio reuendunt: tripliciter peccantes, & super fœnerantes super eandem mercem, eodẽ fœnore tempore, & hanc barbariẽ deprædationem, non vsurã vocant sed mercantiæ cursum & fortunam (quæ illis miserrima est) sed verè scelus est & nequitia plus triplo vsura grauior, & detestabilior: Nemo sanè in vera & formali vsura damnificatur nisi post longum interualum,

Index ecclesiasticus procedat contra laicos et tractum prohibitorum exercẽtes quos appellant mohatras.

lum, & diutinum pæcuniæ vsum, sed ista præda, ab istis nequissimis hominibus inuenta, statim absque remedio pauper damnificatur & deprædatur. Et quòd indignius est hanc nequitiam vt plurimum exercere solent, in constitutos in aliqua angustia & repētina aliqua clade aut miseria afflictos tantoque audacius & crudelius quātò promptæ pecuniolę subsidio pauper magis indiget non minus miseria, & clade aliena abutentes quam barbari illi totius humanitatis hostes qui naufragio eiectos deprædantur, conuicti igitur de hoc crimine propter contractus annullationem & partis lesæ satisfactionē grauissimè magis quam simplices vsurarij sunt multandi quin & grauioribus pœnis pro frequētia & qualitate commissi scelcris puniri debēt. appellantur equidem apud Hyspanos huiusmodi contractus, *Mohatras*. Et vtrum dicto moderato rigore possint impunè celebrari & quę desiderentur, vt dicti cōtractus iustificentur vide egregiū Nau. in manuali confe. capit. 23. numer. 91.

Poterunt etiam iudices Ecclesiastici huius vsurarij criminis ratione non solum contra clericos, sed etiam laicos saltem quo ad cōtractus annullationē procedere, qui non seruata forma extrauagantis cōstitutionis Pij Quinti Pontificis Maxi. editæ anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octauo Quarto decimo kal. Februarij Pontificatus sui anno quarto annuos emunt, non interueniente pecunia numerata corā tabellione & testibus instrumētariis ità iudicauit Regius Pintianus, Senatus anno Domini 1583. licet post ea vidi multa decreta in contrarium. Ad sedandas tamen & componēdas differè innumerabiles lites, quæ circà Extrau. illam versabantur Philippus huius nominis secundus Christianissimus Hispaniarum Rex in Madritio conuentu hoc, anno. 1587. celebrato ab horum Regnorum actoribus consultus fuit, vt quid in his controuersijs iudicandum diffiniendumque esset pręciperet. Ipse verò Rex Maximus lege lata quæ prima est, declarauit nō esse apud nos moribus receptā & ad sanctissimum Pontificem ab ea Regio nomine esse supplicatum. ideo iam in actionibus forensibus adducenda supplicatione pendente non erit.

Extra. Pij Quinq; que diffinxit formam tuendę annuos redditus iam in Hyspania non seruabitur.

Nec est prætermittendū quod quando tractatur de probanda consuetudine fenerandi, non verò priuati actus fœnerationis testes singulares admittuntur, ità tenet Iacob. de Are. qui fuit huius opinionis antesignatus in l. testium. C. de testi. sequitur Bal consi. 406. cōl. li. 1. & quòd vsura testibus singularibus probetur tenuit Abb. consi. 81. colu. 1. & consi. 113. colu. 3. lib. 2. Veron. consi. 3. colum. 4. Calder. consi. 5. tit. de testib. & opinionem istam communem esse fatetur Cor. cōsi. 91. colu. 13. & consi. 134. col. 2. & libr. 1. &

Consuetudo fenerandi testibus singularibus probatur.

conſ. 247. col. 7. & conſ. 34. lib. 2. & Aym. conſ. 73. num. 32. vol. 1. quam ibi nu. 36. veram eſſe cenſet quãdo cum teſtibus ſingularibus concurrerẽt veriſimiles coniecturæ & cum his conſonat Regia lex 4. tit. 6. lib 8. noui ord. ſola itaque cõſuetudo fęnerandi teſtibus ſingularibus probatur.

Ex quo ſingulariter conſuluit Federic. conſil. 17. non valere conſtitutionem ſynodalem Epiſcopi, qua ſancitum fuerit, qꝑ vſurarij manifeſti teſtibus ſingularibus conuincantur, quem doctores communiter ſequuntur teſte Abb. in cap. Cum in dioœceſi. de vſur. Folle. in practi. can. 2. par. cap. 20. nu. 17.

A manifeſtis vſurarijs obligationes recipiẽtes, eoſq; eccleſiaſticis ſepulturis tradentes.

CAPVT XIC.

1 Sacerdotes hoc crimen perpetrantes qualiter puniantur.
2 Manifeſtus vſurarius quis dicatur.

POEna in hoc delinquentiũ eſt quod maneant ſuſpenſi ab executione officij, donec ſatisfaciant, ad arbitrũ epiſcopi, & reſtituant quæreceperũt, vt in capit. Quia in omnibus. de vſur. Hodiè verò ſepeliẽtes manifeſtos vſurarios ſcienter, ſententiæ excõmunicationis ſubiacent ipſo facto, à qua nullatenus abſoluendi ſunt, niſi priùs ad arbitrium dioœceſani epiſcopi ſatisfaciant competenter. vt in Cle. 1. de ſepult. Et aduertę quòd pœna illius text. habet locum etiam ſi aliquis de mandato prælati ſepeliret talem vſurarium ſecundùm Cardi. ibi, in in 3. q. Quis autem dicatur [2] manifeſtus vſurarius, avide Ab. [a] in d. c. Quia in omnibus. in fi. vbi poſt Ioa. And. ibi. in dict. cap. 1. eo. tit. lib 6. dicit quod ille dicitur manifeſtus, qui eſt notorius de iure, vt quia fuit conuictus & condemnatus [b] de vſuris, eſt vel notorius notorietate facti, vt quia publicè tenet altare paratum & mutuat omnibus volentibus capere. Et ponit etiam idem Abb. alia exempla. & vide Car in d. Clem. 1. in 6. colum. 19. q. vbi per vnam ferè col. hoc examinat, vbi inter alia dicit, quod ſi per conſtitutiones ſynodales eſſet inductus aliquis modus ad hoc quod conuictus ſecundum illũ diceretur manifeſtus vſurarius, ille modus ſufficeret. Ex quo ego conſulerem omnibus epiſcopis celebrantibus ſynodum, quod præmiſſa matura deliberatione cum iuriſperitis in vna ſuarum conſtitutionum declararet caſus in quibus quis eſſet reputandus vſurarius manifeſtus, tum vt cleri apperiùs hoc intelligerent, & ſic has pœnas iuris propter ignorantiam non incurrerent, tum etiam vt cum tali declaratione faciliùs homines ab hoc crimine cohiberent: quod tęporibus iſtis (proh dolor) adeò inualuit, vt neminem ferè iam id cõmittere pudeat. Et in hoc articulo qui dicantur

in

rantur vsurarij manifesti, vide Syl. in sum. §. 9. versi. Primò autem quæritur.

A Manifestus vsurarius. Vide latissimè Iac. Menoc. de arbi iudi. quæst. lib. 2. cen. 3. casu 233.

B Et condemnatus. Adde quod iudicis condemnatio notoriũ efficit text. in c. vltim de cohabi. cleri. & muli. gloss. in hoc communiter recepta in cap. 1. de vsur. lib. 6. Nec prius quis vsurarius manifestus dicetur, etiam si testibus aut alijs probationibus fuerit conuictus, quàm à iudice sit per sententiã condemnatus, tradit Federi. de Sen. consi. 64. Abb. consil. 2. lib. 2. & consil. 34. lib. 1. Hosti. & Ab. in cap. cum in diœcesi de vsur. Ias. consi 78. num. 3. lib. 3. D. Couarr. lib. 3. vari. resolu. ca. 3. nu. 4. Iac. Menoc. d. casu. 233. num. fin.

Fures.

CAPVT XC.

1 Clericus huius criminis perpetrator qualiter puniatur, & quibus ex causis statuta pœna augeatur.

2 Clericus actione furti condemnatus, infamiæ labe afficitur.

FVrtum est de maioribus & grauioribus criminibus, vt notat Abb. in c. Cum contingat. col. 6. de for. compet. allegat. tex. in cap. Cum non ab homine, de iudi. & in §. Nunc autem 26. distinct. Et ideò clericus in furto captus deponitur vt in cap. Presbyter. 81. distin. qui tex. est canonibus Apostolorum. & glo ibi, in verbo captus, intelligit & conuictus per sententiam, confessionem, vel euidentiam rei, & ne aliquibus videatur pœna ista grauis, & tã quam ab Apostolis (zelo illo mirabili quo sanctã Dei ecclesiam fundabant) statuta illam etiam innouauit & inflixit Innocentius III. in cap. Tuæ. de pœnis vbi cẽsuit clericos in latrocinijs deprehẽsos, degradatos à suis ordinibus in arctum monasterium debere detrudi. Hosti. insuper scripsit in summa titul. de condit. furt. in §. fi. clericum de hoc crimine accusatum, confessum vel conuictum deponi debere, & in monasterium detrudi, allegando dict. capit. Tuæ & tex. in cap. At si clerici. §. 1. de iudi. qui de hoc crimine in specie nihil disponit, allegat etiam tex. in cap. Cum non ab homine, qui de pœna depositionis meminit, & si detrusione nihil dicat. Et vide etiam Hostien in summa ti. de accusa §. Quis sit effectus. versi. & graria exempli, vbi cõnumerat inter crimina capitalia, & quæ inducunt depositionem, delictum furti. Et quod pro furto clericus deponatur, a a notat Ioa. And. in di. ca. Tuæ. per dict. ca. Cum nõ ab homine. Hosti. tamẽ ibi vt ipse refert ponderat verbũ, [Latrocinijs] quia magis deliquit latro quã fur: & sic videtur velle quod pœna illius textus non habeat locum in simplici fure.

quòd Panor. ibi placuit, licet Hostien. & Ioan. And. non referat, & ponderando idem verbum, [Latrocinijs] dicit quod ille tex. non habet locū in simplicibus furibus: & sic quòd licet clericus pro furto possit deponi, quod fortè non fiet detrusio post depositionem: quia latro dicitur qui de die & cum violentia quandoq; delinquit: fur autem noctu & sine ea. Eūdem intellectum dat Hostien. ad dict. cap. Tuæ. vt refert & sequitur Cardina. de Turrecremata in cap. Presbyter. 81. distinct. & sic ille tex. non loquitur de furibus simplicibus, qui non sunt corporaliter puniēdi, sed de maioribus & insignibus latronibus, & Aretin. in capit. Cùm non ab homine, de iudi. colum. 9. vers. Aduerte tamen dicit quòd tex. in dict. ca. Tuæ. in verbo, [Latrocinijs,] potest intelligi de famoso latrone, qui furca suspenditur, vt in l. Capitalium. §. famosos. ff. de pœna. Ego verò [& si ista nominū differentia præter id quod videatur probari in l. cum duobus. §. damna. ff. pro Soci. Et in l. 1. & quod ibi notant Doct. C. de po. & in Auct. Vt nulli iud. §. fina. colla. 9. Autoribus etiā latinæ linguæ corroborari possit. Nam vt Calepino placuit, latrones dicuntur, viarum obsessores, & qui publicè, vel per vim furātur: fures verò qui occulta fraude decipiant, ac nocte furentur, quia tamen secundum eum plerunque indifferēter ponuntur, aliter censerem considerandū, videlicet potius qualitatem & quātitatem furti, modumque furandi. Quis enim dubitat noctu sine violētia grauius posse perpetrari furtum, quàm in ipso lumine solis & cum aliqua vi? præcipuè cū in Hispania nostra iam consuetudo inualuerit, quòd pro vno magno furto quis pœna furcæ plectatur. b Nec enim ex eo q̄ b Pontifex in d. c. Tuæ. post depositionem detrusionis pœnā inflixit, sola à latronibus, & nō à furibus commissa facinora punire fuit visus. Post depositionem namq; adsignari debet monasteriū depositio, vbi peccata lugeat, & vlterius illa non committat, vt in cap. Sacerdos. 81. distin. Cùm ergo nihil nouum statuat quare Pontificis mens, ad latrocinia punienda, & non furta adaptari seu interpretari debet? præcipuè cùm in Pontificis constitutionibus, & in ætate illa Innocentij III. qua non sic florebat eloquium latinæ linguæ, non ita accuratè elegans & propria vocabulorū significatio seruari solebat. Quæ quidem pœna depositionis & detrusionis iustius irroganda est clerico, qui furtum admixtum sacrilegio perpetrauerit. Sūmè enim offendit clericus, qui plus cæteris debet sacra tueri, & reuereri, si illa violet, aut offendat in eis. Si autem cōtingat clericum in obsequio alicuius degentē, furtum committere: cū hoc delictū inter furta grauiora annumerari soleat, adeò quòd Ioā. Faber scripserit

in §.

in §. Alia deind. inſt. de publi. iudi. quòd familiaris, vel ſeruitor & iuuans illum ſuſpenditur pro primo furto: tunc iudex eccleſiaſticus grauiori pœna punire debet talem clericum, quã ſi exrra domum eius, cui inſeruit, ſimile furtũ faceret. Quis enim domeſticos fures valebit effugere, niſi eos ſeuærior pœna quàm alios à tanto facinore retrahat? In his inſuper Hiſpaniæ regnis ab eccleſiaſticis iudicibus obſeruari debere credo ac conſulo, quòd ſicut per leges regias in locis deſertis commiſſa furta grauius puniãtur, ſic ipſi clericos talia perpetrantes grauiori corrigant animaduerſione. Res enim eſſet pernitioſi exempli ea in clericis non cenſere grauia, quæ in ipſis laicis pro talibus iudicantur. Aliud præterea furti genus in ſacerdotib⁹ ſuper omnia ſuadeo iudicibus omnibus eccleſiaſticis, vt zelo maximo corrigant, quoties videlicet compertum habuerint, quòd eorum aliqui in ſe detinẽt, ac habere inficiãtur bona quæ morientes (maximè peregrini) apud ipſos depoſuerunt, vt ſuis hæredibus, vel alijs perſonis, quibus leges illa dari non prohibent, reſtituant. Hoc enim grauiſſimum ſcelus iudicandum eſt: offenditur enim ipſe Deus: violatur defunctorum voluntas, cui tantũ deferunt etiam ethnicorum leges, lædũtur etiam perſonæ illę quibus depoſita dari debebãt. Datur præterea ſæpe morientibus occaſio, vt malint impœnitentes mori, quàm ſacerdotibus (quos ſuſpectos habent propter ſimilia) animam cum bonis commendare. Degradationem verò de qua tex. in di. cap. Tuæ. meminit, verbalem non actualem debere eſſe, placuit ibi. Io. An. & idem etiam. voluit Abb. in ca. At ſi clerici. de iud. col. 13. verſ. ad tertium. Et Aret. in c. Cum non ab homine, de iudi. colum. 11. verſ. Addit etiam. Eſt præterea aduertendum circa pęnam huius criminis, quòd clericus condẽnatus actione furti efficitur infamis, ſicut laicus condemnatus in foro ſeculari: quia quicunque ſecundùm leges eſt infamis, eſt etiam infamis ſecundum canones, niſi reperiatur oppoſitum ſtatutum. facit tex. in cap. Infames. 6. q. 1. & in §. Hic colligitur. 2. quæ. 3. Et tenet hanc generalem concluſionem Felin. in c. Qualiter. el. 2. §. Ad corrigendos. in 5. col. de accuſat. Nota tamen quod ſi reperiretur clericus condemnatus ad reſtitutionem rei furto ſubſtractæ, quod per hoc nõ fieret infamis: quia poteſt intelligi quod fuit actum conditione furtiua, quæ non infamat & nõ actione furti. Et hoc tenet Ana. in dict. cap. Qualiter. vbi illud refert Felin. in di. §. Ad corrigendos. in col. 3. licet ipſi non ſcribãt hoc in clericis. Sed ego credo eandem ſententiam eſſe tenendam in eis. Vide præterea in materia huius. c. Paul. de Caſtro in auth. Sed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis, in fi.

vbi scribit quatuor species furum.

A *Deponatur.* Adde Simon. Maiol. de irregul lib. 5. ca. 28. num. 1. & Regiam l. 61. tit. 6 par. 1. quæ idem probat. Hæc tamen depositionis pœna imponenda non est, quando furtum est parui momenti. vt scribit Abb. in c. tuæ. de pœnis sequitur. Gregor. in d. l. 61. in verbo, *El furto.*

B *Plectatur.* Adde quòd consuetudo hæc iure fulcitur teste Bal. in auth. sed nouo iure colu. 1. in fine. C. de serui. fug. & in cap. 1. §. iniuriam. col. 2. nu. 8. in vsib. feud. sequitur Ang. in l. quòd si nolit. §. qui assid. ff. de ædil. ædi. Ang. de Are. in. §. ex maleficijs col. 2. num. 5. Insti. de actio. & in §. 1. Insti. vt bonor. raptor. Ang. in tracta maleficiorum in parte, vestem cœlestem abstulit, vbi testatur iuxtam Bald. opinionē sententia lata furem animaduertisse Abb. in ca. inter alia. nu. 31. de imm. Eccles. Hypp. in l. vnus. §. cogniturum. numer. 79. ff. de quæst. Mōtal. in l. 6. tit. 5. in glo. incip. *Muera por ello.* libr. 4. for. Alcia. in c. cùm non ab homine. vlti. not. de iudi. quam esse magis communem opinionem fatetur egregius Menochius de arbit. iud. q. libr. 2. cen. 4. casu. 295. num. 9. quam vsu receptā esse attestatur D. Ant. Padilla. in l. transigere. num. 12. C. de trāsaction. & in superioribus Hispaniæ tribunalibus, quibus seuerius propter publicam vtilitatem, & aliorum terrorem crimina puniuntur, eam admissam esse audio. Sed Bald. opinio pluribus displicet, & cōtrà eam tenuerunt Fulg. Sali. Paul. in d. auth. sed nouo iure. vbi etiam Cep. & Gui. Pap. col fi. & alij quos allegat D. Couarr. libr. 2. var. resol. c. 9. numer. 7. Ioann. de Ana. in c. 1 de fur. colu. 5. Ias. in l. 1. col. 2. num. 4. C. de præcib. Imper. offeren. & in §. ex maleficijs num. 12. Insti. de actioni. Agusti. Arim. in addi. ad Ang. in tracta. malefi. in di. verbo. [Et vestem cælestem abstulit. col 5. in fine Ant. Gom. 3. tho. cap. 5. num. 7. & hanc appellat magis communem opinionem eam sequutus Gregor. in l. 18. tit. 14. glos. incip. *Matar.* par. 7. pro qua Regiam legem ibi considerat: quam opinionem multis comprobat Iaco. Boulene. in l. capitalium. § famosos. nume. 28. ff. de pœn. Roland. *Valle.* consi. 51. nume. 43. volum. 1. & ex Theologis Domin. Soto in *libr.* 5. de iusti. & iure quæstio. 3. articul. 3. in respons. ad 2. argumē. in fine à qua quidem magis communi, & veriori opinione non auderē recedere, nisi vltrà magnitudinem rei furatæ aliæ qualitates crimen agrauantes interueniissent.

Consuetudine an possit obtineri vt pro magno furto possit fur suspendi.

Puniri debet. Nota quòd opi- C
nionem istam de more reprobat Petrus Folleri. in practi. crimi. cano. 2. par. capit. 21. numer. 9. dicens, opinionem istam Fabri. quam hoc loco sequitur author esse sine lege. Ipse tamen libenter authorem sequor ea innixus ratione, quòd magis delinquat is cui plus credis, cùm credita fide

Sanctorū iusti & pastoris corpora, propter maximam sectantē publica processione gesta fuerunt.

fide abutatur, & ideò maiori supplicio dignus & cùm hæc naturalis sit ratio, aliam legem quærere, infirmitas sit intellectus, & opinio ista moribus & consuetudine recepta est.

Sanctorũ Iusti & pastoris corpora, propter maximam siccitatẽ publica processione gesta fuerunt.

Libuit sanè antè quam huic capiti finem imponam referre & memoriæ mãdare, quòd hodie. 8. die mẽsis Maij ann. 1578. in hoc celeberrimo Complutensi populo, quo hæc scribimus propter maximam temporis siccitatem, ab hinc multis annis inauditam, nam ab vndecimo die mensis Marcij, vsque ad præsentem diem totum hoc Tolet. regnum cælesti pluuia caret, propter quòd omnes terræ fructus iam iam exiccati pereunt, & vt Deus Opti. Maxi. tot tantisque malis, sceleribusque nostris, iustè iratus suos in nos misericordiæ oculos conuertat. Sacratissima corpora Diuorum Iusti & Pastoris patronorum nostrorum, solennissimo commitatu omnium ordinum religiosorum, Academiæque nostræ, nec non vniuersæ reipublicæ, per populum istum præcedentibus crucibus, aliorumque Diuorum imaginibus gesta fuerunt.

Simoniaci.

CAPVT XCI.

1 Huius criminis atrocitas nec non, & pœna late & serioſe per totum caput explicatur.

a 1 PRæmissa diffinitione, a simoniæ, quàm latiùs examinat Ioann. de Anan. in rubric. eiusdem titulo. in 1. column. delictum istud computatur inter grauiora crimina, vt est text. in capitulo. fina. de purga. canon. de quo quidem terribilia verba Paschalis Papa descripsit in cap. fina. 1. quæstio. 7, videlicet, quod omnia etiam crimina ad comparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputãtur. Vnde Sancti illi Patres Hispaniæ, qui in concilio Toletano 8. interfuerunt, videntes quòd antiquorum patrum decreta in extirpatione tanti criminis parum profecerint, præmissis pulcherrimis verbis, quibus hoc eleganter deplorarunt, huic cancroso vulneri ignitum, quod supererat ferrum inijcere decreuerunt (vt eorum verbis vtar) & in Canone. 3. sub his verbis. statuerunt. [Vt quicunque deinceps propter accipiendum sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christo corporis & sanguinis alienũ, ex quo illũ constat execrabile Christi perpetrasse flagitiũ. Quòd si aliquis extiterit, qui accuset, ille qui hũc ordinem munerum fuerit acceptione lucratus, & suscepto honoris gradu prohibetur, & in monast. sub perenni pœnitẽtia religetur. Illi verò, qui hac causa munerũ acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris amissione mulctẽtur. Si verò laici, anathe. perpetuò cõdemnen.] Ideò propter eius grauitatem aliqua specialia

ſtatuuntur in iure, nam in eo proceditur per ſola ſigna: b& in eius odium admittuntur præſumptiones, vt notat Abb. ex text. ibi in cap. Sicut. de ſimonia. Item admittuntur ad accuſandum ſimoniacum ſerui, meretrices, & criminoſi, vt in cap. Tanta. eod. tit. de quo latiùs in cap. Pertuas el. 1. eod. tit. & per Abb. & Docto. ibi. Vndè ex diſpoſitione Alexandri & Innoc. Tertij. per noua iura. in eo delinquens perpetuò deponitur ab officio & beneficio, vt in ca. De hoc. de ſimon. & in capitul. Cùm ſuper. de confeſſ. Si tamen crimen eſt occultum, non deponitur, & ſi ipſi iudici conſtet, ſed pœnitentiam ſecretam debet iniungere, vt in ca. Ex tuæ. de ſimo. In correctione tamen & punitione huius criminis nō poteſt dari certa doctrina, ſed ſecundum qualitatem ſimoniæ aliter & aliter punitur. Quia aliquando imponitur pœna excommunicationis, aliquando detruſionis in monaſterium, aliquando ſpoliationis omnium bonorum, aliquando depoſitionis, aliquando eſt pœna centum aureorum & infamiæ: vt probat text. & gloſſ. in dict. l. 1. ff. ad legem Iuliam, de ambitu. Aliquando imponitur pœna quadruplex, & deportationis, vt patet in dict. l. 1. C. ad legem Iul. de ambitu. Ideò vide Hoſti. in ſumma eiuſdem titul. in §. qua pœna feriatur, per totum. Et vide Præpo. in capit. præsbyter. 1. quæſti. 1. in column. fina. verſic. in gloſſ. vbi etiam refert varias pœnas de iure canonico, quem etiam vide notabiliter diſtinguentem, videlicet an ſimonia committatur in ordine, vel in beneficio, & in vtroque an paſſiuè, vel actiuè, & varias etiam pœnas deſcribentem in capit. Statuimus. 1. quæſtion. 1. colum. 1. & 2. Item nota quòd ſimonia commiſſa in ordine ſuſcepto non ſolùm non dat executionem, c illius c ordinis, ſed etiam impedit executionem omniū aliorū notat Innoc. in capit. Per tuas. & in capit. Tanta. eo tit. Arch. in capit. Ordinationes. 1. quæſt. 1. vbi vide Præpo. qui refert & ſequitur eoſdem in principio, qui ponit vnum caſum in quo fallit iſta concluſio: licèt ille caſus non eſt propriè caſus fallentiæ, quia in eo ſimonia non fuit commiſſa in ordine, ſed in conſecutiuo ad ordinem, vt ibi per eum. Et ipſam principalem concluſionem ſequitur ſimpliciter in cap. Statuimus. ea. cauſ. & quæſt. in colu. 1. Hodiè tamen per conſtitutiones modernorum Pontificum deſcriptas in ſupplemēto, in verbo Simonia. in fine Simoniacus eſt priuatus ipſo iure beneficio, vt dicit Felin. in capitu. In noſtra in 2. corollario. in fin. de reſcriptis. & idem notat. ipſe in capit. 3. de reſcript. colum. 4. referendo ad hoc conſil. Ancharra. Et vide extrauagantem Paul. 2. d quæ incipit. Cùm deteſtabile d (quæ habetur inter extrauagantes communes ſub titul. de ſimon.) vbi imponitur pœna excom-

communicationis ipso facto, cuius absolutio reseruatur Papæ: & quòd in beneficijs nullatenus eis ius quæratur, & teneantur ad restitutionem fructuum, præter id quod primò innouat omnes pœnas contrà simoniacos statutas, & eas incurrere ipso facto decernit. Et vi. Sylue. in summa, verbo Simonia, in versicu. Decimonono quæritur, vbi describit quatuor pœnas Simoniacorum: & inter eas meminit de extrauagan. Martini quinti, in Concilio cõstãti ensi, incipien. Sacro. Et ibi plura alia refert in proposito.

A *Præmissa diffinitione*. De qua simoniæ diffinitione vide gloss. & doctores in summ. 1. q. 1. Abb. in capit. memo. nu. 6. de simoni. Sanctũ Tho. 2. 2. quæst. 100. Siluest. & summistas in verbo, simonia. in principio. Do. Soto. lib. 9. de iusti. & iure quæsti. 5. artic. 1. Frãc. Mar. decissio. 544. in prin. in 2. parte. Iul. Clar. in practi. crimin. §. simonia. in prin. & omniũ latissimè Guil. Rodoan. in tracta. de simonia prima par. capit. 2. Et crimen hoc simoniæ de quo in præsenti capite differit auctor est merè ecclesiasticum, & ea ratione iudex laicus nullam in eo cognitionem habet sentit. gloss. in capit. Cùm sit generale. in gloss. fin. de foro comm. quæ opinio communis est vt fatetur comp. Anani. in cap. 1. nu. 9. de Simo. Iuli Cla. d. §. Simonia. versic. hoc crimen.

B *Sola signa*. Intellige doctrinam hanc de signis euidentibus, & reum ipsum de crimine cõuincentibus gloss. fin. in cap. insinuatum. de Simon. quàm doctores secuntur, vt fatetur Alexan. de Nouo con. 64. num. 2. & sequenti Clar. in d. §. simonia. in fine & vide nouissimã constitutionem sanctissimi Pij Papæ Quinti sancitam Romæ apud sanctum Petrum ann. incarnationis Dominicę. 1569. fœlicissimi Pontificatus sui anno. 4.

Non dat executionem. Adde tex. C in cap. præter, §. verum. 32. dist. & in cap. eos. 81. dist. cap. reperiuntur. 1. quæst. 2. Abb. in capi. per tuas. in 2. num. 5. & in cap. de simoniacæ. de simon. text. & ibi etiam Abb. in capit. si quis. de simo. Host. in summ. titu. de simonia §. qua pœna. Sylue. in summ. in verbo suspensio. quæ opinio communis est secundũ Couar. in Clemen. si furiosus. in prima parte relection. §. 1. num. 7. de homi. & Franc. Viui. libro 2. commun. opinion. opinione 254. Quæ intelligẽda est, in propria simonia. quia si alius dat, aut promittit Episcopo, inscio vel contradicente illo, qui ad ordines sacros est promouẽdus, non peccat: & ea ratione ordinis recipit executionem, ità tenet Bellam. quem refert & sequitur Cardin. Alexan. in cap. statuimus & in capit. siquis. 1. quæst. 1. Martin. Nauar. in manu confessor. capit. 25. num. 68. quidquid dicat glos. in dict. cap. si quis. Quòd si in beneficio acquirendo simonia commissa fuerit, idque crimen publicum

sit, simoniacus est ipso iure sus-
pensus, quoad seipsum, & quo-
ad alios, tenet Inn. in cap. tanta.
de simon. Abb. in capit. accusa-
tum. eo. titu. Sanct. Thom. &
Caieta. 2. 2. quæst. 100. articu. 6.
Dom. Soto vbi suprà allegaui.
Licèt ab hac opinione recedat
Martin. Nauarr. in manu. con-
fesso. cap. 23. num. 110. dicens,
nullo iure probari. sed superio-
rem ipse sententiam amplector:
idcirco, si simoniacus antè per-
actam huius criminis condig-
nam pœnitentiam, celebraue-
rit, irregularitatem cõtrahit per
solum Romanum Pontificem
delendam. de quo lege Villard.
de irreg. cap. de simoniaco. Co-
uarruu. d. §. 1. & de pœnis simo-
niæ tam in ordine quàm in be-
neficio multa scribit Guiller-
mus Rodoan. in tracta. de Si-
monia. 4. par. capit. 11. cum se-
quentibus.

Interpretatur Extra. cõsti. Pauli secundi. Pont. Maxi. quæ incip. cum detestabile.

D *Extrauagantem Pauli Secundi.*
Adde quòd dictæ constitutio-
nis vltrà auctorem meminit Fe-
li. in capit. de cætero. colum. vl-
tim. de re iudi. & in c. in nostra.
corro. 2. de rescrip. Floren. in 3.
par. tit. 24. ca. 65. Roch. de Cur.
in tracta. de iure patron. in ver-
bo, Et vtilè. quæst. 3. Extrauag.
Pij Quinti, quę incipit cùm pri-
mum. per quam inuiolabiliter
obseruari præcipitur, Circà
quam primò notãdum censeo,
quòd nulla Simonia neque mẽ-
talis neque conuentionalis, si
modò alioquin non fuit realis,
inducit tituli priuationem ipso
facto, nec excommunicationis
sententiam inflingit, nec prædi-
cta Extrauagan. Pauli secundi
comprehenditur, secundũ Ro-
manæ curiæ interpretationem
quam Rotæ summum prætо-
rium iam pridem sequi testatur
Cassado. decisi. 5. Ludoui. Go-
me. in reg. de triennа. quæstio.
12. D. Couarruu. in reg. pecca-
tum. 2. par. relect. §. 8. de regul.
iur. libr. 6. Martin. Nauarr. in ca.
si quando 4. except. de rescript.
& in cap. vltim. num. 24. de Si-
mon. quidquid reclamet Petrus
Rebuff. in practi. benefi. 3. part.
titu. de Simon. in resigna. num.
20. pag. 496. Et licet Petrus à
Nauar. in tract. de resti. lib. 2. ca.
2. num. 422. aliquibus rationi-
bus opinionem istam euertere
contendat, tandem communẽ,
& vsu receptam esse cognoscit,
nec ab ipsa audet recedere

Secundò, quòd nec locum
obtinet, cõtrà omnes, sed solùm
contrà eos, qui Simoniam com
mittunt dando, vel accipiendo,
& ideò minimè procedit, nisi in
ea Simonia in qua ad opus dan-
di, & accipiendi peruentum sit,
ità quòd sola datio precij non
sufficeret, nisi eius ratione be-
neficium conferatur, ità decla-
rat egregius Nauarr. in manu.
cap. 23. num. 103.

Tertiò, quod nullus Simonia-
cus præter quam in ordine &
beneficio, est ipso iure excom-
municatus, notat Siluest. in
summ. in verbo Simo quæst. 9.
Nullo equidem antiquo iure,
Simoniacus erat ipso iure excõ-
municatus, & ius nouum dictæ
Extrauagan. constitutionis tan-
tum excommunicationis sen-
tentiaam

tentiam ipso iure imponit, contrà Simoniacos in ordine & beneficio, & ea ratione ad alios extendi non debet.

Quartò, quod illa verba dictæ constitutionis ibi, [In officijs Ecclesiasticis, &c.] Intelligenda & interpretanda sunt, in officijs tantùm, quæ sunt beneficia. vt in capitul. de multa. de præben. capitul. cùm accessissent. de constitu. Vnde qui emit aut conducit vicariam spiritualem iurisdictionem habentem, non est ipso iure excommunicatus, nec inhabilis ad ecclesiastica beneficia, cum talis vicaria non sit beneficium vt latè congerit Felin. in capitu. postulasti. de rescript. secùs autem si vicaria esset perpetua, quæ est beneficium, vt in Clem. 1. de offic. vicar. Nauarruu. vbi paulò antè allegaui.

Quintò, quod dicta pœna hodie incurritur, si aliquid pro collatione quorumcunque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, aut pro literis dimissorijs aut testimonialibus, vel pro sigillo, vel alia quacunque de causa Episcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum ministri, etiam sponte oblatum recipiant. Sic disponit sacrosanctum Conc. Trid. Sess. 21. c. 1. de reforma.

Sextò, quod ad hoc vt locus sit pœnis dictæ constitutionis, oportet quod datio præcedat collationem ordinum vel beneficiorum, non verò sufficeret si sequeretur argumen. glossæ not. in capit. emendari. 1. quæstio. 1. & tradit Nauarruu. in manuali. confess. ca. 25. n. 68.

Septimò, quod licèt in emptione, vel venditione pensionis Simonia committatur, non tamen ea excommunicatio inducitur ipso iure, quia dicta Extrauag. constitutio solùm excommunicat Simoniacum in ordine & beneficio quorum neutrũ est pensio & ea ratione tãquam pœnalis restringenda & nõ amplianda est tenet Martinus Nauarr. in manu dicto. cap. 23. nu. 11. & ità hoc anno. 1584. consului.

Nec circà huius capitis pœnas prætermittendum est, cum Simoniacis pœnis illaqueari, qui inconfidentiam (vt vocant) beneficiorum fructus aut pensionum acceperint, est quidem hoc turpissimum genus depositi: nempè vt si quis beneficium, aut pensiones alieno nomine recipiat, quòd genus criminis cùm ad Simoniacam prauitatẽ spectẽt. Pius Quartus necnon Pius Quintus sanctissimi Pontifices. per bullas suas circà hoc promulgatas, grauissimis pœnis puniendum curarũt. Nimis equidem in Romana curia labes hęc irrepserat. Ideoque omnes etiã Episcopi, Patriarchæ, vel Cardinales hoc crimen committentes, ab ingressu Ecclesiæ arcentur, quam si ingrediantur irregularitatis labe contaminantur, iuxta text. in capit. is cui. de senten. excommunic. libr. 6. Inferiores verò excommunicationis Papalis sententiam ipso facto incurrunt, vt patet ex Bulla Pij Quarti ann. 1546. & Pij

Declarantur Bullæ Apostolicæ Pij Quarti & Pij Quinti circa cõfidentias loquẽtes.

& Pij Quinti anno 1569. sunt sanè (vt vbi sancitum est) qui sic delinquũt inhabiles ad omnia alia beneficia, & solis præsumptionibus, testibusque singularibus, in criminis huiꝰ detestationem probatio, ad dictã pœnam inflingendam fieri potest.

Et non solùm dicta Simonia, ex tit. confidentiæ committitur ex parte conferentis resignantis, & præsentantis, sed etiã mediatoris & recipiẽtis eo modo beneficium, vt decretũ fuit à Pio Quinto dicta cõstitutione anni 1569. quæ ab illo ann. promulgata est.

Perpetratur sanè crimen hoc multis modis, scilicet si quis resignet beneficium alicui, pascisendo vt pẽsio sibi soluatur: sine Pontificis consensu.

Vel si quis nolens ad ordines sacros promoueri, vt beneficiũ requirit, vel nolens astringi ad residentiam, resignet in alicuius fauorẽ, sine prędicto assẽsu.

Vel si criminosus, aliquo modo irregularis, beneficium resignet, vt obtenta postea dispẽsatione, ab irregularitate idem beneficium recuperet.

Vel si quis beneficium vacans impetrauit, eo pacto & lege imposita, vt ad mandatum alicuius sit dimissurus, vt alio conferatur.

Vel si quis potestatem habẽs conferendi, præsentandi, aut instituendi in beneficio, contulerit, præsentauerit, instituerit, vt de fructibus aliquid sibi vel alijs conferatur.

Vel si quis ad effectum litis pendentiæ super beneficio, alicui dignitate vel potentia superiori resignauerit, vt obtenta victoria alteri resignetur, aut sibi restituatur, qui casus sunt notabiles, & antequàm dictæ extrauagantes emanarent erãt frequentissimi, circa quos & alios lege Simo. Maiol. de irreg. lib. 5. cap. 45.

Ac Periurij.

CAPVT, XCII.

1 *Sacerdos propter hoc crimen periurij ab ordine & beneficio est deponẽdus.*
2 *Qui promissionẽ interpositione fidei vallatam fregit, an ordinaria pœna periurij sit puniendus.*
3 *Clericus propter periurium an sit ipso iure beneficio priuatus, vel per sententiam priuandus.*
4 *Collatio beneficij periuro facta, an sit nulla ipso iure.*

PRopter periurium potest quis deponi ab ordine & beneficio, vt est tex. in ca. presbyter. 81. distinct. qui dicit, quod presbyter aut diaconus captus in periurio deponitur, ita notat Abb. in capit. Querelam, de iureiur. in 2. nota. qui hoc dicit probari, in capit. Cùm non ab homine. de Iudi. & dicit facere tex. in capit. Si quis Episcopus. 1. distinct. Et notat idem Abb. in dict. capi. Cùm non ab homine. in 4. not. ex quo dicit Cardin. Iacoba. in tract. de concilio in lib. 2. art. 5. colum. 2. quòd quando vocati

cati sunt ad concilium generale illi qui iurauerũt secundum formam cap. Ego enim. de iureiur. si non veniunt possunt deponi à suis dignitatibus, quia sunt periurij, & periurium inducit pœnam depositionis. Et quòd propter hoc delictum remoueatur quis à beneficio, notat idem Abb. in capi. 2. in 1. nota. de rescrip. Quod extende
2 in clerico qui fregit promissionem vallatam interpositione fidei: quia talis eadem pœna punitur, a tenet Ioa. And. & Hostien. in cap. querelam. ne prela. vices su. Abb. in dict. capit. Querelam. de iureiur. Quos sequitur Ang. in summa, in verb. periurium. in § 11. licet Arch. Antõ. & Card. teneãt cõtrariũ in locis ibi relatis. Et hanc etiã opinionem. Host. & Abb. sequitur Felin. in dict. cap. querelam. in colum. penult. licet contrariam opinionem dicat benigniorem. Eandem etiam sequitur Ioan. de Selua, in tract. de beneficio, in 3. parte principali, in quæst. 3. Vide tamen Ioan. Staphileum, in tracta. de gratijs & spectatiuis. fol. 28. vers. Tertiò periurus, vbi dicit quòd pœna priuationis nõ habet locum in eo, qui venit contra fidem promissam qui solũ allegat Rotam decisi. 134. incipienti. Nota quod posito in antiquis. quod dicit esse notã-
3 dum. Et aduerte quòd periurus non est priuatus beneficio ipso
c iure, sed priuandus, c vt sentit Abb. post alios, in capit. 2. de reser. vbi vide Felin. in 1. colũ. qui refert alios idem tenentes, & dicit hanc esse communem opinionem: licet Barb. ibi teneat contrarium, imò quòd statim sit priuatus, cuius fundamenta ipse refert & soluit, & contra eandem communem opinionem tenet idem Barba. in dict. cap. Cum non ab homine de iudi. in colum. 2. per tex. in dict. cap. querelam. quem cõiungit cum alijs iuribus contra Abb. ibi. Qui tamen sibi contrarius in rub. de iureiuran. in Clement. in colum. 5. sequitur communem opinionem prædictam sequendo. Car. in dict. cap. querelam, vbi illam tenet. & vide eundem Fel. in cap. ex parte Io. 1. de rescrip. 1. colũ. Et hanc etiam opinionem dicit esse communẽ Ioan. de Selua, vbi suprà. & vide Petrum Rebuff. in tractat de pacificis possessoribus, in pagina 37. colum. 2. vbi dicit quòd licet opinio quòd periurus nõ est priuatus ipso iure, sit communis: tamen opinio contraria potest sustineri in puncto iuris, & respondet ad aliqua fundamenta contraria, qui plura cumulat in proposito transcribendo ferè dicta per Felin. in dict. cap. 2. Item notat quod collatio beneficij facta periuro est ipso facto nulla, notat Abba. in dict. querelam, sequitur Angel. in summa, in verbo periurium. §. 12. Contrariam tamen sententiam tenet Cardin. in dict. cap. querelam, cui adhęret Felin. ibi in colum. 3. quam etiam conclusionem videtur tandem tenere

nere idem Felin. in cap. 2. in colum. 3. de rescriptis licèt priùs in colum. præcedenti plura retulerit pro contrariâ opinione, videlicet quòd collatio facta per iuro, vel aliàs criminoso est nulla. Et vide eundem latissimè de hoc scribentem in cap. ex parte, el. 1. de rescrip. column. 2. num. 2. Et vide Ioann. de Selua, vbi
4 suprà. & vide Petrum Rebuff. vbi suprà, in pagina. 36. colum. 2. vbi tenet quòd collatio facta
d periuro est nulla, d & refert aliquos doctores ad hoc quòd tamen intelligit, quando quis esset per sententiam condemnatus & declaratus per, iurus & postea fieret eidem collatio & dicit quòd Papa non dat priuationē pro periurio, nisi sit periurium iudiciale, allegat regulam Alexand. Papæ. 6. in rubr. de signatura gratiæ. Et vide Ioann. Staphileum, in tracta. & loco suprà allegatis, vbi dicit quòd signatura non dat priuationem beneficiorum pro periurio, nisi sit Iudiciale.

A *Nota in periurij detestationem.*

Deponitur. Vide Regiam. l. 61. tit. 6 par. 1. Nec iniuria quidem clericus periurus tàm graui pœna plectendus est cum crimen periurij grauissimum & detestabile sit. [Non periurabis in nomine meo, ait Dominus Leui. 19 & Matth. capi. 5. & alibi. [Ero testis velox maleficijs & periurijs.] Malach. 3. & Zachar. cap. 5. inquit. [Maledictio commorabitur in domo iurantis in nomine meos mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius.] Admonet omnium ferè gentium quæ Deum aut aliquam religionem habuerunt consensus, non peierandum ne vindicta Dei sequatur vt antiqui etiam Ethnici prodiderūt. *Nemo*, inquit, Plato. li. 11. de legi. [Deo inuocato mendacium dicat, aut decipiat aut adulterare verbo vel re, quicquam audeat, nisi Deo, velit odio esse, cui quidem primum odio est, qui falso iurans Deum paruipendit.] Quòd videtur Aristot. voluisse in Retho. ad Alexand. vbi agit de iureiur. dum ait. [Nemo vellet peierare cum diuini suplicij metu, tum dedecoris apud homines.]

Eadem pœna. Vide quæ scribit B D. Couarr. in cap quamuis pactum. 1. par. relectio. §. 2. num. 2. de pact. in 6.

Sed priuandus. Adde glo. & C doctores in capit. querelam. de iureiurand. glo. in cap. quicunque. 6. quæst. 1. & in capit. illud. de excessib. prælato. Abb. in capit. 2. de rescript. quo loco opinionem istam communem esse fatentur. Deci. & Ripa idem asseuerat Cæsar Lamber. de iure patron. 2. par. 2. libr. quæstion. 9 artic. 15. eandem veram esse censet And. Alciat. in cap. cum non ab homine. de iudi. & esse magis communem opinionem fatetur Ludo. Gome in §. Item si quis. num. 28. Insti. de actioni. Iuli. Clar. in practi. crimin. §. periurium. in prin. ver. Item clericus. & eam sequitur Franc. Mar. decissio. 667. numer. 3. in 2. par.

Clericus propter periurij non est ipso iure beneficio priuatus.

Superior an possit non admittere beneficij renunciationem à periuro factam.

2. par. Non tamen singulariter quod licet periurus non sit ipso iure beneficio priuatus, superior tamen bene potest supersedere, & non admittere renũciationem beneficij ab eo factã donec causa criminis diffinitiuè fuerit iudicata. Dom. cons. 105. col. 2. sequitur Probus in addi. ad Ioa. Monach. in cap. ad Apostolicæ. de re iudi. lib. 6. num. 12. Quæ quidem opinio (vt liberè dicam quod sentio) mihi nunquam placuit, si enim clericus periurus, vel homicida vel alius quousque priuetur, iure retinet beneficium, & fructus suos facit, sicut si nullum crimen commisisset, & iuris amissio per sententiam est infligenda, cur igitur iuri quod habet, non poterit renunciare: certè nulla ratio in contrarium excogitari potest. Ideoque sententia priuationis post renunciationem lata, nullius momẽti est, cùm iam clericus beneficio careat, Rota. in nouis decission. 491. Ludou. Gom. in regul. de annl. quæst. 42. D. Couarr. in Clemen. si furiosus. 2. par. §. 3. nume. 7. de homi. & vide quæ scribo infrà capit. 94. litera A.

Periurũ absq; dolo cõmissum non punitur.

Excusabitur clericus ab huiusmodi pœna si probet periurium, absque dolo commissum fuisse. Bald. in l. obseruari. §. profiscisci col. 3. ff. offic. proconsul. quam opinionem communem esse fatetur Iaf. in l. videamus. in princ. ff. de litem iurand. Cagno. in l. si quis maior. num. 184. C. de transact. vbi Claud. num. 41. sequitur Auend. demanda. Reg. 2. par. cap. 27. num. 10.

Necquãdo propter difficultatem iuramenti quis adimplere.

Similiter clericus à dicta pœna immunis redderetur, propter difficultatem adimplendi iuramentum. glosſ. nor. per illum text. in cap. breui in glo. 1. de iureiur. quam esse communiter receptam fatetur Gõ. Ari. Hispanus in l. 65. Tauri. nu. 39. Iuli. Clar. in pract. crimin. §. periurium. & plures alios casus in quibus quis à reatu periurij excusatur, scribit Petrus Auendanus vbi paulò antè allegaui.

Laicus periurus ab ecclesiastico iudice punitur.

Nec illud est prætermittendum, quod non solùm clericus ob crimen periurij, à suo ecclesiastico iudice condignis iuris pœnis puniri debet, sed etiam laicus cum crimen hoc mixti fori sit, ita scribit Ioan. And. in cap. licet de iureiurand. lib. 6. sequitur Alexandr. in addi. ad Bar. in l. omni nouatione. C. de sacro. Eccles. Guid. Pap. con.. 29. Coua. in 4. Decret. 2. par. ca. 6. nu. 20 & est cõmunis opinio forensi vsur ecepta Nulla. Adde text. optimum in cap. accedens. de accusa. Deci. in cap. delicti. colum. 2. de excep. Nicol. Mill. in repertor. in verb. periurus. Capell. Tholosa. quæst. 17. quam opinionem communem esse fatentur D. Couarr. in dict. cap. quamuis pactum. in 1. par. relect. §. 7. nu. 3. Cæsar Lamb. de iure patro. 1. par. lib. 2. quæ. 9. artic. 15. Iul. Clarus dict. §. periurium. ver. item clericus. quã

Beneficij ecclesiastici collatio pertinet ad eum cui spectat.

C

insignis

insignis Couaru. dict. §. 7. dupliciter limitat. Primò quando infamia quæ ex periurio oritur esset notoria, secundò quã do collatio beneficij periuro facta fuerit, autoritate literarũ Apostolicarum ad beneficia, quem vide, quia huius rei rationem adducit.

Falsi testimonij rei.

CAPVT XCIII.

a Clericus, qui falsum dixerit testimonium, punitur depositione & detrusione in monasterium, ibi tanti sceleris pœnitentiam agat.

b Clericus, qui coram iudice laico falsum dixerit testimonium, non potest ab eo puniri.

1 PResbyter aut diaconus dicens falsum testimonium ab officij honore depositus, in
a monasterium detrudatur, a ita censuit Concilium Agathense, vt Gratianus tradit in capit. si Episcopus. 50. distinct. vbi vide Præp. intelligentem illum tex. quando clericus est de hoc crimine directè accusatus & conuictus, vel in iure confessus: secus autem si non cõstat de illo via directa, sed incidenter, videlicet quando contra clericũ in testem productum probatur exceptio falsitatis, quia tunc non debet deponi, nec etiam propter hoc infamari, sed tantum repelli à testimonio, & vide Host. in summa, de accusa. in §. quis sit effectus. versi. Et exempli gratia, vbi hoc crimen falsi testimonij commemorat inter crimina capitalia, quæ inducunt depositionem: & hoc procedit siue in ciuili, seu criminali [t]causa clericus dicat falsum testimoniũ secundùm Car. de Turrecremata post Hugo. in cap. Presbyter, Diaconi. 5. quę. 6. qui text. est. §. ca. Qui iuxta. eiusdem causæ & quæstionis: quod etiam voluit Archi. ibi. Ego verò articulo maximè cõsiderandum censeo qualitatem causæ, in qua clericus falsum testimonium dixit: grauiùs enim est puniẽdus clericus, qui in causa criminali falsum testimonium dixit, quàm qui in ciuili, & in ipsis criminalib[b] causis grauius si damnum fuit sub sequutum ex suo testimonio, quàm si non, considerata qualitate damni vel iniuriæ illius contra quem deposuit. In his præterea regnis, quibus ex lege eorum b imponi debet testi falsum deponenti eadem pœna, quæ imponeretur accusato, si verum esset delictum de quo impetitur. Multum debent iudices ecclesiastici aduertere, q grauiùs quàm alibi punire debent clericos in hoc delinquẽtes, cum videant tam grauiter puniri laicos in similibus, & istud delictum graue sit in oculis populorum huius regni. Quando autem clericus dixit 2
falsum testimonium coram iudice seculari, verior & communior opinio est, quòd non possit puniri per eum, c neq; principaliter, neque indecenter, vt voluit Hosti. cuius opinionem

Nota in falsi testimonij detestationẽ.

tenet

tenet Ant. post Inno. & Ioann. And. in ca. Verum. de for. compe. vbi vide Barba. col. 10. cum duabus seq. & Ioan. And. in ca. At si clerici. de iudi. & communiter Canonistę in cap. Dilectus filius. de pœn. & in capit. 2. crimen. fal. vbi per Ana. post alios. & hanc opinionem sequitur Matth. de Affli. in decis. Neapolitanis, deci. 230. incip. fuit per relatorem.

Nota in falsi testimonij detestatione.

A Detrudatur. Adde quòd sacri Apostolorum canones sacerdotes falso iurasse deprehensos sacra dignitate priuant, vt habetur in canone 24. in canoni. Apost. & vide Abba. in capit. 1. de crim. fal. Dom. Couar. in cap. quanuis pactum. 1. par. relecti. §. 7. num 6. de pact. lib. 6. Quæ quidem pœna iustissimè sacris canonibus contra clericum falsi criminis reum inflicta fuit cum crimen hoc grauissimum sit, & detestabile Deum enim citare in testem mēdacij, nephādum scelus est. vt ait Philo. libr. de calogo. & vt inquit Isidorus libr. 3. de summo bono testis falsidicus tribus est personis obnoxius. Primùm Deo, quem peierando contemnit. Deinde iudici quem mentiendo fallit. Postremò innocenti quem falso testimonio lædit. Hinc Salomon immanitatem sceleris demonstrās scribit, Prouer. 6. [Testem fallacem odit Dominus.] Et huius criminis atrocitas ex eo nostrorum traditionibus liquet. Nam generalis Principis criminum remissio falsitatem non abolet. Bart. in l. Lucius. ad finem. ff. ad Sena. consu. Turpi. Hypo. rub. ff. de fal. nu. 12. quo loco scribit. Quòd licet quādo reus alicuius criminis, qui ad supplicium ducitur si ei Cardinalis obuię fiat, liberari debeat: non tamen falsarius. Ang. verò in §. iniuriam. in authe. de nup. scribit, falsitatem homicidio detestabiliorem esse. Lucas de Penna in l. milites. colum. 4. C. de digni lib. 12. fatetur nobilitatem ex crimine isto perdi.

Falsitas si nociua non est, pœna ordinaria non punitur.

Excusabitur clericus ab huiusmodi pœna, quando falsitas nociua nō est, quo casu in hoc falsi crimine pœna imponi debet. ità videtur sentire glo. in l. damus. in verb. priuatas. C. de fals. & in capit. quāto de iureiuran. Bart. in l. 1. § vlti. ff. de fals. Cor. consi. 182. colum. penul. libr. 4. & eruditissimus Roland. Vall. cons. 38. num. 22. & 44. libr. 1. & alios eiusdem sententiæ refert Hyppo. in l. 1. §. præterea. num. 14. ff. ad leg. Corn. de Sicar. sed verior est contraria opinio quòd saltem extraordinaria pœna sit imponenda ità Bald. in l. 1. nu. 2. C. de sepulch. viol. Vanti. in tract. de nulli tit. quoties & intrà quòd tempus. numer. 62. Afflict. decisi. 21. num. 13. quam opinionem communem esse fatetur Hyppoli. in §. præterea. num. 23. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. q. lib. 2. cent. 4. casu. 306. num. 22. eandē magis communem appellat Ludo. Bologni. consi. 30. col. pen. Plotus, qui multos eam tenentes

allegat in tract. de in litem iur. §. 43. n. 15. & eam communē dicit Iul. Clar. in pract. cri. §. falsum ver. Item excusatur.

Nec quādo falsitas circa accidentalia cōmittitur

Secundò exusabitur clericus, ab huiusmodi ordinaria pœna, quando falsitas circa accidentalia causæ perpetrata fuit. ita sing. tenuit Iac. Butri. in l. Lucius vbi Ang ff. de his qui not. infam. Bart. in l. si ex falsis. nu. 10. 2. lect. C. de transact. Specul. in tit. de teste §. 1. vers. Itē quòd aliquid. Addi. Bar. in l. eos col. 2. ff. de fals. Deci in l. 1. § creditum. nu. 7. ff. si cert. peta. & in cap. licèt causam. nu. 22. de probat. Ias. in l. 2. nu. 22. C. de bono possessio. secū. tabull. & in l. si duo § idem. ff. de iureiur. Hyppol. sing. 76. & in l. 1 § præterea. ff. ad l. Cor. de Siccar. Curt. Iunior. consil. 122. nu. 8. Socin. Iunior cōs. 31. num. 28. Grāma. decission. 43. nu. 4. & decissio. 60. num. 16. Iaco. Menoch. de arbi. iud. quæst. lib. 2. centu. 4 casu. 306. & est communis & receptissima opinio vt colligitur ex Hyppol. cons. 70 n. 11. Iul. Clar. in pract. cri. §. falsum ver. sed quid si testis.

Falsitas sine dolo pœna ordinaria non punitur.

Tertiò ab hac ordinaria pœna clericus erit immunis, quādo falsitas sine dolo commissa fuerit, nempe per errorem: quia falsitas non committitur sine dolo. l. nec exemplum. l. si quis de Curio. C. de fals. tradunt omnes in capitu. cum Ioannes de fide instrumen. Pari] consil. 169. nume. 56. & 60 lib. 4. Ioannes Bapti. Plotus in dict. tracta. de in litem iur. § 43. numer. 15. quam asseuerat esse communem opinionem Socin. Iuni. consil. 39. num. 83. libr. 2. Et in dubio præsumendum est falsi crimen à clerico commissum minimè fuisse, quando causa aliqua nō interuenisset, vt eleganter responderunt Socin. Seni. consil. 227. colum. 1. lib. 2. Aymon. consil. 75. num 14. Quod omnibus criminibus commune est, ad tollendam, vel inducendam criminis suspicionem, si causa defecerit, vel ea interuenerit. l. verum ff. de furt. cap. occidit. 23. quæst. 8. Huc pertinet Ciceronis locus in oratione pro Roscio Amerino dum illum defendit, quod parentem non occiderit causam considerat, & his verbis vtitur. [Nam vt illud incredibile est mortem oblatam esse patri à filio sine plurimis & maximis causis: si hoc verisimile non est odio fuisse parenti filium, sine causis multis & magnis & necessarijs] Et idē Cicero in oratione pro M. Cælio ita scribit. [Quę fuit causa quamobrem istæ mulieri venenū vellet dare Cælius. Et paulò pòst credibile est igitur tantum facinus nullam ob causam esse commissurum.] Accedit etiam egregia eiusdē Ciceronis sententia in oratione pro sexto Roscio, cuius verba hæc sunt. [Sic enim vita hominum est vt ad maleficium nemo conetur sine spe ac emolumēto accedere.] Nec ab hoc alienus est celebris Aristotelis

locus lib. 2. Rhetori. qui sic loquitur. [Alius locus est à causa: vt si causa extiterit factum esse dicatur, si non extiterit, non esse factum. Nam simul causa est cum eo cuius est causa, & sine causa nihil est.]

In crimine hoc cū per Inquisitionem proceditur, ordinaria pœna locus nō est.

Quartò pœna ordinaria imponenda est, quando iudicio ordinario & mediante accusatione proceditur, secùs si per inquisitionem procedatur quia tunc arbitraria pœna est infligenda. glo. in l. nullū. C. de test. pract. Pap. in forma iura test. in glo. verbo falsitate. nu. 4. D. Couar. in ca. quamuis pactum 1. part. relection. §. 7. nu. 5. de pact. in 6. Iac. Menoc. d. lib. 2. de arbi. iudi. quæst. Cen. 4. casu 306.

Nec quādo falsū testimoniū absque iuramēto profertur.

Quintò minimè locus est pœnæ ordinariæ, quando clericus falsum testimonium dixit, non interposito iuramento ex Bald. sent. consil. 106. vol. 1. Ang. consi. 194. col. 2. in fin. Rober. Maran. in spec. aduocat. in par. inci. sextus actus qui emergit in iudicio. nu. 21. Plotus d. § 43. n. 10. sed opinionem contrariā quòd falsi pœna imponenda sit, quando falsum committitur absq; iuramento tenuit Bar. in l. si quis legatum. nu. 3. ff. de falsi. quam opinionem communem esse fatetur Alex. in l. edi. §. cum autem nu. 6. ff. de eden Cur. seni. in tract. de testi. conclusi. 15. nu. 34. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. § falsum. ver. tu scis quā ipse libenter sequor.

B Ex lege eorum Est equidem de hac re Regia l. 83. Tauri q̄ iuri communi consonum est l. 1. § prætereà vbi latè Hypp. ff. ad leg. Corn. de Siccar. quam tanquam sing. allegatt Corset. in sing. in verbo, testis falsus, l. qui falsò, vbi glos. ff. de test. cap. satis. 33. quæst. 5. cap. hęc imago. ibi. Et diuinis legibus prius sanatum fuit Deuter. cap. 19 & Dani 13. tradit latissimè Bald. in l. data opera. num. 20. C. qui accusat. non poss. Iaf. in l. etsi legibus, num. 6 C. si cō, tra ius vel vtilitat. publ. & in l. Diuus. ff. de re iudica. Boss. in tract. rerum crim tit de falsi. num. 138. & 169. Hyppo. in l. qui falsam, in fine ff. de falsi. Sic sanè in sacris tribunalibus sanctæ Inquisitionis falsidicus testis tallionis pœna punitur Iac. Septim. in catho. institu. cap. 62. num. 33. vbi allegat instructionem, 4. Toletanam idem Enchirid. Inquisi. tit. 28. vbi num. 3. allegat constitutionem Papæ Leonis decimi, qua decretum est testem falsum, qui innocentem opprimere tanquam hæreticum voluit, curiæ seculari relinquendum esse. Vrget equidem maior ratio in crimine hæreticæ prauitatis, vt tallionis pœna imponatur, quā in alijs criminibus cum in eo testium nomina non publicantur capitu. final. de hæretic. in & 6. datur maior ansa ferendi falsum testimonium. Quæ pœna locum habet, etiam si accusatus non fuit punitus, nam illud præter testis intentionem contingit, & est veluti per accidens quod

Testis falsidicus quibus pœnis sanctæ Inquisitionis tribunalibus punitur.

non mutat naturam subiecti. l. naturaliter. §. à puni. ff. de acquir. rer. dom. notat in terminis Ioan. Roias in tracta. de hęre. 2. par. octaua. assertione. num. 160.

Praxis supremi senatus inquisitionis Romanæ curiæ

In Romana quidem curia supremus & generalis sacrosãctę inquisitionis senatus, minimè consueuit testes falsos seculari curiæ tradere. Sed alijs pœnis eos punit vt testatur Frãc. Peña ad. directorium Inquisitorium 3. part. Scho. 128. pag. 252. ex quo ipse asseuerat, quod quando talis casus euenerit inferiores inquisitores in consulto supremo inquisitionis Senatu, non debent testes falsidicos qui grauiter nocuerunt curiæ seculari puniendos relinquere. Itaque si testes falsi de vera & formali hæresi, contra aliquem deposuerunt, qui vt hæreticus negatiuus combustus fuit, & eius bona fuerunt publicata, si inquisitores pro tam graui crimine existimauerint, ad condignam punitionem, & criminis vindictam, testes seculari curiæ tradendos: oportet vt consulant generalem senatum Inquisitionis, quia tàm grauis pœna absque expressa lege canonica prætextu cuiuslibet opinionis huius, vel illius doctoris facilè imponenda non est, quia decretum illud Leonis Decimi Pontificis Max. non est vbique receptum, nec velut lex vniuersalis obseruatur: quod si ipsi propria autoritate eos punire decreuerint, pœna perpetui carceris, aut condemnatio ad triremes erit imponenda, productis prius tanti criminis reis, in publicum spectaculum, corã quo eius facinus publicetur. Ita Eymericus in 3. parte Director. in inquisitorum in 12. modo processum fidei terminandi. num. 209. pagina 339. colum. 2.

Quibus assimilari possunt illi testes, qui licet non de formali hæresi deposuerint, grauissimũ & irreparabile damnum intulerunt, horrendaq; facta, vel dicta contra aliquem falsò affirmarunt, ex quibus vehemens hæresis suspitio orta fuit.

Quod si testes leuiter nocuerint, mitiori pœna arbitraria plecti solent. teste Zanchino in in tract. de hæret. ca. 14. Quæ frequentissimè ea imponi solet vt infami tegumento inducti, in publicum spectaculum, vel fidei actionem producantur, & eorum crimine publicato fustibus cæsi, vel in triremes, vel in exilium, prout qualitas commissi criminis postulauerit, mitti solent. Siman. di. ti. 62. n. 91.

Et quod de testibus falsis scripsimus, locum obtinet, in illis qui donis, precibus, aut precio, testes vt falsum testimoniũ proferant corrumpunt, imo plus delinquere isti videntur, quia priùs habẽt nocendi animum. Idem in eo qui mandauit. l. is damnum. ff. de regul. iur. vbi Dec. Cagn. & alij interpretes Siman. d. tit. 62. num. 96.

Non potest puniri per eum. Ad-C de Bar. in l. D. Pius. ff. de fals. Paul. de Cast. *in l.* nullum C. de test. quam opinionẽ communẽ esse

Clericum falsum

testimonium proferẽs corã iudice seculari, ab eo puniri non potest.

Doctor Didac. Sahagũ laudatur.

testimonium proferēt corā iudice seculari, ab eo puniri non potest.

esse testan. Cur Iuni. in l. 1. n. 23. ff. de iud. Io. Long. repeti. l. Imperium. nu. 142. ff. de iurisdi. omni. iud Rolan. Valle, qui multos allegat con. 12. nu. 48. vol. 2. Capi. deci. 2. nu. 13. D. Coua. in pract. q. c. 18. n. 8. Domi. Ant. Pad. in l. transigere. nu. 112. C. de transact. Bosſ. in pra. cri. ti. de falſ. n. 10. Iul. Clar. in pra. cri. §. fi. q. 38. verſ. ſed hic quæro. & hanc opinionem magis communem esse testantur Mar. in ſpecul. aut. aduoca. 6. par. in 12. actu. n. 4. & Matt. de Afflict. dicens eā tutiorem esse deciſ. Neap. 230. Ioan. Graci. in resg. & fall. reg. 9. n. Quamuis glo. Cin. Bald. & Salı. in d. l. nullum. contrariam opinionē profeſſi fuerint & Federi. conſil. 93. eāq; apud Gall. ſeruari teſtatur Guil. Bened. in c. Rainunt. de teſta. in verbo & vxorem nomine Adelaſiam. nu. 434. Sed noſtri autoris opinio verior & communior & ſequenda. Quam vltrà ſuprà allegatos communiorem opinionem esse profitetur doctiſſ. doctor Didacus Sahagun, qui in inclita Salmaticenſi Academia veſperorum cathedram iuris Pontificij magno cum nomine moderatur, in elegantiſſima illa & omnibus numeris abſolutiſſima relectione tex. in c. fin. de ſequeſtratione nu. 91. benè tamē poterit ſecularis iudex in ciuili cauſa cognoſcere, de falſitate quam coram eo clericus commiſit, non equidem ad effectū puniendi ipſum, ſed tātum expediendi cauſam, quę coram ipſo controuertitur, quod omnes fatentur, vt aſſeuerat D. Couar. dict. c. 18. in vltimis verbis.

Doctor Didac. Sahagū laudatur.

Clericus falſum

Si autē laicus falſum teſtimonium corā iudice eccleſiaſtico protulerit, poterit ab eo necnō à ſeculari iudice puniri, inter quos locus eſt præbentioni, ita tenet Matth. de Afflict. deciſſ. 219. vbi teſtatur, ita in facti cōtingentia deciſſum fuiſſe in ſacro Neap. conſi. & idem ſecuti ſunt Couar. & Clar. in locis noſtris allegatis, & ſic non ſemel deciſſum vidi.

Laicus falſum teſtimonium coram iudice eccleſiaſtico ab ipſo necnon à ſeculari punire poteſt.

Nec illud prætermittendum erit quod ſicut iudex Eccleſiaſticus ob offenſam eius dignitatem, experiurio contra laicū cognitionem habet: idem aſſeuerandum cenſeo, ſi à laico cōtumelia afficiatur & hæc iniuria procedit ex ea cauſa quę coram eo pendet, vt nouiſſimè ſcribit Doctor Segura in director. iudi. Eccleſiæ. 2. p. ca. 6. nu. 10. Veluti ſi quis iudici irreuerenter loquatur dicendo ei tu, aut vos, in locis in quibus non viget talis conſuetudo, vel nimio contemptu coram eo cōparet, aut ſi cum arrogantia aut digito erecto tendit ad eius faciem, de quibus & alijs contumelijs differit Puteus in tract. ſindi. in verbo, notoriū iudici. num. 11. fol. 182.

Iudex eccleſiaſticus procedit cōtra laicos eū contumelia afficientes ratione cauſæ quæ coram eo pendet.

Pari ratione idem iudicandū exiſtimo quando laici litigantes coram iudice eccleſiaſtico ſe ipſos contumelijs & iniurijs afficiunt, vel ſi immoderatè & exceſſiua loquantur, vel ſint inſolentes

vociferentur, not. Bar. in l. librarius. ff. de reg. iur.

Forma quæ seruari debet in crimini bus irreuerẽtia.

Forma verò procedendi & puniendi ea ex irreuerentiæ qualitate mensuranda erit. Nam aliquando expedit, vti verbali correctione aliquando mulcta, seu carceris pœna & hoc frequentius summarim sine processu faciendum est, & procedi debet tanquã in notorijs. Quia crimẽ omne cõmissum coram iudice pro tribunali sedẽte notorium dicitur, & iudiciarium ordinem non requirit not Lucas de pœna in l. quoties C. de dig. lib. 12. Paris de Puteo, vbi iam allegaui. Hoc de actu irreuerentię puniendo à iudice ecclesiastico, si verò aliud grauius crimen interuenerit, vt seueriori pœna plectatur seculari iudici remittendum est.

Homicidæ.

CAPVT XCIIII.

1 Clericus homicida qualiter puniatur.
2 Priuatio beneficij contra clericum homicidam ipso iure non infligitur, sed per sententiam.
3 Clericus homicida in quibus causis ab ordinaria criminis pœna excusetur.

1 HOmicidium quidem inter grauiora & horribiliora crimina computatur, vt not Abb. in c. Cum contingat. in col 6 de for. compet. per text. in ca. Quæsitum. de temp. ord. Et in cap. Inquisitionis, de ac- & in cap. Mir. 50. distinctio. Ideò clericus homicida deponendus est, vt in cap. presbyter. 81. distinct. quod est ex canonibus Apostolorum, & in cap. Cum non ab homine, de iudi. & in capitu. Inquisitionis, in princip. de accus. Committitur autem homicidiũ per clericum, facto, præcepto, consilio, lingua, siue adhortatione, & in quocunq; istorum casuum deponendus est, vt not. glos. in capit. Sicut dignum, de homic. in § Clericos. in verbo consilium, per iura de quibus ibi, quam quidem glo, bene notat, quia magistra est in materia huius cap. Et post depositionẽ detrudendus in monasterium, vt probatur in dict. capit. Cum nõ ab homine, iuncto cap. Tuæ de pœnis, & voluit per eadem iura Ioann. de Ana. in cap. 1. penul. col. de patr. qui fili. occid. & probat apertè textus in dicto § Clericos, ex quo insuper bene colligitur quod ista detrusio non debet esse perpetua, nec longi temporis: cum ibi Roma. Ponti. disponendo contra homicidas illius sancti viri Thomæ Archiepiscopi Cãtuarien. iubet clericos delinquentes perpetuò depositos recludi in monasteriũ, vsq; ad septenniũ: vel quinquẽniũ verum tã est quod ille, § Clericos. disponit in clericis, qui consilio perpetrarunt homicidiũ, qui licet eadẽ dispositionis pœna puniantur, qua & occidentes actu si clerici essent: tamen nemo dubitat in reclusione non ita diuturna pœna puniendũ consilium

filium præbentem sicut verè occidentem. Intellige tamen supradicta, quando iniustè & voluntariè est commissum homicidium secundùm Hosti. in summa, de homicid. §. Qua pœna. versic. Et hoc intelliges. Item etiam præter hoc clericus priuandus est beneficio per sententiã: quia homicida non est priuatus beneficio ipso iure, a vt voluit Inno. in capit. Cùm nostris. de concess. præb. quod sequitur Bal. in l. Cum fratrem. C. de his qui vt indig. & Philip. in capit. scisscitatus. 1. col. de rescrip. & in ca. ex parte. Io. 1. col. 1. eo. tit. Philip. Decius consi. 166. in princ. in 1. vol. cons. incip. Ego Philippus. Et hanc opinionem dicit teneri communiter Ana. & Feli. in capit. Inquisitionis. 1. colum. de accusa. & cãdem etiam opinionem sequitur Præpo. in capit. Studeat. 50. distinct. in column. fina. post Gemi. & respondet ad rationes Archi. ibi, & allegat Ioan. de Imo. in dict. capit. Cùm nostris, dicentem quod opinio Innoc. contra Archi. tenetur communiter. Et vide etiam Anton. Corse. in suis singularibus, in verbo sententia, El. 2. vbi dicit quòd opinio Innoc. communiter tenetur, & respondet ad aliqua iura quæ in contrarium videntur vrgere: quanuis Barba. in capitul. Cùm non ab homine. de iudi. in col. 2. ad fi. teneat quòd committens homicidium est priuatus beneficio ipso facto, per text. quem dicit ad hoc formalem in capitu. Ex literis. de excess. præla. iunctis alijs iuribus de quibus per eum. Et aduerte, quod licèt Episcopus possit cum homicida etiam voluntario misericorditer dispensare, b vt ex text. nota. in capitul. 2. in fin. de cleric. pug. in duel. & in capitul. studeat. 50. dist. per quæ iura & per ea quæ notat. Innoc. in capit. 2. de cler. non ordi. mi. ità tenet Staphileus in tract. de gratijs expectatiuis. fol. 78. versi. Potest tamen Episcopus. Si autem aliquis impetraret beneficium conferendum sibi in euentum priuationis, non posset amplius cum eo Episcopus dispensare c etiã antè litis pendentiam ex quo impetranti iam est quæsitum ius ad rem prout singulariter tenet Domi. consili. 105. in fina. column. quem ad hoc refert Staphileus, vbi suprà. Crederem præterea in ista materia clericum in his casibus excusari à pœna ordinaria homicidij, in quibus laicus homicida excusatur à pœna mortis, d quorum viginti & quinque enumerat Hippoly. in l. 1. ff. ad l. Corneliam. de siccar. à. 1. columna. vsque ad 14. & quadraginta quinque ponit Iacob. Boulen. in repert. §. famosos. l. capitalium. ff. de pœn. fol. 36. vsque ad finem.

a *Ipso iure.* Adde Cardin. in Clem. constitutionem. §. cæterum. in fine de electi. Archi. in capitul. scripturis. 8. q. 1. Abb. in capitul. vlti. not. pen. de excess. prælat. Anchar. in reg. peccatum. 1. oppo. de regu. iu. in 6. Feli. inc. si citatus. column. 1.

A *Clericus homicida non est ipso iure beneficio priuatus*

& in cap. 2. colum. 3. de reſcrip. Capella Tholoſa. quæſt. 207. quam opinionem communem eſſe fatentur inſignis Mar. Nauarru. in manu. cap. 27. nu. 249. & in ca. ſi quando. 9. excep. de reſcrip. Alcia. in cap. cum nõ ab homine. num. 16. de iudi. Gome. in ca. 1. num. 7. de reſcrip. & in cap. 2. num. 41. de conſti. lib. 6. & in reg. Cancella. de anna. poſſe. quæſt. 42. D. Couarr. in Clem. ſi furioſus. 2. par. relectiõ. §. 3. num. 6. de homici. Cels. in addition. ac Collect. in ca. cum dilecti. de accuſa. Petrus Folleri. in practi. crimi. fol 276. nu. 37. Iuli. Clar. lib. 5. recepta. ſenten. §. homicidiũ. Hyppol. in pract. crimina. §. poſquam. num. 41. & conſi. 52. Thom. Ferra. conſi. 44. Nico. Ploui. in tractat. de irregula. reg. 44. num. 30. Auth. noſtr. in doctri. magiſtrat. doctri. 120 incip. Homicida. Petr. Abiax. in dicti. election. 2. part. capitu. 30. Ludo. Montal. in tractat. de reprobatio. ſententi. Pila. articul. 2. num. 3. Caro. Moli. in reg. Cancel. reg. de infirm. reſig. numer. 162. Petr. Plaça libr. 1. epitom. delicto. capitulo. 11. nume. 2. Et equidem in ſimplici homicida, qui animo deliberato homicidium non perpetrauit, opinio hæc ab omnibus recipitur. vt fatetur Ioan. Igne. in l. neceſſarios. §. non aliàs in lect. num. 13. ff. ad Sillania. Sed in homicida qui deliberato animo homicidium commiſit, multi contrarium tenuerunt. inter quos Ancharan. cõſi. 158. colum. 3. Abb. in cap. at ſi clerici. col. 3. nu. 39. de iud. Felin. in cap. inquiſitionis. num. 5. de accuſa. & cæteri multi quos longum eſſet eos recenſere. dicit tamen Ioan. Igne. in loco. nouiſſimè allegato, quod omnes pœnè Canoniſtæ & Legiſtæ contrarium tenent, & opinionem contrariam veriorem & communiorem eſſe fatetur Hyerony. Gab. i. conſi 196. num 4.

Qua ratione, poterit clericus interim adhuc pendente lite, & accuſatione, eidem beneficio renunciare, prius quam condẽnetur glo. celebris in capit. 2. in verbo finita. vt lite pend. in 6. quam doctores ibi approbant & Felin. in d. cap. inquiſitionis. de accuſa. philip. Probus in addi. ad Ioan. Mona. in cap. Alma mater. de ſent. excomm. libr. 6. num. 6. Petrus Rebuff. in tracta. de pacifi. poſſeſſori. nume. 261. Gome. in reg. de anna. poſſeſſi. queſt. 42. num. 3. Ferra. caut. 44. Barth. Chaſſa. conſil. 44. nume. 22. Quæ quidem opinio cõmunis eſt etſi nouiſſimè ab ea recedat Caro. Moli. in Reg. Cancellari. 18. numero. 55. quando talis renuntiatio fieret in fauorẽ certæ perſonæ cuius meminit D. Couar. in dict. Clemen. ſi furioſus. 2. part. relection. § 3. numero 7. dicens quod opinio, hęc fortaſſis eſt de iure verior & æquior, ob fraudem: quę manifeſta videtur, tandem non audet decidere ſed relinquit cogitandum. Ego quidem minimè auderem à communi opinione recedere.

Clericus homici. dat lite pendẽte ſuo bene ficio re nũciare non pro hibetur.

De iuris tamen rigore ſprout nonnul-

nonnulli arbitrantur) non tenetur superior renuntiationē hāc admittere, sed poterit supersedere, donec causa fuerit diffinitiuè iudicata. ex doctrina Barba. consi. 11. num. 18 volum. 1. Domi. consi 105. Boeri. decis. 2. num. 5. Pet. Rebuff. in comp. de aliena bono. Ecclesiæ pagin. 2. numer. 4. Tellius Ferdi. in l. 4. Tauri. num. 64. vide tamen quæ dixit suprà capitul. 92. litera c, vbi ab hac opinione recessi.

Sunt etiam qui censent effectum huius renuntiationis impediri, si quis priùs à Summo Pontifice beneficium clerici homicidæ impetrauit, in euentum priuationis, quòd tenuit Domi. dict. consi. 105. existimans renuntiationem hāc nullam esse, nec ex ea impediri, quòd lis agi tetur, ità vt si priuationis sententia sequatur renuntiatio præcedens inutilis sit, quem sequitur noster autor hoc capit. num. 3. Contrarium tamen ex dict. glo. in d. cap. 2. probat glo. in reg. Cancellariæ. 27. column. 4. Barth. Cassa. consi. 44. numer. 2. Ioan. Staphi. de liter. gratiæ & iustitiæ. fol. 64. Auff. in Capella. Tolosa. decisi. 436. quorum opinionem magis communem esse testatur Couarruu. dicto. §. 3. numer. 7. quem vide.

Nec desunt qui autument, hanc beneficij renuntiationem inualidam esse, quando fit data scientia prioris impetrationis, ex eo quod in fraudem facta esse censeatur cap. 2. de renun. in 6. Ant. de Butrio consi. 1. con. 43. Sequitur Feli. in c. in nostra. num. 38. de rescrip. Auff. dict. decis. 436. sed opinio hæc vera non est, nec iure fulciri potest; nam is qui renuntiat iure suo vtitur, & ideò nullam fraudem committit, sibi vel amico consulens in d. verò cap. 2. fraus ex eo colligitur, quod non vt sibi consuleret, sed vt impetrāti noceret, beneficio renuntiauit, alijsque non leuibus cōiecturis interuenientibus, ideò meritò Antoni. de Buit. opinionē falsam esse docet. D. Couarr. vbi suprà.

Ex quibus omnibus sequitur, clericum clericum homicidam omnes beneficij sui fructus suos facere, donec per sententiam priuetur, nec eos restituere tenetur. sicuti Felin. omnium diligētissimè explicat in cap. de quarta. num. 33. de præscrip. Nicola. Boeri. decisi. 98. num. 4. Ioan. Igne. in dict. rep. §. non aliàs numer. 14. Domi. Couarruu. in 4. Decreta. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 7. Quidquid in contrarium voluerint Bald. Ang. Paul. de Castrò in l. prædonis. ff. de peti. hære. & Paul. in di. l. 1. C. de his quib. vt indig. Hypp. sing. 525. Anton. de Burg. in cap. ad nostram. colum. 11. de empti. & vendi. Rip. in l. vltim. quæstio. 46. C. de reuc. dona.

Clericus homicida pendere accusatione. fructus beneficij suos facit.

Notatu tamen dignum est, quòd licèt clericus homicida priùs acquisita beneficia retineat, donec priuetur, non tamē poterit de nouò beneficium acquirere, sine dispensatione ità videtur sentire Inno. in dict. cap. cùm in nostris. vbi Anton. co-

column. 7. censet quòd per modum collationis homicida potest beneficium acquirere non autem per viam electionis, idem que asseuerat tenere Calde. in capitul. querellam. de iureiurand. Miles in repet. in verbo irregularis, versic. irregularis. vt homicida Pari. consi 36. nume. 40 volum. 4. Alber. Troti. de verò & perfectò cleric. libr. 2. cap. 26. num. 9. circà quod vide Màrtin. Nauarru. in manu. confesso. cap. 27. num. 149.

Procedit equidem Innoc. & communis sententia in casu in quo loquitur nempè in clerico, qui iam beneficium quæsitum habet, secùs autem si solùm haberet ius ad rem, per expectatiuam gratiam quæsitum, quia huiusmodi ius expirat, per irregularitatem contractam ex homicidio, vel alia causa, quòd pingui minerua declarat Martin. Nauarr. in dicto capit. si quando excep. 9. fol. 33.

Episcopus vtrũ possit dispensare cũ homicida quo ad ordines, aut beneficia

B *Dispensare.* Adde quòd opinio hæc intelligenda est, cùm homicida voluntario, quoad simplex beneficium obtinẽdum, vt tradiderunt Fel. & Socin. in dict. cap. ad audientiam. de homi. Ioann. Staph. de liter. gratiæ & iusti. fol. 78. qui secùs esse existimat. quo ad beneficium curam habens animarum argum. text. in capit. 1. de fil. præsb. libr. 6. Quanuis Ioann. de Ana. in cap. 2. de cleric. pug in duello teneat hoc casu Episcopum posse dispensare, hoc quoad beneficia, at quoad ordinis ministerium, ad tollendum irregularitatis vitium, ex homicidio contractum, solus Romanus Pontifex dispensare poterit, ità tenuerunt Inno Hostien. Abb. Soc. numer. 95. in capit. sicut dignum. §. fina. de homi. Siluest. in summ. in verbo irregularitatis. ad finem Alber. Troti. libr. 2. de vero & perfecto cleri. capit. 26. Feria. cauſ. 44. quorum opinionem communem esse fatetur Villad. de irregul. cap. fin. Quæ dispensatio difficilimè obtineri solet, nisi is eam impetrat, qui religiosus est, vel esse velit in aliquo mendicantium ordine, vt testatur. Lud. Gom. in tractat. de expect. numer. 88. & Ioann. Staphi. de liter. gratiæ. fol. 193. column. 2. Qui etiam referunt, solere Romanum Põtificem cum voluntario homicida, etiam publico quoad altaris ministerium dispensare, hac quidem lege, quod intra triennium minimè altari ministret. & deinde extrà locum, vbi homicidium commissum fuit.

Concil. Triden. Sess. 14 c. 7. de refor. interpretatur.

Quòd locum habet etiam si homicidium fuerit casuale, quia cum tali homicida, vt sacris ministret, vel ad sacros ordines promoueatur, solus Papa dispensat, tenet Abb. in capit. continebatur. de homi. doctores vbi latè Socin. nume. 95. in dict. capit. ad audientiam. de homi. Regia. lib. 51. titu. 6. par. 1. Episcopus verò benè dispensare potest, cum quocunque homicida, vt in minoribus ordinibus iam susceptis possit ministrare. Ita Innocen. Hostien. Ioann. And. Cardi. & omnes in dict.

dict. capit. 2. de cleric. pugna. in duello hoc ex illo tex. colligentes, quorum opinionem magis communem esse fatetur D. Couarruu. in Clemen. si furiosus. 2. part. §. 3. numer. 5. quæ solùm procedit in homicida casuali, non verò in voluntario. Abb. in d. capitul. 2. Anan. in capitul. ad audientiam. vbi Felin. column. final. & Soci. numer. 95.

Concil. Triden. Sess. 14 c. 7. de refor. interpretatur.

Hodie autem sacrosanctum Concilium Tridentin. Sess. 14. capitul. 7. de reforma sancitum est, quòd is qui homicidium voluntarium commisit etiam si occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines sit promouendus, nec illi aliquod ecclesiasticum beneficium conferri poterit, etiam si careat animarum cura. Si verò homicidium casuale fuerit, vel vim vi repellendo perpetretur, casu quo dispensatio concedenda sit, tam ad sacrorum ordinum & altaris ministerium, quam ad beneficia & dignitates, & ea committenda est ordinario, aut ex causa metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & verificatis precibus dispensare potest. Et sic sacrosanctum concilium tollit facultatem Episcopis concessam, qua poterant dispensare, etiam cum homicida voluntario, quoad ministerium altaris, in susceptis ordinibus, si is omninò occultus esset ira Archi. in capitul. de his 50. distincti. Ancharra. in reg. peccatum, column. 3. de regul. peccatum. colum. 3. de reg. iu. libr. 6. Federi. consi. 168. Quibus suffragatur text. in cap. nisi cùm pridem. de renun. versi. [Si tamen culpa latet. quam opinionem non solum quoad susceptos, sed suscipiendos ordines, sequitur Ang. in summ. in verbo homicidium. 5. quæstio. 1. eam colligens ex Abb. in capit. ex tenore, colum. 3. de tempor. ordin. quam sequitur Alphon. à Castro religione pietate & literis insignis libr. 2. de potest. leg. pœna cap. vltim. Quanuis dom. Couarruu. (sub dubio tamen fortè) asseueret concilij decretum illud intelligi posse, in homicidijs quæ licèt occulta sint, probari tamen possunt, & ea ratione non sunt omninò occulta, quæ nullis testibus probari possunt, nec aliter quàm per propriam confessionem, Episcopum posse dispensare, remaneatque in hoc ius commune intactum. Sed quòd stante Concilio Triden. etiam in occultissimo homicidio, necessaria sit summi Præsulis dispensatio. tenet Simon Maiolus de irregularitat. libr. 5. capitul. 48. numer. final. quòd verius censeo.

Et vide concili. Trident. Sess. 24. cap. 6. de reformati. vbi Episcopis dispensare permittitur in foro conscientiæ in omnibus irregularitatibus suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentiosum.

Episcopus dispensare. Adde quod C istam

istam opinionem Domi. quam autor hoc cap. refert & sequitur suprà reprobaui. quę eo casu vera esse potest, quando in primis literis impetrationis, ea clausula apposita est, quòd renuntiatio litè pendente, ab ipso priuãdo facta, cedat in vtilitatem ipsius impetrantis, cuius clausulæ meminit Ioan. Staphi. de liter. gratiæ, fol. 64. Probus in addi. ad Ioann. Monach. in dict. cap. Alma mater. quæ clausula concedi solet, post primam priuationis sententiam, non anteà quòd in dict. loco Stephanus testatur.

Plures casus quibus homicida à pœna mortis excusatur.

D *A pœna mortis.* Adde plures alios casus, in quibus homicida à pœna mortis excusatur, quos congerit Ioan. à Neui. in Silua nup. libr. 1. fol. 18. vsque ad 20. Felin. in c. querenti. col. 2. de offi. de leg. Lucas de Pœna in. l. si aparitor. C. de coartali. libr. 12. Iaſ. in l. debitoribus. num. 15. ff. de re iudi. Ioann. Monto. in promptuar. iur. in verbo mors. quo loco septem casus scribit & vide Cosm. in pragmatica sancti Galli. titu. quomodo officiũ diuin. sit celeb. §. statuti in glos. incip.

Inclinet. fol. 206. Ioan. à Villam in l. Diuus. num. 10. 4. ff. de sica. Add. Abb. in capit. sanè. de celebr. miſ. Ludou. Car. in pract. crimi. fol. 121. Anton. Gome. in tractat. delictor. cap. 3.

Benefici.

Benefici.

CAPVT, XCV.

1 Clericus beneficus qualiter iure pontificio puniatur.

2 Venent præparatio, animo occidendi contingens, an sit puniendamorte non secuta.

3 Huius criminis atrocitas quanta sit scribitur.

CLericus qui veneno quenquam occidit, præter id quod in pœnam homicidij, de qua suprà incidit, quia verò grauius delinquit quàm simplex homicida, dignè post depositionem grauiori detrusione & longiori puniendus est. Plùs enim est veneno hominem necare, quàm gladio, vt in l. 1. C. de male. & mathe. Vnde dicunt Butri. & Bald. in l. Nemo. C. de summa. tri. & fide catholica, quòd qui veneno occidit, dicitur proditorie occidere: a quòd refert Ioann. de Ana. in cap. 1. colum. 1. de homici. Et idem dicit Bal. in l. Cum fratrem. de his quibus vt indig. vt refert idem Ana. in cap. 1. 3. colum. in fin. de fortileg. & Decius in cap. quæ in ecclesiarum: colum. 5. num. 14. de consti. qui alia allegans infert ad statutum. Ex quo dantur aliqua specialia in occidendo veneno, quæ non militant in homicida simplici, vt ibi per eos. Et huius tam execrabilis delicti odio crederem etiam quòd clericus qui venenum emit vt daret alicui tamen parauit, & per eum non stetit eadem pœna puniatur, ac si dedisset, b iuxta sententiam Bar. in text. ibi, in l. 1. in fin. ff. ad l. Pompe. de partic.

cuius

cuius meminit Ioan.de Ana. in rub. de patr. qui fili. occi. circà principium. & Felinus, in tracta. Quando conatus puniatur, colum. 2. num. 9. verfic. fallit. 5. licet Barto. ibi seuerius hoc dicat, & nō curet an stet per emptorem veneni vel non, quo minùs occidat. Quòd præcipuè magis locum sibi vēdicat in his Hispaniæ regnis: cùm per. l. 7. tit. 8. part. 7. taliter emens venenum vt homicida puniatur.

c Nec hoc alicui videatur crudele, cùm tanta sit huius facinoris nequitia: sufficit: namque hominibus inter tot armorum genera natis mortem ipsam formidare, absque eo quòd in ipso cibo & potu (sine quibus viuere impossibile est) mortis timor misceatur. Quid enim miserabiliùs est, quàm vno eodemque tempore, cum spe viuendi, & timore moriendi cibum sumere? Vnde vt tantum scelus ex mentibus hominum euellatur, nulla pœna iniustè potest statui. In vna præterea huius delicti specie debent iudices seueriùs animaduertere, si quandò forsan compertum habuerint clericum aliquem occidisse, vel occidere procurasse alterum veneno in calice propinato: neque arbitretur quispiam hoc tàm nefandum scelus nusquam d accidisse. dIntellexi ego & temporibus istis clericum clerico, & religiosum religioso in calice, dum sacra mysteria celebrarent miscuisse venenum, quanuis diuina misericordia, aut debilitate veneni neminem mori contigerit. Quis enim in tantum nefas committentes non inuehatur, qui cum ipso vitæ æternæ poculo saluberrimo, tēporalem miscent interitum, qui insuper cum ipso redemptoris sanguine preciosissimo, quo cunctorum animæ redemptæ sunt, necem corporum inuoluunt? Hoc equidem abominable scelus pœna traditionis curiæ seculari, ex noua ecclesiæ, aut Roma. pontifi. declaratione puniendum dignissimè censerem, vbi de dilectione Dei, & proximi mandatum, in quo tota lex pendet, infringitur. Et alicui vnquam iudici citrà ecclesiæ declarationem propter criminis enormitatē opinio Ancharta. & Abb. de qua in capit. sequen. latiùs tractabimus, iusta & sequenda videbitur, in hoc tali facinore potiùs quàm in aliquo alio locum habere poterit.

A *Proditorie occidere.* Adde Alexand. consil. 145. num. 6. libr. 7. Cudo. Carr. in practica. crimi. §. homicid. fo. 34. Bossi. in delictorum. tracta. titul. de homici. num. 14. pa. 202. Hypp. in rub. de Siccar. num. 5. Anto. Gom. in 3. tho. ca. 3. num. 7. qui pro hac opinione allegat Regiam l. 16. tit. 23. par. 3.

B *Ac si dedisset.* Adde vt melius nostri authoris traditionem, & quod difusè nimis, doctores diuersis locis tradiderunt, perfectioris interprætationis causa, duo à nobis casus sunt constituendi.

Tentas aliquem veneno occidere quando ordinaria criminis pœna punienda.

Primus

Primus cum quis tentauit alium veneno occidere, & ea ratione, venenum emit, sed non propinauit, quia fortè pœnituit, vel fuit impeditus, equidē pœna extraordinaria, iudicis arbitrio plectēdus est. Bal. cons. 443. libr. 3. Ang. in l. 1. §. sit iniuria. ff. de extraordi. crimi. Paris. cons. 167. num. 13. lib. 4. Crem. sing. 49. Gram. decisi. 2. numer. 7. & consi. 36. num. 19. D. Couarr. in Clem. si furiosus. 2. par. relicti. numer. 11. quo loco scribit, hoc casu intelligēdam esse eam consuetudinem, quam toto terrarum orbe vigere doctores testātur, nempè conatum ad effectum minimè productum, non puniri: intelligendum quidem est, de conatu remoto, vt is non puniatur ordinaria criminis pœna, sed extraordinaria.

Secundus casus est, cū quis ad actum proximū accessit vt quia venenū propinauit, sed venenatus adhibitis mèdicamētis, mortem effugit: is ordinaria pœna animaduertendus est. Ità intelligendus est autor noster & doctores ab eo allegati & D. Couar. d. num. 11. qui tradiderunt in his atrocioribus criminibus, conatum actui proximū, ordinaria pœna puniri. & sic interpretatur glo. in cap. 1. in verbo, ad mortem. vbi Bald. de præsum. & sentit Bossi in dict. tit. de homi. numer. 13. & tit. de mandato ad homicid. numer. 14. & in Gallia sic receptum esse testatur Pap. lib. 23. Rhapsod. aresto. 1. & 2. Petrus Gregor. in 3. part. syntag. iuris vniuersi. lib. 26. ca. 18. numer. 18. qui multa in huius criminis detestatione diligentissimè scribit. Ex quo colliges verba authoris non percepisse Petr. Foll. in practi. crim. cano. 2 par. capit. 23. numer. 3. qui passim non pro ratione sed ad emulationem carpere conatur.

Puniatur. Adde text. in l. 3. ff. de Siccar. vbi. Ang. & Hyppo. de Marsi. & quo pacto hoc intelligendum sit explicat Gregor. in dict. l. 7. in verbo, *asabiendas.* & Antoni. Gome. lib. 3. delictor. cap. 3. num. 9. C

Accidisse Adde Caro. Moli. in consuetud. Pari. 1. par. titul. 1. in prin. num. 99. qui scribit Imperatorem Robertum vtriusque Siciliæ Regem die. 15. Augusti ann. 1313. sceleratissimo mortis genere, nempè Eucharistia intoxicata. interfectum fuisse. D *Factum memorabile.*

Parricidæque.

CAPVT, XCVI.

1 Clerici parricidium vel aliud enorme homicidium perpetrantes, cui pœnæ sint obnoxij.

2 Refertur casus memorabilis qui contigit in ciuitate Hyspalen. ann. Domini. 2536, mense Iuli.

3 Petri Rebuffi opinio quædam confutatur.

PArricidium committentes, vel aliàs homicidiū enorme perpetrantes, vt si Episcopū vel præsbiterum occiderent, cōcludit Abb. in cap. At si clerici. in prin. de iudi. colu. antepe. pòst Petrum de Ancha. in quadā disputatione sua, & in repeti. regu- 1 2

læ,

læ, ea quæ. 19. quæst. deregu. iuris & in consilio 158. Ex narratis in facto colum. 2. debere deponi, & tradi statim curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate, b & tradi etiam Abb. in cap. Cùm non ab homine. colum. 7. de iudi. & ibi etiã Bald. Idem Abb. in cap. 1. in fin. de homi. & in c. Nouimus. de verbor. signifi. & Barba. in cõsi. 65. col. 3 lib. 1. Et Feli. in c. 1. in 16 col. de const. vbi in simili plura adducit. Idem Felin. in capit. inquisitionis. col. 2. in princip. de accusa. & ista opinio videtur habere magnam equitatem, vt delicta puniantur debita pœna, vt dicit Decius in dict. capit. Atsi clerici. in col. 23. versic. Et prædicta qui dicit vidisse illam seruari Florentiæ per vnum commissarium. Et vide Angelum in tractat. maleficiorum, in parte, & ibi. caput à spatulis amputetur. 12. colum. dicentem notandam esse sententiam Ancharra. quia de facto vidit eam seruari in raptore adulterante quandam mulierem. Et vidi ibi Augustinum in additionibus asserentem, quòd stringunt rationes Ancharra. & Abb. & quòd ità aliàs practicauit, quia multi doctores moderni illam partem tenent, & aliàs fuit cum doctoribus iuris Canonici in maxima disputatione. qui semper volunt defendere clericos. Et vide Floren. in 3. parte, titul. 27. capitul. 4. in column. fin. in fin. qui refert temporibus suis Papam Martinum tradidisse curiæ sæculari sacerdotem quendam degradatum, qui interfecerat Sacristam sancti Petri, vt rapere posset bona Sacristiæ, qui fuit occisus per iudicem sæcularem, quamuis iurisperiti consuluerunt non esse tradendum curiæ propter talè delictum. Et vide Guliel. Benedicti in 3. parte repetit. capit. Rainutius. de testamen. in quæst. de homicidio. vbi dictam opin. Petri de Anchar. latè examinat in casu occurrenti contra quendam clericum præsbyterum, qui commisit qualificatum homicidiũ, & in pen. colum illius. quæst. dicit, quòd dicta opinio, per ea, quæ ipse refert, remaneret communior, & quòd quamuis non esset communior, videretur magis tenenda quàm alia, ex eo quòd fulcitur textibus & rationibus euidentibus, quæ quidem opinio in casu illo ita fuit seruata. Nam ille præsbyter fuit actualiter degradatus & traditus curiæ sæculari, vt constat ex processu ibi antè quęstionem in summa relato. Et ego etiam audiui à fide digno doctore Parisiẽ. vidisse cum Anno Domini. 1530. Episcopũ Parisiensem Franciscum Poncher degradasse quendam sacerdotem ad valuas Ecclesiæ maioris Parisiensis, & tradidisse eum curiæ sæculari, quem susceptum iudex sæcularis damnauit, primò ad pœnam abscissionis manus antè ianuã collegij Eduensis, & demum vt viuus combureretur in platea sancti Ioannis Engreua, prout factum fuit ipso vidente. Quam pœnam passus est, eo quòd occide-

occiderat animo deprædandi rectorem cuiusdam oppidi nō longè distantis, habitantem in dicto collegio Eduensi, cuius ille famulus fuerat, & vices in parochia gerebat. Et vide Arnaldum Alber. in cap. Quoniam. de hæret. lib. 6. colum. 124. qui postquam retulit hāc opinionem, & eius fundamēta per sex colum. præcedentes dicit, quod attenta malignitate modernorum temporū in quibus clerici, & omne genus hominū procliue est ad malum, non esset ponere eos in cælum, seruare istam opinionem in practica & in hoc consuleretur pacifico statui reipubl. & multi effrenati clerici à malis retraherentur. Et hæc opinio practica fuit an. 2536. in mense Iulio, in celebri illa ciuitate Hispalens. per Reuered. dom. Cardin. Archiepis. illius Iudicem à sede Apostolica delegatum contra quatuor religiosos monasterij ordinis sancti Augustini ipsius ciuitatis, qui diabolica suggestione decepti fratrem Ioannem de las Casas, in sacra Theologia magistrum prouincialem suum occiderūt, qui omnes publicè degradati statim traditi fuerunt curiæ seculari, & furca suspensi quorum vnus vocabatur frater Alphonsus de Badajos, qui erat prior illi⁹ monasterij, alius fra. Rodericus de la Rocha, & alij duo fratres Andreas de la Cruz, & frater Ioannes Piloto, qui eodem die (quia cum magno cordis dolore seipsos accusantes, post damnationis sententiam delictum fuerunt cōfessi publicè) è furca depositi cum maximo honore associantib. fratribus omniū ordinū in proprio monasterio sepulti sūt. Qui autē tanquā iurisperiti fuerunt ad determinationem causę vocati & quorum consilio, sententia lata fuit, sunt sequentes: Dominus Sebastianus Ramirez Episcopus sancti Dominici, in insula Spanola, licentiatus Ioannes Suarez de Caruaial, nostri regalis consilij Indiarum vnus, licētiatus Brizieno, eiusdem ciuitatis Hispalen. præses, licentiatus Ioannes Teninno, eiusdem & totius Archiepiscopatus prouisor, licentiatus Petrus Corral, illius officialis ac generalis Vicarius, licentiatus del Corro, & doct. Petrus Diaz, hæreticæ prauitatis inquisitores, & licentiatus Otalora, Iudex audientiæ *supremæ illius* ciuitatis, quam *vulgus grados*, vocat. Vt autē de tenore Apostolicæ commissionis eidē Archiepiscopo Cardinali super hoc factæ habeatur notitia, tenor literarum in forma breuis super hoc expeditarum talis est.

Dilecto filio nostro Alfonso Basilicæ duodecim Apostolorum presbytero Cardinali Hippalen. nūcupato Paulus Papa tertius.

Dilecte fili noster salutem & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecisti, quod

quod licet aliàs tu certos fratres domus sancti Augustini extra muros Hispalen. ordinis fratrum Eremitarum eiusdem sancti, qui diabolica (vt creditur) suggestione seducti, noctur no tempore eorum tunc prouincialem in lecto requiescentē appensata cōspiratione laqueo suffocatum vulneratumq; inhumaniter interfecerant, quibusdam alijs etiam dicti ordinis fratribus sibi ad id opem, auxilium, consilium, & fauorē præstantibus, ne fugam arriperent, carceribus mancipari mādaueris & feceris. Quia tamen tu in eosdem malefactores iuxta priuilegia & indulta Apostolica dicto ordini concessa, nullam iurisdictionem habere scibas, tandiu in præmissis duxisti supersedendum, donec nos & Apostolicam sedem quid super eo fieri oporteret, consuleres. Consultationi itaque tuæ super hoc nobis porrectæ respōdentes, circumspectioni tuæ per præsentes committimus & mādamus, quatenus si & postquam (assistentibus tibi ad hoc duobus dicti ordinis fratribus, quos ad id duxeris eligendos) ex actis de & super præmissis coram te hactenus habitis, vel in posterum habendis, tibi legitimè constiterit ita esse pro ut superiùs enarratur (ne si tam horrendum facinus impunitū remaneat, alij ad similia & deteriora perpetranda inuitētur) cōtra dictos fratres malefactores, ac quoscunq; alios etiā exemptos, quos tanti facinoris inueneris patratores, seu culpabiles, iustitia mediante procedas. Nos enim tam illos qui ad capiendum & detinendum, inquirendumq; & examinandū dictos malefactores, quàm etiā executioni demandandi sentētiam contra ipsos desuper legitimè ferendam, vel aliàs quomodolibet in eos præmissorū occasione manus iniecerūt violentas, etiamsi ad vltimū supplicium deueniendum, excommunicationis sententiam à canone generaliter promulgatā, irregularitatisq; & inhabilitatis, aut alias censuras & pœnas ecclesiasticas minimè incurrisse, neque incurrere, sicque per quoscumque Iudices iudicari, diffiniri & interpretari debere, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi, diffiniendi & interpretandi facultate & autoritate decernimus. Teque & eorum singulos à sententia, cēsuris & pœnis prędictis, si quas præmissorum ocasione ex dicta carceratione forsan incurristis, Apostolica autoritate tenore præsentium absoluimus. Volumusque vt si locus sit degradationi & traditioni curiæ seculari, tu vel catholicus Antistes per te eligendus vnà cum duobus alijs Episcopis, aut si eorum copia commodè haberi non poterit, cum vno Episcopo & vno Abbate ad degradationem huiusmodi procedere valeatis. Nō obstantibus præmissis, ac de certo episcoporū numero in degradationibus huiusmodi adhibendo, nec non

quibuſuis cõſtitutionib⁹ & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apoſtolicis dicto ordini & illi⁹ fratribus conceſſis, quibus illorum omniũ tenores & formas eiſdem præſentibus pro expreſſis habentes hac vice dumtaxat illis alias in ſuo robore permãſuris harum ſerie ſpecialiter & expreſsè derogamus. Cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datũ Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die 21. Octob. 1535. Pontificatus noſtri an. 1. Bloſius. Vigore cuius cõmiſſionis dictus Dominicus Cardinalis vt ſeruaret illius ſeriem aſſumpſit ſecum duos prouinciales dicti ordinis, qui vnà cum eo in proceſſu & diffinitione cauſæ aſſiſterent. Fateor tamen quod ſæpiùs ſum miratus quomodo in practica commiſſione Apoſtolica bis conditionaliter dictum fuerit, videlicet, [Etiamſi ad vltimum ſupplicium eſſet,] deuenjendum, & iterum [Si locus ſit degradationi & traditioni curiæ ſeculari:] cum cõditio iſta in caſu præſenti potius erat iuris quã facti, & ideò conſultores Romani Pontificis quorum conſilio prædictæ literæ emanarunt, melius noſſe poterant vel debuerant, an narratione prædicta exiſtente vera & probata prædicti fratres eſſent poſt degradationẽ tradendi curiæ ſeculari vel non. Niſi fortè tacitè voluerunt ſentire quod Romanus Pontifex concederet dicto Cardinali poteſtatem arbitrandi, an attẽta probatione & qualitate facinoris, & aliis circumſtantijs, illi eſſent tradẽdi curiæ ſeculari, vel non: Non obſtãte quod ille caſus nõ eſſet expreſſus in iure, propter quẽ poſſit tradi ſacerdos curiæ ſeculari: quamobrem vt quiſque valeat ſuper hoc conſiderare mẽtem Pontificis, libuit prædictã commiſſionem inſerere. Contrariam tamen opinionem ſequitur & dicit eſſe communem Areti. in d. c. Cum non ab homine. in col. 9. infi. qui in duabus col. ſequentibus refert fũdamenta Abb. & reſpondet ad ea, & eam dicit de iure veriorẽ Decius, vbi ſuprà, qui etiam refert fundamenta Abb. & quæ ad ea reſpondet Aret. & dicit, quod pro hac opinione plura adducit etſi leuia Andr. Siculus ibi, & ponderat pro ea idẽ Dec. tripliciter tex. in d. c. Cum nõ ab homine: & hanc dicit eſſe communẽ opini gloſ. & Doct. Arnal. Alber. vbi ſuprà, in fin. dict. colum. 124. verſ. Nihilominus tamen. & ſic quod clericus quantumcunq; graue delictum commiſerit etiam qualificatum non debeat actualiter degradari, & tradi curiæ ſeculari, niſi ſequuta incorrigibilitate, aut in caſibus expreſſis in iure, à qua communi opinione dicit non eſſe recedendũ in iudicando & conſulendo: quem vide per. 16. colum. ſequentes, vbi refert plura fundamẽta huius cõmunis opinionis, & tandem reſpondet ad ea quę adduxerat pro opinione contraria. Mihi verò (ſaluo ſemper melio-

ri iudi-

ti iudicio) videtur quod si in aliquibus casibus ob immanitatem criminis, & magnum scandalum populi inde sequutum visum fuerit iudicibus delegatis vel ordinarijs sequendam opin. Ancha. & Abb. quod hoc solùm posset habere locum in clericis primæ tonsuræ tantùm sic enormia homicidia perpetrantibus, cum illi non possint sic appellari Christi Domini, illisque beneficium (ne per secularem puniantur iudicem) magis ab ecclesia, quàm à iure diuino concessum videatur. Quorum numerus vltra mètem ecclesiæ tantum excreuit, & quorum malitia tãta est, vt grauiora semper ferè audaciùs & frequentiùs ab illis, quàm ab alijs perpetrentur. In cuius meæ opinionis confirmationem possem alia non impertinenter referre, quæ collegit Hispanus noster Ioan. Lupi. in tract. de libertate ecclesiastica, in 2. part. q. 5. quæ tamen transcribere nolo, cum volentibus ea legere facilitas adsit. In alijs verò sacri ordinis clericis, sacerdotibus maximè communem opinionem sequendam cẽseo, tametsi iustum iudicarem quòd hodie per concilium, aut per Roman Pontifi. aliqui grauissimi excessus annotarẽtur, in quibus clericus etiam sacerdos post degradationem traderetur curiæ seculari, vt saltem timore pœnæ aliquorum clericorum insolentia temperaretur. Et aduerte, ꝙ et. Re buff. in tractat. de pacificis possessoribus in pagi. 48. videtur extendere text. in cap. 1. de homi. in 6 dum imponit pœnam priuationis beneficiorum ipso iure mãdantibus alios interficere per assassinos, ad illos qui interficiunt parentes vel alterum eorum, seu fratres, aut clericum, vt tales etiam ipso iure sint priuati beneficijs. Pro quo allegat Felin. in cap. Inquisitionis. de accusat. & An. in cons. 63. quamuis ibi Ana. nihil de priuatione beneficiorum scripserit: saluo tamen meliori iudicio, ego credo ꝙ hæc opinio nõ sit vera: quia nõ sufficit Doctorum autoritas ad iudicãdam priuationem beneficiorũ ipso iure propter quamcunque grauitatẽ delictorum: hoc enim conditoris canonum, non Doctorum scribentium. Nec sufficit quòd Fel. adducit, quia licet sint plures doctores asserentes, quòd clericus committens delictum qualificatum possit tradi curię seculari, nõ seruata forma cap. cum non ab homine. vt ego suprà latiùs scripsi. non sequitur per hoc quòd talia delicta qualificata inducant priuationem beneficiorum ipso iure cum hoc doctores non dicant, nec ad hoc sufficeret eorum autoritas.

Parricidium committentes. Vide multa quæ circa huius criminis grauitatem & punitionem elegantissimè scribit D. Couar. in Clement. si furiosus. 2. par. in initio num. 12. de homicidio Petrus Gregor. 2. par. Syntogma libr. 26. capitu. 24. De quo eleganter Plato 9. de

A *Nota in huius criminis detestationem.*

legibus inquit. [Si possibile esset sæpius aliquem mori iustissimum esset sæpiùs parricidam interfici.] Et Solon (quod neminem commissurũ tàm graue scelus existimasset nihil de eo decreuit, vt Cicero pro Roscio Amerino refert.

B *Non expectata incorrigibilitate:* Adde Alciat. in capit. cum non ab homine, num. 22. de iudi. qui opinionem istam sæpissimè in practica receptam fuisse testatur eamque communem esse fatetur Ludo. Carr. in practi. crimi. fol. 240. num. 5. secundum nouissimam editionem D. Episco. Couar. lib. 2. var. resoluti. ca. 20. num. 7. quanuis ipse authorem nostrum sequutus in hoc capit. versi. *Mihi verò*, contrariam opinionem amplectitur, quam appellat communem Petrus Plaça. lib. 1. epito. delicto. capit. 23. nu. 43. cui suffragatur text. in capit. cũ ab homine. qui in principio docet, in omni crimine, quantumcunque graui secularem iudicem, non posse clericos punire, eos tamen esse deponendos, & si incorrigibiles fuerint, curiæ sæculari tradẽdos fore. Ecce Romani Pontificis apertissimum testimonium, ex quo manifestè constat, quòd etiam ob enorme crimen, nisi accesserit pertinacia, traditio fieri non debet. Circà quàm disputationem vide latè Gregor. in l. 61. in verbo, *Homicidio*. tit. 6. par. 1. Ferdinand. Mencha. de testamẽ. §. 22. fo. 75.

Per assassinos alios interfici mandantes.

CAPVT, XCVI.

1 Clericus huius criminis Reus qua pœna afficiatur.
2 In hoc assassinatus crimine propter criminis grauitatem indicia, & argumenta sufficere constat.
3 Testium dicta lite non contestata, & etiam parte absente recipi possunt.
4 Clericus assassinus nulla degradatione præcedente, per secularem iudicem potest puniri.
5 Pœna text. in cap. 12 de homi. libr. 6. in interfectoribus, seu percussoribus locum habeat.
6 Pœna etiam dict. cap. 1 an locum habeat contrà mandantem, etiam si mors sequuta non fuerit.

1 ECclesiastica persona aliquè Christianorum faciens interfici per assassinos, vel mandans, vel eos receptans, vel defendens, seu occultans incurrit ipso facto sententiam excommunicationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio: & beneficio, & beneficia possunt alijs liberè per collato- 2
res conferri, vt in ca. 1. de hom. in 6. Et habet vnum speciale hoc delictum, vt probari possit pro- 3
babilibus argumentis, vt ibi, vbi vide Philip. in 11. not. tenentem quòd in isto casu ratione periculi valerent testes recepti lite a
non contestata a etiam parte absente & non citata: quia text. ibi non dicit testibus, sed probabilibus argumentis. Item aliud 4
quòd clericus assassinus potest puniri per sæcularem, sine eo b
quòd præcedat degradatio b secundum Lapum in dict. cap. 1.

& Do-

& Domi. ibi in fin. quia ipso iure videtur degradati: & videtur data vnicuique potestas ipsos capiendi, & per ius videtur spoliati omni priuilegio clericali, vt per Docto. ibi. Et prædictā conclusionem Dominici refert & sequitur Barba. in capit. At si clerici. de iudi. in column. 32. num. 129. Refert etiam Hyppoly. in pract. criminali. in §. Examinanda. in column. 3. Et hoc etiam tenent plures doctores relati in decisionibus Nicolai Boerij in quæstio. 69. in nu. 18. & vide Ioan. Lup. in tract. de libertate Ecclesiastica, in quæstio. 9. vbi dicit quod datur à iure quædam degradatio quę habetur loco realis, videlicet in dicto capit. 1. de homi. vbi clericus delinquens vt suprà, à iure & à concilio habetur pro realiter degradato, vt possit ca. & puniri per sæcularē, de quo vide latiùs Arnal. Alber. in ca. Quoniam. de hæretic. lib. 6. in colum. 147. versic. 8. & vltimò fallit. cùm 11. colum. sequentib. qui primò adducit quinq; fundamenta contra communem intellectum doct. ad dict. capit. 1. qui habet quod clerici delinquētes in hoc delicto sunt ipso facto degradati, adeò vt iudices seculares possint procedere contra eos, sicut cōtra laicos. Et postea benè corroborat hanc communem conclusionem, & respondet ad fundamenta in contrarium adducta. Et nota vnum quòd ipse dicit in proposito, quod pœna illius text. nō videtur habere locum in interficiente, c sed in mandante: & quòd fortè multi in hoc errarent, allegat Aretin. hoc sic ponderantem in consil. 165. incip. Sicut Ioannes. dicit, column. 11. versic. Tertiò allegant. Aduerte præterea quòd pœna illius text. in dict. cap. 1. habet locum contra mādantem, etiam si mors non sit secuta, d vt probant apertè verba illius, dum dicit quanquàm mors ex hoc forsitan non sequatur: quod videtur esse speciale in hoc delicto, vt voluit Augu. in additio. ad Ange. in parte. Et Sempronium Rodulphi, in 4. additione: quia aliàs mādatarius non puniretur pœna ordinaria maleficio non secuto: nisi dicamus secundum eum post Ioan. And. in regula, in pœnis. de regul. iuris in 6. quòd quoad pœnas de quibus in dicto capitul. primò facta mandato delictum est perfectū, & ideò nimirum si puniatur pœna ordinaria, ac si delictum esset consummatum: quod etiā videtur sequi Philip. in dict. ca. 1. in colum. penult. in versi. in glo. & per prædictum text. videtur reprobari de iure canonico opinio Dini. & Ange. in l. Item apud. §. Si curauerit. ff. de iniur. dum dicunt quòd in assassinamento si do pecuniam alicui vt aliquem occidat, homicidio non sequuto, non punitur mandans: quam decisionem refert Auguſt. vbi suprà, & dicit eos verum dicere, quòd mandans non punitur de homicidio, sed pœna extraordi-

naria demandato.

A

In crimine assassini lite nõ contesta procedetur.

LIte non contestata. Adde Felin. in cap. quoniam frequenter. pen. col. vt lite non contest. Hypp. in pract. §. diligenter. & in l. de vnoquoque casu. 50. ff. de re iud. Gram. consil. 40. Carr. in pract. crim. fol. 140. Petr. Foll. in pract. in parte & si confitebuntur, num. 44. pag. 345. licet ab hac opinione discedat Felin. in capit. in nomine Domini. 5. limi de testib. Gram. voto. 11. Ipse verò teneo primam opinionem autorem sequutus, quæ ea ratione fulcitur, quia iuxta communem nostrorum traditionem, assassinatus crimen læsæ maiestatis sceleri æquiparatur, vt tradit latà Hypp. cons. 19. vo. 2. Tho. Gram. vot. 9. At in læsæ maiestatis crimine, testes ad hunc lite non contestata fidem faciunt, vt tradit Hyp. in dict. l. de vnoquoque. & Felin. & Carr. in locis nouissimè allegatis. Sunt equidem multa specialia in hoc crimine propter ipsius atrocitatem statuta, vt inquit Bossi. in pract. crim. titul. de mandato ad homicidium, num. 46. vbi allegans autorem nostram dicit non gustasse perfectè materiam, quæ fortè nostris annotationibus elucidatur.

B

Præcedat degradatio. Adde Hyp. in l. vni. num. 107. C. de rap. virg. Io. Igne. in l. necessarios. §. non alias. nu. 448. col. 3. fol. 177. ff. ad Sillan. Nicol. Euetar. in locis legalibus fol. 264 Thom. Gram. voto 8. & 11. Carr. in pract. fol. 139. nu. 24. Bartho. Cassa. in commẽtar. in consuet. Burg. rubr. 1. §. in gloss. S'*il n'a grace*. nu. 50. Anton. Capi. decisſi. Neapolit. 155. num. 26. quam opinionẽ communem esse testatur Steph. Auffer. in Clement. 1. de offic. ordin. regul. 1. Fallen. 18. D. Episcopus Couarr. lib. 2. vari. resolu. cap. 20. num. 10. Cap. Neapolit. decisſ. 112. num. 2. Remig. Goni. in tracta. de immun. Eccle. fallen. 15. nume. 10.

Clericus assassinus vt possit puniri à iudice seculari prius debet ab ecclesiastico declarari assassinum missum.

Notauit tamen vtiliter, quod ad hoc, vt iustè assassinus clericus à iudice seculari puniri possit, requiritur sententia declaratoria, qua iudex pronunciet, ipsum esse assassinum, ista est cõmunis opinio teste Carr. in pract. crim. fol. 289. num. 11. Capi. dict. decisſ. 112. num. 2. Plac. lib. 1. Epitom. delict. ca. 19. num. 27. Qua declaratione facta, non requiritur alia sentẽtia, qua imponãtur pœnæ tex. in capit. 1. de homicid. libr. 6. sed statim illas incurrit, ita frequentiori doctorum suffragio receptum est, vt scribit Alexãd. consil. 166. num. 5. libr. 7. Et declaratio hæc ad iudicem ecclesiasticum spectat, vt scribit Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fina. quæst. 36. versi. sed quæro. quamuis apud suos hoc nõ seruetur, & contrarium obseruat Neapolitanum consilium, vt fatetur. Capi. decisſio. 155. nume. 25. Gramma. voto 8. num. 11.

In inter-

In interficiente. Adde quod hanc opinionem Aretin. secutus, tenuit Alberti. in capit. 1, de hæret. lib. 6. quæstion. 11. ad finem. sed contrariam opinionem, imò quod dictæ constitutionis pœnæ percussorem vel interfectorem comprehendant, perspecta legis ratione. tenet Ang. in tractat. maleficior. in parte Sempronium mandatorũ, in principio Ang. in l. 1. C. de sepul. viola. Capi. decisſion 155. Paris de Puteo in tracta. sindi. in verbo, inquisitio. Thom. Gramma. voto 9. in fine. D. Couarr. libr. 2. variar. resolut. cepit. 20. nume. 10. quem vide pro istius controuersæ opinionis resolutione.

D

Non sit sequuta. Adde Ang. consil. 14. Bartho. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. videndum. num. 7. Ioan. And. in reg. in pœnis. de regul. iur. lib. 6. Thom. Gramma dict. voto 9. vbi Matth. de Afflict. in constitut. Neapolitan. lib. 1. rubr. 14. num. 16. idem fatetur Capi. decisſion. 155. & hanc fatetur communem esse sententiam Remigi. de Goni. de immunitat. Ecclesiar. fol. 143. Iul. Clari. lib. 5. recept. sentent. §. assassinum. versicu. scias etiam. eandem opinionẽ amplectitur Carr. in pract. crimin. rubr. de homin. §. 2. nu. 12. & §. 5. num. 8. Licet Ang. dict. consil. 14. & in l. item apud Labeonem. §. si curauit. ff. de iniur. existimat. pium esse quòd iudex pœnam ordinariã in mitiorem commutet.

Sed quia diffusè nimis (ne dicam confusè, à nostratibus articulus iste disputatur: pro perfectiori declaratione, tres casus à nobis constituendi sunt. Primus in casu tex. 1. in dict. cap. 1. de homi. libr. 6. nempe in proprio crimine assassinij, cum tractatur pecunia data vel promissa, de occidendo homine Christiano, per ministerium alicuius infidelis, ex gente assassinorum. Erãt equidem assassini populi quidam ex Syria, qui ita à pueritia instruebantur, vt Regis inimicos, aut domini sui, cui obtemperabant, eius mandato incautos percutiebant, aut occidebant, ita testatur Volaterr. libr. 11. capit. de sectis Syriæ D. Couarr. libr. 2. variar. resolu. capitu. 20. numer. 10. & quamuis de assassinis multi multa tradiderint, qui tamen ij fuerint, & vnde originem traxerint Paulus Aemilius Veronensis libro quinto de rebus gestis Francorum in Ludouic. Iunio. & in libr. 7. in D. Ludou. vita dilucidè & egregiè explicauit asserens quòd ideò Assassini appellabantur, quia Princeps qui illorum factionis ab illis eligebatur Arsacida diceretur, & videndus est etiam Polidor. Virgil. libr. 16 Historia Angl. equidem hoc casu, punitur mãdans homicidium, etiam effectu non sequuto, atque punitur cognatus pœna mortis ordinaria ex dict. capitu. primo vbi Francus D. Couarr. in

Qui fuerunt Assassini explicatur.

dict. Clementi. si furiosus. 2. part. in initio. num. 9. qui egregiè scribit hoc non tantum esse conatum, quantum delictum consummatũ, ex mãdatis latere, cum per eum non steterit qnin homicidium sequatur Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæstio. lib. 2. centur. 4. casu. 360. numer. 41. Petrus Plaça libr. 1. epit. delictorum cap. 10. numer. 9.

Secundus casus quando loquimur, de assassino ex communi & frequentissima interpretatione, quia intelligimus assassinum, qui pecunia accepta vel promissa, aliquem occiderit, istè igitur assassinus siuè Christianus, siue Infidelis si ad actum occidendi deuenerit, & conatum omnem adhibuerit, itaque quòd per eum non steterit, quin occiderit: pœna ordinaria punitur ex decissione text. in dict. capit. 1. ità scribit, vltrà alios Matth. de Afflict. in consti. Neapoli. libr. 1. rubr. 12. numer. 16. Andr. Tiraquell. in tractat. de pœna. legũ causa. 37. num. 4. Cassane. in consuetud. Burg. rubr. 1. §. vidēdum num. 7. qui asserit hoc vidisse obseruari Mediolani. & aliquandò obseruatum fuisse in consilio Neapoli, fatetur Gramma. voto. 9.

Tertiùs casus, quandò is mandans tentauit mandatariũ vt pecuniam acciperet & occideret, & mandata irregularis recusauit, hoc casu solùm mandans punitur extraordinaria pœna, cùm talis conatus remotus sit ab ipso effectu. Hæc est communis sententia, vt cõstat ex doctorum traditionibus quos suprà allegauimus.

In criminalibus capitalibusque causis accusatores, aduocati Procuratores, contrà reos in secularibus tribunalibus steterunt.

CAPVT, XCVIII.

Quod nouè æditum est, latèque eo interpretatur Bonifacij Octaui egregia constitutio quę secunda est tit. de homi. libr. 6.

1 Clerici criminales causas agitare prohibentur.

2 Clerici præmissa iuris protestatione, coram secularibus iudicibus, accusationem possunt proponere.

3 Iure positiuo statuta est irregularitatis pœna contra clericos, in causis capitalibus accusantes.

4 Clericus qui non præmissa protestatione accusat, mortalem culpam contrahit.

5 Clericis prohibita est accusatio in causa sanguinis.

6 Si omissa protestatione, non imponeretur pœna mortis, vel membri mutilationis, clericus accusans non esset irregularis.

7 Clericus tunc facta protestatione, accusare potest, quando suam vel suorum iniuriam accusat, non vero alias.

1 Cleri-

8 Clericus ab irregularitatis labe immunis est, accusans præmissa protestatione, quibuscunque verbis utatur.

9 Tacita protestatio, in accusationibus proponendis à clericis, non liberat ab irregularitate sed expressa requiritur.

10 Clericus, facta prot. stratione irregularitatem non contrahit, quamuis ea pretermissa, iudex capitalem pœnam imponat.

11 Protestatio excusat ab irregularitate, quamuis euidentissimum sit, quod iudex capitalem pœnam imponit.

12 Quando causa ciuilis est, protestatio non requiritur, & quamuis ex accidenti contingat mors, vel membri mutilatio, clerico quoad irregularitatem non nocet.

13 Clericus omittens protestationem, irregularitatis nota non afficitur, quando iudex secularis contra iuris sanctiones reum condemnauit.

14 Protestatio necessaria non est, quãdo accusatio coram iudice Ecclesiastico proponitur.

15 Clericus qui habet animum protestationi contrarium, an incidat in irregularitatem.

16 Clericus qui omisit protestationem, in capitali accusatione, irregularis efficitur, quamuis animo nequaquã consentiat quod capitaliter reus puniatur.

17 Clericus qui præmissa dicta protestatione, criminis reum, quem forte fraganti crimine reperiunt, iudici seculari puniendum tradidit irregularis non est.

18 Clerici in criminalibus causis, aduocationis munere fungentes, secuta morte, vel membri mutilatione, irregulares efficiuntur.

19 Nec clerici præcedenti casu excusarentur, si protestati fuerint, quod non intendunt, vt pœna mortis, vel mutilationis membri infligatur.

20 Clerici vtrum in fauorem rei, aduocationis munus possint sine irregularitatis metu exercere,

21 Clerici in criminalibus causis coram iudicibus secularibus, testes esse prohibentur.

22 Clerici in eorum fauorem, in dictis causis, testimonium proferre possunt.

23 Clericus non potest esse testis coram iudice seculari, absque sui iudicis licentia.

24 Consuetudo quædam Curiæ Gratianopolitanæ, quæ obseruatur in testimonijs Clericorũ coram secularibus iudicibus proferẽdis reprobatur.

25 Testimonium Clerici, vel Regularis, absque sui iudicis & superioris facultate prolatum, firmitatem obtinet.

26 Iudex Ecclesiasticus non debet, nec potest, in criminalibus controuersijs, clericis facultatem præstare, vt coram secularibus magistratibus testimonium proferant, quod si præstiterit non est illi obtemperandum.

MVltis equidẽ iustissimisque causis, sacris constitutionibus clericis interdictũ est, criminales concertationes agitare, denigratur, quidem ex hoc sacerdotalis candor, eiusque puritas nimis contaminatur. Vnde concilio Toletano vndecimo, anno Domini sexcentesimo sexagesimo can. 6. ità decretum fuit. [His à quibus Domini sacramenta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare non liceat, quod si quis quisquam immemor horum præceptorum aut in ecclesiæ suæ famulis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit ordinis honore priuetur. Et loco sub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergastulo.] Quem locum Gratianus intexuit in ca. his à

quibus. 23. quæstio. 8. Propterea quidquid continetur in cap. clericis & in cap. sententiam. ne clerici vel monachi ius nouum non continet, sed ad vetustiora iura refertur.

Et ideò nec accusatores, aduocati, procuratores, testesve esse in dictis capitalibus causis in secularibus tribunalibus possunt capit. postulasti. de homi. cap. 1. 50. distinctio. tex. in dict. capit. sententiam sanguinis, capit. ex literis. de excessibus prela. capit. aliquantos. cap. si quis post acceptum. 51. distinctio. quòd si his constitutionibus contrauenerint irregularitatis labe afficiuntur.

2 Possunt tamen clerici absque irregularitatis nota. in dictis causis accusare, dummodò protestati fuerint, quòd non ad mortem, nec membri mutilationem procedatur, de quo stat Bonifacij Pontificis Maximi egregia constitutio quæ secunda est titulo de homici. lib. 6. quam hoc loco quia accommodatissimus est, & mirè conuenit huius practicæ argumento, multis aductis, pro virili eludidabo. Est equidē materia hæc vtilissima & in forēsibus actionibus frequentissima.

3 Primò, iure tantum humano Pontificio statutum esse, quod propter criminalem accusationem, simpliciter prolatam condemnatione sequuta, clericum irregularitatem contrahere, vt in dict. capit. postulasti, de homici. vbi est communis sententia & in dict. capit. 2. Ex quo deducitur posse Summum Pontificem, eam irregularitatem iam contractam dispensatione tollere, vel à principio accusationem licitam facere, vt animaduertit insignis Couarruu. in Clementi. si furiosus, 2. par. relect. §. 5. n. 1 de homici.

4 Secundò, clericum qui absque dicta protestatione accusationem proposuerit, mortalem culpam cōtrahere, cum in materia graui iura sacra violet scribit Martin. Nauarruu. in manu. confessor. capitul. 27. numero 226.

5 Tertiò prohibitam esse clericis hanc criminalem accusationem, etiam vbi causa sanguinis agitatur de c. postulasti c. accusasti. de accu. vbi clericus accusatur pœnitentiam agere compellitur. non tamen ità grauem si pro bono pacis accusasset.

6 Quartò quod si protestatione omissa, non sequeretur effectus accusationis criminalis nec imponeretur pœna mortis, vel mutilationis membrorum, non esset clericus irregularis, etiā si alia sanguinis vindicta imponeretur. tenet Abb. in dict. capit. sententiam. & in dict. capit. clericis. ne clerici vel monachi. & in capit. si aliquis. de homi. sequitur Siluest. in summ. in verbo Homicidium. 3. versic. secundò quæritur.

7 Quintò notatu dignum est, quòd dicta criminalis accusatio protestatione interueniēte clericis permissa est, quandò suas causas iniuriasque proprias fuerint prosequuti, secus vero

vero si alienas colligo ex text. in dict. capitul. 2. ibi. [Suis malefactoribus, & ibi, Petunt emendam sibi fieri, & ibi, De suis malefactoribus, & ità post alios tenet Fran. ibi quam esse communem sententiam fatetur Martin. Nauarru. in manu. confessor. capi. 27. numer. 116. Quæ sanè ità intelligenda est, vt nihilominus clerico permissum sit protestatione facta, absque irregularitatis metu, delictum aliquod præcogitatum, in maximum reipublicæ detrimentum, aut proximi gratissimum damnum, in medelam potiùs, quàm ad criminis punitionem cautè denuntiare, quando aliter quam per denunciationem, non potest tali malo prouideri sic tenet Caietan. in 2. 2. quæstion. 33. articul. 7. Mart. Nauarruu. in capitul. inter verba. 11. quæstion. 3. Corr. 58. Couarruu. in dict. Clementin. si furiosus. § 5. numer. 4. Quibus suffragatur text. in dict. capit. accusasti de accusa. ibi. [Nisi pro pace.] Quæ singularis est interpretatio ad text. in dict ca. 2.

Sextò, clericus præmissa protestatione, immunis est ab irregularitate, modò vtatur in accusatione verbo conqueror, vel accuso, nihil sanè interest tenet Ioann. And. in dict. capitul. 2. sequitur Ioann. de Anani. in dict. capit. postulasti. de homi. num. 3. Socin. in dict. ca. ad audientiam. num. 55.

Septimò, quod sacerdos non incurrit irregularitatem, si expresè fuerit protestatus, non tamen sufficit quòd tacitè id faciat, vt colligitur ex dict. capitul. 2. ibi. [Protestando expresse,] & ibi ad hoc notant doctores maximè glos. in verbo, [Protestando, quæ dicit quod cautè faceret clericus si de hac protestatione faceret fieri publicũ instrumentũ, Praxis tamen iam recepit, eam sententiam quod protestatio in liminequerellæ, vel accusationis fiat.

Octauò, nec illud est omittendum, liberum esse clericum ab irregularitate, præmissa dicta protestatione, etiam si ea omissa iudex ad pœnam sanguinis, vel membri mutilationis processerit, vt expresè in dict. cap. 2. probatur vbi concors est nostrorum sententia.

Nonò, quod dicta protestatio supradictum effectum operatur etiam si non solùm verisimile sed certum sit ex qualitate criminis in accusatione propositi ad mortem processurum ita not. Ioann. Andr. Abb. & Felin. & omnes in dict. capitul. postulasti Felin. in dict. capit. ad audientiam de homil. num. 54. Decimò est equidem in hac materia obseruandum, quòd hæc protestatio tunc necessaria est cum clericus quempiam apud iudicẽ secularẽ accusat ratione alicuius sceleris, vel delicti perpetrati. Secus verò si causa ciuilis foret, licet ex accidẽti contigerit, quod iudex secularis, vel eius ministri clerici aduersarium, defacto desistẽtem,

tem, interficerent, vel aliquo membro mutilauerint, non sanè hoc clerico iustè petenti, & nihil de hoc existimanti imputari debet. tex. egregius in dict. capit. postulasti. de homi. vbi Anani. & doctor. nont. & D. Couar. in dict. §. 5.

13 Vndecimò, & quod singulariter circa illius tex. interpretationem notandũ est quod scribit Ioan. Ana. in dict. cap. postulasti. censens non imputari clerico accusatori, etiam non protestanti, mortem vel mutilationem membri reo accusato contra iuris præcepta illatam. Non equidem fuit in culpa clericus, qui ea ratione protestationem omisit, quod manifestè compertũ haberet nullam corporalem pœnam à iudice irrogari, & hoc sequitur Couar. di. §. 5. num. 3.

14 Duodecimò (& quod libenter prætermisissem nisi vidissem multos in hoc halucinari) quod nunquam ea protestatio facienda est, quando accusatio coram iudice ecclesiastico proponitur etiamsi delictum enormissimũ sit, & propter illud clericus qui de illo accusatur pœna realis degradationis sit puniẽdus ita deducitur ex dict. cap. 2. & ex cõmuni doctorum traditione.

Decimotertiò illud præmissis
15 aptè conuenit quod aliquorum calculis probatum est, quod vsque adeo iam sæpe dicta protestatio ab irregularitate clericũ protestantem liberum reddit, q̃ etiam si animum habeat protestationi contrarium irregularis non erit iudicandus. Sic tenet Felin. in dict. capit. postulasti. quem sequitur D. Couar. dict. §. 5. nume. 1. Nam per solam voluntatem sine opere exteriori irregularitas non incurritur, vt multis in locis istarum annotationum probauimus.

Sed opinio hæc nullo modo placet, labitur in hoc egregius D. Couar. sequor in hoc Ioan. And, Domi. & Peru. in dict. ca. 2. Ioann. And. in dict. cap. postulasti. & hanc sequitur Nauar. in manuali cap. 27. num. 226. Nec Ioan. And. contrariam sententiam amplexus est, vt D. Couar. censuit sed potius contrariam, vt constat ex allegatione Dom. & Perus. in dictis locis & ex ipsius verbis clarè petpenditur quia ipse se remittit ad Hostien. in summa tit. de homi. § qua pœna, vers. si verum. vbi latissimè hoc defendit. *Et huic opinioni minimè refragatur, q̃* voluntate sola irregularitas nõ contrahitur, quia in proposito casu, cum voluntate concurrit quærimonia, & accusatio exterior dicta equidem protestatio mendax & fallax est, nec talis est: qualem sacrum ius canonicum requirit ad irregularitatis labem excusandam, & quibus hoc contigerit, oportet dispensationem impetrare, vt non semel fatetur consuluisse Martin. Nauar. dict. cap. 27. num. 226.

Opinio quedam infignu. D. Dict. Co. con futatur

Decimoquartò nec erit obli- 16
uioni tradendum, non posse clericum ab irregularitate excusari qui protestationem omisit, eo quòd in animo non habuit, q̃

iudex

iudex ad mortem, vel membri mutilationem, procederet, sed potius contrariam voluntatem quæ voluntas cum in animo retenta fuit, nihil operari potest: cum actus exterius directè contrarius sit: tenet glos. sing. in dict. cap. 2. quam communem esse asseuerat D. Couar. d. §. 5. quæ procedit etiam in animæ iudicio, vt scribunt Calde. & Franc. ibi, licet And. Tiraquel. post leges connu. glos. 5. contrarium fuerit opinatus à quo in hoc cauendum est.

17 Decimoquinto supradictis addendum est, quod adeò protestatio ab irregularitate liberat, quod non solùm locum obtinet circa querelam, vel accusationem, verùm etiam procedit respectu personalis capturæ, nã si clericus reum quem infragãti crimine reperuit, capiat, & iudici ad debitam punitionem tradiderit, modò dicta protestatione vsus fuerit irregularis nõ erit, ex quacunque corporali pœna à iudice imposita Fran. post alios in dict. cap. 2. Socin. in dict. cap. ad audientiam. nu. 52. 53.

18 Nec clerici, vt in huius capitis limine scripsi, aduocati nec procuratores in dictis capitalibus causis esse possunt. Sunt sanè irregulares si mors, vel membri mutilatio inde sequatur text. glos. & doctores in dict. capit. aliquantos 51. distin. & videtur tex. in cap. illud 23. quæst. 4. & tradunt vltra ordinarios interpretes Siluest. in sum. in verbo, homicidium. 3. vers. secũdò quæritur. Maiolus de irreg. lib. 2. cap. 9. numer. 1. Alber. Troti. libr. 2. de vero & perfecto cler. cap. 23. num. 4.

Imò clericus minimè ab irregularitate liberatur, si causam accusatoris tanquam eius patronus, vel aduocatus sequendam susceperisset, etiam si dicta protestatione, de qua hoc capite abundè dictum est vteretur singulariter tenet Ioan. Imo. in d. cap. postulasti, cuius opinionẽ communem esse testatur insignis D. Couar. dict. §. 5. 19

Sunt etiam qui censent, non esse clericis concessum, etiam in fauorem rei aduocati munus exercere. glos. in dict. cap. aliquantos. vbi Archid. Spec. in tit. de dispensatione. iuxtà. ver. Item si quis. idem in tit. de aduocat. § obijcitur. vers. in causa autem. Albert. Troti. in dict. cap. 23. Præterea dicebat Host. in cap. 1. de postulan. quòd licet accusati defensio clericis ali quando permissa sit capi reos. 23. quæst. 5. cap. inter alia. de immu. eccles. eos tamen ab ea abstinere hortatur, nam cõtingere enim potest quòd ipsorum culpa, imperitia, vel negligentia, accusatus damnetur vel nimijs subtilitatibus, aut calumnijs allegationibus non solũ absoluatur, sed accusator talionis pœna puniatur. Vnde ipse Hostien. in dict. cap. ad audiẽtiam. de homi. commemorat quemdam clericum in criminali causa susceperisse fratris sui patrocinium, atque adeò solerter eam defendisse, vt absolutus fuerit, 20 *Clericus an pro reo in capitali causa possit patrocinium præstare.*

fuerit, clericum vero irregularē effectum, quia accusator fuit decapitatus. Quæ opinio verissima est quando non solùm clericus reum defendit sed petit accusatorem calumniantē puniri, qui si à iudice occidatur, vel membro mutiletur, clericus irregularis efficitur: Si autem tantum reum defendit, iustamque operam defensioni dans, nec petit accusatorem puniri, licet posteà, à iudice tallionis pœna imponatur non erit clerico ad irregularitatem imputādum licet nulla in defensione rei accusati, circà accusatorem, vsus sit protestatione, cum defensio accusati, de per se non tēdit ad accusatoris mortē, sed tantū ad tutelam & licitā accusati defensionē. Sic colligo ex Hosti. Maiol. Couar. in locis iam allegatis.

Non est tamen in hoc silentio prætermittendum, quod licet clericus aduocati, vel procuratoris, munere fungens dictis causis, solùm contrahat irregularitatē, quādo secuta est mors, vel membri mutilatio, grauiter tamen in alijs sic delinquens, ab ordinario pro facti qualitate plectendus est, sunt equidem munera hæc clericis interdicta, vt præcedentibus capitibus late probauimus.

21 *Clericus in causa criminali nō potest esse testis.* Est etiam clerico interdictū in dictis criminalibus causis testimonium proferre. glos. in capit. testimonium. 11. quæst. 1. & in capit. de cætero de testibus nemo sanè est qui tantum cooperetur sanguinis iudicio, quātum ipse testis à quo totius criminis veritas elicitur, & super cuius attestatione firmatur sententia, & ea ratione si ex eius testimonio mors fuerit illata, irregularis efficitur, etiam præmissa dicta protestatione, vt scribit Felin. in dict. cap. postulasti. post glo. ibi, & est glos. notanda quæ in laico loquitur in cap. 1. 51. distinct. & in clerico glos. in capit. testimonium. 11. quæstio. 1. Abb. in cap. de cætero column. 1. de testib. Crottus in tracta. de testib. num. 69. quam communē esse sententiam profitetur D. Couar. dict. §. 5. nu. 5. Iul. Clar. in practic. criminali. § fin. quęsti. 24. versi. sed quid. Nec refragari potest respectu laici, quòd is inuitus, & coactus & iudicis præcepto compulsus, testimonium protulerit: *nam etiam si quis per vim vel metum, qui in virum constantem cadat, cogatur delinquentem exhibere & rebellare, semper erit irregularis, si ille puniatur pœna mortis, vel membri mutilatione, quia licet vis illa excusęt à peccato, non vero ab irregularitate. tenet Tauir. in summa in verbo irregularitas. 2. nu. 22. Maio. de irregulari. libr. 2. cap. 8. nu. 2.*

Si autem ex tali testimonio, dicta pœna non fuerit secuta, sed alia mitior, vel arbitraria, vel quia innocēs erat accusatus fuit absolutus, nihilominus clericus pro modo culpæ iudicis arbitrio, puniendus est, & sic receptum vidi. Nullam vero clericus pœnam patietur, si in ea

causa

causa criminali, in qua testimonium protulit, de pœna sanguinis non agebatur, Abb. not. 1. in capit. de cætero de testib. & ibi doctores, & ità debet intelligi text. in dict. capit. testimonium. quæ sic intelligit glos. in cap. 1. 51. distin. & vide text. in capit. quandoque. 14. quæst. 2. Saluberrimum tamē consilium est, quod in quacunque criminali causa clerici testimonium non proferant.

22 Procedunt equidē quæ prædiximus quando clericus testimonium profert, in laborē accusatoris secus si clericus produceretur in testem, in favorē rei quia cum hoc prohibitum nō sit nullā pœnā incurrit. Imo vnum censeo perpetua memoria dignum quod nouū est nec memini me legisse apud aliquē quod licèt ex tali testimonio quod directè & principaliter ad probandam rei innocentiam tendit, ex accidenti tamen ex causæ processu, accusatoris calumnia detegitur, ideoque tallionis pœna imponitur non imputabitur clerico ad irregularitatem, satis sanè ei inoscendū est, cuius testimoniū non ad mortem accusatoris, sed ad tutelam rei accusati tendit, & id quod præter eius intentionem contingit, est veluti per accidens, quod subiecti naturā non mutat l naturaliter. § apud. ff. de acquirend. hæredi. Quæ doctrina mirè confirmatur ex suprà traditis, circà patrocinium clerici pro reo in criminali iudicio.

Sed ad hoc vt clericus iustè possit suum testimonium proferre, necessaria est sui ecclesiastici iudicis facultas, vt seruari de consuetudine affirmat Fran. Mar. decissi. 777. num 4. Quod iure consentaneum est, quia nec in causa ciuili, clericus testificari potest, nisi dicta facultas præcesserit, quamuis si de facto deponat licèt malè faciat, minimè tamen eius testimonium vitiaretur. glo. fina. vbi Abb. & omnes in cap. 1. de iuram. calum. Idem in religiosis seruandū est glo. in auth. de monach. § cogitandum. col. 9. sed hoc temperandum est vt procedat in iudicijs non vero in contractibus, quibus clerici liberè sinè alicuius pœnæ metu iurare possunt. Deindè nec licentia requiritur quando clericus vult testificari coram alio iudice ecclesiastico, qui non sit suus: ex Abb. sententia in dict. capit. 1. Quo loco scribit, quod nō tantum Episcopus, sed alius Prælatus inferior potest dictam licentiam concedere quod verum censeo in ciuilibus controuersijs, non autem in criminalibus causis ad tutelam defensam rei accusati, quia tunc ab Episcopo, vel ab eius Vicario generali, maturo iudicio & præuia causæ cognitione concedenda est, nō vero ab inferioribus iudicibus qui causarum criminalium non habēt cognitionem & hoc iure ytimur. 24

Vnde nullomodo iure defendi potest, consuetudo quā semper in curia Gratianopolitana

Reprobatur consuetudo quadam curiæ Gratian

& in

& in alijs inferioribus curiis Delphinatus receptam vidisse testatur Guido Pap. decissio 65. num. 2. nempè quòd si clerici nollunt in causa ciuili, coram seculari iudice dicere testimonium, cogi ad id possunt modica coertione, ab eodem iudice seculari, nec ad id adeundus est iudex ecclesiasticus nec Abbas, vel alius Prælatus respectu monachi nollentis testificari. Quòd si causa fuerit criminalis suorum Prælatorum licentia desideratur. Est tamen illa consuetudo iniqua, & sacris canonicis constitutionibus contraria & ideò merito relegãda est.

25 Fateor tamen iuri cõsonum esse quod in dictis curijs seruari testatur. Guid. Pap. præcitata decissione in prin. quod si clerici vel monachi absque suorũ superiorum consensu testimonium protulerint siuè in causa ciuili vel criminali eorum depositiones non ex hoc vitiari nec inualidari, quòd optimè fulcitur autoritate glo. Abb. & aliorum in dict. cap. 1. de iuramen. calumn. suprà allegat.

26 In criminali causa contrà reum, nec debet nec potest iudex Ecclesiasticus licẽtiam clericis præstare, vt ferant testimonium, & si de facto eam præstiterint, non est obtemperandũ tenet Antiquissimus Gosfredus in summa tit. de testibus cogend Inno. in cap. dilectorum. cotitu. Imò singulariter scribit Ioann. And. in nouel. ibi quod laicus qui ad clericatum aspirat, etiam in foro seculari cogi non potest, vt in dictis causis testificatur quem sequitur Addi Guido. Pap. d. decissi. quòd summa innititur æquitate, sed praxis forensis non recepit.

Truncationes membrorum per se facientes, aut faciendas iudicantes.

CAPVT XCIX.

1 Clerici membrorum truncationes facientes, vel faciendas esse iudicantes ab officio & beneficio sunt deponendi.

2 Quid autem dicatur membrum, remissiuè traditur.

CLericis in sacris ordinibus constitutis ex Concilio Toletano iudicium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus ne aut per se truncationes membrorum faciãt, aut iudicent faciẽdas: quòd si quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco verba sunt text. in capit. Clericis. ne cleri. vel monach. Concilium autem illud Toletanum, de quo suprà mẽtio fit, duodecimum est in Canone. 6. Vnde pœna delicti huius est depositio ab officio & beneficio: quia secundùm expositionem Ioan Andreæ, verbum text. honore exponitur, id est ordine, & verbum loco, id est, beneficio: & sic vult text. quod priuetur ordine & beneficio, & per consequens deponatur secundùm Abb. ibi, in 1. notab. 1

A Prælatus vel clericus, qui iurisdictionẽ habet tẽporalem potest alteri crimenales causas iudicãdas remittere.

notab. qui sequitur expositionem Ioan. Andr. Et aduerte cum pœna ista imponatur facienti, vel iudicanti a truncationem membrorum, quòd etiamsi membrum debilitaretur facto vel sententia clerici non puniretur ista pœna, quia b per id nō efficitur irregularis, b ita sentit Abb. ibi. item etiā est aliud aduertendum, quòd videtur tex. imponere hanc pœnam clericis per solum iudiciū & sic per solam sententiæ prolationem, sine eo quod sequatur illius executio. Ego tamen credo quòd mens conditoris canonis fuit punire clericum quando succedit executio, & sic crederem per solam sententiā non ita acerrimè puniendum. c Quod autē dicatur membrū, c quia hæc materia in varijs locis latè describitur, sufficiat ad illa lectores remittere: quę quidem inter alios copiosius colligit Corsetus in repertorio Abbatis, in parte membrum.

a

b

c

A Prælatus vel clericus, qui iurisdictionē habet tēporalem potest alteri criminales causas iudicādas remittere.

IVdicanti. Adde quòd tunc prędicta pœna incurritur quā do clericus ipse personaliter pœnam truncationis membrorū inflixerit, si verò iurisdictionē haberet temporalem, vel esset Prælatus & proprij muneris ratione cōmitteret, alicuius causæ cognitionem alteri, vt iustitiam faceret, etiam si talis iudex ordinarius, vel delegatus, cui causa commissa est, accusatum morti traderet Prælatus vel clericus habens temporalem iurisdictionem qui talem delegationem fecerit nullam irregularitatem contrahit tex. egregius in capit. vlti m. ne clerici vel monachi in 6. Sed quid ex contrario an Prælatus, vel sacerdos possit cognoscere de causis criminalibus ad puniendos laicos ex cōmissione Principis secularis text. celebris in ca. in Archiepiscopatu de raptor. expresse probat hanc delegationem firmitatem obtinere & quòd eius ratione iure poterit talis delegatus de his causis cognoscere, & sententiam proferre hac lege, vt sententiā sanguinis minimè proferat, quem text. præter alios interpretes dicit sing. Aretin. consil. 58. col. 3. & 5. quo loco scribit censeri huic delegato commissam causam quoad ipsam ordinariam criminis punitionē, nec enim videtur Princeps aliquam remissionem facere eoquòd causam ei delegauerit qui sanguinis iudicium non poterit proferre, cum hoc casu is delegatus teneatur punitionem dimittere committenti, quem sequitur Couar. in Clement. si furiosus. 2. par. relecti. §. 5 num. 8. quo loco aliqua circa hoc notatu digna scribit.

Clericus anex. delegatione principis secularis potsit in crimin. buscotra laicos procede. re.

Clericus absq; irregularitatis no. 2. cōsule re potest generaliter, et pro aliquo crimine mortis pœna imponatur.

Item tunc huius capitis pœna imponenda est, quando clericus super facto contingenti, & in iudicio iam deducto, iudicat mortis pœnam, vel mutilationis membrorum faciendam esse, alioquin si extra contingentiam facti, nulla irregularitatis pœna, vel alia incurritur, Nam & clerici de iu-

re respondere possunt & opinari quod certis casibus vltimũ supplicium, vel membri mutilatio imponatur. Et ea ratione scribentes tractatus, commentarios, vel criminalia, consilia quibus iudices instruunt pro futuris criminibus, vt aliquas pœnas corporales inferant, nõ sunt irregulares iudicãdi. Nam clericis interdictum non est leges & statuta facere, quæ crimi nales controuersias concernãt aut Principi consulere, vt committentibus certa delicta irroget mortis pœnam, vel aliam corporalem. gl. not. in capit. ex literis. in verbo, consuluit. de excessi. Ptæla. vbi Abb. & omnes sequuntur Innoc. in capit. ad audientiam. de homi. Specula. in tit. de dispensa. §. iuxtà. versi. Quid si iudex. Abb. in ca. 1. de furt. Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre Silvest. in summ. in verbo Homicidium. 3. quæstio. 5. versic. quartum. Maiolus de irregul. libr. 2, cap. 9. numer. 9. & est communis sententia.

In sacræ Inquisitionis tribunalibus huius capitis sanctio locũ non obtinet.

Prætercà huius capitis pœna limitãda est: vt locum minimè obtineat in sacræ Inquisitionis tribunalibus: nam quisquis siue Cardinalis, siue Episcopus aut sacerdos qui interfuerit sacrosanctis Inquisitorum congregationibus in quibus tractatur de aliquo delicto, iam in iudicium deducto, in quo pœna sanguinis imponenda est, consulendo, vt suffragium præstando, nullam irregularitatem incurrit, ex Summi Pontificis indulgentia propter fidei fauorem ità decreuit Paul. 4. Pontifex Maxi. die 29. April anno. 1557. vt refert iudiciale Inquisitorum. 4. decreto Simon Maiolus de irregularitate libr. 2. d. c. 9. numer. 8.

Paniendum. Hæc sanè opinio Domini Episcopi mihi nunquã placuit. Tùm quia est contrà expressa verba text. in dict. capit. clericis. ne clerici, vel monachi ibi. [Aut iudicet inferêdas.] Tùm quia Speculator cuius autoritas apud nos est maxima contrariam sententiã tuetur titulo de dispensatione, §. iuxtà propositiones quem sequitur Petrus Folleri. in practi. crimi. cano. 2. par. cap. 24. sic sola iudicis sententia damnatum intestabilem redit & testamentum priùs factũ tollit. l. si quis filio ex hæredato. §. irritum. ff. de iniusto rup.

B *Loã. Pe opinio de qua hoc cap. reprobatur.*

Irregularis Adde Calderi. *Abb.* & Cardi. in cap. 1. qui clerici. vel vouen. Cardi. in Clemen. si furiosus. quæst. 31. de homi. Steph. Auff. in Capell. Tholosa. quæst. 207. quam opinionem communem esse fatetur D Couaruuu. in dict. Clement. si furiosus. 3. par. in initio. num. 9. Quæ secũdum illum procedit, etiam si membrum corpori adhærens, omninò inutile sit, adhuc in hoc casu nulla afficitur percussor irregularitate, sed verior est contraria opinio quam tenuerunt Cardin. *Abb.* & Prepositi. in dict. capit. 1. Silvest. in summ. in verbo homicidium, 3. versi. Tertium. & eam sequitur

C

D. Couar. opinio contrà quam Caietanus & D. Soto opinio quædam confutatur.

tur rationibus confirmans insignis Martin. Nauarr. in manu. confessio c. 27. num. 207.

Membrũ quod propriè dicatur.

D *Dicatur membrum.* Adde Bart. in l. publicorum. numer. 13. ff. de publi. iudi. vbi Imo. & doctores qui illa propriè membra esse censent, quibus diuerso & proprio officio corpus mouetur, aut iuuatur, vt oculo, ad videndum, pedibus ad progressum, auribus ad audiendũ, manibus ad palpandum, naribus ad odoratum, lingua ad sermonem, idem Bald. affirmat in capit. 1. de noua forma fideli. numer. 5. quòd manifestè Aristot. autoritate constat. lib. 1. de par. anima. cap. 5. text. not. in l. idẽ Offilius. ff. de ædili ẽdi. l. non sunt liberi ff. de sta. hom. Idemque Diuus Paulus insinuat ad Roma. cap. 12. dicens membra in corpore distinctam operationem habere. [Omnia autem membra (inquit) non eundem effectum habent. Quòd latiùs explicat D. Couarruu. in dict. Clement. si furiosus. 3. par. in initio. num 8.

Caietani & D. Soto opinio quedam confutatur.

Ex quo sequitur lapsum fuisse Caietan. existimantem, abscindentem digitum irregularem esse, quem sequutus fuit Domi Soto. lib. 2. de iusti. & iur. quæstio. 1. arti. 1. eo quòd digitus sit membrum cuius cõtrarium manifestè docet Bart. & doctores in dict. l. publicorũ. Bald. in di. ca. 1. Felin. in ca. cum illorum. de senten. excomm. & in cap. Ego enim column. 2. de iureiuran. Gonsa. à Villa diego de irregula. ca. de percussorem. column. 1. Anto. Rubeus cons. 83. Cassa. in consuetud. Burg. rubr. 1. §. 5. quam sententiã aduersus Caietan. & Sotum communem esse testantur Martin. Nauarruu. in manu confessor. cap. 27. num. 206. & eius discipulus non pœnitendus D. Couarruu. vbi paulò antè allegaui. Cui communi sententię suffragatur dict. l. idem Offilius, vbi decissum stat quòd habens digitum abscissum habet abscissam partem membri, nõ verò membrum & dict. l. non sunt liberi. ff. de statu. homi. ex qua colligitur, habentem æquò plures digitos, non habere æquò plura membra.

Abscindens cartilagine auris nõ est irregularis.

Deducitur etiam ex suprà traditis abscindentem cartilaginem, quæ circà aurem est, nõ incurrere huius capitis pœnam nec irregularitatem, ea ratione: quia licet auris membrum sit, illa verò cartilago potiùs ad decorem & membri tutelam quam ad peculiare auris obsequium à natura ipsa ingenita est, quòd ex Bald. colligit D. Couarru. dict. nu. 8.

Abscindens mamillam mulieris non est irregularis.

Nec ab hoc loco alienum est, inquirere, vtrùm sit vera doctrina Bal. qui in l. data opera numer. 75. C. qui accusa non poss. scribit, mamillam in fœminis membrum esse de qua meritò dubitat insignis D. Couarru. in præcitato loco intelligens veram esse quoad latam significationem, non verò quoad germanam & propriam & ea ratione censet non esse irregularem, qui mamillam fœminæ

absciderit, cuius opinio mihi summè placet, quia summa innittitur æquitate quæ in pœnalibus amplectenda est.

Duellum alijs sponte offerentes, seu oblatum suscipientes.

CAPVT C.

1 Clericus huius criminis reus est deponendus.

1 a POena huius delicti est depositionis, a vt in capitu. 1. de cler. pug. in duel. quod procedit siue clericus fuerit victor siue victus: poterit tamen episcopus, cum eo dispensare, si mors vel mutilatio membri nō fuerit inde secuta, vt ibi. Et aduerte, quòd pœna illius text. procedit quando talis clericus sponte iniuit duellum, secùs autem si aliquo facto necessitatis, licet necessitas fuerit euitabilis: quia tunc necessitas alleuat culpam & non punietur pœna depositionis, sed mitiori: quia text. ille requirit actum spontaneum ad incurrendam pœnam depositionis, secundum Abb. ibi.

A *Duellorū grauitas nec non & pœna ex Trid. Concr. explicātur.*

DEpositionis. Adde Roland. Valle consil. 4. nu. 22. volum. 1. Ex ex hoc colliges clericum qui hoc crimen commiserit non esse suspensum vt existimauit Silvest. in sum. in verbo suspensionem. versi. 11. Tabi. ibi sed verum non est quia text. in capit. 1. de cleri. pug in duello, solùm dicit deponendū fore & ideò merito eos reprehendit Martin. Nauarr. in manu. confesso. cap. 27. num. 156. Et de materia duelli vide, vltrà alios Andr. Alciat. in tractat. de singulari. certamine Nauarr. in manuali confesso. cap. 11. num. 39. & ca. 15. nu. 9. & multa congerit Petrus Gregorius Tholosanus. 3. par. Syntag. iuris titul. 48. cap. 15. per totum. Et nota quod duellorum vsus à Diabolo fuit institutus, vt cruenta corporum morte, animarum etiā perniciem lucretur. Propterea in tāti criminis detestationem nouissimæ pœnę in sacro Concilio Tridentino statutæ sunt Sessione. 25. ca. 19. de reformati. vbi contrà Imperatores, Reges, vel alios Magnates, qui in terris suis inter Christianos duellum concesserint, eo ipso sunt excommunicati, & dominio ciuitatis, vel castri, aut loci, in quo duellum fieri permiserint: si ab Ecclesia obtinēt priuati sunt, si loca verò fœudalia sunt directis dominis acquirun tur. Illi verò qui duelli causa, in arenam descenderint, nec non qui illorum nomine ibi intersunt (quos patronos vocant) excommunicationis ac omniū bonorum suorum proscriptionis ac perpetuæ infamiæ pœnā incurrunt, & vt homicidæ iuxtà Sacrorum Canonum sanciones, sunt anima duertēdi: quod si in ipso conflictu decesserint, sepultura ecclesiastica priuati sunt. Qui vero consilium dederint, vel suaserint, vel vt spectatores interfuerint excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo ligantur.

Circà

Concil. Trī. Tom. 25. cap. 19. de refor. quod de pœnis duellorū toquitur explicatur.

Concil. Trid. Tom. 25. cap. 19. de refor. Circà verò caput noſtrum & dictum Tridentini decretum, illud eſt conſideratione digniſſimum. Minimè locum eſſe pę nis dictis locis ſtatutis, ex quibuſcunque ſingularibus certaminibus, pugniſve inito etiam conſilio factis, etiámſi percuſſio, vel mors contigerit, dummodò duelli forma non ſeruetur, nempè loci deſtinatio, armorum præfixio, patronorum & ſpectatorum conſtitutio, & alia quæ in his impijs ſpectaculis à charitate Chriſtiana alienis, adhiberi conſuetũ eſt. Cùm enim dictæ conſtitutiones pœnales ſint, & in duellis loquantur, non ſunt ad alia ſingularia certamina extẽdẽdæ reg. hodia. cùm ſimili. de regu. iur. in 6. Quòd manifeſtè ex dicto Sacro Concilio colliges quòd tãtum loquitur de duello, antiqua ſolennitate faciendo, & ità pœnã inflingit contrà locorum dominos, ſi duella ſuis locis fieri permiſerint, nec non cõtrà patronos, quorum ope tam immane ſcelus perpetratur, & cõtrà eos qui in cauſa duelli, tam in iure, quam in facto conſilium præſtiterint, vides lector candide quo pacto loquitur, de iure duelli, & ſic de eo duello, quod impijs illius legis ſeruatis efficitur, & ità cenſeo quòd iudicabitur, in caſu grauiſſimo qui nũc pendet in Curia Regia hoc anno. 1579. & poſt hæc ſcripta compertum habui ità fuiſſe iudicatum à ſapientiſſimis viris. Ideoque nota quia multoties contiget.

quod de panu duellorũ loquitur explicatur.

Sed mitiori. Adde quod hæc autoris opinio, ex eo vera non videtur, quia ſi loquimur de duello quòd inter nobiles nouiſſimis temporibus fit, nulla neceſſitas clericum compellere poteſt ad hoc ſingulare certamen ſubeundum, cùm maximè à ſuo ſacro inſtituto ſit alienum. Nec iactura honoris neceſſitatem inducit, vt ſcribit Præpoſi. in rub. de cleri pug. in duello & opinionem iſtam ſequutus eſt Perrus Foll. in pract. crimina. canon. 2. par. cap. 27. num. 1. quæ practica opere iſtò abſoluto, ad manus meas peruenit.

B *Ioann. Ber. opinio de qua in hoc capite conſtatur.*

Naues ad pugnam gubernantes, & conflictum perſonaliter exercentes, ac alios ad pugnã incitantes.

CAPVT XCIIII.

1 *Clericus propter hæc tria crimina depoſitionem meretur.*
2 *Clericus, qui in bello interfuit, quãdò efficiatur irregularis.*

PRopter hæc tria delicta deponendus eſt clericus, vt in cap. Quòd in dubijs. de pœnis. aduerte tamen quòd in defenſione benè poſſunt clerici gubernare naues, & alios ad pugnam defenſionis incitare & in tantum confligere in hoſtes, quòd eos dimittant, vt placuit Inno. ibi. Abb. autem in eo. ca. videtur eius ſententiam reſtringere, videlicet quòd ſi neceſſi-

tas non erat ineuitabilis, licet clericus interfit bello causa defensionis: si sequitur mors, vel mutilatio membri ex percussi-
a one sua, efficitur irregularis, a secus si percussione aliorum. Ego tamen crederem quòd Innoc. potest simpliciter intelligi, quoad terminos text. quem declarat: quia ad hoc vt nō patiatur pœnam depositionis, de qua ibi, sufficit quòd clericus prætendat defensionem, licet causa nō esset ineuitabilis. Quā tum verò ad irregularitatem incurrendam seruabitur consideratio Abb. nec contradicit sententiæ Innocen. quia ipse nihil de irregularitate disponit
b iudicio meo. b

Irregularis qui in bello iusto homine interficit.

A Efficitur *irregularis*. Adde text. optimum in cap. petitio. de homi. quo loco apparet quem esse irregularem, si adhuc in bello iusto propria pugnauerit manu & aliquem occiderit aut membrō mutilauerit idem probat glos. in ca. Scitatis. 7. quæst. 1. quæ sententia communis est, vt profitetur D. Episcopus Couarr. in Clemen. si furiosus. 2. part. relect. §. 3. num. 2. de homicid. Et circa huius capitis materiam vide lā tissimè S. Thom. & Caietan. 2. 2. quæ. 40. arti. 2. Abb. Card. Henr. Felin. & doctores in dict. cap. petitio Florent. 3. part. tit. 18. cap. 2. §. 6. Martin Nauar. in manu. confess. cap. 27. nu. 215. Maio. de irreg. libr. 5. ca. 49. & optimè Greg. Lup. in l. 52. in verbo, *Deuenit*, titul. 6. partic. 1. quo loco alios allegans disputat. An summus Pr̄ sul possit facultatē clericis cōcedere, vt absque irregularitatis metu possint in bello pugnare.

Iudicio meo. Vide Petrum B Follerium in pract. crim. cano. ca. 52. licet immodestè & inverecundè autorem istum alioqui doctissimum somniasse dicat.

Violentiæque illatores.

CAPVT CII.

1 Clericus in personis, rebus, seu beneficijs violentiam inferens, qualiter puniatur, breuiter & dilucidè per totum caput explicatur.

CLerici violentiam inferre 1
solēt a aut possunt in per- a
sonis, rebus, seu beneficijs. Primo casu, quando ab ipsis fuerat vis illata personis citra homicidium, tunc pro qualitate iniuriæ ac damnorum, ac consideratis his, quæ in arbitrarijs pœnis considerāda forē infra trademus, iudicio arbitrio puniri debent. Si quando verò cōtingat clericos eripere aliquem de manibus familiæ, qui sentētia iudicis ducebatur ad mortē, vel aliud corporale supplicium tunc quidem distinguendum est. Nam aut manifestè apparebat illum condemnatum iniquè, & tūc videtur nullam imponendam pœnam b propter b hoc, vt sentit Alber. in l. addictos. C. de episc. audi. per tex. in cap. Hi qui 14. quæst. 6. vbi bona glos. & melior in ca. Reos 23. quæst. 5. facit quod

notat

notat Archid. in cap. Cùm homo. 23. quæstio. 5. & vide Hyp. pol. in l. lege Cornelia. colum. 10. nume. 23. ff. ad l. Cornel. de Siccar. in practica causarum criminalium, fol. 56. numer. 41. in verbo. attingam. vbi refert dictam conclusionem Albert. & ponit alia, per quæ potest corroborari. Si tamen in tali ereptione condemnati clerici scandalum fecerint, vnde deteriora contingant, quam in iniusta hominis occisione: tunc benè crederem eos puniendos per suum iudicem iuxta scandali & perpetratorum mensuram. Si verò damnatum iustè, eriperēt, tunc puniendi sunt. Idem quādò esset dubium iustè an ne damnaretur, cum præsumere debent clerici pro iudice damnante. In hac autē illicita ereptione aduertere debent multū iudices circa modum eripiendi, an cùm armis, & scandalo id fiat, an etiam ruptis carceribus, vel non: & alia considerare, quæ solent similia leuiora, vel grauiora facere hæc delicta in laicis. c Aduertendum tamē est quòd si clericus eximit à carceribus captum pro debito, tenebitur ad id quòd fisco, & priuato debebatur, per id quod notat Bart. in l. Quoties, de exactoribus tribu. lib. 10. Fabe. in §. Pœnales. instit. de action. Iaf. ibi. colu. 17. vers. 3. circa prædicta. quod intelligetem verum pro illis debitis, pro quibus erat incarceratus, vel recommēdatus: non verò tenebitur omnibus creditoribus licet obstet generalitas notabilis decisionis Bal. in dict. l Addictos. dū tenet q̄ eximens aliquē de manibus curiæ, tenetur ac si fideiussisset pro eo in omnē casum. Secūdò verò casu videlicet quando clerici res inuaserint violenter, tūc si erat res rēporalis propria vel aliena, cui⁹ possessio erat apud aliū constituta patiūtur pœnā legis. Si quis in tantā. C. Vnde vi. quæ etiā habet locū in clericis, vt sentit. glos. in ca. 1 de dolo & cōt. cui assentitur ibi Abb. in 6. colum. versic. Quoad tertium. quod confirmatur ex traditis per Felin. in ca. Eccles. sanctæ Mariæ, de cōstit. col. 4. versicu. quæritur primò, videlicet quòd leges Imperatorū & Regum comprehendunt clericos: & melius ex quæ ibi notat in columna. 23. versiculo. Sequitur etiam. Tertiò autem quando in beneficijs faciunt violentiam, tunc qui temeritate dignitates, personatus, aut alia quęcunque beneficia ecclesiastica occupare non verentur, hoc ipso, ius (si quod indignitatibus vel beneficijs taliter occupatis, vel ad ea competebat) amittunt. Ità disponitur in capit. Eum qui in fin. de præbend. libr. 6. Si verò beneficium cui animarum cura imminet vi occupat clericus beneficio simili cū cura quòd primitus obtinebat, est ipso iure priuatus vt voluit ibi text. in princip.

In ferre solent. Adde singulariter circà caput hoc, quod *Clerici* vltrà pœnas eos dispositas, si *Regū*

vassalli, qui regnum illa tis violẽ tẽs per turbant ab eo ex pelli possunt.

clericl vassallis Regis violentias intulerint, à quibus desistere nollunt, possunt à Regno expelli, & priuari iure originis. tex. in l. quicunque. C. de Episc. & cleric. vbi Paul. not. Bartholom. Cassa. in consuetud. Burg. rubri. 1. § 5. in glos. *Sm la graci.* num. 81. Petr. Auenda. de manda. Regul. 2. par. cap. 7. num. 12. Vndè apud suprema Regia tribunalia receptum est quòd si ecclesiastici iudices vim intulerint, nec eorũ mandatis parere volunt, eis præcipitur, vt à Regno exeant cuius praxis meminit D. Couarruu. in practi. quæstio. capitul. 35. numer. 3. Guil. Benedi. in capit. Rainuntius. de testamen. in verbo. [Et vxorem nomine Adelasiam. 2. decisio. numer. 460. de testamen. Caro. de Grassa. libr. 2. Regn. Fran. iure. 7. column. penult. & eius pœnæ mentio fit in l. 5. titul. 1. libro 3. ordin. antiqui.

Interpretatur de eiimus casus censurarũ sce næ cõtra Mar. Nauarr

Quanuis insignis vir Mart. Nauarr. in manu. confessor. capit. 27. num. 67. ex casu decimo censurarum scenæ colligit, imò dicit iam ibi diffinitum esse, vt nullo modo liceat secularibus iudicibus, Episcopis non parẽtibus suis iussibus præcipere, vt à Regno exeant, & non solùm iuuantes, sed & lectores iussa exequentes, & opem ad id ferentes, & consulentes, censuris ligantur, si verò iuuarent curiam Regis exire, vel alium locum, qui non esset eorum diœcesum non ligantur dictis censuris. Ego tamen (salua in omnibus Romanæ Ecclesiæ dignissima censura) & interim quod ipsa contrarium iudicauerit, & non vltrà, existimo, dictum decimum casum cœnæ, nullo modò Regiæ potestati derogare, sed tunc procedere: cum Episcopi & alij prelati superiores iniustè, & nulla legitima causa subsistente à Regno expellantur: ità ex eo colligitur cum loquatur contrà percutiẽtes, interficientes, vulnerantes, vel verberantes & hostiliter insequentes. S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & sedis Apostolicæ legatos, & si verba quæ statim subijciuntur cũ dicit, Aut eos deijciẽtes, &c. Intelligenda sunt de deiectione violẽta, & iniustã, sicut sunt percussiones, verbera & alia de quibus in principio loquitur.

Suprẽma Regis Hispanarũ tribuna

Pro quorum interpretatione animaduerti oportet, quòd apud nos illud est frequentissimum, & vsitatum, à tempore quòd hominum excedit memoriam, quod potentissimi Hispanorum Reges eorumque suprema tribunalia, iudicibus ecclesiasticis obuiant, ne post, vel contra appellationem vim vllam faciant appellantibus, imò cogunt eos reponere omnia in eum statum quo tempore appellationis res se habebat. Si verò laicus per ecclesiasticũ iudicem grauatur, eo quòd ipse illius causæ de qua controuertitur, iudex non sit competens, si appellationem interposuerit, literæ Regiæ dantur, quibus præcipitur iudici ecclesiastico, ne am-

ta, potestate habent cognoscendi per modum violentiæ in causis spiritualibus.

ne amplius de causa illa cognoscat, sed potius ad iudicem secularem remittat, vel mittat, processum ad Regiam curiam, quo viso si causa spectat ad secularem iudicem, non agitur de appellatione deferenda, sed inhibetur iudex ecclesiasticus, causa vero ad secularem remittitur, si autem ad ecclesiasticū pertinet ei remittitur, declaratur quenullā vim inferre ità Regijs instructionibus missis ad suprema tribunalia dispositum est. Quorū meminit D. Couar. d.ca.35 de quo stat hodie. l. 3. 6.titul. libr. 2. Regij ordina. noui. Et vide doctissimum Gregor. in l. 13.titul. 13. par. 2. in verbo, *Non fuerça.* Qui quidem forensi vsus non tātum in his Regnis, sed etiam apud Gallos est frequentissimus, prout testatur Auferr. in add. repet. Clementin. 1. de offici. ordin. reg.2.fallen.30 Carol.de Grassa.lib.2. Regul Fran. iure.7. Et apud Lusitanos idem seruari asseuerat egregius Martin. Narruu. in capitul. cum contingt. 1. remedio.column. 2. de rescript. dicens non tantum hoc concessum esse supremis tribunalibus, sed inferioribus iudicibus, qui cognoscere possunt, de omni. vi noua contrà clericos modò intra annum & dien quærela proponatur iuxtà ilorum Regiam.l. ordin.lib. 2.tit 1.§. *Expondera.*

Supremi Regijs Hispaniarū tribunalia, potestate habent cognoscendi per modum (vt dicunt) vicariæ in causis spiritualibus.

Reges.eorumque iudices, an de vi & possess. sione & beneficiorum, remotis priuilegijs posse cognoscere.

Quæ quidem praxis, ex eo non vulgariter fulcitur, nam licet inter doctores sit controuersum, an semotis priuilegijs, vel consuetudinibus. Reges eorumque iudices de vi & possessione beneficiorum, & aliarum spiritualium rerum cognoscere possint. Est tamen exploratissimi iuris quòd saltem ex tacita Summi Pontificis approbatione, possunt Reges de huiusmodi vi iudicare, de quo legendus est Guido Pap. decisson. Delphi. quæstion. 1. & 71. & 85. Franc. Marchina quæsti. 190. & 512. Vbi scribit curiam illam sic semper seruasse. Idem frequentissimè obseruat Curia Burdega, vt memoriæ protulit Boeri. quæstio. 69. numer. 23. Idem in Curia Neapolit. consuetudine receptum esse fatetur Afflict. decisson. 2.numer. 10. & 11. & decisson.24.num.9. Gramma.decisio. 78.

Et in Mediolanensi Senatu vt testatur Andre. Alciatus consil. 34. numer. 1. Quod vniuersa Gallia idem obseruat, si credimus Petro Rebuff. in commen. consuetudin. Fran. 3. tomo titulo. de possessioni. benefic. 8. articul. glosf. 2. Guill. benedict in capitulo. Rai.Kainunt. de testament. 1. parte in verbo. Et vxorem nomine Adelasiam numer. 39. Similiter in Senatu patriæ Pedamontium idem receptum est tradit Iacob Menoch. de recuperand. possession. 15.remedio numer. 210. Osancus quem post hæc scripta legi decisson. Pedamon.30. Et apud Hispanos idem refert Martin. Narruu. in dict. capitul. cum

contingat. 1. remedio fol. 3. versic. octauo facit. Petrus Auendam. de manda. Regum. 1. par. capit. 1. numer. 32. quem frequentissimum vsum multis probat Ioan. Igne. in l. necessarios. §. & non alias. 2. par. columna. 1. 2. & 3. ff. ad Sillani. Roland. Valle consi. 23. col. 1. & 2. lib. 1. & hanc dicit communem & veram opinionem Ripa. in Rub. de iudi. numer. 90. circà quam legendus est Menoch. vbi supra & Marcus Anton. Natte. consi. 411. vol. 2. numer. 1.

Deinde huic praxi suffragatur text. optimus in capit. filijs. 16. quæst. 7. quòd habet Archiepiscopis, vel Episcopis negligentibus obuiare rectoribus, qui Ecclesiarum iuris patronatus bonis abutuntur Regem adiri posse vbi glo. in verbo, *Reges*. Addit hæc verba. [Vt corrigat cum per Ecclesiasticũ iudicem cogi non potest.] Et quanuis Abb. in c. qualiter & quando in 2. column. de iudi. aliter text. illum interpretatur dicens text. illum per iura noua correctum esse. Equidem nulla est correctio, in his quæ ad vim & violentiam pertinet. Imò omnium ferè Regnorum antiquissima consuetudo probat, quæ non contrà voluntatẽ Apostolicę sedis, secundum ipsam fuit introducta.

Rursus conducit text. egregius in capit. Regum. 23. quæstion. 5. [Regum (inquit) officium est proprium facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos.] Et habetur Hierem. capit. 21. & 22. & est optima. lib. 13. tit. 13. par. 2. ibi. E *para defender los, que no recibam mal, ni fuerça*. text. in capit. Princeps. 23. quæstio. 5. cuius autoritate scribit Guil. Benedict. in dict. capit. Rainuntius. in dict. verbo, *Nomine Adelasiam* num. 454. quòd vbicunque ecclesiastica potestas deficit, aut quia non potest, aut quia Prælatorum dissimulatione non vult, secularis potestas se intromittit, ne delictorum attrocitate pax publica turbetur.

Quæ iura, quomodosint interpretanda, elucidaui anno Domini. 1584. defendens causam huius Complutensis Academiæ, à seditione quæ quorundam culpa contigit dicto anno die verò Sancti Nicolai, quæ sexta est mensis Decembris, vt in nostra iuris consultatione quæ in Archino Colleg. seruatur latiùs continetur. Causa verò illa agitata fuit coram D. Licenciato Ioan. Gomecio Regiæ tũc curię iudice integerrimo & incorruptissimo, qui iam ad Regium supremum cõsilium, multis ei nominibus debitum est promotus. *Licen. Ioann. Gomez Regius consiliarius datur.*

Idem manifestissima ratione comprobatur, nam si rem diũ hoc, ac veluti fortissimum scutum, aduersus ecclesiasticos iudices, longè à Romana curia iudicantes non adhiberetur, possent equidem pro libito suo quem vellent excommunicare & excommunicatum denunciare,

ciare, & quibus volent locis interdicere, sine aliquo iuris remedio quam quòd à Romana curia, post longã vexationẽ, cũ maximisq; expensis traderetur.

Præterea rem hãc fulcit, nam si res hæc recto animo perpendatur, non solùm non afficitur iniuria iudex ad quem est appellatum, ex hac violentię cognitione, sed summo honore prosequitur nã Seculares Principes eorumque Senatores minitia cognoscunt de iustitia, vel iniustimè appellationis ad Sũmum Præsulem defferendæ, ad hoc vt ab ipsis sententia confirmetur, vel reuocetur: sed solùm ad finem pronunciandi, an fiat, vel ne per iudicem vis appellanti, qui quidem finis faciliorem causæ appellationis exitum parat, cum fortè iudex qui appellationi deferre tenetur, iniustissimè sententiã exequatur, superiorem vilipendens, & partem grauans. circà quæ omnia videnda sunt quæ doctissimè de more scribit Nauarruu. in dict. capitulo. cum contingat. primo remedio & Diuus Couarruu. dict. capitulo. 35.

Licer. Ioann. Gomez Regius consilia. lau latur.

Suprema Hispaniarũ tribunalia in causis violentiæ expensis possunt multare Clericus qui timet coram

Quòd vsque adeo procedit, quòd in huiusmodi cognitione, locum habet, expensarum condemnatio contrà vim inferentem. ità tenet Benedict. in loco nouissimè allegato. num. 320. Gregor. & Auenda. in dictis locis.

Hinc etiam emanat, quòd si clericus iustè timet coram suo Episcopo, vel eius vicario comparere, potest Regem eius consiliarios supremos adire, ab eisque literas Regias petere, quæ concedi solent. Quibus præcipitur ne grauetur, sed quòd seruato iuris ordine præ-dicti Ecclesiastici iudices procedant, vt asseuerat Osancus dict. decisi. 30.

suo episcopo coram parere Regis auxilium potest impiorare.

Quæ sanè non temerè aduximus, sed vt ex hac Regia potestate, sic iure fulcita, intelligamus, posse Reges nostros intergerrimos eorumque senatores, Episcopos, aliosque ecclesiasticos iudices violentiam partibus litigantibus inferentes, nolentes ab ea desistere à Regnis suis expellere, & eos priuare amissione rerum temporalium, quas in his regnis obtinet, nam aliàs inutilis foret dicta Regia potestas si trangressores debitis pœnis non punirentur. Sicut equidem Romanus pontifex, non censetur derogare iuri Christianis Principibus siue iure, siue immemoriali consuetudine quæsito, sic per dictum casum decimum cœnæ, minimè credendum est voluisse tollere eam potestatem, imponendi pœnas, quæ necessariæ sunt ad dicti iuris executionem. Pro quo mirè facit, quòd scribit: Guidus Pap. decisson. 1. delphi. nempè Martinum Papam (cuius bullæ tenorem ibi scribit) declarasse ad instantiam Caroli Regis Francorum se per illam suam sanctionem qua graues pœnas statuit, aduersus clericos quoquo modo conuenientes, vel se conuenire

Hispaniarum Reges ius habẽt congerrima copes & Ecclesiasticos iudices vim inferentes expellendi à suis regnis, & priuã di illos amissione verũ temporalium.

ueniri patientes coram iudicibus secularibus non intellexisse in illis casibus, in quibus Rex à tempore immemoriali cognoscebat.

Sententia declaratur quartus casus cōfurarum ocena.

Nec etiā superioribus & Regiæ potestati refragatur, alius casus nempe 14. Bullæ Cænæ Domini ibi, [Vel aliàs executionem literarum Apostolicarum, vel executorialium, sub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quoad nos informandos (vt ipsi aiunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint.] Nam verba illa intelligēda sunt quando literarum Apostolicarum executio, ob eam causam impeditur, vt iurisdictio Ecclesiastica perturbetur. Hoc sanè alienum est à Regibus nostris eorumque senatoribus, qui pro ipsorum religione, Pontificum decreta colunt, & venerantur: secus verò quando ad tollendā vim & oppressionem, dicto saluberrimo, & summè necessario remedio vtuntur, præcitatus casus minimè denegat. Alienum prorsus est à summi Prę sulis mente, quod voluerit quēquam opprimi aut grauari, sic egregiè declarat Martin. Nauar. in manu. capit. 27. num. 69. & 70. Frater Anton. Cordoua. in summ. quæst. 35.

In causis criminalibus, quarum cognitio ad inquisitores pertinet necnō in ciuilibus

Et licet dictum remedium saluberrimum & præstantissimū sit, ad propulsandas iniurias iudicum Ecclesiasticorum, tamen speciali iure sancitum est Regijs cōstitutionibus, ne quispiam secularium iudicū quantacunque dignitate, ac potestate sit præditus, cognoscere vllo modo possit de causis ciuilibus aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad inquisitores hæreticæ prauitatis, & ad iudices bonorum publicatorū etiam sub prætextu subleuandi vi oppressos. Sed qui dictis casibus appellare voluerit, adire tenetur sacrosanctum senatum supremum sanctæ inquisitionis, de quo stat Regiū decretū datum Burgis die 17. Martij, anno 1508. innouatum anno 1533. circa q̄ legēdus est D. Episcopus Iacob Septima. in catho. institut. tit. 36. num. 2.

bonorum publicatorū locū nō habet auxiliū vulgariter dictum. Dela fuerça.

Pœnam. vide Prouer. ca. 24. B [erue eos (inquit) qui ducuntur ad mortem & qui trahuntur ad interitum liberare ne cessas.] capit. non inferenda. 23. quæst. 3. tex. in l. prohibitum. vbi Bart. & doctor. & in l. defensionis facultas, C. de iure fisci, & in l. quoniam iudices. vbi glos. in verbo, resistere. C. de appellat. glos. & doctor. in verb. denuncietis in cap. ex literis de offic. delega. vbi Inno. Abba. Deci & alij tradiderunt glos. in l. non videtur data. in verb. qui iussu. ff. de reg. iur. Din. in reg. quod quis de reg. iur. lib. 6. Ias. post alios in l. vt vim num. 19. ff. de iusti. & iur. vbi Deci. col. 2. num. 25. tradit Aug. Areti. in tractat. malefid. in verbo, fama publica. versi. secundò quæro. & in par. præsente Gaio & appellante. versi. Quod autem. Hypp. in l. 1. num. 15. ff. de quæst. Cassa. in consuetud. Burg. Rubr. 1. §. 7. glos.

7. glos. *de simple res consue.* num. 15. cum sequen. & latiss. Car. in pract. crim. fol. 173. nu. 19. secundum nouissimam editionem Thom. Gram. voto 51.

Eripiens reū à potestate iudicis vel ab eius ministris aut à carceribus ex iuris quibus pœnis punitur septē assertionibus interpretatur.

In laicis. Aduerte lector candide quòd ad hanc arbitrariam pœnam pro hoc crimine clericis imponendam diligenter iudices ecclesiastici pertendere debēt, quæ pœnæ iure Cæsarum aduersus laicos statutæ sunt, vt inde colligāt, an maior vel minor pœna sit infligēda vt voluit not. Innoc. in cap. qualiter & quando de accusat. & doctores communiter in ca. at si clerici & in cap. cum non ab homine de iudi. Petrus Foller. in pract. crim. can. in verb. & si confess. num. 154. Quas quidem pœnas, propositis quibusdam conclusionibus elucidabo.

Prima conclusio. Eripiēs violentum raptorem, nondum cōfessum, conuictum, vel condēnatum, punitur pœna decem libratum auri tex. in authē. vt omnes obedi. iud §. arripiatur autem nullus. coll. 5.

Secunda conclusio. Eximens confessum & condemnatum de crimine, tenetur crimine læsæ maiestatis tex. in l. cuiuscūque. vbi Bart. ff. ad l. Iuli. Maiesta. tradit Bart. in l. ad dictos. C. de Episcop. audi. & in extraua. ad Repri. in verbo, tangat. Iaſ. in l. 1. §. Prætor. Alexand. ff. ne quis cum qui in ius voca. est vi eximat. Aug. Aretin. in tract. malefici in verb. fama. publica, num. 55, Hypp. in l. 1. in princ. ff. de quæst. & in l. 1. in princ. de Siccar. & in Repeti. rubri. ff. de fideiussor. nu. 16. & in sing. 273. Cœpol. in tract. cautel. 1. Guilli. Benedi. in capit. Rainuntius. in verbo, Mortuo itaque testatore. el. 1. num. 180. Iaſ. in §. pœnales Instit. de actionib. 102. & ibi Gome. num. 48. Ioan. Bernar. in regu. & fallen. regul. 97. vbi dixi Petrus Dueñ. reg. 281. quę opinio communis est, de iure Regio probatur in l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. veter. & in l. 14. tit 29. par. 7. & l. 11. titul. 13. lib. 4. For. Ideoque iudex ecclesiasticus grauissimis pœnis clericum condemnauit qui in causa huius secundæ propositæ conclusionis deliquerit.

Est tamen circa hoc consideratione dignissimum, quod siue priuilegio, vel consuetudine Cardinalibus indultū est, quōd si damnato ad mortem & ducto iam ad patibulum obuient possunt eum eximere & liberare, tenet Bald. & Salicet. in dict. adductos. Cæpola cau. 2. Mari. Socin. in tractat. de citatione artic. 35. quæst. 5. Hypp. in l. col. 1. 3. C. de fals. & in sing. 237. Barba. in cap. quæ-renti. num. 19. de offic. deleg. quamuis ipse in tract. de præst. Cardin. nona quæstione contrarium teneat.

Cardinalis obtinēs condēnato, an à morte liberet.

Tertia conclusio. Eximens reum maleficæ artis seu magicę punitur pœna vltimi supplicij. l. fina. C. de malefic.

Quarta conclusio. Eximens incarceratum vel captum à iudicis

dicis familia, in alijs omnibus casibus quàm suprà traditis puniendus est eadem pœna, qua reus ipse qui fuit liberatus. l. 1. C. de his qui latro. occulta.

Quinta conclusio, Eximens aliquē violenter de carceribus qui non est reus alicuius crimi nis, sed solùm incarceratus erat pro debito, siuè publico, siuè priuato, tenetur creditoribus satisfatere ex proprio patrimonio tex. egregius in l. quoties. C. de exactori. tribu. libr. 1. not. autor noster hoc capit. & Gom. Arias. in l. 64. num. 9. Tauri.

Sexta conclusio. Eximens violenter & de facto aliquem de carceribus, qui nullum crimen commiserat, nec pro aliquo debito erat incarceratus, multari potest pecuniaria multa, secundum potestatem iurisdictionis. vt in rub. ff. si quis ius. d. non obten. & ibi Bar. in pœn. quæst. tradit Specula. in tit. de sent. prola. §. species. vers. Nunquid titulus. & Puniri debet iudicis arbitrio. l. 1. §. effractores. ff. de effractori. & expilla. Iaſ. in. l. 1. §. 1. ff. nequis eum qui in ius vocatus est vi exi. Greg. Lup. in dict. l. 14. in verbo, [Deuia rescribit.

Iudici, vel eius ministris resistens, quibus pœnis in his Hispaniarum Regnis punitur

Septima & vltima conclusio, Resistens iudici, vel eius ministris, vel eos offendens: grauissimis pœnis puniendus est tradit Guid. Pap. decis. 557 de quo multa scripsi in iuuentute mea in annota. ad istum dominum Episcopum in reg. 382. Hodiè verò in his Hispaniarum Regnis committēs crimen resistentiæ, vel iudicem percutiens eo casu, quo secundum criminis qualitatem, erat corporalis pœna imponenda, per vias publicas ignominiosè ferendus est, & per octo annorum spacium ad Regias triremes mittendus, nisi delicti grauitas, maiorem & grauiorem pœnam postulet. de quo est. l. 7. tit. 22. lib. 8. ord. noui.

In clericis. Adde Iac. Men. de recepoſſ. remedi. 9. numero 101. & 277.

Literas ad alios directas aperientes, & aduersarijs ostendentes.

CAPVT, CIII.

1 Aperiens literas, easque aduersario mittentis ostendens, in falsi pœnam incidit.

2 Clericus scelus hoc committens, qualiter puniatur.

3 Aperiens literas vt legeret, easque minimè alijs ostendens extraordinarie punitur.

APeriens literas, & aduersario mittentis ostendens, incidit in pœnam falsi. a ità Bart. in l. Qui testamentum ad l. Cornel. de falſ. ff. per. l. 1. §. is qui depositam. eo. tit. & sequitur Panor. in capit. Cùm olim. lo. 2. de offic. de lega. vbi vide gloſ. & Felin. numer. 2. Sylueſt. in verbo falsarius. §. 1. in ſumma ſua, & Iaſ. in § pœnales. nu. 26. institu. de actio. & Auguſtin. in addit. ad Angel. in tracta. de malefi. in verbo, falsario.

num.

num. 10. & Iason. in l. Non dubium. in column. antepe. C. de legi. Clericus verò hoc faciens, incurrit pœnam depositionis. ità scripsit Roman. consil. 365. incip. Quæritur primò, qua pœna circà finꝰ hoc solo fundamẽto motus, quòd de iure Canonico pœna falsi est depositio in clerico, per tex. in cap. Ad falsariorum. de crimi. fal. sed salua eius autoritate hoc non videtur verum: quia ille textus non imponit pœnam depositionis clerico pro qualibet falsitate, sed quando vtitur falsis literis b Papæ: b non ergo videtur posse illud extendi ad hoc delictum. Vnde credere clericum in hoc puniendum esse arbitrariè, consideratis his quæ in arbitrariis pœnis considerandà inferius declarabimus. Si verò aliquis aperuit literas vt videret, & alijs non ostendit tunc non tenetur pœna falsi, sed extraordinariè punietur ità Bar & Rom Panor. & Iason. vbi suprà. & idem notat Felinus, post Inno. in dict. cap. Cùm olim, qui dicit quòd isto casu pœna est arbitraria. Vndè idem dicendum est in clerico.

num. 36. Hyero, Gig. in tract. de crimine læsæ mag. lib. 1. quæst. 21. num. 12.

Est equidem huius capitis pœna tanto crimini condigna. [Nam fraudulenter ambulat (inquit Sapiens Prouerbi. 11.) quisquis reuelat arcana. Et cum eo (inquit idem Sapiens Prouerb. 20.) qui reuelat mysteria & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua ne cõmiscearis. Reuelare sanè secreta grauissimum crimen omni ævo iudicatum fuit. Ferunt apud Ethnicos Sisyphum illũ ob id quod Deorum arcana hominibus patefecit, apud Inferos eam pœnam sustinere, nempè, vt ingens saxum ad montis cacumẽ deferat, à quo proijciat, & iterum statim reperat, & in huiusmodi labore perpetuò assiduus sit. autor est Seruius ad Virg. lib. 6. Aeneidos sic Tarquinius Romanorum Rex M. Tullium. Diuus virum quod librum secreta ciuilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abijci iussit testis est Valerius Maxi. lib. 1. tit. de cultu Deorum.

Vnde (mea sententia) rectè de more scribit Bald. in l. nullum. num. 5. C. de testibus quòd ciuitatis consiliarius siue Decurio qui secreta deteverit, cum rarione iuramẽti & officij tacere debuit, quare periurus cũ sit ab officio, & dignitate amoueri debet. idẽ Bald. in titu. de pace Constan. in verbo, Credentia.

Consiliarius ciuitatis reuelãs secretum qua pœna puniatur.

A IN *pœnam falsi*. Vide Ias. in l. admonendi. in repet. num. 150. ff. de iureiuran. Martin. Nauarr. in cap. Sacerdos. num. 10. de pœni. distin. 6. Et eadem pœna plectendus est, qui de alienis literis sigillum remouet Bar. in l. Paulus. ff. de falsi. Ioan. Bertachi. in tracta. de Episcopo. 1. parte. versic. vlteriùs quæro.

Remouẽs sigillum de alienis literis pena falsi punitur

Credentia. Sequitur Cœpo. consi. crimi. consil. 39. num. 29. cui Patauij ità deciſſum fuiſſe teſtatur Hyppo. conſi. 1. nume. 9. Villadiego in tractat. de legato. 3. par. quæſtio. 1. num. 36. Curia Piſana in. 3. part. in prin. & magis in ſpecie ſcribit Ang. in l. Athletas. §, calumniator. num. 4. ff. de his qui. not. infa. ſcribẽs ciuitatis conſiliarios de tegentes ſiue reuelantes, ſecreta ſuæ ciuitatis eſſe preuaricatores, & hoſtes.

Canonicus reuelans capituli ſecreta qua pœna plectẽdus ſit.

Ex quibus aſſeuerandũ censeo canonicos, qui capituli ſui ſecreta reuelant, ſi iuramẽto ab eis præſtito de non reuelando contraueniũt, pœnis Sacrorum Canonum contrà periuros clericos ſancitis, de quibus ſuo loco cum autore dixi ſunt plectẽdi: ſi verò nullum præſtiterunt iuramẽtũ pro modò culpę pœna arbitraria puniendi ſunt.

Falſis literis Papæ. Adde Hoſtien. in ſumm. tit. de ſchiſma. §. Qua pœna numer. 10.

Eccleſiaſticos viros, vt ſua reſignẽt beneficia, ac ne citati ad curiam accedant capientes.

CAPVT CIIII.

1 Clericus huius criminis reus qualiter puniatur.

PErſonæ Eccleſiaſticę hoc vt fiat procurantes, ſi fuerint prælati inferiores, eo ipſo obtẽtis beneficijs ſunt priuati. ita diſponit text. in Clemen. multorum. de pœnis. intelligetamen quòd per ſolam capturam factam ad finem quòd quis renunciet, ſi tamẽ in effectu non renunciauit, nõ incurrit capiẽs iſtam pœnam. Sic declarat Cardi. ibi poſt Zenzeli. in 6. quæſt. & idem dicit poſt Paul. ibi. in quæſt. 10. quandò liquido poſſet probari quòd detentio non fuit cauſa quòd captus non accederet ad curiam, quia tũc capiens non incurrit pœnam.

ANNOTATIO.

ADde caſum vndecimum Cœnæ Domini.

Incendiarij.

CAPVT, CV.

1 Clericus, qui hoc crimen commiſerit, cum cert a pœna in iure expreſſa nõ ſit, arbitrio iudicis eſt puniendus.

INcendiariorum malitiã peſſimam depopulatricem ac horrendam appellat text. in ca. Peſsimam. 23. quæ. 8. & in eo deſcribitur pœna laicis incendiarijs imponenda per eccleſiã quæ grauis eſt: & de ea latè ſcripſit Auguſt. in addition. ad Angelum. de maleficijs, verbo incendiario. num. 6. Clericis tamen delicti huius pœna inflingenda in canonibus ſcripta nõ reperitur: forſan enim non ſunt arbitrati conditores canonum aliquem clericorum in tantum ſcelus incurſurum, abſque vlla ſui vtilitate ſeu voluptate, ac magna

magna aliorum iactura, ideo erit arbitrio iudicis relinquēda, iuxta doli ac loci, & damnorū qualitatem & quantitatem: qui semper etiam in hoc attendere debebit, qualiter cuiuscūq; regni leges in hoc animaduertant, vt vbi fuerit legum censura grauior, ibi etiā sit pœna seuerior.

ANNOTATIO.

VIde multa quæ de huius criminis prauitate & detestatione tradit Hosti. in summ. isto tit. §. Et qua pœna Abb. Felin. & doctor. in cap. tua nos. de senten. excommun. Ludo. in pract. crim. capit. 103. pag. 352. Iac. Menoch. de arbi. iud. quæst. lib. 2. centu. 4. casu 390. & latissimè Petr. Greg. 3. part. syntag. lib. 36. ca. 19. Et nota q incendiarius loci sacri vel monasterii ipso iure excommunicatus est, si tamen locus sacer non est, excommunicandus erit, ita Abb. & doctor. in cap. conquesti. & in cap. tua. de sentent. excommunic. quam esse communē sententiam fatetur Martin. Nauarr. in manuali. cap. 17. num. 100.

Raptorum & ecclesiarum violatorum nō satisfaciētium, sepulturis interessentes, eorumque elemosynas recipientes, ac de eorum rapina participantes.

CAPVT, CVI.

1 Raptor manifestus vel violator ecclesiæ, nisi ablata restituat, firmam & plenariam securitatem emendandi præstiterit, beneficium pœnitentiæ ei est denegandum.

2 Clericus qui aliquod huius capitis delictum perpetrauerit, est deponendus,

3 Episcopus non potest clericum depositum propter aliquod istorum criminum restituere, sed solus summus ecclesiæ Præsul.

4 Raptori vel violatori qui in morte pœnituerunt, qui tamen non potuerunt satisfacere, licet sepultura denegetur non tamen cœmenterium.

5 Clericus, qui prædictos raptores seu violatores ad pœnitentiam aliorum criminum admisit, immunis est a pœna.

MAnifestus raptor, vel ecclesiæ violator, nisi priùs ablata restituat si potest, vel emendandi firmam & plenam securitatem fecerit, beneficium pœnitentiæ ei penitus denegatur. Qui autem in sanitate, obstinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte securitatem præstare nequiuerit, solennitas pœnitentiæ parum ei prodesse videtur. Sed de peccato contrito corde viaticum non negatur: ita tamen quod nullus clericorum sepulturis illius interfit, nec eius elemosynam præsumat recipere. Quod si aliqui clericorum vel præsbiterorum contra hoc in vita vel in morte pœnitentias dare attentauerint, aut sepulturæ eorum interesse, vel elemosynas accipere: aut si aliqui eorum huiusmodi rapinæ participes inuenti fuerint, patiuntur ordinis sui damnum irrecuperabiliter. ita disponit text. in capit. 2. de raptoribus & incend. Et sic clericus in hoc delinquens

3 debet deponi, & priuari beneficio: vt notat Abb. ibi. In quãtum autem supra dicitur quod damnũ ordinis, & sic depositio fit irrecuperabiliter, dicit Abbas ibi post Ioan. Andr. q̃ hoc ideò dicitur ad denotandum quod Episcopus proprius non potest clericum propter hoc de posito restituere, sed requiritur dispensatio Papæ: quod etiam notat Antonius, licet eũ Abbas non alleget: In beneficio tamen credit Abba. quod poterit Episcopus dispensare, allegat text. in capit. salonitanæ. 63. distinct. & horum tex. in capit. 2. de clericor. pugn. in duel. vbi Episcopus dispensat cum homicida in beneficio
4 & ad ibi dicta se remittit. Item aduerte quod licet raptori vel violatori prædictis, qui pœnituerunt in morte, quando non Potuerunt satisfacere, denegetur sepultura in ecclesia, cœmeterium tamen non denegatur. vt per glos. fin. ibi. Clerici tamen etiam in sepultura cœmeterij non debent interesse, vt notat Abba. vbi suprà, in fina. verbis. quod etiam voluit
5 Anton. ibi. Dum autem supradictum est, quod talibus nõ est danda pœnitentia in vita, nec in morte sub pœna supràdicta. Intelligant tamen sacerdotes quod possunt admittere dictos raptores seu violatores ad pœnitentiam aliorum criminum sine metu pœnæ, si ipsi velint de ipsis pœnitentiam agere, vt per glossam & doctores ibi: quamuis illa ad vitam æternam non sit fructuosa, vt per eos ibi.

Sortilegi.

CAPVT CVII.

1 *Sortilegi qui dicantur.*
2 *Clericus propter hoc crimen qualiter puniatur.*

SOrtilegi (vt beato Isidoro placuit) illi sunt qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sanctorum seu Apostolorum vocant sortes, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt, a vt habetur in capit. vno. 26. quæst. 1. Pœna clerici sortilegi b. secundum Antonĩ de Butrio in capit. At si clerici. de iud. est quòd depositus tradatur curiæ seculari, pro qua allegat text. in capit. Admoneant. 26. quæst. 7. & sic addit ipse quartum casum ad gloss. in capi. Ad abolendã, de hæreticis. in quo quis statim post depositionem traditur curię seculari. sed Abb. ibi in colum. 13. credit quod Anton. in hoc non bene dicat: quia illud cap. Admoneant. non dicit quod sortilegus debet seculari curiæ tradi, sed quod debeat degradari si clericus est, & quod cum materia sit odiosa & valde exorbitans debet intelligi de degradatione verbali. Vnde Abb. videtur concludere, quod pœna huius delicti sit illa de qua in cap. Tuæ de pœnis. Et quod istud delictum cõprehendatur sub

sub verbis (magis scelcribus) in dict. cap. positis, & sic quod clericus in hoc delinquens verbaliter degradetur, & in monasterijs detrudatur. & istâ opinionẽ Abb. cõtra Anton. sequitur Aretin. in ca. Cum non ab homine. colum. 10. de iudi. vers. addit etiam. Et sequitur Deci. in cap. At si clerici. colum. 22. de iudi. versi. Quartus casus. Arnaldus in repeti. cap. Quoniam. de hæret. in 6. in colum. 114. versic. Quartò fallit. & videtur eundem Abb. in capi. 2. de sortileg. in glo. 1. vbi ex ea, & ex text. colligit vnum valde notandum, videlicet quod in pœna imponenda sortilegis, vel eos consulentibus, debet animaduertere iudex ad qualitatem & quantitatem delicti, & ad animum delinquentis, & secundum hoc pœnam imponere, quandoq; accerrimam, quãdoq; grauem, quandoq; leuem: ex quo videtur quod nõ potest dari certa regula: cuius opinionem sequitur Paul. Grillan. in tract. de sortilegijs, in quæst. 11. in colum. 2. versic. Clerici verò. Quem vide in illo tracta. quia per quindecim folia & amplius, plura colligit in materia sortilegiorum, quorum aliqua concernunt clericos, quæ quidem transcribere nolui. Et vide hodie decretum Concilij Lateranen. sub Leone decimo celebrati, in nona sessione, vbi disponitur quod clerici qui inuẽti fuerint culpabiles in sortilegijs per inuocationem dæmonum incantationibus, ac diuinationibus, superstitionibus arbitrio superiorum in fama notentur. Si verò nõ desiterint, deponãtur, atq; in monasterium ad tẽpus arbitrio superiorum præfiniendum detrudantur. beneficijsq; & officijs ecclesiasticis priuentur. text. autem in Canone 68. concilij Agatensis proijciẽdos ab Ecclesia iubebat clericos magos, aut incantatores siue facientes filacteria.

A *Sortilegi & diuinatores acriter confutãtur.*

Futura promittunt. Nulla ferè hodie est frequentior disputatio, quàm quæ de sortilegijs, & diuinationibus suscipitur, ob vanas inanium hominum superstitiones, & opiniones: qui vt desiderijs suis impiè satisfaciant, minimè verentur, grauissima hęc crimina quę lex Dei acriter detestatur & punit, perpetrare. Sunt equidem qui sortes inquirunt futura contingntia, vel præsentia, & præterita, quæ per naturam cognosci non possunt, vani & falsi, & operam dant illicitæ ac superstitiosæ rei, quæ non caret suggestione dæmonum, vt ait Sanct. Thom. & Caieta. 2. 2. quæst. 95. artic. 8. Sylvest. in sum. in verbo, superstitio, quæst. 9. Et isti sunt qui Dei permissu elementa concutiunt, & turbant mentes hominum minùs confidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violentia tantũ carminum interimunt, vt dicit Diuus Augustinus libr. 10. de ciuitate Dei: habetur in capitul. nec mirum. §. magi. 26. quæst. 5. Præterea non immeritò l. vltim. C. de maleficijs &

Matth. cõmunis salutis hostes hos appellat. Et cũ latè pateat de sortilegijs, & diuinatoribus argumẽtum, vt breui oratione consequi nequeat, fontes indicabo vnde copiosè pẽtatur disserunt quidem latissimè Paul. Grilla. integro tracta. de sortilegijs Zauchinus de hæreti. 22. vbi Campegius Alberti in tract. de agnoscend. asser. quæstion. 11. nume. 3. Alfons. à Castro lib. 1. de iusta hæret. pun. cap. 13. Sanct. Thom. 2. 2. quæsti. 95. Alexand. de Alex. 2. part. quæst. 185. Sima. in cath. inst. tit. 62. Alber. Pignius lib. 8. de libero homi. cap. 4. Locatus in opere iudi. in verbo, Diuinationes. Schillacensis in tract. de fide catho. in cap. 1. cum multis sequent. Bernardus Commensis in lucerna Inquisitorũ in verb. sortilegi. Vnum tamẽ vel alterum circa hoc non prætermittam. Primò, quòd Chiromantia, quæ per manuum lineas diuinat, non caret summa superstitione, de quo legendi sunt Paul. Grillan. de sortilegijs. q. 3. num. 14. Alphon. Castro. libr. 1. de iusta hæret. punit. cap. 13. Fran. Casonus tract. 1. de indicijs ex persona. cap. 6. num. 4. & hanc elegantissimè, & longa manu refutat Pet. Ciruel. libr. peculiari de reprobatione superstitionum.

Chiromã tia quæ per manũ lineas diuinat non caret superstitione.

Astrologia iudiciaria, quæ interrogatoria nũcupatur

Nec caret superstitione, vt logicus sit pœnis de quibus in hoc capite diseritur Astrologia iudiciaria, quę interrogatoria nũcupatur, de qua loquitur Ptolomæus (si is est) in centiloquio sententia 14. quam grauiter refutauit etiam Petrus Ciruelus lib. 4. fontis sapientiæ Picus Mirandula. lib. 4. aduersus Astrologos capit. 13. Ex quibus hęc verissima assertio colligitur nempe quòd pars hæc astrologiæ iudiciariæ, quæ interrogatoria appellatur, cum nulla nitatur ratione naturali, illicita & superstitiosa est: quæ tunc hæresim sapiet, quando certò aliquid pronunciare audebit, ex his rebus, quæ naturaliter sciri minimè possunt.

Superstitione caret

Et generaliter quando crimẽ sortilegij perpetrantes Inquisitorium hæreticæ prauitatis iudicio subiaceant. vide Alfonsi à Castro lib. 1. de iust. hæret. dict. cap. 13. Iacob. Septiman. in catho. illis & eruditissimis instit. cap. 62.

Pœna clerici sortilegij. Pœna verò laici ab ecclesiastico iudice pro hoc crimine imponenda ea quidem est, quod si seruus fuerit, verberetur, si verò liber, pœna perpetui carceris punitur text. in cap. contra Idolorum. 26. quæst 5. notat Roma. sing. 660. Felin. in cap. cum sit nu. 20. de foro competenti. Consuetudo tamen iam recepit, vt publica ignominiosa pœna imponatur. Nempe vt qui scelus hoc commiserint publicè fustigentur, ducanturque per vias publicas cum mitra melleque vncti & plumis circumdati, vel circa Ecclesiam, vel domum Episcopi in scala collocentur, vt ab omnibus deludantur. ita scribit Abb. in cap. 1. de sorti. per tex.

Laicibus seruis, vel mẽ mittentes, quæ pœna à iudice ecclesiastico punitur.

per tex. in cap. Episcopi 26. q. 5. ibi, [Et si aliquē virum aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem inueniunt turpiter dehonestatum de parochijs suis deijciant.] l. 4. tit. 31. part 7. ad finem ibi. *O le ponen en desbora en la picota, ó le desnudan haziēdole estar al sol, vntan dolo de miel porque le coman las moscas alguna ora del dia.*

Consulentesque aruspices, Incantatores, Ariolos, Augures, Sortilegos, ac eos qui artem magicam profitentur.

CAPVT CVIII.

1 Clericus qui hoc crimen commiserit, qua pœna puniatur.

1 PResbyter, diaconus, vel quilibet de ordinibus cleri corum, qui fuerit deprehensus consuluisse prædictos, vel aliquos ipsorum, ab honore dignitatis suæ suspensus, monasterij curam excipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissū sacrilegij soluat. Ita sanxit quartum Concilium Toletanum, in Canone 28. quod refert Gratianus in cap. Si quis episcopus 26. quæst. 5.

Peccatores, qui sibi confessi sunt, signis aut verbis prodentes.

CAPVT CIX.

1 Sacerdos hoc graue scelus committēs cui pœnæ sit obnoxius.
2 Confessionem sacramentalem qui nouit, omnis eam celet.
3 Sacerdos dicitur reuelare confessionē si diceret quod talis habet peccata, nominando eum, a quibus non potest ipse eum absoluere, sed pœna ordinariæ in hoc casu locus non est.
4 Sacerdoti dicenti se habuisse licentiā pœnitentis ad reuelandum confessionem, an credi debeat.

SIcut enim mortalibus cunctis immortalem illam vitā amantibus expedit, vt quæ nō puduit committere scelera fateri non erubescant sacerdotibus, vti veris animarum medicis, & quibus solis illis mederi concessum est. Sic enim summè cernitur necessarium sacerdotibus ipsis, reuelatorum sibi scelerum, secretum indicere, vt tanto apertius sua pandant facinora perpetrantes, quantò securius illa propalare cognouerint: pauci quidem animæ suæ saluteṁ (cum famæ, rerum ac vitę dispendio quęrerent. Hinc est quod eadem cura qua in sacris canonibus confessio peccatorum fieri præcipitur, reuelari prohibetur, ac vltra prohibitionem contrarium facientibus, condigna pœna conscribitur. Vnde Gregor. statuit q. peccata sibi confessa reuelans deponatur, & quod omnibus diebus vitæ suæ peregrinando

pergat, vt in cap. Sacerdos. de pœnit. distinct. 6. Eadem etiam depositionis pœna imposita fuit per concilium generale: & vltra id fuit additũ quod propter hoc depositus in arctũ monasterium ad agendam perpe-
a tuam pœnitentiã detrudatur, a vt in capit. Omnis vtriusque. de pœn. & remis. & si timetur de fuga, posset detrudi in strictum carcerem, vt notat ibi Abb. in 2. colum. 7. notabi. allegando text. in cap. Vt famæ. de senten. excomm. quod secutus bonus ille Præsul Veronensis Ioa. Matthæus in suis cõstitutionibus tit. 9. capit. 3. Clericum hoc facinus perpetrantem beneficijs officijsque ipso suspensum, priuatũ, perpetuisque vin-
2 culis voluit, ac declarauit. Et nota quod ad celandum cõfessionem non solùm tenetur qui illam audiuit, verùm etiam interpres, & ille qui casu illam audiuit, & is cui de licentia confitentis sacerdos reuelauit, & qui fingit se confessorem esse, & qui latenter absconditus cõ-
b fessionem audit. b Item sacerdos qui dimidiam confessionẽ audiuit, vel qui aliàs post auditam confessionem nõ absoluit, vt notat Florentin. referendo Petr. de Palude in 3. parte tit. 17. ci. 22. in §. 1. in fin. & in §. 2. Et Sylvest. in sum. verbo, confessio. Io. 3. § 1. Vnde bene crederẽ quod si aliquis prædictorum, qui clericus esset, reuelaret peccata sic audita, puniendus esset prædicta ordina-
c tia pœna: quia omnes illi verè dicuntur audire confessionem, licet interpreti & illi qui casu audit, vel cui de licentia reuelata est confessio, vel qui absconditus audiuit, non posset dici quod verè fuit pœnitens confessus. Sufficit enim quod verũ est illos audisse peccata in confessione dicta, & quæ soli Deo in præsentia hominis dicebantur: quamuis bene verum sit q non omnium prædictorum par sit culpa vel dolus in reuelando quod operabitur vt in detrusione monasterij vel carceris mitius se habeat Iudex cum vno, quàm cũ alio. Et aduerte quod 3
dicitur sacerdos reuelare confessionem, si diceret quòd talis habet peccata (nominando eũ) à quibus ipse non potest eum absoluere, vt notat Florentin. in dict. §. 1. referendo Petrum de Palude, qui etiam addit quod idem est si sacerdos dicat: ego audiui talem (nominando etiam eum) in confessione, & non absolui illum. Crederem tamen quod in his duobus casibus sacerdos non esset puniẽ-
d dus dicta pœna ordinaria: d quia non potest verè dici quod reuelauerit peccata confitentis, licet sit verũ reuelasse confessionem: & iura in dict. capit. Sacerdos. & in capit Omnis. imponunt pœnam reuelanti peccata, non verò reuelanti cõfessionem, At patet ex eis, quãuis bene crederem ipsum aliàs bene puniendum iuxta qualitatem delicti. Sacerdoti verò 4
bonæ famæ & honestæ vitæ dicente se habuisse licentiam

pœni-

pœnitentis ad reuelandum cõfessionem, credi debet: cum talis actus licentiæ secretò fieri soleat, & nullo interueniente teste, ad hoc saltẽ vt transferat onus probandi in asserentem sine licentia reuelasse. ita placuit Lapo in allegatione 94. incipien. Quidam præsbyter. in colum. 2. qui dicit hoc præsertim procedere quando tertius accusat sacerdotem de reuelatione. Quando verò idem, qui peccata confessus est, tunc forte dicit secus esse: quem vide declarantem quomodo possit contra sacerdotem probari, quod sine licentia reuelauerit confessionem. Et vide etiam eundem asserentem post Hostien. quod sacerdos affirmet se aliter sciuisse illud quàm per confessionem, quod vt puniatur pœna dict. capit. Omnis. oportet vt probetur quod per confessionem illud sciuerit. & vide Abb. in dict. capit. Omnis. in vltima quæst. vbi referẽdo Hostien. si dicit quod nisi sacerdos doceat aliunde illud habuisse, præsumendum est illud habuisse in confessione, nõ tamen punitur pœna ordinaria illius text. sed pœna arbitraria, quia apertè non conuincitur de delicto. Et illud dictum Hostien. dicit sing. Barba. in 2. volum. consil. 70. incip. Sapienter non fallor. in colum. 7. in princip. Et sic ad euitandam pœnam arbitrariam tenebitur sacerdos probare q̃ aliunde sciuerit. quod videtur procedere in proprio sacerdote vt text. ibi loquitur, & Doctor. Si verò confessor sit vigore specialis priuilegij assumptus, vel de licentia proprij sacerdotis, non esset præsumptio contra eum, nisi peccatum diceretur commissum eo anno quo extraneus sacerdos inculpatus cõfessionem audiuit. Sed in hoc tandem non potest dari certa doctrina: hanc enim præsumptionem qualitas peccati, confessoris & pœnitentis augebit aut minuet.

DEtrudatur. Vide optimam A l. 35. tit. 4. part. 1. & ibi doctissimum Gregor. in glo. in verbo, *Encerado*. Et sic hodie clerico, qui crimen hoc commisit, peregrinationis pœna imponenda non est, quia peregrinatio clerici per orbem ignominiosa non illi soli est dedecori, sed vniuerso clero tex. in cap. diaconi. 93. distinct. not. Calder. con. 1. de vita & honest. cler. Quæ ratio (vt existimo) fuit in causa, vt concilium illud catholicum, cap. omnis vtriusq; sexus. de pœni. & rem. peregrinationem in cap. Sacerdos. de pœni. distinct. 6. statutam in monasterij detrusionẽ commutaret.

Erit tamen clericus (vt multi autumant) ab huiusmodi pœna immunis, cum crimen aliquod committendũ in reipub. damnum sibi detegitur, nam cum cõfessio sit de crimine cõmisso, nõ verò de committẽdo, sacerdos eo modo quo securiùs & cautiùs fieri possit, ne tale crimen perpetretur, reue-

Sacramẽtalis cõfessio de crimine cõmittẽdo facta an possit reuelari.

lare debet: cui prodesse & non obesse possit. ita Archidiac. in dict. ca. Sacerdos. Hostien. Ioã. And. Ancharra. & Abb. in di. ca. omnes vtriusque sexus Dec. in cap. cum non ab homine. colum 3. de iudi Ripa. in tract de peste. §. fin. num. 115. Siluest. in sum. in verb. confessio. 3. quæst. 5. quam esse communem sententiam fatetur Mart. Nauar. in dict cap. Sacerdos. 3. quæst. num. 116. Hieron. Gig. in tract. de crim. læsæ Maiest. lib. 2. capit. 18. num. 11. qui hanc opinionem dicit esse cõmunem Canonistarum & eam esse magis communem testatur Cardin. Albanus in lucubrationibus ad Bart. in l. vt vim num. 22. ff. de iusti. & iur. Sed in contrarium est communis Theologorum Schola in 4. sent. distinct. 21. vbi Gab. 1. quæst. conclus. 3. Ioan. Maior. quæst. 3. Adria. in 4. in tract. de confess. sigillo; Caieta. in opusculo 27. quæst. cap. 15. Domi. Soto. in relectione de secreto membro. 3. quæst. 4. conclusione 2. Ioan. à Medi. in tract. de confess. c. de confessione celanda. quam opinionem tenuerũt ex nostris viri & doctrina & antiquitate venerandi Host. in summa de pœni. §. quoniam. Colecta. & Cardi. col. fin. in dict. cap. omnis vtriusque sexus. & eam sequitur Martin. Nauarr. nunc feliciter videns & cum his meritò adequandus in dict. cap. sacerdos. nu. 120. & hanc esse frequentissimam Theologorum traditionem fatetur D. Episcopus Couarru. in 4. libr. decretal. 2. par. capit. 8. §. 12. num 10. quam ipse libenter sequor illud asseuerans teneri sacerdotem prætato damno publico obuiare, si potest id efficere, aliter quàm confessionem reuelando.

Sunt etiam ex nostris, nõ pœnitendæ autoritatis viri, qui censent clericum esse excusandum ab huiusmodi crimine, quando sacramentalem cõfessionem in iudicio patefecerit, *Confessio sacramentalis ex matrimonio ja sure possessionem in iudicio patefecerit, sit reuocanda.* vt matrimonium aliquod probetur, quia hoc casu, arcanum sacramentalis confessionis reuelari liceat, ita scribit Roma. in l. si non speciali. pen. col C. de testa. dicens ad hoc esse glo. sing. in c. tua nos. in verb, [cõstiterit.] de sponsalib. quam dicit esse sing. Ias. in l. 1. § huius studij col. 2. ff de iusti. & iur. & in l. reprehendenda. C. de insti. & substi. & in l. patre furioso. col. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Cardin. Albã. ad Bart. in d. l. vt vim. nu. 23. Cuius opinionis error ex iam dictis conuincitur, nullus quidem fauor quantumcunq; publicus, considerari potest: vt tãti sacramenti Sigillum, naturali & diuino iure inductum violetur: & ideò iustissimè dictã opinionem increpat D. Couar. di. §. 10. nu. 9. & ante eum Fortuni. in l. 1. §. huius studij. nu. 21. ff. de iusti. & iure. Nemo sanè publicum bonum inquirere debet, aut damnum impedire, per media illicita, vt per mendacium, aut fornicatione, aut

Sacramẽtalis confessio consensu ipsius cõfitentis fieri in eius fauorẽ non debet. Quia pater fieri potest.

aut aliud huiusmodi, quale est confessionem sacramentalē reuelare, quod semper illicitum est. Nec prædictæ opinioni repugnat glossa in dict. c. tua nos. de sponsalib. in verb. Qualiter tibi constituerit. nam si diligēter inspiciatur, minimè scribit confessionem factam in foro pœnitentiali, posse adduci vt in foro iudiciali probationem faciat, sed tantùm in eodem foro pœnitentiæ, vtnō obscurè insinuant verba illa, [Hoc ei cōfessus fuit pœnitentiali iudicio in quo cuilibet est credendū] exponit verum, in quo (id est) [in quo iudcio pœnitentiali] & non iudiciali cū de hoc foro nulla mētio facta fuerit, & ideò ad illud, nōpotest fieri relatio.

Sacramētalis confessio confessi in ipsius cō fitentis fori non potest in eius fauorē tentis consensu dict pateri.

Vnus tamen casus iure permissus est quo sacramentalem cōfessionem inpunè sacerdoti reuelare licet, nec alius excogitari potest, & is est quando talis reuelatio fit ex proprio consi- Thom. in 4 dist. 21. & ibi Paluda. q. 3. & alij, Diuus Antō. in 3. part. tt. 22. §. 1. Ioan. à Medi. in tract. de confess. cap. de licentia confitentis ad reuelandum confessionem Archid. & doctores in cap. ipsi Aposto. 2. quæst. 7. Cardin. Sancti Sixti in di. ca. sacerdos. vbi Martin. Nauar. num. 151. Ioan. And. in cap. lect. de renun. Abb. & doctor. in capit. significasti. de adulter. Lap alleg. 94. Felin. in c. Mattheus de Simo. & in c. veniens, in primo, colum. pen. de testib. Rpa. in dict. tractat. de peste. §. fi. num. 108. Calderi. consil. 2. de testib. Hypp. in l. 1. §. idem Cornelio. ad fi. ff. de quæst. Adri. vbi suprà allegaui quā opinionē communē esse testantur Felin. & Ripa in locis iam allegatis & cum eis Couar. dict. §. 10. num. 11. & non dubito hanc esse magis cō munem opinionem Theologorum & sacrorum Canonum interpretū, cui suffragatur text. in dict. ca. lectæ de renun. & in cap. nemo, & in cap. Mattheus. de Simo. cap. significasti. de adulter. capit. officij. de pœn. & remiss. & nouissimè opinionem istam fatetur esse communem Ioseph. Mascard. quem post hæc scripta legi in tractat. de probat. volum. 1. conclusio. 377. num. 10. Et potissima ratio est, quia hoc casu cessat obligatio celandi cōfessionem quæ in eo versatur, ne ex reuelatione eius reddatur nimis odiosa & onerosa, vbi verò eius sigillū ex confitentis consensu reuelatur, non solùm non redditur odiosa, sed fortè vtilis, & sic cessat occultationis necessitas argum. text. in ca. cum cessante. de appellat. l. adigere. §. quamuis ff. de iure patronat. Quæ opinio verissima est, licet Scotus Duran. Ioan. Maior. & Alma. ad fin. in 4. senten. distinct. 21. contrarium tenuerint asseuerantes, arcanum sacramentalis confessionis, nec expressa licētia confitentis detegi posse, & ex nostris sequitur Collect. in dict. capit. omnis. numer. 63. quæ opinio & Christianæ reli-

gioni & Sacramento pœnitentiæ expediret quod obseruaretur, vt scribit D. Couar. in loco præcitato, licet ipse primam & communem, & in puncto iuris veriorem esse arbitretur à qua ipse recedere non auderem. Quæ passim admittenda non est, sed tunc tantùm quando hic expressus confitentis consensus in non vulgarem vtilitatem suam, vel alterius tenderet: ita egregiè animaduertit Medina, vbi suprà, & Nauar. in dict. capit. sacerdos. nu. 158 Dom. Soto in relectione de secreto quæsti. vltim. conclusione 5. Et tunc equidem sacerdoti reuelanti confessionem integra fides dabitur. vt ex multorum doctorum allegatione resoluit Anto. Gabriel. lib. 1. commu. opinion. ff. de testib. conclus. 1. & tradit Lap. alleg. 94. Feli. in capit. testimonium. nume. 35. de testib. quam opinionem fatetur esse comm. Franc. Viui. in suis cõm opin. in verb. cõfes.

Sacerdos an possit postea facere sacramentalem confessionem illius qui fatetur se haereticum esse.

Non tamẽ deficiunt, qui existiment posse sacerdotem sacramentalem confessionem reuelare, quando aliquis se hæreticum esse confitetur, & minimè vult de tam graui crimine pœnitentiam agere, nec alios prodere quos hæreticos esse scit, ita tenet Alberic. num. 8. post Rainer. in rub. C. de hæretic. Sed opinio hæc falsissima est, quia hoc casu sacerdos obligatur sigillo sacramenti, quod ei nullo modo frangere aut aperire licet. Neque potest vnquam tam graue periculum hæresis Ecclesiæ imminere, quod non sit grauius huius confessionis secretum reuelare, sic tenet Hostien. in sum. de pœnit. §. in quo tenentur. Archi. in dict. cap. sacerdos. Theologi omnes in 4. distinct. 21. Nauar. in di. capit. sacerdos. numer. 119. Alber. de agnoscend assertion. quæst. Ioan. à Medin. de pœn. tit. de confess. celan. Soto de secreto memb. 3. q 4. & opinionem istam communem esse testatur Iac. Sep. in ratio insti. tit. 42. nu. 14 qui tamen sequẽti numero asseuerat tunc licere sacerdoti hæresim in confessione detectam reuelare, cum hæretici simulata confessione, hæreses suas persuadere conantur ipsi sacerdoti, cui confitentur quod nonnullos hæreticos Luteranos tentasse diitur in qua specie, verus esse potest, vulgatus ille versiculus. Crimen hæresis quod neq; confessio celat.

Sacerdotis reuelãtis sacramentalẽ confessionẽ nullã fides adhibenda est.

Quod si sacerdos extra casus suprà constitutos Sacramentalẽ confessionem reuelauerit, vltra id quod grauissimus luet pœnas, nulla fides eius testimonio adhibenda est, ex Baldi testimonio in l. Archigrontos. C. de Epis. audi. vbi Paul. de Cast. Fel. in cap. 1. de exep. Tinda. in tract. de testib. fol. 20. quæ sententia communis est & cõtradictorem non habet scientia quidem quam sacrdos ex sacramentali confessone habet, nihil prorsus ad iudicialem cõtrouersiam spectat capit. dilectus. de excessib. prælat. cap. 2. de offic. ordin. vt hac ratione si

ne si sacerdos in testem producatur, iurare tenetur se nihil scire, qui verè non scit, vt homo, sed tanquam Deus, ita tenet Ab. & cõmunis in d.c. omnis. & in c. si sacerdos. de offic. ordi. & in cap. qualiter. de accusa. & in c. cum dilectus. de excessi. Prælator. Mart. Nauar. in d. ca. sacerdos. n. 141. iuxta illud Bernatdi. [Nil minus scio quod per confessionem scio.

Peccatũ illud dicitur de tectum, quod quis Sacrauerit confessione fuit confessus, non verò illud quod aliunde secretissimè sacerdos nouit, vt pœna huius capitis sit locus vel non.

Est autem perpetua memoria dignum quod solum peccatum illud dicitur detectum in pœnitentia, quando illud quis confiretur quærens salutem animę suæ, secus autem si sacerdoti patefaciat, dicens illud secretum dicere ei in pœnitentia. ita tenent Innoc. doctores in di. ca. omnis. quam dicit esse cõmunem sententiam Mart. Nauar. in ca. inter verba. 11. quæst. 3. conclus. 6. corr 58. nu. 55. Vbi dicit qnod in hoc multi decipiuntur, quia huiusmodi arcanum non magis obligat quam aliud extra sacramentalem cõfessionem, idem in c. sacerdos. n. 39 Imò quod notatu dignũ est, id procedit etiam si quis arcanum aliquod reuelauerit, flexis genibus, incipiens à signo crucis, in forma cõfessionis ita resoluit Domi. de Soto in dict. tractat. de ratione tegendi. 2. mẽbro. q. 7. pag pen. Caieta. 2.2. q.7. art. 1. qui addit idem esse etiam si incepisset à generali confessione dicens. [Ego peccator & c.] quia quãdo quis non confitetur omnia sua peccata, cũ intentione seipsum accusandi, nullum est sacramentũ atq; ideò non interuenit sigillũ sacramentalis confessionis. Vnde si clericus huiusmodi arcanũ reuelauerit, licet mortalem culpam contrahat, non tamen in foro exteriori huius capitis pœna puniri debet.

Sacerdos iubente superiore detegere debet peccatum, quod sacramentus per confessionem nouit, si alia via id cõpertum habuerit, hac lege, vt ita patefaciat ac si nulla tenus per confessionem nosset, tali confessione nouit, si extra illam compertum habuit.

Nec silentio prætermittendũ est, sacerdotẽ absque metu pœnæ dicere posse, imò superiore iubente, teneri ad dicendũ quę per confessionem nouit, si alia via id cõpertum habuerit, hac lege, vt ita patefaciat ac si nulla tenus per confessionem nosset, tali confessione nouit, si extra illam compertum habuit. inter verba. corro. 66. numer. 306.

Sacerdos qui absolutionẽ sacramẽtalẽ impendisse fatetur, minimè sigillum cõfessionis violasse dicitur & an fides hoc casu ei adhibenda sit.

Nec erit omittendum, quod minimè dicetur clericus sigillũ confessionis sacramentalis violasse, si alicui sacramentalẽ absolutionem impendisse fatetur cũ frequentissimè publicè præstari soleat ea absolutio, nec ex hoc peccatum aliquod detegatur. Est tamen satis controuersum, an sacerdoti hoc asseuerãti, integra fides sit præstanda (puta) si asserat aliquem hæreticum absoluisse, vel testificetur de innocentia alicuius viui vel defuncti. Quod dubium videtur fuisse diffinitũ in concilio Tarraconensi, quod nouissimè refert Fran. Pegñ. in annotationibus doctissimis ad Director. Inquisito. 2. par. lib. 2. Scholio 30. ex quo manifestè constat ci fi-

ci fidem integram non esse denegandam. Nec hoc prorsus à iuris regulis alienum videtur, quia sicut ratione officij creditur notario, vel alio circà illa quæ ad suum munus spectant. cap. ad audientiã. de præscrip. vbi Abb. nu. 5. l. si quis. Decurio. C. de falsis. §. si verò in authen. de instr. cautela & fide. pa ri igitur ratione idẽ in hoc casu videtur affirmãdum. Nec refert quod vnicus sit testis, quia aliquandò vnico testi spectatæ vitæ integra fides præstatur cap. Nouissimus, vbi glo. & Archid. 96. distinct. cap. 1. 8. q. 3. & suffragatur glo. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demost. & in ca. expedit. 12. q. 1. circà quod multa tradit Gramma. consi. crimi. 13. num. 13. Quæ opinio summa innititur æquitate, & clementiæ prorrogatiua, & innocentiæ fauor, hoc postulare videntur, cum proniores maximè in his criminibus esse debemus ad absoluẽdum, quam ad condemnandũ. Mea tamẽ sententia contraria opinio verior est, & ideò amplectenda, quæ appertè colligitur ex Narbonẽsi concilio cap. 28. quod celebratum fuit circà annos Domini 1280. quò ita scriptum est. [Vtrum autem soli confessori credi debeat de absolutione, seù pœnitẽtia defuncti, seu viui, licet satis videatur quod non, nequid tamẽ Ecclesiæ possit impingi, Domini Pappæ responsio expectetur. Hactenus concilium. cuius decissione, antiquatum fuit cõciliũ Tarracon. suprà allegatũ. Esset equidem nimis difficilè quòd propter testimonium solius confessoris, in re tam ardua, à iuris regulis, & legitimo procedẽdi ordine recederetur. Deinde euidentissima damna. in reipublicæ pernitiẽ sequerentur. Fateor tamen quod in causæ progressu dictũ confessoris in fauorem rei maximi fore momenti, vt asseuerat Fran. Pegñ. Schol. 20.

Confessionem audit. Adde S. Tho. & Palud. in 4. dist. 21. vbi est receptissima Theologorum sententia quod tam clericus, quàm laicus, licitè siue illicitè, siue mediatè, siuè immediatè, confessionem sacramentalẽ dicerit, ad celãdam illam tenetur. tradit optimè Marti. Nauarr. in d. c. sacerdos. nu. 42. Res nam quæ ad quencunque transeat cum onere suo transit. l. 2. & 3. C. quibus casib. pig. tacitè contrà. c. pastoralis. de decim. cap. ex literis. de pign. at confessio simul ac facta est, ità vt sacramentalem formam habeat, illud onus annexũ habet, quod omnino taceri debeat, ergo ad quemcunque perueniat, cum onere suo transit. B

Pœna ordinaria. Vide Hostien. & Collect. in c. omnis vtriusque sexus. Mart. Nauar. in d. ca. sacerdos. q. 1. nu. 41. cum multis sequentibus vbi multa ex his quæ hoc capite adducit autor eleganter explicat. C

Credi debet. Vide Fran. de Ripa in tract. de pest. vlt. par. nu. 108. Catel. Cottam in suis memor. iur. in verbo, Iuramentũ probat diffi- D

difficultatem. post medium, & opinionem istam communem esse fatetur Fran. Viui. in tract. commun opini. in verb. [Confessio seu ea quæ fuerunt dicta sacerdoti.] Quem vide.

E *Pœna ordinaria.* Vide Greg. Lup. integritate vitæ & bonis omnibus commendandũ. in l. 35 tit. 4 part. Nõ tamẽ prætermittam, quod cùm huius capitis materiã ad secundã æditionem pararem, grauissima febris me incautũ, nihil tale metuentem aripuit anno 1579. die vero 23. Augusti cuius tanta grauitas fuit, vt iam, iam in vltimo vitæ spiritu fuerim constitutus, & cum medici de mea salute desperarent, Deus Optimus Maximus tanquam verus medicus sua inefabili clemẽtia, post plures menses me pristinæ saluti restituit, propter quòd sempiternas gratias agam.

Blasphemi.

CAPVT, CX.

1 Vehemens in blasphemos inuectio.
2 Clericus propter blasphemia crimen qualiter punatur.

1 BLasphemiæ scelus temporibus istis ex hoc (vt piè credendum est) tot calamitatibus plenis satis in vsu est. Cumque hoc magis quàm alia crimina ipsum Deum creatorem omnium offendat, ac ad illud perpetrandum nullus alliciat carnalis appetitus, nec auaritiæ sitis vlla commoueat, nulla denique instiget astrorum influentia, mitiori plectitur pœna. Sæ-

uiunt humanæ leges communes ac Regiæ in falsam monetam fabricãtes, extra regna res vetitas deferẽtes, inque latrunculorum aures, consuetudinaria pœna consurgit: mutilantur manibus, ac pedibus ob leuiora sæpius homines. Sola blasphemãtium lingua peccat impunè, quos Iudæis deteriores vocat Host. in summa, de excessibus prælator. §. clericus. quia frustratim decidũt membra illius, qui eos proprio sanguine redemit, cuius corpus saltẽ Iudæi integrum reseruarunt. Qui in lege veteri blasphemabat nomen domini lapidibus opprimebatur a ab vniuerso populo? a quæ pœna ab ipso omnipotente Deo imposita est, quo tempore nondũ Deus talia ac tanta cõcesserat hominibus dona. Nunc autem quando Deus homo factus (vt hominibus amissum redderet honorem) vitam & sanguinem præstitit, blasphemijs passim ab eisdẽ hominibus inhonoratur: nec qui blasphemat pœnam, sed qui reprehendit periculũ subijt: & quod deterius est, audientes qui ad vindictam, seu ad correctionẽ saltem moueri debent, prouocantur ad risum. Iustinianus ille, & si non inter omnes Christianos Principes sanctior, vltimo supplicio blasphemos damnari censuit, pares eos nefandi criminis reis iudicando, & iustè quidem. Quid enim magis nefarium, quid enim naturę ipsi magis aduersum, quã vt creatura in suũ inuehatur creatorẽ? Quid

Quid à brutis ipsis alienius, quorum nullum quauis innata feritate vigeat, suum offendit benefactorem, nec in offendendo solùm se gratum ostendere credit, nisi defendat opportunitate concessa, ac membris ferè omnibus sui corporis se debitorē fateri conetur. Cumque lingua id fari natura non dederit, eadem saltem benefactoris pedes lambendo fatetur. O sæculum infelix, ō ætas iam omnino lutea, ō homines Christianorum nomen vsurpantes, ad maiorem in die iudicij confusionē, & in gehenna pœnam. Insurgit, quisque vestrū ac furit si Principem suum terrenum, si dominū, amicū, famulum, si denique seruum iniuria afficere audit. Si creatorem ac redemptorem vestrum, & præsentis vitæ huius, (quæ vobis tam dulcis est, quia futuram timetis amaram) largitorem & auctorem, ac futurum iudicem asperrimum blasphemare auditis, obmutescitis? Vbi fides? vbi religio? Quid prodest Christiani sanguinis antiqui iactātia, quæ vobis solùm ad neophitorum improbatum seruit cōtemptū? Dedecus ac infamiæ notam cēsetis, si quorum cibis ad tēpus nutrimini (etiam cum vitæ iactura) iniuriā linquitis inultā. Nonne maiorem ignominiam oporteret iudicare illi? per quē estis, quicquid estis, blasphemiam patienter audire, ac tepidè reprehendere, & blasphemantium sæpiùs cœtibus admiscēri, ac quo blasphemi conueniant fouere ludos? O nobiles (quos sæpiùs non parentum virtus, sed rapinæ, violentiæ, alijsque ignobiles actus ad diuitias primùm, ac inde ad nobilitatem euexerunt) qui inimicos amicorum vsque ad necem ex lege quando nobilitatis persequimini, & inimicos Dei & creatoris vestri intra familiā alitis, defenditis, sustinetisque. In quo fiduciam cælestis regni possidendi ponitis, si inimicos vestros, quos Deus deligere præcipit, odio habetis, suos autem suum nomen blasphemantes diligitis? O ignaui, ac infelices iudices, qui potestate diuina in terris vtimini, quorum iussis ob id cæteri homines natura pares, & meritis sæpiùs meliores obtemperant, quo negotiorum maiori deceret versari solicitudine, quàm vt diuini nominis blasphemos insequeremini, captos nullo personarum discrimine, nulla legalis pœnę dispensatione puniretis? O summa pietas, qui solus bonus es, & cuius solius omnia opera bona sunt: non possum nisi cum Dauid scisciari. Vsquequo Domine improperabit inimicus, irritabit aduersarius nomen tuum? ac cum eo deprecari. Vt exurgas Deus & iudices causam tuam, & memor sis improperiorum tuorum, eorū quæ ab insipientibus fiunt tota die. Maior quidem erit pietas, si tanti criminis perpetratores viuentes paterno affligas amore, vt resipiscant, quam si mortuos eos cruciari

ciari iubeas in æternum, vt loquelam damnatorũ quam viui fari cœperunt, perpetuo luctu nunquàm fari prætermittant, nõ in tuæ gloriæ diminutionem, sed in suæ potiùs miseriæ calamitatisque augmentũ. His igitur in demonstrationem huius criminis grauitatis, sic prælibatis, ad pœnam clericis illud cõmittentibus infligendã veniamus, quæ quidẽ tantò grauior in eis esse deberet, quantò ab ipsis grauiùs quã à laicis in hoc delinquitur, ea potissimũ ratione. Nam prçter id quod sicut & cæteri hominum manu ipsius Dei teneantur, eius stipẽdijs, vnigeniti filij sui Domini nostri patrimonio particulariter alunrur. Et text. in c. Si quis per capillum. 22. q. 1. contra clericum statuit in hæc verba: Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit. vel alio modo contra Deum blasphemia vsus fuerit, si in aliquo ordine ecclesiastico est, deponatur, cuius canonis antiqui pœnam tanquã vetustate collapsam cessare censuit Host. b in summa, de male. in § blasphemantes. vers. grauior etiam. & hodie arbitraria pœna censuit puniendum clericũ blasphemantem: cuius sententiæ videtur adhærere Io. And. Ancha. Ant. & Car. in cap. 2. de maled. vbi Abb. dicit quòd ita communiter dicitur. Quanuis contrarium scripserit Bonifacius de Vitellinis in suo tract. maleficiorum fo. 13. in rub. de pœnis blasphemantium Deum & Sãctos, neminẽ, pro sua opinione referens Cum autem clericus rebellis fuerit, vel sæpius hoc delictum commiserit, tũc degradandum eum iuxta dispositionem dicti canonis scripsit Host. in supià. de quo meminit Guiliel. benedicti, in 3. p. rep. c. Rainunti. in q. de homi. nu. 39. col. 16. fol. 43. ex quo videtur velle solum data incorrigibilitate vel consuetudine blasphemandi clericum esse deponendum pro isto crimine: cuius in hoc sententiæ adhæsit Alexan. in consi. 72. in 1. volu. col. 4. versic. Prætereà. dum referẽdo Hostien. vbi supià, dicit quòd clericus propter hoc non potest deponi, nisi sæpius sit consuetus: qui plus audet affirmare, quòd non sufficeret probare quòd bis vel ter blasphemauit ad hoc vt dicatur consuetus blasphemare, pro quo allegat Cinium in l. 2. C. de re credi. & quod talis consuetudo blasphemandi debet probari per testes non singulares. pro quo refert Cinum Ioann. Andreæ. Paul. de Elea. & Anton. in varijs locis. Panor. autem in dict. capit. 2. de male. dicit, quòd ita graue potest esse delictum, quòd fieret depositio: & allegat. text. in dict. capit. Si quis per capillum, & de consuetudine blasphemãdi nihil dicit: ex quo videtur tenere quòd quando grauis esset blasphemia, tunc habeat locum pœna canonis anti qui de quo suprà. Pœnam verò in dict. ca. 2. de maledi. descriptam clericus non subire. c Host. c tenet in sum. illius. tit. & Ioan. Andr. &

Andr. & Panor. ibi. eo. capit. 2. licet Alexand. in dict. consi. referat Host. aliter tenere & corruptè, quia oppositum tenuit eius ad quod allegatur ab Alexandr. Hodie vero in Concilio Lateranensi d sub Leone. 10. celebrato, clericis blasphemantibus pœna decreta est sub his verbis. Quicunque Deo palam seu publicè maledixerit, contumelioſisque atque obscœnis verbis Dominū nostrū Iesum Christū, vel glorioſam virginē Mariam eius genitricē expresse blasphemauerit si clericus vel sacerdos fuerit, eo ipso, quod delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorū quæcunque habuerit fructibus (applicando vt infrà) vnius anni mulctetur: & hoc sit pro prima vice, pro secunda verò si ità deliquerit, & conuictus, vt præfertur, fuerit, si vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, si autem plura quod ordinarius maluerit id amittere cogatur. Quod si tertiò eius sceleris agatur & conuincatur dignitatibus & beneficijs omnibus quęcunque habuerit eo ipso priuatus existat, ad eaque vlteriùs retinenda inhabilis reddatur, eaque liberè impetrari, & conferri possint. Distributio verò prædictorum fructuum (vt ex dict. capit. Concilij. colligi potest, in alio casu quo etiam amissionem fructuum imponit) in fabricas beneficiorū huiusmodi, vel pauperum elemosynas facienda est.

d

LApidibus opprimebatur. quâ graue, quàm enorme, sit blasphemiæ crimen, nullis verbis potest explicari. Impij quidem blasphemi qui cum Deo Optim. Maxim. ob innumerabilia beneficia illis collata, Christiana pietate gratias agere tenerentur, diuinum numen execrantur. Propterea (vt par est) multis criminibus contaminātur, quia vt præclarè Propheta inquit Abissus abissum inuocat. Et quanta sit huius criminis grauitas, atque attrocitas: acerbissima & varia mortis genera blasphemis diuinitùs illata, exemplo esse nobis possunt. Ob blasphemiam, filius mulieris Israelitidis, precepto Domini lapidibus fuit obrutus, eo quod nomen Domini blasphemasset Leui. ca. 24. Ob blasphemiā, seruorum Sennach. Regis Assyriorum, Angelus Domini. 185. millia hominū de exercitu eius percussit. 4. Regum. ca. 19. Ob blasphemiam Holofernes fœminæ manu victus fuit Iudit. 12. Ob blasphemiam, Hyeremiæ populus gladio, & fame consumptus est Hyeremiæ. ca. 44. Ob blasphemiā Antiochus sanabili & inuisibili plaga percussus fuit. 2. Macha. cap. 9. Ob blasphemiam. Ninacor. cum armis suis ruit. 2. Macha. c. 15. Ob blasphemiam. Gigas Israelem blasphemans à Ionatha occiditur Regul. 2. capit. 21. Ob blasphemiam, qui Beelzebub. consulerūt consumpti sunt igne à cęlo dimisso Reg. 4. cap. 1. Ob blasphemiā, Core, Datā, & Abiron

A *Blasphemia grauitas ex placatur*

Abiron negantes Moysen esse constitutum ducem populi deiurati à terra fuerũt. Nec omittendũ est quod in huius criminis detestationem dicere solebat Aragonũ & Siciliæ Rex prudentissimus, propterea Deũ tãtopere in blasphemos seuire, quòd cum homines decipiunt, interponant Deum ipsum tanquam criminis mediatorẽ. Et varias pœnas diuinæ vltionis blasphemis illatas, diligenter recensẽt Boeri. decis. 301. & multa lectu non indigna circà istius criminis punitionẽ scribunt Iul. Cla. li. 5. recep. sent. §. blasphemia. D. Couar. in c. quãtis pactũ. 1. par. relecti. § 7. nu. 8. cum seq. de pactis. lib. 6. Rep. inqui. in verbo Blasphemus. Conrra. Brunus lib. 5. de hæret. c. 20. Frã Episco. Siquillacensis in tract. de fide Catho. c. 16. Alber. in tract. de agn. assertio. q. 27. per totã & q. 6. nu. 14. & q. 22. nu. 63. Alphon. Castro li. 1. de iust. hær. puni. c. 12. Simanchas in catho. insti. tit. 8. Iac. Menoch. lib. 2. de arbi. iudi. cẽt. 4. casu. 375. Auiles in c. prætor. ca. 25. glos. 1. qui legendi sunt.

Blasphemia grauitas ex plicatur

Et multis etiam Pontificum decretis statutæ pœnæ sunt in blasphemos nam vltrà decretũ Leonis Decimi in Lateranensi cõcilio Sess. 9. quod hic author. allegat Iul. Papa Tertiùs seuerum rescriptũ in blasphemos ædidit ann. Domini. 1554. incip. *In multis deprauatis.* Et postremo Pius. Quintus Pontifex Maximꝰ in bullã seu motu propio incip. *Cùm primum Apostolatus officium.* Vbi de pœnis tam clericorũ quàm laicorum agit.

Blasphemia crimen est mixti fori.

Est equidem nostro instituto notandũ, blasphemiæ crimen mixti fori esse, & ea ratione blasphemantem tam per iudicem ecclesiasticũ, quàm secularẽ puniri posse: text. in ca. 2. de maled. quẽ ad hoc not. elegan ter Barth. Soc. cons. 119. li. 4. & tenẽt ferè omnes nouissimè allegati, si verò iudex ecclesiasticus priùs de hoc crimine cognouerit, pœnãq; leuẽ imposuerit, iure optimo poterit secularis iudex, de huiusmodi causa iudicare, supplebitque vsq; ad condignam condẽnationẽ. tenet bal. in auth. clericos. colu. 2. C. de Episc. & cler. & in li. 1. col. 6. C. de summ. tri. & fide cath. Matt. de Affli. in const. Regn. Sciliæ. tit. de *Paterenis.* li. 1. num. 28. Itaque mitior ab eo pœna imponẽda est, quàm si à principio cognouisset, vt scribit Nic. Boer. decis. 289. Rob. Mar. in Specul aduocatorũ. 6. p. nu. 97. fol. 147. insignis Couar. li. 2. var. resol. c. 10. nu. 6. Petrus Auẽ. in c. præter. 2. p. c. 5. in 18. Qua ratione, oportet quod iudices ecclesiastici, in puniẽdis his criminibus cõtrà laicos, nõ benignitate, sed potiùs rigore vtantur, ne ansa detur secularibus iudicibus, vt seueriùs eos puniãt, in ignominiã ecclesiasticorum tribunalium.

Et licet opinio istà verissima sit & communis, in actionibus tamen forensibus, nunquã vidi hoc pœnæ suplementum, à iudice laico imponi. Tùm quia

ipse non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici ad supplendam pœnã. Tum propter maximam incertitudinẽ quæ versatur in discernendo, quomodo & quando legitimè suppleatur vel nè? Tum quia ad iudicem Ecclesiasticum tanquam digniorem, spectat hæc declaratio & semper declarauit, condignam pœnam impositam fuisse.

Inquisitores hæreticæ prauitatis in blasphemiæ crimine aliquando iurisdictionẽ obtinent

Quandoque tamen, hæreticæ prauitatis Inquisitores in hoc blasphemiæ nefando crimine, cognitionem habent. Nempe quando blasphemia cum hæresi connexionẽ habet, ita Card. in Clement. 1. §. sanè de vsur. Fran Squillacen. de fide cathol. cap. 16. Alberti. de agnos. asser. quæst. 6. numer. 24. & quæst. 22. nu. 63. & quæst. 27. & 36. num. 18. Matth. de Afflict. in dict. const. Siciliæ lib. 3. rub. 54. Nicol. Boeri. decissio. 301. Gramma. decissio. 50. D. Couarr. vbi suprà allegauit Alphõs. à Castro Camorensis lib. 1. de inst. hæret. ca. 12. & est communis & verissima opinio. circa quã multa scribit Iacob. Septimian. in catho. instit. cap. 8.

Blasphemiæ hæreticales quæ dicantur.

Et quia sæpissimè cõtrouerti solet, quæ dicuntur blasphemię hæreticales: equidem sunt, quæ huiusmodi verbis concipiuntur, abnego Deum, non credo in Deum, quæ vernaculo sermone sonant. *Descrev en Dios reniego de Dios, ò de la fee, ò de la Cruz, ò de la crisma, de la frente ò reniego de la puridad de nuestra Señora*. Habent equidem verba hæc nefanda, infidelitatis signi ficationem, & fidei confessioni opponuntur. Aliæ verò blasphemiæ quæ Hispanicè sonãt, *Pese à Dios, por vida de Dios, mal grado aya Dios, ò depesebo de Dios.* Et similes hæreticales non sunt quia fidei confessioni non opponuntur, quamuis grauissimę blasphemiæ sunt, quia negant aliquid in Deo quod ei conuenit, vel tribuunt Deo quod minimè ei conuenit, & ea ratione earum punitio ad ordinarios iudices pertinet tex. not. in capit 2. de maledi & tradit Sanctus Thom. 2. 2. quæstio. 13. arti. 1. & Quodlibet. 9. art. 14. Castro. in dict. capit. 12. Domi. Soto. de iusti. & iur. lib. 8. quæst. 2. artic. 3. quem vide.

Pœna quæ soleat imponi in blasphemia extis fuerit Inquisitoribus.

Pœna autem quæ imponi solet ab Inquisitoribus pro his blasphemijs, in quibus cognitionem habent, ea quidem est, quod si blasphemus infimę sortis fuerit, flagellis cæditur cum publica pœnitentia, in publicoque spectaculo lingua ferro, vel ligno comprehẽsa cum abiuratione de leui ad triremes Regias pro graui blasphemia condemnatur. Si verò fuerit nobilis, pœna pecuniaria multatur, & ad tempus in monasterium detruditur, ita testatur D. Ioann. Rojas quondam Inquisitor Valentinus nunc verò Reuerendissimus Patensis Episcopus de hæret. 3. par. nu. 176.

In alijs autem blasphemijs leuioribus Inquisitores solent condemnare blasphemum, vt aliquo die festo in Ecclesia dũ diuina

Proferẽs verba hæreticalia per quæ pœna plectendus.

diuina munera celebrantur, stet nudo capite, sine clamide, nudis pedibus, sine veste succinctus, dextera proferens ardentem facem, & sacris peractis, legitur publicè sententia contra ipsum lata. Inducuntur etiam ieiunia, precationes, & pecuniaria multa solet imponi vt refert D. Episcopus Siman. in catho. inst. tit. 8. nu. 11.

Proferẽs verba hæreticalia per iocũ qua Pœna Plectendus.

Sed locus iste accommodatissimè expoſcit, vt tantisper de illis qui per iocum hæreticalia verba proferunt, differamus. Et illud in primis scitu dignũ est. quod quamuis regulariter dictum vel factum iocosum pœnam non mereatur. l. sicut semel. C. de liber. causal. 1. §. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de Siccar l. obligationum substãtia. §. vlti. ff. de action. & obligation. capit. 1. de sentent. excommuni. In crimine tamen hæresis longè aliter iudicandũ est, nam si quis aliquid in Deũ, vel in fidem, vel in sanctos prorumpit, pœna condigna plectendus est Cardin. in Clemen. 1. §. hæreti. quæst. 1 num. 7. Nicol. Arela in tract. de hæret. notaui. 28. Fran. Squillà in tract. de fide cathol. capit. 19. num. 3. in fin. Pal. Rub. in allegat. hæresis. §. 4. in fin. Siman. de instit. cathol. tit. 17. num. 22. & 23. Rojas in sing. fidei. 103. quia vt rectè scripsit Gerson par. 2. tract. vlt. [Non patitur ludum fama, fides, oculus.

Sed vtrùm qui talia verba proferunt sint ab Episcopo, vel hæretice prauitatis Inquisitoribus plectendi, multi & non infimæ autoritatis viri dubitant. Sed mihi probabilior ea sententia videtur, vt ab Inquisitoribus plectãtur, nam ex eo quod quis hæreticalia verba profert, statim illorum iurisdictioni se submittit, & ideò ad eos pertinet iudicare & discernere, an seriò, vel iocosè verba prolata fuerint ita tenent Cardin. & Ioa Rojas in præcitatis locis, quam sentẽtiam communiorem appellat Franc. Pegno. ad Directorum inqui. 3. par. Scho. 17. Negari certè non potest, quod qui hæc nefanda in Deum, vel Sanctos proferunt suspectos fieri, vnde iuri consonum est, quod Inquisitores contra eos procedant.

Pœna qua solet imponi in blasphemia eius meminit Inquisitoribus.

Qua verò pœna istius criminis rei plectendi sunt, in iure diffinitum non est, ideò arbitraria pœna erit iniungenda. Est equidem iuris exploratissimi, non esse eos tanquam hæreticos plectendos, sed leuius, quia minimè interueniũt quæ ad hæresim constituendam necessaria sunt, videlicet error in intellectu, & pertinacia in voluntate. Punientur igitur pœna pecuniaria pijs locis eroganda, vt scribunt Villadiego & Rojas, vbi paulò antè allegaui. Quæ quidem pœna augenda, vel minuenda est, iuxta personæ iocantis qualitatem. Perpendi etiam debet locus, scandalum, si aliquod inde ortum fuit, nec non qualitas personarum audientium, & ideò si viri Theologi, &

religiosi, coram laicis hæc dicteria, & facetias protulerint, seueriſsimè ſunt plectendi.

Eſt igitur circa hoc diligenter præcauendum, non eſſe facilè fidē accommodandā illis qui per iocum hęreticalia verba dixiſſe aſſeuerarent, ſed maturiori conſilio res expedienda erit, ne hac ſumpta occaſione, impij & ſceleratiſsimi homines, & qui verè hæretici ſunt, condignas tanti criminis pœnas effugiant. Nec debent Inquiſitores faciles eſſe ad credendum talem excuſationem. vt piè ſatis & eleganter ſcribit Cald. in tract. de forma procedēdi contra inquiſitos de hæreſi in rubr. de hæreti. credenti. numer. 6. quē vide.

Qui verba ſacra ſcripturæ ad iocoſa trahūt libellos cōponunt (quos paſchinos appellant) ab Epiſcopis & Inquiſitoribus poſſunt puniri.

Quæ ſanè ſunt obſeruāda aduerſus eos qui verba ſacræ ſcripturæ ad iocoſa, ſcurrilia, & inania trahunt, nec erubeſcunt ſæpenumerò ex diuinis verbis impudenter (vt vulgus loquitur) *Paſchinos*, cōponere, ſunt equidem diris & grauiſſimis pœnis coercendi, cum Spiritusſanctī verba ſacroſancta in ludibrium conuertantur, cuius criminis perpetratores, ab Epiſcopis puniendos eſſe ſeueriſsimis pœnis præcepit Concil Trident. Seſſ. 4. in fine dicens: [Poſt hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba & ſententiæ ſacræ ſcripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana adulationes, detrationes, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiā famoſos, mandat & præcipit ad tollendam huiuſmodi irreuerentiam & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba ſcripturę ſacrę ad hæc & ſimilia audeat vſurpare, vt omnes huius generis homines temerarios, & violatores verbi Dei, iuris, & arbitrii pœnis per epiſcopos coerceātur.] Hactenus catholicum conciliū. Et quamuis ibi horum criminum punitio Epiſcopis demādetur, quando verò hęreſim ſapiunt, iure optimo Inquiſitores ad punitionem & coertionē illorum procedunt, vt iam prediximus. Nouiſsimè verò *dicti* libelli famoſi, ſiue *Paſquines*, prohibiti ſunt à Reuerendiſsimo D. Gaſpar. Quiroga Cardinali & Archiepiſcopo Toletano regula decima in catalogo librorum prohibitorum ædito hoc anno 1583. *in princ. inter* alias regulas, quas ad hæreticorum labes extirpandas, tanquā generalis horum regnorum Inquiſitor prudenter condidit.

Supradictis addendum erit, an qui animo indeliberato, veluti per lubricum linguæ, in blaſphemiam vel hæreſim prorumpit, nec equidem puniendi videntur quia non facilè lubricum linguæ ad pœnam trahendum eſt. l. 1. C. ſi quis Imp. maled. l. famoſi ff. ad leg. Iul. Maieſt. ca. quod autem ait 22. quæſt. 2. not. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 7. num. 9.

Sed veriùs eſt crimen hoc non eſſe inultum relinquendum, ſed

sed eos qui per lubricum linguę deliquerint, extraordinariè puniendos. Lap. & Card. in dict. Clemen. vni. de vsur. Cāpegi. apud Zanchin. ca. 7. Albertinus in tract. de agnoscēd. asser. quæst. 3. num. 10. Villadiego de hæretic. quæst. 1. nu. 7. Roias eod. tract. 1. par. nu. 66. plectendi quidem erunt pecuniaria pœna in vsus pios eroganda, vel alia arbitraria, consideratis his qualitatibus, & circūstantijs, de quibus paulò antè agebamus. Erit tamen magni momenti ad dictam pœnam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit, statim palinodiam recātauit & pœnituit, licet grauiter erit reprehendendus, & summè monendus, vt deinceps caueat.

Excusābitur autē is, qui blasphemiam, vel hæreticalia verba cum esset in ebrietate protulit, nam perinde de eo iudicā dum est, ac de furioso & mente capto. l. recipiendum. § delinquunt. ff. de pœn. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milita. ca. à crapula. de vita & honest. cleric. Zanchi. de hæret. cap. cap. 7. num. 10. cessante verò ebrietate grauiter est corrigendus.

Erunt etiam à pœna immunes dormientes, cum furiosis æquiparentur. l. 1. §. adipiscūtur. ff. de acquirend. possess. & ideò non sunt puniendi Clem. vni. de homi. tradit latissimè Tiraquel. de pœnis. causa 5. num. 1.

B Censuit Hosti. Adde optimè D. Couar. in dict. capit. quamuis pactum. 1. par. §. 7. nu. 10.

Clericos non subire. Adde C Abb. in cap. 2. de maledi. vbi autor hic allegat, qui nu. 8. opinionem istam communem esse fatetur, idem etiam profitetur Iacob. Septim. in catho. instit. cap. 8. num. 12. Iul. Clar. in dicto §. blasphemia versic. sed quæro. Et potissima ratio est quia clericus non facit publicā pœnitentiam text in cap. 1. de bigam. & in ca. de his. 50. distinct. & in ca. præsbyter. 82. distin. Ne grex fidelium scandalum patiatur neue dignitas sacerdotalis vilescat, cui summa reuerentia debetur, vt ostendit Chrisost lib. 3. de sacerdotio & Ambr. lib. de dignit. sacerdotali. D

Concilio Lateranensi. Adde quod de dicti sacrosancti concilij constitutione meminerūt & ad literam referunt Martin. Nauar. in cap. inter verba 11. quæst. 3. corrol. 57. num. 148. D. Couarr. in dict. §. 7.

Apostatæ.

CAPVT CXI.

1 Apostasia triplex species cōstituitur. 2 Clericus Apostata qualiter puniatur.

PRæmisso priùs quod est triplex 1 species Apostasiæ, vt per glos. in cap. 1. de Apostat. & ibi Innoc. & per Hostin. in summa eiusdem tit. in §. Quot species scilicet perfidiæ, inobedientiæ & irregularitatis. Omissa prima specie, quia magis vi-

2 detur pertinere ad materiam hæresis. Quæ fuerit pœna antiquorum canonum illius qui religionis professionem apostauit, posuit Conciliū Arelatense secundum, Canone finali, in hæc verba: Si qui post sanctam religionis professionē apostatāt & ad seculum redeunt & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem pœnitus non accipiant, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicunque ille sit, post pœnitentiam secularem habitum nō præsumat, quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur. Pœna clerici apostatæ in secnnda specie scilicet inobedientiæ est quod infamis efficitur durante Apostasia, & à testimonio repellitur & excommunicatur: vt notat Hostien. vbi suprà, in §. Qualiter puniātur. per text. in capit. si quis à 3. quæst. 4. & in cap. Si autem vobis. 11. quæst. 3. Et si non resipùerit, degradatur secundū eum. Vide tamen Abb. in dict. cap. 1. vbi aliter distinguit, videlicet quod si quis non vult obedire Papæ, seu eius canonibus, credendo eum non habere potestatem, punitur vt hæreticus. Si verò hoc facit ex contemptu, debet deponi: & si fuerit incorrigibilis, traditur curiæ seculari, & potcrit excommunicari. Si autem inobediens est ex aliqua concupiscentia, tunc mitiùs punitur. Pœna insuper apostatæ in tertia specie irregularitatis quæ fit multis modis secundū Innc. in dict. c. 1. post glo. ibi, scilicet quando quis recedit ab ordine suo, siue sumptæ religionis dimittendo tonsuram, vel coronam, vel accipiendo vxorem, vel abijciendo religionis vestem, vel clericalem, redeundó ad seculum, est quod illa durante repellitur ab accusatione & testimonio, & est infamis ipso iure, vt in ca. Alieni 2. qnæsti. 7. & in capit. Beatus 3. quæsti. 4. secundum Hostien. vbi suprà. Nec potest ad dignitatem eligi, vt in cap. Legi. 16. quæst. 1. & clericus admonitus si se non correxerit, deponendus est, vt in cap. sine ornatu. & in capi. Præcipimus. 21. quæst. 4. & in cap. Sin autem, cum duob. sequent. 16. quæstio. 3. secundum eum ibi. Item quod caret priuilegio clericali, vt in capit. 1. eo tit. vbi tex. dicit quod clerici qui relicto ordine clericali, & habitu suo in Apostasia tanquam laici cōuersantur, si in criminib⁹ cōprehensi teneantur, non liberātur per censuram ecclesiasticā. Quæ pœnæ procedunt quando constat de Apostasia. Si verò de illa fuerint grauiter infamati, deficiente probatione compelluntur per ecclesiasticam districtionem ad se purgandūvt inc. Tuæ. eo. t. Quando autē clericꝰ nō potest induci ad resumendū malè dimissum habitū, tunc potest incarcerari sub graui custodia, ita ꝙ solū sibi vita misera reseruetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscat, vt sūt verba tex. in c. A nobis eod. tit,

Schisma-

Schismatici,
CAPVT CXII.

Clerici huius tanti criminis rei, qualiter puniantur.

CLerici facientes schisma contra episcopum, puniuntur per Concilium Carthaginense secundum in canon. 8. sub verbis huiusmodi: Si quis præsbyter à præposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, decet vtique apud vicinos Episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, si superbia (quod absit) inflatus, secernendum se ab Episcopi sui cõmunione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, loco amisso Anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominus & de ciuitate, & congregatione in qua fuerit longiùs repellatur. Nunc autem schismaticus clericus degradatur, & traditur curiæ seculari, ita voluit Bonaguida, quem refert Ioan. And. in ca. Cum non ab homine. de Iudi. motus per tex. in ca. de Liguribus. 23. quæsti. 5. & intelligitur de incorrigibili, vt per glo. in dict. cap. Cum non ab homine. de Iudi. quod etiã sequitur ibi Ibi Ioã. And vt refert Abb. in cap. At si clerici de Iud. colum. 13. & probatur in eod. ca. de liguribus. dum dicit si contempserit & permanserit, per publicas potestates opprimatur, & ita etiam intelligit Decius in cap. At si clerici. in colum. 22. versic. Quintus casus. de Iud. dicit tamen Ioann. And. vbi suprà, vt refert Abb. dict. loco, quod si esset schisma contra Ecclesiam Romanam, posset procedere dictum illud Bonaguidæ: quia tunc posset includi schisma sub casu hæresis, quod non placet Abb. indistinctè, ideò ipse distinguit. Aut enim schismaticus credit ecclesiam esse penes alterum tantũ ex pluribus qui gerũt pro summis Pontificibus, & tunc est schisma sine hæresi. Aut credit ecclesiam posse cõsistere penes duos in solidũ, & tunc est schisma cum hæresi: & hoc vltimo casu posset saluari opinio Ioan. And. & idem dicit quando plures erigerent capita contra ecclesiam Romanã facientes nouam sectam, & noua statuta: quia tunc etiam est schisma cũ hæresi. Et istam distinctionem Abb. sequitur Areti. in capit. Cum non ab homine, col. 10. de iudi.

ANNOTATIO.

ADde quod Apostasia est temerarius à statu fidei, & obedientiæ, vel religionis receptus. sic tradiderunt Alexã. de Ales par. 2. quæst. 183. & Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Et vtrum infidelitas hæretici & apostatæ sint duæ infidelitatis species, distinctè tradit Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 12. artic. 1. & latissimè Melchior Canus libr. 12. capit. 9. de locis Theologicis. Et vide multa circa huius criminis punitionem vltra ordinarios interpretes, quæ tradiderunt

Alphon. à Castro lib. 1. de iusta hæret. pun. capit. 7. & 23. Iacob. Septim. in catho. instit. capit. 7. Arnal. Arber. in rep. rub. de hæret. lib. 6. quæst. 11. Bern. Com. in lucerna in verb. Apostata. Nicol Arela. in tract. de hæret. not. 44. elegantissimè Cano. dict. cap. 9.

ANNOTATIO.

Not. eōra schismaticos.

ADde quod scisma est illicita ab vnitate discessio, vel est scissura, quę vnitati opponitur, vt scribit Alexan. Alens. 2. par. quæst. 182. & S. Tho. 2. 2. quæst. 39. Et nota quod scisma summum malum est, & à Deo grauiùs punitum, quàm parricidium aut idolatria, vt optimè probat Optatus Episcopus Mileuitanus lib. 1. contra Parmenianum, Ireneus lib. 1. aduersus hæreses c. 64. Scisma equidem & hæresis sunt sorores, vt explicat Origenes, in Ezechielem, Homeli. 9. cum nullum scisma sit quod non confingat hæresim, vt in capit. inter. 24. quæst. 3. Et vt scirent homines quàm graue & detestabile sit hoc crimen, ostendit Dominus in Dathā & Abiron, quos terra viuos absorbuit, hæc & alia multa ex sacris literis contra schismaticos referunt Cape. in fine hierarchiæ Eccles. Faber contra Lutherum tracta. 6. tex. 8. Brun. lib. 5. de hæret. capi. 18. & vide latiùs circa istius capitis materiam Siluest. & Caiet. in summa, in verbo, scisma, Fran. Picum. lib. de fide Theodor. 17. Pelag. lib. 1. de planctu Ecclesiæ artic. 65. Alphon. à Castro libr. 1. aduersus hæreses cap. 9. Iacob. Septiman. in catho. instit. cap. 56. Petrum Rebuff. in pract. benefic. 3. par, de modis amittendi benefic. n. 29. & nouissimè post primam huius operis æditionem plura congessit Ioan. Rojas in tracta. de hæret. 1. par. nu. 498. Palat. Rubi. de Regno Nauarræ, par. 5. §. 7. Locatus in opere iudi. in verbo, scisma.

Hæretici.

CAPVT CXIIII.

1 *Hæreticus quis dicatur remissiuè tractatur.*
2 *Clericus hæreticus ipso iure est beneficio priuatus,*
3 *Clericus hæreticus est degradandus & seculari curiæ tradendus.*
4 *Bona hæreticis clericis confiscantur, & ecclesiæ à qua stipendia recepit, applicantur.*

PRęmisso priùs quis dicatur hæreticus, cum nō sit præsentis speculationis, quia variis in locis hoc doctores enucleāt, præcipuæ Hostien in summ. de hæret. §. 1. & Bonifa. in tract. maleficiorum. rub. de crimine hæresis. Et doctor noster Hispanus Didacus de Villadiego in suo tractatu contra hæreticam pranitatem in 1. quæst. & Arnal. Hlber. in repe. Rubri. de hæret. in 6. fol. 1. in 1. quæst. Vna pœnarum qua damnatur clericus hęreticus, est quod ipso iure est priuatus beneficio, a a vt probat text. iuncta glos. in capit. Quo iure. 8. distinct. & ibi notat Præpo post Domini. & notat Cōpesse. in ca. Quod sicut

ſicut de electio. in colum. 11. dum dicit quod crimen hæreſis ipſo facto inducit priuationem. idē etiam notat Ancharra. in conſ. 288. incip. Vltra alia ſolenniter. vt refert Felin. in cap. 2. de reſcrip. in 3. column. Et notat Nicolaus de Milis in ſuo repertorio, in verbo, hæretici. ex quo reſultat primus effectus quod non poterit renunciare poſt commiſſum delictum Secundus quod agenti petitorio pro beneficio quod ſemel habuit, obſtat exceptio quod ſit hæreticus. Notat Abb. referendo Inno. in cap. inter dilectos. de exceſſ. prælat. prope fin. & prædicta concluſio, videlicet q hæreticus ſit priuatus ipſo iure beneficio, fuit potiſſimum fundamentum dominorū de Rota qui tenuerunt quod regula Cācellariæ 32. quæ diſponit quod impetrans beneficium pacificè poſſeſſum debet exprimere ea de quibus ibi, non habet locū in impetrante beneficium hæretici, vt refert Guiliel. Caſador. in deciſ. Rotæ per eū collectis, in deci. 14. qui ita dicit fuiſſe iudicatum per maiorem partem dominorum de Rota, licet alij quatuor eorū fuerint in contraria opinione, per quē poteris videre fundamenta vtriuſq; opinionis. Et vide Phili. in ca. Vt commiſsi. prope fin. de hæreti. lib. 6. vbi dicit referendo Domi. & Imo. quod clericus rediens ad fidem, ante ſen
b tentiam recuperat beneficiū, b ſecus autem ſi poſt, quia tunc non niſi ex diſpenſatione. Alia & principalior pœna eſt quod degradatus traditur curię ſeculari, c vt in cap. Ad abolendam c de hæret. Quod fallit, niſi talis hæreticus velit ſe corrigere, vt in cap. penul. de hæret. Et notat Abb. in dict. cap. Ad abolendam. & ibi Ioan. de Anan. quia tunc depoſitus detruditur in carcerem, vt concludit Abb. in cap. At ſi clerici. de Iudi. colum. 12. Idem Abb. & Ana. in dict. capit. penult. & Domi. in cap. 1. in 5. not. de hæret. in 6. & in cap. Nec licuit. 17. diſtinct. & not. Philip. in capit. Vt commiſsi. in 4. nota. de hæret. libr. 6. Decius in dicto cap. At ſi cler. colum. 21. verſ. Et quando. Et nota quod etiāſi non ſit tradendus curiæ ſeculari clericus hæreticus, ſed perpetuo carceri mancipādus, debet degradari, d vt notatur in d cap. 1. de hæreti. in 6. maximè per Arnal. ibi in 6. nota. Si tamen ſemel deliquit & ſe correxit, & poſteà iteratò delinquat, nihilominus traditur curiæ ſeculari. ita Domini. in di. cap. Nec licuit. per text. in capit. Super eo. de hæret. lib. 6. Sequitur Felin. in dict. cap. At ſi clerici. colum. fina. & voluit ibi Abb. in dict. colum. 12. ver. Ad tertium. Vide l. antepenul. tit. 6. par. 1. Quæ videtur ponere tres caſus in quibus in iſta materia hæreſis, clericus traditur curiæ ſeculari, quando fuerit inuentus in hæreſi, aut abiurauit eam, e & fuit relapſus e aut quando ſe compurgauit & reincidit in eam, & degradatio

tici potest fieri per episcopum proprium solùm vt in ca. 1. de hæret. in 6. vocatis alijs perso-
4 nis de quibus ibi. Est alia & tertia pœna quam clericus hæreticus patitur, quòd bona eius publicantur, & ecclesiæ à qua stipendia receperat applicãtur,
f f vt disponitur in ca. Excõmunicamus, lo. 1. §. damnari verò de hæreti. Vbi vide glo. in verbo, Stipendia, declarantẽ quòd si clericus habeat plura stipendia in varijs ecclesijs: tũc bona diuidentur pro rata inter eas: quã ibi sequitur Anto. Et quia ille text. non aperit cui applicentur bona clerici hæretici nõ habentis ecclesias, vide ibi Ab. in 1. colum. credentem quod tunc debeat applicari episcopo loci, qui distribuat ea in pios vsus, quòd sequitur Ana. in 2. colum. Quandò autem talis clericus habet bona emphyteoticaria à domino temporali, tunc illa deberent applicari domino
g rei emphyteoticæ, g vt videtur velle Oldra. in consi. 17. incip. Thema tale est. Quidam clericus. Cardin. tamen in Clement. 2. de hęre. in versic. Inquisitoribus. in 7. quęst. post bonam huius articuli examinationem cõcludit verius esse dicendũ quòd emphyteosis clerici damnati applicatur ecclesiæ, sicut & alia eius bona, quia non apparet ratio diuersitatis: erit tamen talis emphyteosis obnoxia domino temporali, quò ad hoc quod ei debeatur sua pensio, quem vide respondentem ad fundamẽta. Oldrad. g u anuis Felin. in dict. capit. excommunicamus, in prin. non benè referat Cardin. dum dicit post Anchar. & Ana. quod bona etiam patrimonialia clerici applicantur fisco ecclesiæ, nisi in illis recognosceret dominium vtile à domino seculari: quia illud non confiscabitur, sed reuertetur ad Dominum directi: quia vt suprà diximus loquẽdo in emphyteosi in qua clericus solum habet dominium vtile & Dominus secularis directum, contrarium expresse tenet Card. Ad quod benè aduerte, ne decipiaris in prædicta limitatione Felin. quam suprà dictis verbis succinctis scripsit: & vi. in hoc quòd latiùs scribimus infrà in verbo. Bonorum publicatione. Clerici verò credentes, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi subiacẽt, ità vt postquàm quis eorum fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intrà annum, ab officio & beneficio deponatur, vt in capit. Excommunicamus. §. Credentes. versi. Si verò clericus. de hæret. Ex ratione, quia in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. In quantum autem suprà dicitur credentes, intelligendum est de credentibus hæreticos esse bonos viros, nam aliàs clerici credentes erroribus hæretieorum cum ex hoc dicantur hæretici, pœna hæreticorum de qua suprà puniendi sunt. & ità intelligit illud verbum credentes, Anton. in capit. Excommunicamus.

A
Hæreticus ansit ipso iure beneficio priuatus, vel per sententiam priuandus.

camus.el.2.eod.titul. quem sequitur Ioann. de Anan. in dict. §. Credentes. quem ibi vide colum. penul. & fi. declarantem etiam qui dicantur credentes, receptatores, & fautores. Et nota quòd prædicta pœna depositionis imponitur clericis vltrà aliàs pœnas impositas in text. ibi, quas etiam habere locum in clericis dicit Hosti. ibi, quem refert & sequitur Anan. hodie fautores & receptatores hæreticorum sunt excommunicati ipso iure, vt patet in bulla quæ legitur in cœna Domini, & sic etiam erant tempore Hostien. prout refert Ana. ibi. Et vide Sylvest. in summa. in parte hæresis. lo. 1. versi. Octauò quæritur. qui colligit. 14. pœnas hæreticorum, quæ omnes clericos comprehendunt, exceptis sex, aut septem: quia illę concernũt hæreticos habentes liberos, & vxores.

Hæreticus an sit ipso iure beneficio priuatus, vel per sententiam priuandus.

A PRIuatus beneficio. Adde quod opinionem contrariã quod clericus hæreticus non sit ipso iure priuatus beneficio sed per sententiam priuandus. tenuit. Alphon. à Castro lib. 2. de iust. hæret. puni. capit. 9 ea potissimum ratione motus quia iura quibus hęc pœna statuitur non imponunt aliqua verba latæ sententiæ vt patet in capi. ad abolendam. & in ca. excommunicamus §. credentes. de hæreti. cuius quidem opinio benignior est, & fortasis verior, vt asserit Iac. Sept. in catho. insti. ca. 45. num. 26. & vide D. Episcopum Couarruu. lib. 2. vari. resolu. capit. 8. num. 4. Quanuis Petrus Rebuff. in pract. benefi. 3. par. de modis amittendi beneficia num. 4. hanc autoris opinionem sequutus pro ea ponderat text. in dict. capit. ad abolendam. §. 1. ibi. [Et sic omni beneficio spoliatus. Quæ quidem verba executionem inducunt, probantque priuationem ipso iure inflingi. ex his quæ adducit Anton. de Butrio in capit. vltim. colum. 2. de postu. Felin. in capit. Rodulphus. quæ opinio mihi verior videtur.

Quæ hodie nouissimo iure est, confirmata nam Pius Quintus Pontifex Maxim. rescripto quodam incipi, cùm ex Apostolatus quòd habetur in literis Apostolicis, pro officio sanctæ Inquisitionis fol. 115. vbi diffiniuit omnia beneficia, cuiuscunque generis fuerint, vbicunque vacantia propter hæresis crimen à quocunque commisso ordinationi & dispositioni Sedis Apostolicæ esse reseruata, ex qua reseruatione apertè supponit ipso iure ea beneficia vacare. Et huc pertinet id decretum de quo meminit. Locatus in fine operis iudicialis impressi Rom. 1570. pag. 473. quo cautum asserit quòd cum hæreticorum beneficia, vacent à die commissi criminis, si ea resignentur nullum ius resignatarijs acquiritur, quia hæretici omne ius suum amiserunt, & ideò sunt reseruata ordinationi Apostolicæ quòd refert etiam F. Pegnum. in director. inqui. lib. 3. Scholio. 155.

Sicque

Sicque collatio beneficij hæretico facta est ipso iure nulla, vt multis probat Lamber. de iure patrona. libr. 2. par. articul. 6. 9. quæst. in princ. in fine ex quo fit, vt omnes fructus perceptos restituere teneatur cum ius nullum habuerit vt scribit Alphons. à Castro. libr. 2. de iusta hære. peni. cap. 9.

Fateor tamen sententiam declaratoriam necessariam esse in qua opinione fuerunt Innoc. in cap. cum in nostris de concessi. prębend. Compost. in cap. considerabimus. de election. Anchar. consi. 293. num. 4. Alciatus in cap. 1. de iudi. nu. 37. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. li. 2. centu. 5. casu. 416. num. 64.

Filij Hæreticorũ & eorũ receptatorũ, ipso iure beneficijs priuantur.

Quinimo filij hæreticorum & eorum receptatorum, priuantur ipso iure beneficiis obtentis tempore commissi criminis, vt est communis opinio teste Ioann. Lup. de Regno. Nauarræ 5. par. §. 8. quẽ refert Couar. dict. num. 4. & de ea egregiè disputat Fran. Pegñ. ad Director. inquisi. li. 3. Scho. 46. fol. 180. Fatetur tamen D. Episcopus Siman. in catho. institu. cap. 29. num. 7. pia & benigna consideratione, receptum esse, quod nec per sententiam priuentur, & asseuerat ità pronuntiatum fuisse per inquisitores Valisoletanos, & opinionem istam dicit mitiorem & benigniorem esse Iul. Clar. libt. 5. recep. senten. §. hæresis, versi. Item clericus.

B *Recuperat beneficiũ.* Adde septem requisita, quæ omnino necessaria sunt, vt hęreticus semel lapsus nihilominꝰ retinere possit beneficium ecclesiasticũ quę cõgerit Petrus Rebuff. in pract. bene. 3. par. de modis amittendi benefi. num. 6. cum sequent. & vide nouissimè F. Pegñ. ad Direct. inqui. 3. par. Schol. 155.

Traditur curiæ seculari. Adde C Iaco. Septim. in catho. insti. ca. 45. num. 25. Paul. Grill. in tract. de hæret. q. 7. Gund. à Villadiego eodem tractat. quæst. 19.

Fuit aliquandò controuersum an in die festo hæc traditio curiæ seculari facienda est, & omni prætermissa disputatione, semper mihi earum inquisitionũ ritus placuit in quibus, huiusmodi sententiæ diebus festiuis solent pronunciari. nam vt scribit Io. And. in cap. vt commiss. de hæreti. lib. 6. expedit multitudinẽ populi congregari ad videndum, reorum cruciatus & pœnas, vt inde discant timere homines, & à malo comittendo longè repellantur vndè valde conueniens videtur vt hoc publicè & diebus festiuis fiat, cum maior tunc adsit populi confluentis multitudo. Et fortè propter hoc Hispania nostra publico fidei acto diebus festiuis solet celebrari. de quo stat instructio factaMãtuę Carpentanorum ann. 1561. cap. 77. in hæc verba latinitati donata. [Vbi reorum processus contusi fuerint, & ordinata sententia, Inquisitores diem feriatum, in quo fiat publica fidei actio, assignabunt quem diem significabunt capitulis

Hæreticorum traditio curiæ seculari facienda an die festo fieri possit.

Ecclesiæ

D *Clericus in perpetuũ carcerẽ detrudendus an prius de beat degradari.*

Ecclesiæ & consistorio ciuitatis, & vbi fuerit Regius Senatus intimabitur etiam præsidi, & auditoribus, qui omnes inui tabuntur, vt fidei actionem comitentur iuxta consuetudinem cuiusque loci. Curēt autem inquisitores vt hæc tam commodo tempore fiat, vt executio sententiarum eorum qui tradendi sunt curiæ sæculari possit fieri ob euitāda incommoda.] Hæc ibi celebratur sanè in Hispania, hæc actio fidei tanta autoritate & maiestate, vt videatur horrendū ac tremendū spectaculū, & sit veluti imago futuri iudicij quò nihil esse potest ad terrorē incutiendū aptius ex quo plures vtilitates oriuntur.

D

Clericus in perpetuū carcerē detrudendus an prius debeat degradari.

Debet degradari. Not. quòd apud antiquos valde dubitatum & controuersum fuit an sacerdos qui ob crimen hæresis in perpetuum carcerē erat detrudendus, priùs foret à suis ordinibus actualiter degradandus sed iam rem diffiniuit Vrbanus Quartus summus Ecclesiæ Præsul rescripto incipi. Consultus. §. quæstioni. vt refert Fran. Pegnū. ad Directo. inquisit. Scho. 65. fol. 185. his verbis, Quæstioni verò qua quæritur vtrum constitutus in sacris deprehensus in hæresi & ptopter hoc immurandus perpetuò priùs sit ad ordinibus à suo Episcopo degradandus antè quā tradatur huiusmodi pœnitentiæ: respōdemus quod talis qui est perpetuò immurādus priùs debet à suis ordinibus degradari hæc ibi. Quæ sanè degradatio realis & actualis esse debet Directori inquisi. 3. part. in decimo modo terminādi processum fidei fol. 333. Alberitinus in c. quoniā de hæretic. lib. 6. in princi. numer. 55. Campegi. apud Zanchi. in tracta. de hæretic. cap. 20. versi. obserua denique. Et licèt hęc de iure verissima sunt cùm tamen dispēsari soleat, cum illis qui in perpetuum carcerem solent condemnari, ideò non realiter, sed verbaliter tātum degradari solent, quòd sancti officij benignitas laudabiliter introduxit, vt testetur. Franc. Pegnam dicto Scholi. 65.

Hæretici corum traditio curiæ sæculari an differēda sit.

Aut abiuranit eam. Fuit sanè olim salubriter institutus abiurationis vsus, ob continuas frequentesque hæreticorū fraudes impias, vt abiurationis robore adacti & quasi firmissimo vinculo alligati cogerentur in vnitate & puritate Ecclesiæ permanere, ne eis liberum esse impunè quoties vellent recedere, vt grauiter constituit. Leo huius nominis primus epistola. 84. vt refert Conrad. Brunus. libr. 3. de hæret. capit. 6. Et abiuratio res antiquissima est in Dei Ecclesia de qua fit mentio in prima Nicena Synodo. capitul. 8. Eiusdem abiurationis meminit Concilium Fphesinum sub. Celestino Primo celebrato & concilium Laodicenum capit. 7. Et ex sacris conciliis & multorum sanctorum patrum testimonijs hanc catholicam veritatē probat Grati. in cap. Salubernimum. & in

E

Anti-quissimus est in Dei Ecclesia abiurationis vsus ad re pellendas hæreticorum fraudes.

capit.

capit. donatum. 1. quæst. 7. vbi nullus hæreticus ad Ecclesiæ vnitatẽ recipiẽdus est, nisi priùs hæresim abiuret & anathematizet quòd labentibus seculis idem semper cum hæreticis redeuntibus obseruatũ est, vt in concil. Constancien. cap. 19.

De qua abiuratione multa, disserunt Zanchin. de hęre. cap. 20. nu. 2. vbi Campegius Bernard. Comen. in lucerna in verbo, abiuratio. Albe. de agnoscent. asser. quæst. 30. num. 6. Siman. in instit. Catho. tit. 1. & in enchirid. tit. 53. Ioan. Rojas in sing. fide. 11. & in tract. de hæreti. 2. par. asser. 41. nu. 331. Et est de hac abiuratione singularis locus in concilio Tolosano cap. 11. & in consilio Narbonẽsi. ca. 6. & in conc. Biterrensi. c. 29. Quòd verò author hoc loscribit clericum tradendũ esse curiæ seculari si relabatur in hęresim post abiurationem, intelligendũ est, quandò abiurauit de vehemẽti, secùs dicendũ est, si de leui tantũ nã quãuis re incidat in hæresim siue abiuratam siue aliã, nõ putatur relapsus nec relapsorũ pœnis plectẽdus est, cap. accusat. in prin. de hæreti. li. 6. Si man. d. tit. 1. n. 9. Rojas dict. sing. 1. licet opinionem contrariam tenuerit Ancha. di. c. accusatus not. 6. Matt. de Affli. in const. Regni Siciliæ tit. 1. col. 8. quam egregiè confutauit. F. Peg. ad Direct. inquisi libr. 2. Scho. 64. dicens eam esse falsam neque vsu receptam quia misericordia Sancti officij excludit.

Ioã. Bernard. opinio quædã dubia interpretatur.

Applicantur. Vide Regiam. l. 2. tit. 26. par. 7 Bald. in l. si quis præsbyter. C. de Epis. & cler. Petrum de Anchar. in c. cum secundũ leges. de hære. lib. 6. Fel. in c. vrgentis. de hęr. Bru. li. 5. de hær. c. 6. Lud. Car. in pra. cri. in tra. de hæret. fol. 275, n. 13. Bona verò patrimonij clericorum hæreticorum deferuntur Episcopis, qui in vsus pios ea distribuere tenẽtur, vt asserunt Anc. Ab. An. Mari. Soc. in Fel. in ca. excõmunicamus. 1. §. 1. de hære. Ioã. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxor §. 39. Sed q̃ bona immobilia clerici cõmittentis crimen hæreseos pertineant ad Principem Seculare probat Oldr. consi. 17. Io. And. in addi. ad Specul. tit. de fœud. §. pen. Petr. de Ancha. in ca. ea q 22. de re iudi. lib. 6. Guil. Benedi. in c. Rainunti. de testa. in parte & vxorẽ. n. 242. Iac. Sept. in catho. instit. c. 9. nu. 91. Rupes la forẽsi. inst. lib. 3. fol. 307. Bos. tit. de hæret. num. 33. Quibus suffragatur quòd Felin. in c. irrefrabili. §. cæterum. col. 1. de officio ordi. scribit dicens ideò ad Principẽ Secularẽ pertinere bona hæreticorũ quia ad eum expectat executio confiscationis pœnæ huius criminis. Quæ quidẽ opinio in Hispania seruatur, vbi bona siuè mobilia, siuè immobilia, etiã clerici hęreseos damnati, etiã habentis ecclesiasticũ beneficiũ, ad fiscũ Regiũ pertinẽt atque ità praxis obtinuit, quæ iuri consona est cum pręter Oldrald. & aliorum sententiam Rex ipse Catholicus curam

Hæreticorũ bona quibus applicantur

Sanctæ Inquisitionis officium quando in Hispania omnium habuit.

curam non vulgarē habet, constituendi summum illud prętorium, catholicæ fidei pro pugnaculum, quòd in eius curia, & apud ipsum Principem totius Hispaniæ causas ad debitā tanti criminis punitionem expectantes tractat, cui præest vnus ex Summis Præsulibus qui Regis non vulgaribus expēsis, per totam Hispaniā, non sine Summa Christianę reipublicę vtilitate, constituit ac mittit æruditissimos, & summæ integritatis viros, hæreticæ prauitatis Inquisitores, ad labem hæreticorum extirpandam. Quo fit, vt mirùm non sit, bona omnia hæreticorum ad Regium fiscum deferri, ad tot expensarum submministrationem, itaque cautum est extrauaganti constitutione Bonifacij, vt referunt Bossi. & Simancas in locis iam allegatis.

Hæreticorū bona quibus applicatur

Sancta Inquisitionis officium quando in Hispania omnium habuit.

Fuit equidem, vt hoc obiter recensēam, sanctissimum inquisitionis officium primum in Hispania Beato Dominico cōmissum ab eoque prima exordia sumpsit anno Domini. 1200 qui cum esset illustri (vt fama est) Guzmanorum familia ortus & sanctitate insignis, & Theologiæ peritia præclarus, & verbi Dei orator celeberrimus, fidei Zelo incensus magna omnium admiratione, aduersus Albigensium & aliorū hæreses munus hoc exercuit. Posteà in Italiam transmigrauit, & cum Beato Francisco non vulgarem familiaritatem habuit, & hi sanctissimi viri duas clarissimas religiones, veluti duo clarissima sidera constituerunt & officium inquisitionis suis filijs exercendum, reliquerunt, quòd in Italia ad huc, vt audio, exercent. Posteà verò, vt fidelissimè Historiæ nostræ testantur in Hispania Ferdinandus Aragoniæ & Castellæ Rex huius nominis Quintus anno. 1476. munus hoc abstulit à fratribus Dominicanis, & secularibus clericis tradidit. Qua tempestate à Catholico Rege authoritate Apostolica concessum fuit hoc munus Illustrissimo Cardinali Mendocio, qui consilio sapientissimorum, & piorum virorum, leges & ordinationes eius composuit.

In regno tamen Franciæ, vt ad rem redeam, ex consuetudine generali inductum est, vt bona immobilia clerici ad degradationem, vel perpetuos carceres cōdemnati ad Regem spectant, vel ad dominum temporale imperium ibi habētem, mobilia verò Episcopo adiudicantur. cuius consuetudinis meminit Masuerius in practi. rub. de pœnis. §. Item condemnatio facta ad carceres. Oldrald. consi. 27. colu. 2. Ioan. And. in addi. ad Specul. titul. de fœud. §. pen. versic. Quadragesimo quæritur Auferi. in addi. ad Capellam Tholosa. quæ. 150. & ità seruatur vsu & stilo curiarum, vt fatetur Petrus Reb. in prœem. cōsti. Fran. 1. thom. gl. 5. nu. 35. & hęc consuetudo fuit confirmata arresto magni consilij, vt habetur in tract. arrestorum

rum in stylo Parlamenti arresto. 50. & de hac consuetudine nouissimè meminit Petrus Gregorius Tholosanus syntag iur. 3. parti. lib. 31. cap. 31. num. 7.

Domino rei emphteoticæ. Vide
D Carr. & doctores quos ipse refert. dict. fol. 275. num. 14.

Hæreticis, receptoribus, defensoribus, & fautoribus eorum ecclesiastica sacramenta adhibentes, ac eos Christianæ sepulturæ tradētes, & eorum elemosynas ac oblationes recipientes.

CAPVT, CXV.

a Clericus horum criminum reus cui pœnæ sit obnoxius.

POena clericorum in hoc delinquētium est, vt suo priuentur officio, ad quòd nunquàm restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali, vt in cap. excommunicatus. in §. Credentes. versi. Sanè clerici. de hæret. Quæ pœna procedit etiam in clericis regularibus, quibus & alia adiungitur, videlicet vt sua sibi priuilegia non obseruentur in illa diœcesi in qua talia præsumpserint perpetrare, vt ibi. Et notat Hostiē. in summa de hære. in §. Quæ pœna in fin. versi. Tales etiam. Intellige tamē hoc quòd dictis priuilegijs solùm delinquentes in hoc spoliantur, non vero tota religio secūdum Anton. ibi, quem refert & sequitur Anan. ibi, penult. colum. licet alij doctores aliter hoc intellexerint secūdum eum. Item nota quod licet text. in dict. §. Credentes, imponat pœnas de quibus ibi, credentibus, receptoribus, & cæteris si satisfacere contempserint intra annū. Clerici tamē in casu huius nostri cap. debēt abstinere ab exhibitione sacramētorum, & traditione sepulturæ & receptione elemosynarum, postquam tales credentes, receptores, & cęteri fuerint denuntiati, etiam intra terminum nullius anni qui datur ad alias pœnas incurrendas. ita videtur intelligere versic. Sanè clerici, prædictum Hostien. vbi suprà licet tex. hoc non dicat, qui fortè ex eo ad hoc motus fuit, quia post quā sunt denunciati excommunicati propter tale crimē, deneganda sunt ecclesiastica sacramēta, & sepultura. Item aduerte, quòd tales non solū non in ecclesia, nec in cœmeterio, nec alibi ad modū christianorū sunt tumulādi, sed sunt iactandi in signū damnationis secūdū Anan. ibi. penultim. colum. in prin. Ex quo videtur quòd clerici incurrerent prædictā pœnā quomodocunque interessent sepulturæ prædictorum. quia text. ibi dicit: nec eos Christiani præsumant tradere sepulturæ. pro quo etiā facit quod supra diximus, in verbo raptorum, &c. prope fin.

ANNO-

ANNOTATIO.

VIde multa lectu non indigna, quæ de ijs receptatoribus & fautoribus hæreticorum congerit Lud. Car. in practi. crimin. tract. de hæreticis. §. vlt. fol. 280. Paul. Grill. in tract. de hæret. quæstio. 9. Gund. à Villadiego eod. tract. quæst. 16. Bern. Com. in lucerna, in verbo Fautor. & in verb. Defensor. Locatus in opere iudi. in verbo, Fautores Zanchin. de Hæret. capit. 5. & duodecim pœnas contra Fautores hæreticorum congessit directorium. 2 part. §. credentes. nume. 5. Pius Quintus Pontifex maxim. rescripto quodam incip. si de protegendi, quod continetur in bullario literarum Apostolicarum fol. 117. grauissimas pœnas statuit, contra hæreticorũ defensores, quas ibi vide.

Excommunicationis maioris vinculo innodati, per annum, vel multo tempore, contumaciter steterunt.

CAPVT CXVI.

Quod nouæ æditum est.

1 *Excommunicatio grauissima semper iudicata fuit, cuius veluti imago apud Ethnices fuit.*

2 *Excommunicati, quibus bonu caveant.*

3 *Tex. in cap. 1. de sentent. excomm. lib. 6. contra impium Lutherum interpretatur.*

4 *Annalis perseuerantia in excommunicatione operatur, vt excommunicatus, pro confesso, & conuicto, in criminalibus habeatur.*

5 *Perseuerantia annalis in excommunicatione, non inducit beneficiorum priuationem.*

6 *Defenduntur Regiæ hispanorum constitutiones, prima, & secunda, titu. 5. libr. 8. ordin. nous, pœnas aduersus excommunicatos statuentes.*

7 *Iudices Ecclesiastici condemnare possunt pecuniaria multa excommunicatos laicos, qui pertinaciter in excõmunicatione permanent.*

8 *Iudices Ecclesiastici, nullum emolumentum percipere possunt, ex pecuniaria pœna, contra laicos excommunicatos illata, nisi illam quæ Regijs constitutionibus, illis competit.*

9 *Perseuerantia annalis in excommunicatione, ex causa ciuili, operatur quod excommunicatus pro confesso habeatur.*

10 *Annalis perseuerantia in excommunicatione, minimè præcludit viæ excommunicatis, quin possint innocentiam suam ostendere.*

11 *Tex. in capi. rursus 11. quæst. 3. interpretatur.*

12 *Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de reform. & alia iuris cõmunis loca ei consona interpretantur.*

13 *Perseuerantia in excommunicatione, vltra annum operatur, vt excommunicatus ecclesiastico beneficijs priuandus sit.*

14 *Anno lapso excommunicationis, quantum tempus à iudice expectãdum sit antequam ad declarationem & priuationem beneficiorum procedat.*

EXcommunicatio non solum apud Christianæ fidei cultores, sed apud Ethnicos fuit veluti eius imago, quę gra- 1 *Excommunicatio gra-*

uissima semper iudicata fuit cuius ve luti ima go fuit apud Ethnicos

uissima semper iudicata fuit. Plato enim Philosophus omnium grauissimus ad finem. li. 9. de legib. sic loquitur. [Si quis de vi parentibus allata damnatus fuerit primum quidem ex vrbe egrediatur in exiliumque perpetuum proficiscatur ac sacris omnibus arceatur. Eum autem qui non se arcuerit Agronomi verberibus cædat & omnino, vt hi quidem voluerint. Reuersus vero ex exilio morte multetur. Si quis vero ex liberis hominibus cũ tali viro cõmederit, vel biberit, vel re alia qua cunque cũ eo communicauerit atque adeò si ei obuiã factus eũ sua sponte tetigerit: neq; in tẽplũ ingrediatur, neq; in forum, neq; omnino in vrbẽ priusquã purgetur. Putet. n. se cũ homine scęlesto communicauisse. [Hactenus Plato. Quę omnino ferè similia sunt nostræ Christianæ religionis excommunicationi.

Apud Athenienses imago quædam fuit nostræ excommunicationis. Similiter apud Romanos.

Apud Athenienses etiã antiquitus publicitatæ erant quędã detestationes veluti in eos, qui viam non mõstrassent erranti vt testatur Tullius lib. 3. offi. in quarum detestationũ locũ successit excommunicatio, vt scribit Erasmus Chiliadis primæ cent. 2. cap. 84. Romanos etiam his diris execrationibus vsos fuisse, vt qui illis esset obnoxi⁹ grauissimas pœnas dare maximisque calamitatibus & erũnis affici necesse erat, vt commemorat Plutarchus in Crasso ibi refert Acteium Trib. Pleb. his diris execrationibus Crassum in Parthos proficiscentẽ confixisse. Ex quo est illud Lucani lib. 3. Pharsaliæ. Crassumque in bella secuto. Sæua Tribunitiæ vouerunt prælia Diræ.

De his etiam execrationibus meminit Tullius libr, 1. de Diuinatione. [M. Crasso quid acciderit, videmus dirarum obnuntiatione neglecta.] Et de huiusmodi Diris mẽtio fit à Plinio. libr. 28. cap. 2. & à Liuio. lib. 6. tertię Decadis qui sic loquitur. [Qui victus acie excessisset, eũ ne quis vrbe tecto, mensa, lare reciperet diram & execrationẽ in populares obtestationẽque quam sanctissimam potuerũt, aduersus hospites composuerunt.] Hactenus ille. Cæsar etiã in commentariis belli Gallici mores Druidum referens his verbis descripsit. [Si quis aut publicus, aut priuatus eorũ decretò non steterit sacrificijs interdicũt: hæc pœna apud eos grauissima. Quibus ità est interdictum ij numero impiorũ ac sceleratorũ habentur, ab ijs omnes decedunt, aditũ eorum sermonemque defugiunt, ne quid contagione incommodi accipiant neque honos vllus communicatur.]

Hactenus Cæsar in quibus vide nostræ excommunicationis imaginẽ. Nam excommunicati primũ sacrificijs interdicuntur cap. si quis Episcopus cap. placuit. & alijs multis. 11. quæst. 3. Deinde his cõmunicati prohibetur sermone, mensa, & cõsuetudine, aut alio quouis modò cap. sicut cap. excommunicato cap. qui communicauerit. 11. quæst.

2 *Excommunicati quibus hominũ & quãdiu maneant.*

11. quæstion. 3. Excommunicati etiam proprio & peculiari vocabulo impij appellantur capit. cæterum. 24. quæstion. 3. Excommunicatis etiam petentibus ius denegatur capit. intelligimus. de iudi. cap. exceptionem. de excepti. capit. 1. eo. tit. in 6. capit. 1. de rescript. eo. lib. Nec ad honores dignitates vel beneficia admittuntur capitulo. postulastis. capitul. sequenti de cleric. excommunic. capitulo. cum bonæ de ætate & quali capit. cum dilectus. de consuetudin. capitul. ad probandum. de senten. & re iudi. Quod etiam in dignitatibus secularibus locum obtinet capitul. per venerabilem. versicu. [Sed nũ quid enim, ibi, Sacrilegum quẽ cũque, vel excommunicatum. Et rursus versicul. [Sunt enim notoria.] Vbi etiam not. Abb. Cardin. in capitul. perpendimus. num. 40. de sent. excommunic. Deci. in capitul. dilecti. column. 1. de excep. tradit Andr. Tiraquel. libr. 1. de retracta. §. 1. glos. 9. num. 171. Sunt equidem excommunicati infames. Vt dicit glos. in capit. 1. versic. nisi iustã. in verbo infanti. quo tempore miles, & in capit. 1. §. vlti. in glo. vltima ad finem tit. per quos fiat inuesti. & est tex, optimus in capitul. infames. 6. quæstio. 1. quem dicit esse sing. Rom. sing. 678. & quo modò hoc intelligendum sit, vide Innocen. & doctores in capit. testimonium. de testib. Roman. singul. 685. Et excommunicati Sathanæ maligniſq; eius Angelis traduntur capitul. omnis Christianus. 11. quæstio. 3. Et tanquam membra putrida à Catholica Ecclesia abijciuntur. capitul. nihil. ead causa & quæstion. Et multa in execrationẽ excommunicationis vide per Paul. Diaconum. lib. 23. rerum Romanarum Theophylact. 1. ad Timoth. cap. 1. Lindanum libr. 4. Panopliæ Euangelicæ capit. 58. Confessi. Poloni. de fide & Symbolo. c. 31. Sot. libr. 4. senten. distin. 22. Iaco. Septim. in cath. instit. tit. 27. Diuus Episcop. Couarr. in cap. Alma. mater. 1. par. relecti. in inni. Tiraquel. vbi iam allegaui.

Est igitur excommunicatio horribilis & pertimescẽda pœna: sed impius & nephandus Lutherus omnia tentans euertere ex capit. 1. de senten. excommunic. libr. 6. quo cautum est medicinalem esse excommunicationem, argumentatur & inter impia sua deliramenta, hoc quoquè tradidit excommunicationem non priuare bonis spiritualibus nec communionibus, neque suffragijs Ecclesiæ, cum alioquin si priuaret, mortalis esset non medicinalis ideò plus diligendam esse (inquit) quam timendam. Nephanda quidem blasphemia cõtrà Diuum Paulum Apostolum, sacraque concilia, & contrà catholicæ Ecclesiæ traditionem. Et vt hanc argumentationem longè repellamus, animad uertere oportet, quod excommunicatio medicinalis ex fine esse dicitur, quia ei⁹ finis est me

3 *Tex. in c. 1. de sen. excomm. lib. 6. cõtra Nephandũ Lutherũ interpretatur.*

deri peccatori, morbo peccati laboranti. Ideò nempe excommunicatio contra eum profertur, vt resipiscat, pœniteat, & Ecclesiæ satisfaciat, neq; quod spiritualibus bonis priuet letalis est iudicanda. Nam corporales medicinæ, tametsi corpus multis alioquin malis afficiant mederi tamē dicuntur, est igitur medicinalis excommunicatio, si ea innodatus, minimè contempserit, sed probè attendens quod mali egerit, pœniteat. Istum esse excommunicationis finem constat ex Diuo Paulo. 1. ad Timoth. 1. [Tradidi (inquit) eos Sathanæ, vt discant nō blasphemare.] Et ex eodem Paulo 1. ad Corint. ca. 5. [Iudicaui eum tradere Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus fiat in die Domini.] Sic interpretatur Origen. lib. iudicum. [De Ecclesia (inquit) per sacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus erubescat, & conuerso eueniat ei, illud quod sequitur, vt spiritus saluus fiat in die Domini.] Imò etiam si cor illius indura-tum sit, contra quem prolata fuit excommunicatio, ita quod ei fuerit lethalis, nihilominus tamen dicitur medicinalis reliquis Ecclesiæ membris, & per eā cōsuluitur incolumitati totius reliquæ communionis. Nā vnum pecus morbidum, omne pecus inficit, ideò separandum est, ne reliquas oues contactu suo inficiat. Nam vt elegantissimè scribit Diu. Hieron. apud Gracianum in c. resecandæ 24. quæst. 3. [Resecandæ sunt putridæ carnes, & scauiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant.] Plato enim diuinus lib. 9. de legib. ait. [Quos insanabiles legislator esse sensit, vltimo suplicio hos afficiet, non ignorās, satius fore his qui insanabiles sunt, mori quàm viuere, ac si vita priuātur dupliciter prodesse cęteris. Nam horum exemplo à peccato cæteri deterrentur, & improbis hominibus ciuitas ipsa mundatur.] Et parens eloquentiæ Cicer. in Philippica octaua plæclaræ (inquit) In corpore siquidem eius modi est, quod reliquo corpori noceat, vri ac secari patimur, vt membrorū aliquod potiùs quā totum corpus intereat. Sic in reipubl. corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferū amputatur.] Vt benè ille cecinit. [Priùs tentanda, sed immedicabile vulnus ense rescindendum est, ne pars syncera trahatur.] Et secundum istū germanum intellectum post alios interpretatur tex. illum D. Couar. in dict. cap. Alma mater. 1 par. in ini. n. 9. Vnde igitur perfide & insane Luthere, colligis excommunicationem ipsam diligendam esse, & non timendā, non aliter quidem diligēda est, quàm à sanis pharmaca, vel ab inocentibus iniquorum hominum pœnæ. Pœna sanè quæ facineroſis hominibus imponitur, medicina est improbitatis, vt elegantissimè docet Plato li. 5. de

9. de legib. scribens nullũ supplicium lege factum ad malum tendit, sed duorum alterum ferè semper solet efficere, nã aut melior, aut certè minùs prauus qui pœnas dederit, fieri solet Vide etiam circa hoc argumẽtum Diuum Chrisostomum ad populum Antiochenum, homelia 6.

Non est igitur, vt ex superioribus apparet, excommunicatio pœna eradicans, sed pœna disciplinæ, nec est pœna vltima delictorum, sed vexatio quædam, dans probum intellectum, quæ in eum scopum dirigitur, vt excommunicatus corrigatur, salutemq; spiritualem modis omnibus quærat, vt sic satisfaciat ecclesiasticæ disciplinæ, quod si excommunicatus ea induretur, alia maiora pharmaca adhibenda sunt capit. 1. de sentent. excomm. lib. 6. capi. excommunicamus. §. qui autem. & §. quia verò de hæret. capit. notandum. 24. quæst. 3. l. placet. & ibi glos. Bald. & doctor. C. de sacrosanct. Eccles.

Ideò égregia est doctorũ nostrorum disputatio, quæ huius capitis argumento conuenit, qua pœna plectendus est, qui per annum, vel vltra, excommunicatione innodatus perseuerat. Et quia multis difficultatibus est inuoluta, propositis his assertionibus, pro nostra tenuitate elucidauimus.

4 Annalis perseuerãtia in excõmunicatione

Prima assertio: Annalis perseuerãtia in excommunicatione in criminalibus causis, solũ operatur, vt excommunicatus habeatur pro confesso & conuicto de crimine, cuius causa fuit excommunicatus, atq; ita pœnam non auget, scribit Ab. in cap. 1. de iudi. num. 25. quã opinionem communem esse testantur Ripa. ibi nu. 77. Alciat. nu. 54. D. Episcopus Couarr. in dict. ca. Alma mater. 1. par. relect. §. 7. nu. 10. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæst. lib. 2. centu. 5. casu 416. num. 11. eamque sequitur Auferi ad Capell. Tholosa. quæst. 366. Ioan. Lup. in cap. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. §. 18. nu. 24. Paul. Gril. in tracta. de hæret. quæst. 8. ad finem quę manifeste probatur in cap. rursus. & in ca. quicunque 11. quæst. 3. & iuri consona est, nam quãuis sola contumacia ad condẽnationem non sufficiat, vt in cap. nullus. de præsump. tamẽ quia cum tali contumacia concurrit dicta perseuerantia in excommunicatione sufficit, quia vehemens inducitur præsumptio quæ ad condemnationem sufficit. ca. afferte. de præsum. & ita tenendum est, quicquid contra communẽ reclamet Decius in dict. capit. 1. 2. lectura, num. 19. & Ioan. de Selua de benefic. 3. part. quæstion. 4. numer. 53.

nicatione operatur vt excommunicatus pro confesso & conuicto in criminalibus causis habeatur.

Ex qua assertione duo à nobis sunt annotanda. Primò pertinacem per annum in excommunicatione, priuatum esse ipso iure vel priuandum beneficio ecclesiastico, si crimen ab ipso commissum ea priuatione dignum fuit quod

doctores supra allegati communi consensu profitentur. Secundò non esse dictum contumacem excommunicatum priuatum, vel priuãdum ecclesiasticis beneficijs, si crimen de quo accusatus fuit nõ est ea pœna dignum, quod similiter doctores præcitati fatentur.

Annalis perseuerantiam excõmunicatione, nõ inducit beneficiorũ priuationem.

5 Secunda assertio annalis excõmunicatio, licet non inducat beneficiorum priuationem, si aliàs pro illo crimine ea priuationis pœna iure statuta non est poterit tamen talis excommunicatus, etiam intra annum arbitraria pœna puniri, ita scribũt Io. And. & Fel. in ca. postulasti de homi. D. Couar. dict. §. 7. & quamuis de ea dubitet Iaco. Menoch. dict. casu 416. dicit tamen ibi, quod si iudex esset Io. And. & aliorum opinionem se queretur ad coercendam pertinaciam, & audaciam eorũ qui tanto tempore, excommunicatione innodati fuerunt.

Defendũtur Regiæ Hispanorũ constitutiones prima & secunda tit. 5. lib. 8. noui ord.

6 Hinc sequitur iustissimas esse Regias nostras constitutiones, quibus decretum est, laicos qui per mensem in excommunicatione permanserint à seculari iudice esse multandos, quod si per sex menses contumaces fuerint grauiori pœna plectantur, quod si per annũ insorduerint, longè acriùs puniantur. l. 1. & 2. tit. 5. lib. ord. noui. Sic etenim stat in Neapolitano Regno Synodalis cõstitutio in ordine 51. quæ incipit. Item quod nõnulli. qua sancitũ est, quod permanentes in excõmunicatione per mensem soluere tenentur vnum auri Alorenum, de meminit Petrus Foller. in practi. crimina. canon. in verbo, non comparentes. num. 61.

Nec equidem hoc exemplo caret, nam in concilio Tiburiensi antiquitùs patres decreuerunt. [Vt qui post excommunicationem nõ fuerint ad pœnitentiam inclinati, per secularem Principem puniantur, vt quos Dei timor nõ corrigit saltem pœna tẽporalis corripiat. ita concil Tribur. cap. 3.

Ecclesiastici iudices cõdemnare possunt pecuniaria multa laicis qui indulgentiam in excõmunicatione per manent.

7 Possunt etiam ecclesiastici iudices (imò maiorem ad hoc iurisdictionem & potestatem habẽt) punire laicos pecuniaria multa, qui per tempus illud Regijs legibus expressum excommunicatione fuerunt innodati quod sic clari & explorati iuris est, vt nulla indigeat probatione, & ita forensi vsu receptum est. Sicq; absolutionis tempore post Ecclesię satisfactionem solet pecuniaria pœna imponi, quæ iustè exigi potest, & in pios vsus conuerti. vt præcedentibus annis cætus Cardinalium Paulo Tertio Pontifici maximo respondit, vt testatur D. Episcopus Simancas in catho. institut. tit. 27. num. 5.

Iudices ecclesiastici nullum emolumẽtũ percipere possunt, ex pœna contra excommunicatos

8 Non tamen licet ecclesiasticis iudicibus: ex proprijs sentẽtijs contra excommunicatos contumaces latis commodum aliquod extraordinarium reportare, sed pecuniariam condemnationem in vsus pios Ecclesiæ vel pauperum conuertere, licet aliquando cõtrarium iniustissimè vidi iudicari, sed iam placata

cata fuit illa tempestas, apud nos verò cum dicta Regia constitutione prima, tertia pars pecuniariæ condemnationis, quę contra excommunicatos contumaces profertur, ad Prælatos seu alios ecclesiasticos iudices, qui excommunicationem protulerunt, pertineat, iustè ab eis exigi potest: sicuti aliæ pœnæ quæ legibus, vel statutis eis tribuuntur, ita scribit D. Præsul Calagurritanus infrà cap. 140. & ibi dixi.

os impositis, nisi illud quod Regi legitimè cõpetit.

In hoc autem amplissimo Archiepiscopatu Toletano qua pęna puniendus sit clericus, vel laicus in tribunalibus ecclesiasticis, qui in excommunicatione per annum steterit, vide in synodalibus constitut. capit. 2. rub. de senten. excomm. lib. 5.

Ecclesiastici iudices cõdemnare possunt pecuniariam mulctam laicos qui indurati animis in excõmunicatione per annum manent.

9 Tertia assertio, perseverantia in excommunicatione per annum, etiam in causa ciuili efficit, vt excommunicatus habeatur pro confesso. hanc conclusionem sic constitutam tradit D. Episcopus Couarr. in dict. cap. Alma mater. di. §. 7. licet ad eius probationem nulla autoritate, sed sua) quæ maxima est) innitatur, quinimò aliquos pro ea allegat, qui vel nõ dicũt, vel contrarium scribunt, vt est Ripa, quem statim allegabo. Verissima tamen est hæc sentẽtia, quã ea neruosa ratione corroboro, nam si dicta perseuerãtia excommunicatione dictum effectum in causa criminali operatur, in qua clariores probationes desiderantur, vt in l. fi. C. de probat. multò fortiùs operari eum debet, in causa ciuili. vnde labitur Ripa in di. cap. 1. de iud. n. 77. qui hãc opinionem in causa ciuili improbauit.

Perseuerãtia in excommunicatione minimè excommunicato viam præcludit, quin possit innocentiam suam ostendere, ita egregiè tenet Antonius de Butrio in dict. capi. 1. de iudi. vbi Ripa num. 77. glo. not. in dict. cap. rursus. 11. quæst. 3. sentit Innocen. in d. cap. cum bonæ. num. 2. versic. Post talem. de excõmunicat. lib. 6.

Perseuerãtia annalis in excõmunicatione operatur vt excommunicatus ex causa ciuili, pro confesso habeatur.

Quatta cõclusio, annalis perseuerãtia in excommunicatione, minimè excommunicato viam præcludit, quin possit innocentiam suam ostendere, ita egregiè tenet Antonius de Butrio in dict. capi. 1. de iudi. vbi Ripa num. 77. glo. not. in dict. cap. rursus. 11. quæst. 3. sentit Innocen. in d. cap. cum bonæ. num. 2. versic. Post talem. de excõmunicat. lib. 6. ætate & qualitate. Prædicta quidem perseuerantia solùm prodest accusatori fisco, vel actori, vt ab honore probãdi accusationẽ, vel propositã actionem relenetur, cuius probationis loco lex hãc contumaciam induratã excommunicatione, subrogauit. vnde poterit reus quæ ad suam innocentiam cõcernunt modis omnibus probare. l. 2. C. de requir. reis ꝙ multis cõprobat Ioa. à Neuiza consi. 60. nume. 2. 3. & 4. Et innocentiæ probatio numquã excluſa censetur, etiam si iam lata fuerit sententia vt optimè probat Dec. in cap. ex parte. in 2. num. 7. de offic. delegat.

Perseuerãtia annalis in excõmunicatione minimè excludit innocentiam suam ostendere.

11 Nec huic assertioni reffragatur tex. in dict. cap. rursus qui probare videtur hunc perseuerantem in excommunicatione nullatenus audiendũ esse. quẽ ad hoc perpẽdit Barba. in dict. capit. 1. numer. 134. qui text. ille loquitur quãdo excommunicatus non solum neglexerit suam probare innocentiam,

Text. in ca. rursus 11. quæst. 3 interpretatur.

& priuatiuè & impropriè contempſit, ſed poſſitiuè, & propriè, vt quia pluries monitus renuit verbis, vel facto, ſuam innocentiam purgare, ideò mirũ non eſt quod lex pœnitus eum excludat, ità text. illum interpretatur Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæſt. lib. 2. centu. 5. caſu. 416. quem vide.

12 *Egregiè interpretatur eõ ci. Trid. Seſſ. 25. ca. 3. de reſor.*

Quinta aſſertio, perſeuerantia annalis in excommunicatione reddit excommunicatũ de hæreſis crimine ſuſpectum concil. Tridenti. Seſſ. 25. cap. 3. de reform. Præſumitur quidem is, perperam de poteſtate clauium Eccleſiæ ſentire inquit ſacroſanctum Concilium. [Excommunicatus verò quidem, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolùm ad ſacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiantur : Sed ſi indurato animo, cenſuris annexus, in illis per annum inſorduerit, etiam, contra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit.] Hactenus concilium circà quod, aliqua lectu non indigna notanda cenſeo.

Primò, quod nõ ſolũ eius ſanctio procedit, quando excõmunicatio lata fuit ob cauſam criminalẽ, verũ etiã ciuilem: nam pertinacia hæc vniformis eſt, nam ſemper & in omni caſu, perſeuerando dicitur contẽnere, imò maior videtur cõtẽptus excommunicationis ex cauſa ciuili, quàm criminali: quæ pro leuiori cauſa lata fuit, & quæ minus cum retardare deberet, quin ad iudicẽ iret, quàm pro criminali quæ ob pœnam corporalẽ forte imponendã, magis excõmunicatus timeret. Quod ex verbis concilij clarè perpenditur, ibi, *Quæcunque*, quæ verba compræhendunt excommunicatum, tàm ex cauſa criminali, quam ciuili, cùm paulò antè concilium decreuerit, ob vtrãque poſſe excommunicari.

Secundò, quod quatenus cõcilium ait, [Per annum inſorduerit.] intelligendum eſſe de anno perfecto. l. vrbana familia. §. pernoctare. ff. de verbo. ſigni. not. Francus in capi. cum cõtumacia. de hæret. l. 6. not. 2.

Tertiò, quod licet excommunicatus, qui per annũ integrum indurato animo, ſtetit in excõmunicatione, de hæreſi ſuſpectus ſit: non tamen tanquam hæreticus eſt condemnandus. gloſ. ſing. in capit. *contingit. de dolo*, & contumacia eſt equidem ſuſpicio hæc leuis, vt ſcribit autor directorij Inquiſitorum. 2. p. quæſt. 47. ſequitur inſignis Couarruu. in dict. capit. Alma mater. §. 7. Iaco. Septim. in catho. inſt. tit. 27. num. 4.

Quartò, quod licet dicta ſuſpitio leuis ſit, ſufficiens tamen eſt ad purgationem indicendã, quam ſi excommunicatus ſubire nolluerit, ſed excommunicatione permanſerit, tunc veluti hæreticus pertinax eſt condemnandus. cap. excommunicamus. §. qui autem. de hæreti. capit. cum contumacia. eo. tit. in 6. tradit Inno. & cęteri in capitul. vltim. de pœnis Hoſtien.

Henr.

Henr. Cardi. & Felin. in dict. §. qui autem. Hostiē. in summ. ti. de hære. colum. 3. Calderi. consi. 5. tit. de hæreti. Franc. in dict. capit. cum contumacia. Rip. in di. c. 1. de iud. num. 77. Gonsa. à Villadiego de hæreti. quæst. 9. Capell. Tolosa. vbi Auff. decisio. 361. Alberti. in rub. de hæretic. lib. 6. quæ. 13. nu. 34 Brūnus. lib. 1. de hæreti. capitul. 4. Ioann. Lup. in c. per vestras. de don. inter vir. & vxor. § 18. nu. 24. Carreri. in practi. crimin. in tract. de hære. num. 21.

Quintò, quod si causa excōmunicationis, ex eo emanauit, quòd de hæresi suspectus quis sit, ab hæreticæ prauitatis Inquisitoribus vocatus, subterfugiens iudiciū, comparere noluit ob contumaciam, excommunicatione fuit innodatus. in qua integro anno permansit, hoc sanè casu, vt hæreticus est puniēdus tex. egrægius in dict. cap. cum contumacia. de hæret. libr. 6. & ad idem in simili est text. in ca. excommunicamus. §. qui autē. de hæret. & in auth. Gazaros. C. eo titu. l. 32. titul. 9. part. 1. tradunt vltrà ordinarios interprætes direct. Inquisitorū. 2. par. quæ 47. Capell. Tholosa. vbi Auffe. quæsti. 365. Ad hoc tamen quòd dicta pœna imponenda sit requiritur, quòd is sit verus cōtumax, quòd si victus contumax fuerit, dicta decisio locum non habet, vt optimè resoluit Gunsa. à Villadiego de hæreti. quæsti. 12. Couarruu. dict. §. 7.

Imò & quòd existimo perpetua memoria dignum, quòd si anno lapso, antè condemnationem: qui contumax fuit, compareat in iudicio suamque innocentiam voluerit ostendere, audiendus est, ad effugiendam bonorum confiscationē; ità tenet Andr. de Iser. in dict. auth. Gazaros. num. 31. Quòd si iam condemnatus, & captus fuerit, & tanquam verè pœnitens voluerit se Ecclesiæ reconciliari audiendus est, & si ostendat legitimè impeditum fuisse, ità vt cōtumax non fuerit: omnem pœnam effugiet, quod si de legitimo impedimento nō docuerit, sed solum innocentiam obiecti criminis docuerit, sententia reuocabitur, quo ad corporalem condemnationem & infamie noram, non verò quo ad bonorum confiscationem. l. 2. & pen. C. de requi. re. Quod facilius admitti debet, quandò conumax ipse sponte se carceri exhibuit, vt sanctæ Inquisitionis decreto diffinitum esse testatur D. Episcopus Iaco. Septimam. in catho. insti. cap. 2. num. 20.

Sextò erit etiam memoriæ commendandum, quòd cum annalis perseuerantia in excommunicatione, solum suspitionem hęresis inducat, & ideo non erit locus bonorum confiscationi, nisi posteà verè hęreticus excommunicatus apparuerit, quia quando bona hęreticorum publicantur locum id obtinet, in verò hæretico, non vero in suspecto. ca. accusatus. §. porro. de hæreti. tradit, vltrà

interpretes ordinarios Zanchinus in tractat. de hereti. cap. 25. de confis. bono. Balne. reg. in iudi. inquisi. in verb. [Bona hereticorũ.] Iacob. Menoch. cons. 159. nu. 16. volum. 2.

13 *Perseuerãtia excommunicationis, vltrà annũ operatur vt excõmunicatus eccle siasticis beneficijs priuandus sit.*

Sexta & vltima assertio, perseuerãtia in excommunicatione, vltrà annum operatur, vt excommunicatus priuandus sit beneficijs, & dignitatibus ità tenet Abb. in dicto. capit. 1. de iudi. num. 25. vbi And. Alciat. num. 78. quæ manifestè probatur in cap. cum bonæ, de ætate & qualita. circà cuius interpretationem labitur doctissimus Ripa in dict. capit. 1. nume. 78. scribens quòd text. ille loquitur quandò Pontifex Maximus de plenitudine procedit, prout in casu illius text. Nam nunquam præsumendum est sic Principẽ velle procedere. Imò nomen hòc absolutæ pòtestatis, cum iuri contrarium sit meritò à iure consultis omnino obleganduin esse, multis rationibus, & clarissimorum virorum testimonijs probaui in meis annotat. ad istum dominum Episcopum in regulis & fallen. regu. 219. versi. Quartò amplia. Nec reffragatur consideratio Decij in dict. cap. 1. num. 19. in 2. lecti. à communi recedens asseuerãs, text. illum requirere perseuerantiam & contumaciam triennalem, nam vt rectè respõdit Alcia. dict. capit. 1. num. 37. is text. in dict. capit. cum bonæ. non inducit dispositionem super triennio, sed super temporis diuturnitate, vltrà annum. Vnde videmus quòd antè biẽnium sufficeret vt in ca. vltim. de pœnis qui text. & si loquatur de laico at tamen in clerico iudicandum est, cum vel nulla sit differentia, vel si aliqua est, fortiùs clericus ligatur cum is magis parere teneatur, vt scribit Cardin. à Tnrrecrem in capit. missas totas. num. 2. de consecra. distin. 1. Mart. Nauarr. in capit. 1. §. ingratus. nume. 4. de pœni. dist. 5.

Quæ quidem assertio locum obtinet, etiam si excommunicatio lata fuit ob causam ciuilem, nam vt suprà scripsi pertinacia hæc vniformis est, nec quo ad hoc institutum attendi debet an procedat, ex causa criminali, vel ciuili: solum perpendi debet crimen illud, ab illa contumacia & perseuerantia proueniens. Hinc constat longè errasse Abb. in dict. cap. 1. num. 27. Ripam num. 77 Rom. sing. 303. Ang. de Clauassi. in summa in verbo. Excommunicatio vltimo. num. 17. asseuerantes, excommunicatum ex causa ciuili, & in ea perseuerantes etiam per mille annos, non posse suis beneficijs priuari, quos omnes iuste reprobat Iacob. Menoc. de arbi. iud. quæst. libr. 2. centu. 5. casu. 416. num. 55.

14 *Anno lapso excommunicatus, quatenus repus à audire expectã teor.*

Dubitari tamẽ solet per quod temporis spacium iudex expectare debeat excommunicatum lapso anno antè quam ad declarationem vel priuationem beneficiorum procedat circa quã controuersiam Abb. in di. cap. um. 25. de iudi. vet siculo fa-

"dum sit antequā ad primā tonem beneficiō prēeadat,

teor. sentire videtur per triennium expectandum esse. vt in capit. cum bonæ, de ætate & qualitate sed Abb. non loquitur taxatiuè prout nec taxatiuè ibi loquitur Andre. Alciatus num. 37. Quo circà totum hoc iudicis arbitrio relinquendum esse censeo, sequor in hoc doctissimum Iac. Menoch. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. centu. 5. casu. 416. num. 66.

Prudens equidem ecclesiasticus iudex, elapso aliquo tempore post annum, excommunicatum citari præcipiet, vt coram eo compareat, ad allegandum quas defensiones habet, vt hæreticus declarari non debeat, cum tandiu excommunicatione fuerit ligatus, quòd si nullū alleget impedimentum, nec iustam causam, quæ ei suffragari possit, hæreticus declarabitur, & priuatum esse beneficijs & ecclesiasticis, dignitatibus, hāc praxim docet Gundi. à Villadiego in tractat. de hæreti. quæstio. 12. in fine Ioann. Anani. in capit. excommunicamus. § qui autem. in fine de hæret. Auferi ad Capell. Thol. quæst. 566. ad finem.

Falsarij.

CAPVT, CXVII.

1 *Clerici falsarij literarum apostolicarum qualiter puniantur.*

2 *Vitians siue falsans literas delegati apostolici vel aliorum inferiorū iudicum, qua pœna corripiatur.*

3 *Literarum autem regiarum falsarij cui pœnæ sint obnoxij.*

4 *Clericus, qui falsis literis apostolicis vtitur, officijs & beneficijs priuatur.*

5 *Apponens manum in apostolicis literis, etiam literam vnicam corrigendo, vel punctum, exceptis officialibus quibus commissum est, eo ipso excommunicationis sententiā incurrit à qua Papa tantum absoluit.*

CLerici qui falsarij literarum Apostolicarum fuerint deprehensi, & per se falsitatis vitium exercuerint, omnibus ecclesiasticis officijs & beneficijs priuati & per ecclesiasticum iudicem degradati seculari potestati traduntur puniēdi, a secundum legitimas constitutiones, per quas laici de falsitate conuicti puniuntur, vt in cap. Ad falsariorum. de crim. falcid. & pœna laicorum videtur esse deportatio, & omnium bonorum publicatio in libero homine, vt per glos. ibi allegando text. in l. 1. §. fin. ad l. Cornel iam, de falsis. licet in l. Vbi falsi. C. eod. dicat. quòd crimen falsi debet puniri capitali supplicio, si id exigat magnitudo commissi: & licet iure communi in hoc casu nō videatur apposita pœna mortis expresse: in his tamen regnis dispositum est quòd falsans epistolā, priuilegiū, vel bullā Papę, vel qui facit, vt alius id efficiat, debet mori, vt in l. 6. tit. 7. par. 7. Vnde nō est dubiū tunc cp hodie iudex secularis dānabit tūc talē clericum ad pœnam mortis. Et vide Concilium Constantiense in 18. Sessione, in capitu. 3. vbi statutum est quòd omnes qui dolum & fraudem seu falsitatē aliquam

aliquam circà literas bullandas dict. Synodi committerent, & illi etiam qui in hoc consentirent, aut alia fieri procurarent, vel literis falsis scienter vterentur, incurrerent censuras illas ecclesiasticas & pœnas quas falsificatores literarum Apostolicarum, & qui illis literis scienter vtuntur, necnon participes incurrunt iuxtà canonicas sanctiones: & licet prouisio illius concilij circa literas eius solum modo, & nō in futurum videatur disponere, argumento tamē illius videtur idem esse iudicandum, si pro tempore casus similis occurreret, cum videatur esse eadem ratio: literarum vero Cancellariæ vel pœnitentiarij Papæ falsarij qualiter puniantur, vide Host. Ioan. Andr. Butri. & alios in capit. ex literis. de fin. instrumen. Vitiās autem siue falsans literas Iudicis delegati apostolici nō debet ità acritèr puniri, Pano. in cap. Olim. in 2. not. ex text. ibi, de rescrip. Et vide Feli. in capit. 2. de rescript. column. 9. vbi se remittit ad plenè dicta per Maria. in dict. cap. Ad falsariorum. Falsantes autem literas inferiorum Iudicū, si criminaliter accusantur, depositionis ab ordine & priuationis omniū beneficiorū, detrusioniſq; in monasterium pœnas sustinere debēt. notat idē Panor. vbi suprà allegans text. in cap. Si episcopus. 50. dist. qui text. statuit contra presbyterum, aut diaconū qui chartam falsauerit, quòd depositus ab officij honore in monasterium detrudatur, & eundem text. (& si corruptè allegēt) sic intelligit Hostien. in summa de crimi. fal. § fin. in falsario literarum episcop Falsarius autem per modum inquisitionis conuictus, tam in literis episcopi, quàm capituli ab officio & beneficiō suspendendus est, siue suspensus nunciandus secundum Hostien. vbi suprà, donec indulgentiam Apostolicæ sedis mereatur obtinere, pro quo allegat text. in cap. Tam literis. de test. Literarum autem Regiarū falsarij degradantur, & illis aliquis character imponitur, & in exilium mittuntur extra prouinciam, vt in ca. Ad audientiā. de crim. fal. Idem transcriptum fuit in l. ante pe. ti. 6. par. 1. quæ declarat quod exilium debet esse extra regnum vel Dominiū Regis, in cuius literis deliquit, & extendit procedere in falsario cuiuslibet Principis secularis. Hostien. in summa de crim. falsi. §. fin. versic. Si quis autem, motus ea solum ratione, quia de similibus idem est iudicium per iura vulgaria quæ ipse refert. Qui vero Apostolicis & literis falsis vtitur, officijs & beneficijs priuatur, vt in dict. ca. Ad falsariorū. Vnum tamē nota, quod si tales velint se purgare allegantes ignorantiam, audiendi sunt, si se purgant, & deceptorem exhibeant. ità tenet Archi. in cap. In memoriam. 19. distinct. quod ibi sequitur Card. de Turrecremata, in §. Ad quartum. qui respondet ad dictum

dictum capit. Ad falsariorum, dum dicit non excusare ignorantiam: quod intelligitur de ignorantia supina, vel quando non vult exhibere deceptorē. § Et vide Hostien. in summa, in titu. de crimine falsi. §. Porrò. versic. Sed hodie, vbi dicit quod hodie præceptum est quod in literis Domini Papæ, nec in magno, nec in modico audeat quis manū apponere, etiam literam vnicam vel punctum vnicum corrigendo exceptis officialibus, quibus hoc est commissum: alioquin manum apponens ex canone lato in curia, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quæ nō potest per aliquem extra sedem Apostolicam relaxari. Cuius verba ad literam refert & sequitur Floren. in 3. parte. titul. 24. capitu. 16. & sequitur etiam Feli. in capit. 2. §. Stylus. de rescrip. qui etiam dicit quòd tales falsarij excommunicantur in processu annali per Papam in die Iouis sancti, & allegat consti. Martini. 5. quam ad literam Florent. scribit in dict. 2. parte. titu. 24. cap. 72. vbi apertè patet quod excommunicantur omnes falsantes literas Apostolicas, bullas & supplicationes Sum. Pontificis, se Vicecancellarij, seu gerentis officiū vel vices Cancellarij. Et nota quòd Floren. in dict. cap. 16. reuerend. Richar. dicit quod qui ludo & non intentione vtendi literis Papæ, quarum efficacia iam expirauit, aliquam literam in eis formatam reformaret, vel punctum faceret, vel aliquid in ea immutaret, non esse excommunicatus ipso iure. Contrà q̄ tamen arguit ipse, vt videre poteris: licet Felin. simpliciter secutus fuerit vbi suprà hāc declarationem Richard. & Floren. quem ibi corruptè allegat in vtroquè loco per eum citato.

Traduntur puniendi. Vide Regiam. l. 60. tit. 6. part. 1. & ibi insignem Gregori. Lup. & eundem in l. 6. tit. 7. par. 7. in glo. De Papa, o de Rey. Matth. de Afflict. decisio. 22. n. 2. Quam quidē pœnā, præteritis diebus receptā vidimus in Regali curia, contrà quosdā clericos qui literas quosdā falsas confecerant, fingentes esse Summi Pontificis, quarū literarū ratione, multi in gradibus prohibitis constituti, matrimoniū cōtraxerunt. Et huius criminis ratione, post realem degradationē, seculari curiæ traditi fuerunt & publicè suspensi. Vnde apud Hispanos inuiolabiliter obseruari debet decisio. text. in cap. ad falsariorum. de crimine falsi quamuis regulariter nō seruari affirmat Ioan. de Anan. in rub. de falsis circa finem quē refert Iulius Clar. in pract. cri. §. fi. quę 36. versi. videmus.

A *Clericus qui falsum literis Apostolicis cōmisit seculari curiæ tradendus est.*

D ex tex. in c. ad falsariorū. de crimi. fal. apud Hispanos seruatur.

Et nota, quòd huius criminis rei excommunicantur in cœna Domini, in quinto casu his verbis. [Excommunicamus omnes falsarios bullarū, seu literarum Apostolicarum, & supplicationum, gratiā, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S.

R. E. Vice

R. E. Vice cancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdē Romani Pontificis, seu Vice cancellarij, aut gerentium vices prædictorum, signantes supplicationes èasdē. Extendentes constitutionē Felicis recordationis Innoc. Papæ Tertij, quæ incipit ad falsariorum, cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falsificantes, seu mutantes supplicationes, per nos seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra, aut Datarij nostri licentia.

Pœna ex. in c. ad falsariorum locū non obtinet in clericis qui falsum committunt in literis Episcoporū Nuntij, vel pœnitentiarij.

Illud autem notandum censeo, non esse locum dictæ pœnæ, si literæ Episcoporum, vel Nūtij falsificantur, vel etiā literæ Pœnitentiariæ, quia hæc nō sunt literæ Papæ, sed eius commissarij constituti viuæ vocis oraculo. ità egrègiè scribit Martin. Nauarr. in manu. confessi cap. 27. num. 62.

Nec incurrit dictam pœnam qui subreptitiè, vel obretitiè impetrat literas Apostolicas, vel post impetrationē iilis vtitur, quia constitutiones Romanorum Pontificum, quæ circa impositionem dictarum pœnarū disponunt, loquuntur de falsificantibus. & diuersum quidē est falsum conficere, vel falsis literis vti in dict. capit. ad falsariorum, de crimine. falsi tradit Nauarr. dict. cap. 27.

Quando tollit punctū vel corrigit literas Apostolicas, si

Erit etiam à dicta pœna ordinaria immunis, qui dictarū literarum Apostolicarum mutat punctum, vel corrigit literā aliquam, quandò non mutatur substantia, vt scribit Ioan. Gerson. in 2. par. Alph. 32. ca Qui dam. fol. 118. Martin. Nauarr. in manu. confessō. dict. cap. 27. contrà Hostien. in summa de crimine fal. §. porrò. versi. sed hodie. & Caieta. in summa in verbo Excommunicatio. capit. 26. quorum opinionem saltem quoad forum conscientiæ reprobat Nauar. in d. loco. Idemque ipse asseuerandum censeo, quoad iudicium exteriùs. Nam cū falsitas hæc nemini sit nociua, puniri non debet saltem pœna ordinaria. Vt tradit Specul. in tit. de teste. §. 1. versi. Itē quòd aliquid, Bar. Paul, & Iaſ. num. 10. in l. si ex falsis. C. de transactio Bar. in l. eos. col. 2. ff. de falsis Angelus in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & consi. 194. Deci. in l. 1. §. credendū. num 7. ff. si cert. peta. & colligitur ex glos. in l. damus. in verbo, *Priuatas*. C. de falsis quam communiter doctores sequuntur, vt fatetur Alexand. consi. 145. column. 1. libr. 6. idem fatetur Barba. consi. 52. num. 4. libr. 3. Socin. consi. 103. num. 1. & 2. lib. 1. Viui. lib. communi. opinio. in verbo, falsitas quæ memini. & est communis practica qua aduocati sæpè vtuntur, vt testatur Curt. Iuni. defen. 4. par. in prima causa amissionis fœudi quæstio. 10. Iul. Clar. in pract. crimi. §. falsum. versi. item excusatur. qui plures allegat qui eam communem esse fatentur, & egregiè de more eam declarat, & ità interpretari debet opinio D. Episcopi Ioann. Bernard. de qua in hoc capit.

sententia non mutatur as immunitus sit à pœna.

Qui in moneta Summi Pontificū falsum cōmittit incidit in pœnam text. in c. ad falsariorū de crimi falsi.

capit. num. 5. opinionem tamē nostram Apostolicæ sedis censuræ libenter submittimus.

Qui in moneta Summi Pontificis falsum cōmittit an incidat in panam text. in c. ad falsariorū de crimi falsi.

Sed an puniatur huius capitis pœna clericus, qui in moneta Summi Præsidis falsum cōmisit. Vide Abb. in capit. tua num. 4. de pœnis asseuerātem, eum deponendum & in carcerem mittendum esse, negatque hoc casu locum habere traditionem curiæ seculari quia tex. in dict. cap. ad falsariorum. Loquitur tantum de falsarijs literarum, ideò cum pœnalis & odiosa sit illa constitutio, ad alios casus extendenda non est. cap. is qui de senten. excomm. libr. 6. l. penul. ff. de pœnis. Sed cum hoc falsi crimen quod in moneta Romani Pōtificis perpetratur grauissimum & atrocissimum sit ab Abb. sententia recedere videtur D. Didac. Perez in l. 23. tit. 19. lib. 8. ordin. versic. Quartò principaliter. Ego tamen Abbatis opinionem libenter sequor.

Conspiratores.

CAPVT, CXVIII.

Clerici hoc crimen perpetrantes qualiter puniantur.

1. CLerici conspirantes aut cō spiratores aut iniurias ponentes Episcopis aut clericis è gradu suo proprio penitus abijciantur, vt in capit. Si qui clerici. & in cap. Si cleric. 11. q. 1. Et in capit. Coniurationū. ea caus. & quæst. & habetur ille text. in concilio Calcedonensi in canone. 18. qui contrà fidem homenagij negat episcopū suum dominum esse, vel in foro seculari disponit cōtrà eum de rebus spiritualibus quæstionem, aut qui inuasori suo, & sociis causam & consilium præstat, ab officio & beneficio deponitur, vt in c. Grauē. de excess. præla. & vide tex. in cap. Si quis sacerdotum. 11. quæst. 1. qui clericum suo Episcopo inobedientē, aut ei insidias parantem, aut contumeliam, calumniam, sed conuicia inferentem deponi iubet, & curiæ tradi. Sed aduerte, quod ille text. de incorrigibili a intelligitur, vt concludit Abb. a in capit. At si clerici. de iudi column. 13. sequendo glos. in cap. Cùm non ab homine. de iud. & in capitul. Si quis & in cap. Si quæ sunt. 2. quæ. 7. & in cap. Nouimus. de verb. signi. & dicit quòd ista opinio tanquam mitior communiter approbatur per Doct. in capitul. final. de testi. cogen. & in capit. Cùm non ab homine de iudi. quem refert & sequitur Decius, ibi, col. 21. versic. Tertius casus. qui respondet ad verbum mox, positum in dict. ca. Si quis, quandoque intelligitur cum interuallo, vt l. Sed & si conditione. §. Seruus. ff. de hæredit. instit. & in capitul. 2. vbi glo. 20. q. 2. & tradit Alexand. in lib. 1. §. qui præsens. ff. de verb. obligat. & eam dicit communem sententiam Aretin. in dict. capitul. Cùm non ab homine. de iudi. colum. 2. versi. Tertius casus, & vide Ptæpo. in c. clericus. 3. quæ 4. qui post Archi. notat

tat. glo. ibi, ad hoc quòd clericus conspirationē faciens contra proprium episcopum non traditur curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis. & vide eundem in cap. Hi qui. ea. cau. & quæsti. vbi notat ibi text. pro illa glo. dum text. disponit quòd clericus persecutor episcopi fit infamis, & traditur exilio, nō tamen præcipit illum curiæ tradi. Et vide. l. 60. tit. 6. par. 1. vbi ponit istum casum inter eos, quibus clericus traditur curiæ seculari? & videtur lex illa ex pluribus casibus disiunctiuè positis in dict. ca. Si quis sacerdotum, solum ad duos casus pœnam illam reducere. Primò *quãdo el clerigo desbonestasse à su Obispo, y no le quisiesse obedecer.* Secundò, *si le acechasse en qualquier manera para le matar.* Et illa l. nihil dicit de incorrigibilate, b quasi velit in illis duobus casibus seruare dispositionem illius capitul. Si quis sacerdotū, quæ quidem interprætatio legalis videtur in Hispania seruãda, quum sicut doctorū expositionibus, ac consuetudine temperatur rigor antiquorum canonum, multò melius videtur hoc faciendum ex lege principis magna deliberatione promulgata: & tunc posset meritò dubitari qua pœna esset clericus puniendus, qui propter tale facinus traderetur curiæ seculari.

ANNOTATIO.

VIde multa quę circa huius capitis argumentū scripsit Hiero. Gig. in tracta. de crimine lesæ Maiest. lib. 2. Rub. quomodò, & per quæ &c. quæstiõ. 22.

A *De incorrigibili intelligitur.* Adde Siluest. in summ. in verbo, degradatio, & opinionem istã communem esse fatentur Augusti. Arim. ad Ang. in tractat. malefi. in verb. *Et caput.* nu. 42. Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. fi. quæst. 35. versic. Hinc infertur.

B *De incorrigibilitate.* Nota quòd dicta Regia Partitarum lex intelligenda est secundum ius canonicum & receptam & communem traditionem nempè, vt sit necessaria incorrigibilitas.

Lesæ Maiestatis rei.

CAPVT CXIX.

1 *Episcopus, præsbyter, vel diaconus, qui lesæ maiestatis crimen commiserit qualiter puniatur breuiter, & dilucidè per totum caput explicatur.*

EPiscopus, præsbyter, aut diaconus qui & domini sui regnum peruerse & dolose tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, debet degradati. ita dicit text. in capit. Si quis laicus. 22. quæst. 5. quem text. dicit notab. Abb. in capit. At si clerici. in princ. in fina. verbis de iudic. ad hoc quòd præsbyter, vel alius clericus, vel episcopus degradatur, pro conspiratione facta contra principem, seu dominum terrę, & allegat Docto. in capit. Petitio. de iureiuran. & dicit posse hoc intelligi de actuali degradatione propter immani-

immanitatē criminis, argum. l. Quiſquis. C. ad l. Iuliā maieſt. Barba. autem in dicto. capitul. At ſi clerici. in princip. in fina. verbis, ſcribit quòd vidit iſtum caſum de facto, & conſuluit contra doctrinam Ab. & quod d. capitul. Si quis eſt palea, & intelligitur de degradatione verbali, & quòd non habet locum in clerico: quia non poteſt a dici reus maieſtatis laici, a quia non eſt ſubditus laici: & refert Card. in cap. Vergentis. de hæreticis. & vt aliquis dicatur reus leſæ maieſtatis, oportet vt ſit b ſubditus, b per ea quæ ipſe allegat. Et reperies illud conſilium ſuum in 3. volum. in conſi. 21. A Ioue principium. Et vide Arnal. Alber. in capit. Quoniam. de hæreti. in 6. in quæſtio. 11. verſic. Septimò fallit, vbi poſtquā per quinque ferè col. tractat. de iſto articulo, dicit concludendum clericum non teneri crimine Leſæ Maieſtatis temporalis. Dicit tamen (ſaluo meliori iudicio & ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicę autoritate, quod clericus ſiue Epiſcopus tale crimen grauiſſimum committēs, erit degradandus, & beneficijs ſpoliandus, & conſequēter curiæ ſeculari tradendus, & remittit ſe ad ea quæ latiùs dicet in eodem ca. in 15. q. vbi in 2. col. d. q. verſi. hinc ſumpta. mouet quæſtionem. An clericus vel Epiſcopus rebellans contra Regem committat crimen Leſæ Maieſtatis & concludit etiam quod non, & reſpondet ad capit. Si quis laicus (præſuppoſito quod ille text. eſſet decretū autenticū, quòd non eſt) quod ille text. procedit quando epiſcopus vel clericus præſtitit iuramēto fidelitatis, vel homagium domino temporali, & tandem in col. 6. verſi. Quid ergo, dicit quòd licet clericus vel epiſcopus non committat crimen Leſæ Maieſtatis, per hoc nō remanebit impunitus, imò ſi eſt rebellis Regi ſeu domino, degradatus & ſpoliatus beneficijs, vel epiſcopatu traditur curiæ ſeculari propter immanitatem criminis allegat dict. cap. Si quis laicus. & Roma. hoc conſulentem per illum conſi. 366. Quæritur, qua pœna. & in ſingula. 701. Dicam tibi dubia. Sed aduerte quod Roman. in dictis locis nihil dicit de traditione curiæ ſeculari, ſed vtitur verbo illius text. ſcilicet degradetur. Vndè miror quod allegauerit pro ſua opinione Roma. niſi ſenſerit hoc voluiſſe Rom. dum dicit, degradetur, ſed hoc non eſt verum: nam non vbicunque in iure dicitur degradetur, intelligitur, & tradatur curiæ ſeculari. Poſteà verò valdè dubitat quod verbum degradetur in dict. capit. poſitum, capiatur propriè pro actuali degradatione, ſed pro verbali, & relinquit cogitandum. Et vide Matth. de Afflict. ſuper. 1. libr. conſtitutionum vtriuſque Siciliæ, foli. 114. in rubr. vbi clericus in maleficijs debeat conueniri, vbi diſputat quæſti. Vtrùm clericus beneficiatus committens crimen rebellionis contrà

Regem possit priuari suis beneficijs per episcopum suum, & tandem concludit quòd ex circunstantijs concurrentibus in rebellione tali poterit episcopus arbitrari, & sententiando declarare clericum in hoc delinquentem priuandũ esse suis beneficijs ecclesiasticis, dũ tamen procedatur seruato ordine iuris. Tu autem vltrà prædictos doctores, aduerte quod in synodo Toletana. 16. à sexaginta & vno episcopis celebrata, Anno domini. 693. sub Rege *Flauio Egica Sisbertus*. Toletanæ sedis Episcopus loco & honore priuatus fuit, eo quòd prædictũ Regem non tãtum priuare regno, sed & cum alijs cõplicibus interimere diffiniuit, atque genti eius vel patrię inferre conturbiũ & excidium cogitauit, vt patet in dicta synodo, in ca. de Sisberto episcopo, in quo pœna dict. Episcopo propter prædictas causas imposita per hæc verba describitur. [Ipse verò Sisbertus pro sui iuramẽti trãsgressione, facinorisque tãti machinatione secundũ antiquorũ canonum institutionem qua præcipitur, vt quisquis inuẽtus fuerit talia fecisse, & viuente Principe in alium attẽdisse pro futura regni spe, à conuentu catholicorum excommunicationis sententia repellatur, honorè simul & loco depulsus, omnibusque reb⁹ exutus, quibusque in potestatẽ prædicti principis redactis, perpetui exilij ergastulo maneat relegatus.] Ità nempè vt secundũ eorundẽ antiquorum canonũ decreta in finẽ vitæ suæ tantum communionem accipiat excepto si Regia eum pietas antè absoluendũ credidit. Simili quoquè & cæteris qui de religiosis cuiuslibet sint ordinis aut honoris deinceps contra principẽ talia egisse vel diffinisse reperti exstiterint cẽsura mulctandi sunt. Ex cuius nempè synodi dispositione apertè colligitur qua pœna sit clericus puniendus qui contra Regẽ machinatus fuerit: cũ illius synodi patres pœnam illi episcopo per eos inflictã ad alios clericos similia perpetrãtes in futurũ extendi sanxerunt, in qua visi sunt non nouã pœnã statuisse, sed antiquos canones fuisse imitatos, qui tamen canones nullibi referuntur. Et mirandum est quod nullus Doctorum quos ipse in hac materia hucusquè legerim de prædicta synodo faciat mentionẽ: nisi eos excusare velimus ea ratione, quòd illa. 16. synodus Toletana non omnibus familiaris est, vt patet ex eo quòd in omnibus impressionibus Conciliorum hucusque factis solùm tredecim concilia Toletana impressa leguntur: quãuis Gratianus aliqua ex dicta synodo in suo opere Decretorum intexere visus est.

REus *maiestatis laicæ*. Adde latissimè Hieron. Gigan. in tract. de crimine Lesæ Maiestatis lib. 1. quæ. 63. per totam fol. 111. vbi latissimè examinat, an clericus coniurationem faciens contra Principem crimen lesæ Maiesta-

Maiestatis cõmittat, quę vide.

B *Vt sit subditus.* Adde glo. in Clem. pastoralis. in glo. magna. versi. Nota de re iudi. Bald. cõ. si. 139 vol. 1. & in l. si omnes. §. si verò. C. de Episco. & cleri. & in l. data opera colum. C. qui accusar. non pos. Ioan. de Imo. in dict. Clemen. Pastoralis. colum. 2. Hyppo. in l. de minore in prin. col. 2. ff. de quæst. Caro. Rui. cõsi. 23. col. 2. nu. 6. volum. 1. Barba. consi. 70. colum. 3. volum. 4. Cepol. consi. 17. colum. 5. Nicol. Boeri, in tract. de Sedi. §. Præsuppone etiã. nu. 2. Ioan. Igne. in l. necessarios. §. nõ alias num. 417. ff. ad Sillani. Gramm. voto 10. nu. 32. Martin. Laud. in tract. de crim. Lesæ Maiestat. quæstio 22. Hieron. Gigan. eodem tract. lib. 1. quæst. 68. nu. 1. Bossi in tracta. delictorum de crimine Lesæ Maiest. num. 86. & vide Iulium Clar. libr. 5. recep. senten. §. Lesę Maiesta. versi. hinc infertur. & eo. libr. §. fi. quæst. 36. verfic. quæro nũquid. Vbi dicit quòd licet clericus propriè non dicatur committere crimen Lesæ Maiestatis, tamen plures seculares Principes seruant contrarium, quia cùm in grauissimo crimine agãtur de ipsorum vita, & statu, non solent clericos ad ecclesiasticos iudices remittere. Sed ipsi per suos iudices examinari faciunt, & torqueri, & quãdoque etiam suspẽdi. testaturque quòd in ciuitate Florentiæ fuit propter crimen hoc suspensus quidam Archiepiscopus. Guill. ttiam Benedi. in cap. Rainuntius. in verbo. [Et vxorem nomine Adela. 2. decisio. num. 160. & sequenti scribit, quòd Franciæ curia pro criminibus Lesæ Maiestatis, falsæ monetæ, fractionis saluæ guardiæ Regię, bannit clericos de Regno quoties delinquendo, rempublicã grauissimè offendunt. Sed nimis periculosa hæc sunt, & meritò à Christianis Principibus cauenda, quibus non licet sacra clericorum priuilegia violare, qui etiam in his atrocissimis criminibus retinet, vt ab ipsis puniri non possint, ideoque tenentur eos, suis competentibus iudicibus remittere, citrà quòd videas Bald. in §. si clericus. de pace tenen. & eius viola. & nostrum doctissimum Gregor. in l. 57. in glo. *Quę gladio.* tit. 6. part. 1. in versic. An autẽ princeps.

Clericus non dicatur committere crimen Lesæ Maiestatis.

Sed pro verbali. Adde quòd opinionem istam communem esse fatetur. Cur. Iunior. consi. 159. num. 1. quem refert Villalobos in cõmun. opinio. litera num. 99. Et licèt Abb. in ca. at si clerici. in prin. in vltim. verb. tenuerit, clericum qui cõmiserit crimen Lesæ Maiestatis post degradationem sæculari curiæ trãdendum esse, tamen communis opinio est in cõtrarium teste Bossio in tracta. delictorum titulo de foro competen. num. 137. & tit. de crimine Lesæ Maiestat. nume. 86. Iuli. Clar. lib. 5. recep. senten. §. final. quęstion. 36. versicul. quęro nunquid.

Seque de suis criminibus gloriantes.

CAPVT CXIX.

1 Clericus crimen hoc perpetrans, qualiter puniatur.

1 QVoniam secundùm Isidorum libr 2. de summo bono capit. 39. Ad comparationē mali fit deterius, quandò non solùm flagitia committuntur, sed etiam de ipsis flagijs vanitate laudis perditi extolluntur. 1 Quid enim peiùs est, quam in flagitijs miseros gaudere, de quibus iam debent copiosiùs deplorare? ideò meritò clericus qui de suo crimine gloriatur suspendi debet ab officio & beneficio. a ità disponit tex. in ca. Quam sit. de excess. præla. Et licet Abb. ibi discedat à summario illius tex. in quo Ioan. And. post glos. ibi videtur ponderare scādalum quod fuit ortū propter gloriationem illius clerici, & dicat sequendo Innoc. quòd ibi ille clericus fuit punitus tāquam maledicus detractor & leuis, & quod quodlibet illorum sufficeret ad imponendam illam pœnam. Ego tamen semper crederem considerandam esse qualitatem à iudicibus illius delicti de quo gloriatur, locum, vbi, & personas corā quibus gloriatus est: Et an ex illa gloriatione resultet præiudiciū alteriùs honori vel famæ, vt sic secūdum hoc mitiùs vel acrius puniatur. Quis enim dubitat longè aliter puniēdum esse clericum, qui furtum fecisse gloriatur, quàm qui adulteriū vel incestum, & qui adulteriū simpliciter fecisse se iactat quàm qui illud cum persona certa quam nominat commisisse dicit, qui publicè, quàm qui occultè, qui iocosè & inter amicos. quàm qui in rebus serijs & inter extraneos? Præterea in simili bus delictis clericorū mea sententia iudices aduertere debent, vt non solum tales clerici pœnas iactantiæ sustineant, sed etiam illorum famę quibus detractū est consulatur. Et ex hac sumpta occasione posset queri. An clerico glorianti se adulteriū commisisse cum certa muliere, vel quid aliud perpetrasse, ex quo iniuria alteri personæ irrogaretur, posset ad petitionē seu querelā illius imponi pœna (cùm aliter verum esse non constet) vt corā eisdē personis, vel alijs dicat illud à se dictum falsum esse, & nunquā accidisse. Quæ quæstio decisa videtur per ea quæ suprà notauimus in verbo, Maledici.

a *Officio & beneficio.* Adde Iacob Menochi. de arbi. iudic. quæst. lib. 2. centu. 4. casu. 332. numer. 1.

Habita informatione summaria.

CAPVT CXX.

1 Capi nemo potest sine causæ cognitione.

2 Iudex, qui innocentem clericum capi fecit, puniendus est.

3 Traduntur

Traduntur multa, quæ à iudicibus, in summarijs informationibus, præ oculis sunt habenda.

CLericorum capturam iustum est vt præcedat informatio summaria delictorũ, cùm in alijs delinquentibus id ipsum etiam requiratur. a Ad capturam enim personæ maximè in criminali nõ potest procedi sine causæ cognitione, vt notat Ioan. Andr. in cap. Si clericus. de senten. excommun. in 6. Et sequitur Anton. & moderni in cap. primò, de iudi. & notat Areti. ibi, in colum. 7. versicul. Ista conclusio. Nec informatione leui capiendi sunt seu incarcerandi clerici, cùm sola relaxatione à carcere nequeant per iudices restitui ad suæ famę integritatem. Quia vt plurimũ homines in captura facta magis capti culpam, quam iudicis leuitatem adesse considerãt. In liberatione verò non innocentiam rei, sed iudicis in inquirẽdo desidiam aut in admissione precum, seu munerum facilitatem interuenisse sæpius audent proclamare. Quo fit, vt apud plures idem ferè operari solet quòd quis pro crimine aliquo incarceretur seu damnetur, præcipuè cum præter id quòd ex iniusta captura non leuis clerico irrogetur iniuria (quæ tantò est grauior iudicanda, quantò captus maiori erat insignitus honore, crimenque sibi impositum grauius) ipse clericalis status non parum offenditur: qui quidem ordo sanctissimus sicut ab omni crimine verò expiándus est, sic nullius falsi impositione maculandus. Non præterea sic facilè solent effugere clerici, ac eludere iudices, vt contra eos leuiter ad capturam procedere sit necesse. Cum ob admissa facinora, mẽ- 2
brorum nunquam, vitæ verò rarissimè periculum timeant. Iudex verò qui temerè capi. fecit innocentem clericum, præter id quod puniri debet, vt voluit Bald. in l. 1. C. de his qui latro. diuinam non effugiet vltionem, nisi capto sic iniustè satisfecerit. quia innocenti subdito (quem paterno amore tractare debuerat) potestate Dei quam in subditorum susceptit commodum honoris ac rerum iacturam intulit leuitate quadam, aut ferali motus animo. In hac igitur informatione 3
summaria recipienda delictorum, non parum iuuigilet prudens ac correctionis amator iudex. Ea enim est ferè semper totius causæ fundamentũ, neque fiducia quadam ignaua, testiũ examinationem cuiuis, tabellioni committat, nam magna exinde succedunt incommoda. Sæpius enim testes tabellionis solius vultum parum reueriti, inquisiti siue accusati odio pro veris dubia firmare audent, aut eundem excusare volentes quæ dicunt fucare contendunt, ac sæpiùs reticẽt veritatem. Accidit insuper aliquãdo quòd cum ignorantia tabellionis, aut versutia malè interrogantur, plura quæ rem ipsam principalius concernebant occultantur. Ex-

pedit præterea plurimum diligentem per ipsum iudicem fieri examinationem, quia cum post summariam informationem testium captura rei sequatur statim præcipua cura est captiuc suorum fautorum inquirere qui fuerunt summariæ informationis testes, ipsosque inuentos terrere minis, aut blandicijs allicere, vt quæ dixerint declarent seu restringant in ipsius capti fauorem: quod ipsi testes facilius concedunt & faciunt si leniter videt quòd examinati fuerint à iudice vel tabellione. Et quia contingit aliquoties vt iterum examinati testes in plenario iudicio affirmare audeant, quæ scripta sunt nō dixisse (quod & si non plenam pariat capti liberationem, non est dubium quin iudicis conturbet animum, ac tabellionis quodammodo lædat opinionem.) Solent prudentes iudices in criminibus grauibus, & quæ non leuis momenti personas concernunt, adhibere secū aliquem honestum ac prouidum virum, quo etiam præsente testes examinentur. Ob vnū præterea inter alia hortor iudices omnes, vt nō leuiter testes examinent in summario isto iudicio, sed omnia plenè sciscitentur ab eis, & scribi faciant per notarium: quia cùm in summaria hac examinatione testes maiori gaudeant libertate, facilius ac liberius ea quæ norint explanant, quam postquàm licuit fautoribus rei illos alioqui, terrere seu corrōpere. Quòd autē non sit citanda pars, dum huius informationis testes examinandi sunt, nemo iudicum ignorat: & si ad id desideratur autoritas doctoris, notat Bald. in l. Mouentes. de delato. libr. 10. in fine.

REquiratur. Est equidem clericorum incarceratio, maturo consilio facienda, quæ in atrocibus criminibus, aliquam honoris iacturam parit, vnde Demosthenes in Epistola secunda de suo reditu se excusat apud iudicium Athenienſium effugisset his verbis. [Iam ob dicesum meū irasci mihi non possitis neque ideò abij quòd desperatē vobis vspiā aliū Respicerē, sed primum carceris ignominiā, animo ferebā grauiter.] Et ideò cōsideratione dignissimū est, nō esse presbyteros in carcerē conijciēdos, nisi aduersos eos duo, vel tres testes dixerint testimonium, quia nec accusatio contrà illos recipiēda est, nisi sub duobus aut tribus testibus, vt Apost. inquit. 1. ad Timot. & in ibi Tho. c. accusſa. 2. q. 7. quòd malè seruant iudices Ecclesiastici, Apostolicas traditiones, & sacra canonica iura in præsbyterorū oprobriū violantes. Non tamen, diffiteor, quod sepenumerò perpēsa qualitate criminis, & delinquētis, & attentis alijs circunstantijs, plurimū circà capturā presbyterorum deferendū est iudicis arbitrio, & circà materiā huius c. vide. Bal. in l. quod euitādi. ad finem. C. de cōdi. ob turp. cau. Sali. in l. nullus. C. de exhib. reis

A Clericorū incarceratio maturo consilio facienda

Clericus propter quæ dest honore priuetur vt inde fieri possit

doctores

doctores in c. si clericos. de sent. excom. li. 6. Fel. in c. cũ non ab homine. colu. 2. de iudi. & in c. accedens. 2. §. quoniã frequenter. verb. *Tu nota.* col. pe. vt lite non contest. Ang. Areti. in tracta. malefi. in verbo, *fama publica.* colu. 2. Mar. Soc. in tract. de citatione in 2. arti. princ. q. 24. Petr. Koller. in pract. cri. in parte. *Capiat informationem.* fol. 14. Bossi. in tract delicto. de ca. reorum num. 3. & tit. de iudi. antè tortur. nu. 180. Anto. Gom. lib 3. resol. c. 9. col. & 2. Fran. Mar. & decissi. 946. & 912. Boer. decissi. 215. numer. 34. vbi refert quatuorque ad capturã reorum necessaria sunt. Hinc est, quod si quis capiatur non præcedẽte informatione, debet dimitti à carceribus, sine aliqua impensa tenet Bal. in l. si pacto quo pœnam. C. de pactis, vbi Ias. Ang. Are dict. colu. 2. & est tex optimus in l. vlt. §. nullo tẽpore. ff de lib. homi. exhibẽ. His etiam proximum est, quòd iniustè in carceratus non potest pro alio delicto retineri. Bart. in suis. quæst. q. 6. tradit idem Bart. & doctores in l. sed eximendi §. 1. ff. si quis eum qui sequuntur alij multi effectus ex iniusta incarceratione, quos tradit Hyppo. in l. 1. col. 6. ff. de quæst.

In causis fidei maior ad capturam criminis obiecti, informatio quam in alijs criminibus desideratur.

In causis verò fidei, quia de grauissimo damno agitur, maior criminis obiecti informatio, quam in alijs criminibus desideratur, ideò moribus receptum est, quòd quandò ex testium depositionibus constat delatos esse tãti criminis reos fiscalis sancti Officij ab Inquisitoribus petit, quòd rei capiantur, qui peritorum habito cõsilio, quid in hac re faciendum sit deliberant: & si plusquam semiplena probatio ex actis processus appareat, eos comprehendi iubent tradit Siman. in Enchir. tit. 25. num. 1. & 2. & in Catho. insti. tit. 24. num. 12. Ioan. Rojas in tract. de hæret. par. 2. asser. 1. num. 12. Qui procedendi modus præscriptus est Inquisitoribus, Hispaniæ Madri. instructione ann. 1561. cap. 3. his verbis latinitati donatis. [Inquisitores visa informatione, simul si præsentes fuerint, deliberẽt de captura, quæ magis iusta videretur, si fieret cum consilio consultorum eius inquisitionis, si commode fieri posset, & videretur inquisitoribus conueniẽs, & necessarium, & quod decretũ fuerit, in actis referatur. Et quãuis optimo iure soli inquisitores personalem capturã decernere possunt, securiùs tamẽ videtur, vt peritorum cõsilium interueniat, nam cum ex ea nõn modicè fama lædatur, non nisi grauissimo cõsilio, & summa deliberatione, ad eam deueniendum est.

Quòd si reus delatus insignis fuerit autoritatis, videlicet nobilis literis conspicuus vel religione condecoratus, etiãsi sufficiens præcesserit informatio, non est ad capturam deueniendũ nisi supremus sanctæ Inquisitionis Senat⁹, priùs cõsulatur. quæ forma præscripta est Inquisitoribus Hispaniæ Madr. in-

structione ann. 1561. c. 5. in hęc verba. [Si Inquisitores de captura consenserint, iubeantque eam fieri, sicut decreuerunt, & si negotium fuerit magni momenti, propter personas insignes vel ob alias causas, priùsquã suum decretum executioni mãdent, senatũ consulant: vbi verò suffragia nõ fuerint conformia res ad senatum remittatur, vt his prouideat & fieri cõuenit.

Qui quidem prescriptus ordo minimè seruari debet, quando verisimiliter fuga rei timeretur & periculum esset in mora, & quamuis hoc manifestissimum sit, vt nulla probatione indigeat. vide tamen Reper. Inquisitor in verbo, carcer. & in §. Viso de carcere. & sequen. Zanc. in tract. de hær. c. 19. n. 1. Siman. de instit. catho. tit. 16. Ioan. Rojas in tract. de hær. 2. par. asser. 1. Fran. Pegn. ad direct. inqui. lib. 3. Sch. 17. Locat. in verbo, Carcere, qui de hoc argumento latiùs disserũt.

Eos citari personaliter.

CAPVT CXXI.

1 Clericus pro leui crimine, in carcerem detrudendus non est, sed personaliter citandus.

2 In citatione causa à Iudicibus est exprimenda.

3 Citatio personalis, in quibus casibus fieri potest.

1 CVm enim nõ passim, nec pro quocunque leui crimine deceat clericum in carcerem trudi, tum propter sui ordinis dignitatẽ, tum etiam quia in eis non sic facilè fuga timeri solet, ideò honestũ est (dũ aliud non criminum grauitas postulet) personaliter citari eos, a cum hoc in criminalibus iura permittant, vt in cap. 1. de iudi. in 6. qua quidem citatione personali prudentes vti solent, & possunt iudices ecclesiastici quoties expensas ac itineris laborem ac moram in tribunali loco faciendam, in pœnam delicti clericis intendunt inferre. Sunt enim aliqua flagitia quæ satis tali pœna purgantur, & quia Ioan. And. & Philip. placet in dict. ca. 1. citationẽ personalem non valere, nõ expressa causa, siue ordinarius sit iudex, siue delegatus. Cauti debent esse iudices vt causam in citatione describãt, b ne citatis b prębeant iustam causam appellandi, quam crederem sufficere generaliter exprimere, videlicet compareas super quadam criminali causa de qua inculparis respõsurus, absque eo quod delictum in citatione narretur. Aduerte tamen quod Innoc. in 3 d. ca. 1. quem sequitur Philip. ibi voluit quod in illis tantum casibus, in quibus non admittitur procurator, possit quis cõpelli ad comparendum personaliter: & non indistinctè in omni culpa criminali, ex quo videtur nimis restringere facultatem citandi personaliter clericos, quia secundum istam doctrinam rarò aut nunquam expediet aut licebit talem citationem facere: quia si tale crimen est in quo iura non admittunt procuratorẽ, cũ illud pro graui repu-

reputetur, tunc magis expediet capere quàm citare clericum. Cum verò procurator admittitur, tunc non licet facere citationem personalem, & sic erit superuacaneum consilium personaliter citandi. Sed licet prædictorum doctorum sententia sit vera, videlicet quod in causa qua quis potest per procuratorem litigare, non cogatur ad comparendum personaliter. Crederem tamē quod liceat iudici ecclesiastico saltem ex officio procedenti in quacunque causa criminali cum prætendit clerici correctionem, cogere eū ad personaliter comparendum vt illi aut verbalem correctionē faciat, aut aliam salubrem pœnitentiam imponat, iuxta qualitatem excessus, neque ex hoc grauamen aliquod sibi inferri prætendere possit, licet causa esset talis, in qua ipse per procuratorem posset litigare. Non enim hisce iuris subtilitatibus arbitror esse subtrahendam superioribus clericorum potestatem, euocandi eos ad personalem correctionem eis inferendam, quoties hoc arbitrati fuerint expedire.

Iudices ecclesiastici laici. præsumpserunt posse vt personaliter conuocatis compareant in criminibus quibus iurisdictionem

Personaliter citari eos. Adde quod non solùm ecclesiasticis iudicib⁹, clericos citare personaliter permissum est, prout in hoc capite autor differit, verum & laico quibus præcipere possunt, vt coram ipsis personaliter compareant, in his sanè criminibus, quibus iurisdictionem habent, vt probaui in annota. ad istum D. Præsulem in teg. & fallen. reg. 397. vers. sed nouum dubium. vbi vide, non enim repeto ne actum agam.

contra illos habēt

Hoc de clericis, & laicis, Episcopi verò ob eorum dignitatē quæ maxima est, in Dei Ecclesia, compellendi non sunt, vt vt personaliter compareant, nisi ob causam ob quam deponē di sint, vel officio priuandi, etiā si ex officio, aut per inquisitionē seu denunciationē, vel accusationem, seu alio quouis modo procedatur. Vt nouissimè decretum est, in Concilio Trident. Sess. 13. cap. 6. de reformatione. Et dictæ Episcoporū causæ, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debent coram Pontifice Maxi. ac eius integerrimo iudicio (quod post omnipotentis Dei primas obtinet) terminandæ sunt, vt in dict. Sess. 13. capi. 8. de refor. & in eodem conc. Sess. 24. ca. 5. de reformat. minores verò episcoporum causæ in concilio prouinciali tantùm terminandæ sunt, vt ibi est diffinitum.

Episcopi compelendi nō sunt, vt personaliter compareant.

Et causam in citatione describant. In citatione verò, quæ fit in causis fidei nulla causa exprimēda est, sed sufficit, quod generaliter reo præcipiatur, vt sistat coram Inquisitoribus, quia volunt ab eo quædam scire, ità scribit Simancas de instit. Catho. tit. 44. num. 12.

B

Citatio personalis, quæ sit in causis fidei, causa exp̄ssionē non requiritur.

Capi.

CAPVT, CXXII.

1 Clericus propter crimina capi potest, & in vinculis detineri, etiamsi de crimine ciuiliter agatur.

2 *Clericorum captura non nisi fidelibus ministris committenda est.*

3 *Clericus sine sui superioris mandato, an per laicum capi possit.*

4 *Clericus coniugatus quamuis cum vnica & virgine, qui tamen tonsuram & vestes clericales non detulerit, potest per secularem iudicem capi.*

5 *Episcopus potestati seculari clericum in ipso crimine inuentum, capiendi licentiam generalem concedere potest.*

1 CLericos propter delicta
a posse capi, a & in vinculis detineri, etiam si de crimine agatur ciuiliter, probatur aperte in capit. Dilectis. de appellationibus. & ibi notant Abb. & Phili. Francus, & Decius in
2 1. notab. Quoties verò clericorum flagitia talia sunt, vt carcere digna iudicentur, curare debent omni solicitudine iudices, vt talibus ministris capturam eorum committant, qui secretè ac diligenter circa illã intendant, eamue pecunijs nõ redimant, aut dissimulent: lõgè enim magis officit delictorum correctioni clericorũ capturã errare quàm laicorũ: nam præter id quod sine ea crimina (vt expedit) puniri nõ possunt, temporibus istis infelicibus, si ordinariorum manus effugere valet clericus flagitiosus, & ad sedem ipsam Romanam accedere, facilem obtinet contra omnes iudices inhibitionem, qua non modò aliquoties criminis impunitatem consequitur, sed summam suscipit audaciam coram iudice (qui dudũ illum capi præceperat) deambulandi non minori frontis trã quillitate, quàm cæteris bonis moribus imbuti, solet incedere. Habeãt insuper prælati omnes ac eorum vicarij ad capturas prædictas faciendas, fidelẽ ac prudentem ministrum, cum competenti familia, cui semper necessaria tribuantur, ne egestate coactus pecunijs facile corrumpatur. Qui sanè & si laicus sit, clericos poterit capere suorum prælatorũ iussu, sine metu excommunicationis, vt in cap. Vt famæ. de sent. excomm. An autem per laicum possit capi clericus sine sui superioris mãdato? dicendum est, quod vt obuietur delicto committẽdo per eum, non est dubium, b vt b Abb. tenet in ca. Cum non ab homine. de iudi. & sequitur Decius ibi, colum. 3. vers. Secũdus casus. Et Aretin. ibi, col. 3. referendo eundem Abb. in cap. Si verò de sentẽ. excom. post Innoc. ibi, Post delictum autem commissum, vult idem Abb. quod si est timor fugæ, possit clericus per laicum cap. c c Andr. Sicu. & Aretin. ibi, col. 3. tenent contra Abb. quos refert ibi Decius column. 3. &4. quorum opinionem veriorem asserit in pũcto iuris, licet ipse respondeat ad fundamenta adducta per ipsos contra Abb. Vide bonam decisionem parlamẽti Delphinalis num. 73. incipit Iudex secularis, vbi decidit quod iudex secularis potest capere, vel capi facere clericum in fragranti crimine, d & d incarcerare, absque metu excõmunicationis, si ibi non est iudex

iudex ecclesiasticus qui eum capiat, vel capi faciat, dummodo
4 c remittat eum statim. e Si tamē clericus est coniugatus, quamuis cum vnica & virgine, & nō est in habitu, & tonsura; clericali potest capi per iudicem secularem, etiam in præsentia ecclesiastici, nec tenetur remittere, nisi cognito, an debeat gaudere priuilegio, vel non, vt ibi. Nota etiam in proposito, quod episcopus potest cōcedere licentiā generalem potestati seculari, capiendi clericum inuentum in ipso crimine, non vt capiat diffamatū de crimine, & non deprehensum in eo, secundum Aret. vbi supra, in col. 3. ver. Nūc quæritur. post Ancha. in reg. Ea quæ. in 21. quæstio. de regul. iur. in 6. licet aliud senserit Anto.

Episcopi & alij superiores, vel inferiores qui in clericos iurisdictio nem habent, propria autoritate clericos capere possunt.

A Posse capi. Adde quod ad hanc capturam faciendam necessaria non est brachij secularis imploratio, liberum quidem & permissum est episcopis alijsque ecclesiasticis iudicibus qui ad hoc iurisdictionem habent, clericos propria autoritate capere, etiam si in eo loco tē poralem iurisdictionem nō habuerint, nisi quādo eorum potestas non sufficeret, ad capiendum clericum contumacem & rebellem. tex. egregius in c. cū Episcopus. de offici ordin. lib. 6. & opinionem istam istam cō munem esse fatetur D. Episcopus Couar. in pract. quæ. c. 10. num. 2. versi. Quartò non est. Quod in his Hispaniarum regnis est receptissimum.

Contra impium Carolum Molinæum.

At impius ille Carol. Molinæ qui nullum lapidem non mouet, vt ecclesiasticæ iurisdictioni & potestati, omni sumpta occasione, temerè aduersetur in consuetud. Parisi tit. 1. §. 41. num. 66. scribit minimè licere episcopis, alijsue Prælatis clericum etiam in Ecclesia delinquentem, propria autoritate capere, sed capturam hanc, secularis iudicis potestate faciendam esse, text. quæ autoritatē inquit, in dict. cap. cum Episcopus. nullam habere, nisi in locis in quibus Sum. Præsul temporalem habet iurisdictionem. idem sequitur Iac. de Belloui, in repeti. ca. Roma. §. contrahētes. n. 92. de foro comp. lib. 6. sed opinio hæc non solū impia sed falsissima est, & ideò meritò ab ea recedit D. Episcopus Couar. dict. cap. 10. num. 1.

Iudex ecclesiasticus vtrum in criminibus mixti fori possint propria autoritate laicos capere, & in proprium carcerem mittere.

Illud etiam inter doctores cōtrouersum est, vtrùm ecclesiastici in criminibus mixti fori possint propria autoritate laicos capere, & in proprium carcerem mittere, quod eleganter disputat & resoluit D. Couar. dict. cap. 10. Ferdinand. Mencha. lib. 3. de testamen. §. 22. numer. 17. tradidi ipse in annotat. meis ad istum Domin. Episcopum in regul. & fallen. reg. 397. Iul. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fina. quæstion. 37. vers. vnum tamen volo. quo loco fatetur communem esse sententiam, Episcopos, cæteros que iudices ecclesiasticos nō habere huiusmodi potestatem, & dicit

& dicit ita seruari in Mediolanensi dominio, & communis hæc sententia Regijs legibus in his Hispaniarum Regnis fulcita est, vt dictis annotationibus probaui, vide tamen quæ scribo infrà ca. 149. dictis verò annotationibus defendi, posse ecclesiasticos iudices, dictis crimi nibus contra laicos, vti personali citatione, vt condignis pœnis puniantur, & forensis praxis hoc iam recepit.

B Non est dubium. Adde Innocen. in cap. si verò. de senten. excommu. qui in ea est sententia, quod si laicus videt clericũ in alterius iniuriam præparatũ & nõ adest Prælatus suus, si clericum ipsum alias compescere non possit, poterit tunc sine excommunicationis metu, capere, ligare, & in carcerem mittere, vt iudici suo tradat. Quem sequitur Iucas de pœna in l. generali. C. de Decuri. lib. 10. Fran. Auiles in cap. prætor. ca. 47. in glo. incip. *Casado*, Iaco. Menoc. de arbi. iudi. quæ. lib. 2. centu. 2. centu. 2. casu 180. num. 18. & opinio ista communis & verissima est, licet ab ea recedat leuissima argumẽtatione Andreas Alcia. in cap. cũ non ab homine de iudi. nu. 19.

Laicus quando clericũ capere possit.

C Per laicum capi. Adde Areti. in cap. cum non ab homine. de iud. qui hanc opinionem communem esse fatetur, licet ipse minimè eam approbet eandẽ etiam communem esse testantur Bossi. in tract. delictorum cap. de captura. nume. 38. Alciat. in cap. cum non ab homine. nu. 63. de iudic. Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. fina. q. 28. versic. si verò Iacob. Meno. de arbi. iudi. quæstio. libr. 2. cent. 2. casu. 180. num. 18. circa quam vide Licen. Mexia in pragm. taxæ panis. fol. 83.

In fragranti crimine. Adde doctores in ca. vt famæ de sentent. excommunic. Archi. in cap. Presbyter. 81. Lapp. allegat. 126. num. 4. Luc. de pœnis in l. generali. C. de Decurio. lib. 10. Bernard. Laur. in tracta. de potestate seculari super Eccles. perso. num. 20. tomo 5. tracta. diuer. docto. vbi dicit opinionem istam consuetudine esse approbatam, Flori. in l. 4. ff. ad leg. Aqui. Ang. in tract. malefi. in parte, [Quod fama publica.] num. 65. Bald. in dict. l. si qua per calumniam C. de Episcop. & cler. Et hoc non solum permittitur iudici seculari, verum etiam quicunque priuato, vt ad iudicem suũ ducat, vt not. per Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de fur. Bal. in dict. l. si qua per calumniã. Ang. dict. verbo, Quod fama publica. dict. num. 65. Auiles in dict. cap. prætor. cap. 47. in verbo, *ò Clerigo*, num. 4. & est communis opinio, vt refert Iuli. Clar. dict. quæst. 28. versi. si verò loquimur.

D *Clericum infragrãti crimine non reperiens a seculari in duce capi potest.*

Remittat eum statim. Nota circa hunc locum, quod in hoc casu, in quo loquitur author remissio statim faciẽda est, non spectatis præceptis iudicis ecclesiastici, vt docte scribit Petrus Auend. de mand.

Clericum a seculari in duce capi non remittitur non ignominiosè remittẽdus est.

Regum

Regum Hispaniæ prima part. cap. 22. num. 2. solent equidē seculares iudices intra viginti & quatuor horarum spacium, clericos in fragrātibus criminibus repertos, suis ecclesiasticis iudicibus remittere. Securiùs tamen est, vt quàm citiùs possint, id faciant, nec enim cum sono tubę ignominiosæ ista clericorum remissio facienda est, aliàs seculares iudices in excōmunicationis laqueum inciderent, ità Domi. in cap. si iudex laicus de senten. excommu. lib. 6. Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 102. de constit. sequitur Auenda. in tract. de iniuria num. 15.

Clericus cum secularis iudici remittitur non ignominiosè remittēdus est.

Ideoque iniqua cōsuetudo ea iudicanda est, quæ in aliquibus prouincijs inuasit, vt clerici ad suos iudices, cum maxima ipsorum clericorum ignominia (imò cum maximo sacerdotalis ordinis dedecore remittuntur) nam plerunque cum mitra in capite, vel tubis sonantibus remittuntur, quod quandoque seruatum fuisse in ciuitate Perusij refert Ang. in l. Iuli. circa finem. ff. ad l. Iuli. de vi. pub. solent etiam aliquando iudices laici eos remittere ligatos cum maxima populi multitudine. Alij verò (quod peius est) faciunt eis radi caput, ne videatur corona clericalis, & eos tāquam laicos impiè suis iudicibus remittunt, vt testatur Pari. de Puteo in tract. sind. fol. 22. num. 5. Refertque ipse in eod. tracta. in verbo, Remissio. fol. 391. quod quidam Regens, qui remisit clericum ad Episcopum cum catena in collo, priuatus fuit officio, quem refert Carau. super ritu magnæ curiæ 235. num. 7. & sequen. In Mediolanensi dominio prædictæ remissiones, absque dedecore & ignominia, ipsorum clericorum fiunt, vt scribit Iul. Clar. in pract. crimin. §. fi. quæ. 36. versic. quæro quomodo, sic in Hispania eas sæpe fieri, sum testis. Sed quoties ea remissio fit à iudice seculari, clericus ipse remittendus erit, cum custodibus, expensis ipsiusmet clerici, quemadmodum not. Auct. in Clement. 1. de offi. ordi. quæ 2. numer. 22. idem in Capell. Tholosa. decis. 273. Nicola. Boer. decis. 303. colum. pen. D. Episcop. Couarr. in pract. quæst. cap. 33. num. 5. Quod si clericus pauper sit, remittendus erit expensis Episcopi, secundum eosdem. Quando verò ea remissio fit à iudice seculari cum causæ processu, minimè ecclesiasticus iudex ei stare tenetur, est equidem de hoc communis opinio, vt testantur Decius in cap. at si clerici, de iud. Gramma. consi. crim. 42. numer. 1. Viuuius libr. commun. opin. in verbo. iudex laicus. Iuli. Clari. in pract. quæst. 36. versic. fina. Sunt equidem acta processus, coràm incompetenti iudice facta, quæ nullam fidem faciunt.

Ab Ec-

Ab Ecclesijs, ad quas cõfugerunt, extrahi.

CAPVT CXXIII.

1 Sacerdos an ecclesiarum, sacrorumq; templorum immunitate gaudeat.

1 QVod hoc non liceat ecclesiasticis iudicibus, inter alia primùm persuadere videtur Ilerdensis Concilij capitum octauum in hæc verba disponens: Nullus clericorum seruũ aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat: quod fecerit, donec digne pœniteat, à loco cui honorem dedit, segregetur. Patet igitur q̃ si dominus, vel si magister tenetur ecclesiam reuereri, & pro dominica aut magistrali disciplina non licet illis aliquem de ecclesia extrahere. multò minùs licebit iudici ecclesiastico ad incarcerandum clericos, & imponendam eis pœnam id efficere. Et hoc credit verius Cardin. in capit Inter alia. de immunitat. Eccle. vbi respondet ad aliqua fundamẽta, quæ primò in cõtrarium adduxit. Hoc etiam tenet Rom in consil. 227. Spectabilis domine. Idem in consil. 234. Aduertendum quia dico. vbi hoc probat ratione triplici: Prima quia canones nõ distingunt laicum à clerico. Secunda, quia est maior ratio in clerico quàm in laico, ne extrahatur: quia ecclesia est propria domus clerici, iuxta l. Plerique de in ius voc. ff. Tertia, quia hoc priuilegium est concessum loco ipsius Ecclesiæ, & sic hàbet locum in quolibet ibi reperto: quod limitat in dict. cõs. 227. nisi clericus commisisset delictum ex enumeratis in dicta. Inter alia. Abb. tamen pluribus rationibus & fundamentis allectus in dict. cap. Inter alia. in colum, 4. putat verissimum clericos non gaudere immunitate Ecclesiæ. Si iudex Ecclesiasticus causa disciplinæ, & non odij velit eos arcere ab Ecclesia & punire, & extrahere vt duci faciat ad carcerem. Vide Cardi. in cleri. 1. de pœnit. & remiss. in quæsti. 7. vbi refert Lauren. dicentem, quod opinio Innocen. volentis clericum posse extrahi ab Ecclesia propter homicidium, & depom. & in monasterium detrudi, posset procedere, vbi monasterium non esset nimis arctum, nec esset carcer perpetuus: ex cuius opinione videtur dari quædam media via, quod clericus possit extrahi ad pœnas citra detrusionem in arctum monasterium & carcerem perpetuũ sustinendas. Vide tamen Ioan. de Vischis, in tract. de immunita. Eccles. in 2. colum. cum duabus sequent. vbi refert opin. Abb. de qua supra, & tandem ibi, & in fol. fin. colum. 1. tenet contra illum, & concludit in prima & secunda & tertia conclusionibus, quas ibi facit, quod iudex ecclesiasticus non potest extrahere clericum subditum, nec illi pœnam corporalem imponere, quòad forum contentiosum

tiosum, nec potest etiam causa disciplinæ arcere illum, nec pœna corporis afflictiua contentiose punire: licet aliud sit in foro pœnitentiali quando delictum est publicum, dum tamen non extrahat de ecclesia: & ista videtur verior & communior opin. Abb. tandem vbi suprà reliquit consuetudini, quæ in hoc multum debet attendi secundum eum. Quę quidem iam videtur recepisse, vt clerici à suis iudicibus extrahãtur ab ecclesijs. a Quod nempe & si nullibi hucusque legerim, hoc limitandum censerem, nisi in casibus vbi clericus post degradationem tradendus esset curiæ seculari: tunc enim aut non extrahendum eum crederem, aut si extrahatur, post degradationem & verbalem in sententia traditionem curiæ seculari, ad ecclesiam reducendũ esse iudicarem æquissimum. vbi tandiu solum immunitate gaudebit, quamdiu in ecclesia fuerit moratus, sicut & alijs cõtingit facinorosis laicis.

B AB Ecclesijs Adde qud idẽ fatetur D. Couarr. libr. 20. variarum resoluti. cap. 20. numer 16. Remig. de Goni in tract. de immun. Eccles. fallen. 21. fol. 161. Iul. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fin. quæst. 30. vers. vlterius quæro. Mart. Nauar. in manuali. cap. 25. num. 22. quo loco dictam consuetudinem limitat, quoad iudicem ecclesiasticum: non quoad secularem. quem dicit non posse ab ecclesia extrahere ob delictum, clericum in minoribus constitutum, licèt post concilium Tridentinum Sess. 23. capi. 6. in eum habeat iurisdictionem, non sanè is debet esse deterioris cõditionis, qnã alius laicus.

Incarcerari.

CAPVT, CXXIIII.

1 Clericorum incarceratio non passim, nec leuiter facienda.
2 Carcer immundus neque cum secularibus personis, clericus constituendus est.
3 Carcer tormentum est.
5 Clericus afflictiuo corporis carcere detinendus non est, nisi talis præcedat informatio, quæ secundum excessus qualitatem, quæstionibus sit subijcendus.
5 Si clericus si incarceratur solùm ad custodiam, sufficit quod de crimine præsumptiue constet.
6 Lite pendente apud iudicem ecclesiasticum clericus initiatus prima tonsura, detineri debet recluſus in carceribus.
7 Carcer, qui non solum ad custodiam, sed ad afflictionem corporis ordinatur, secundum delicti mensuram, personæq; qualitatem est dandus.
8 Carcer, qui in pœnam criminis imponitur, qualis sit constituendus.
9 Pœna carceris quãdo pro delicti pœna imponitur, absque plena probatione nemo in carcere est detinendus.

CLericorum carceratio sicut non passim, nec leuiter facienda est, quia eius præiudicium est irretractabile, vt not. Bald. in l. 1. C. in te. resti. postu. & refert Felin. in capit. Cum super. colu. pen. de re iudi. sic nec, dũ casus exigit, omittenda 1

uenda, eos namq; plus solet punire, quàm custodire carcer in pluribusque delictis illa est præcipua ac vtilior pœna, quę nulla valet appellatione reparari: quamuis superiores velint delinquentibus fauere, quę insuper iudices illam imponẽtes non auaritiæ nota commaculat, sicut pœnæ pecuniariæ efficere solent. Curare tamen debent ecclesiastici iudices, vt sacerdotum, ac in sacris constitutorum carcer, nõ immundus seu squalidus sit, neue eos cum secularibus personis simul detineri consentiant. Cùm insuper carcer sit tormentum, a vt placuit Bald. in l. 1. de custod. reorum & in l. 1. de his qui à liber. perue. non pos. Et etiam compedes fortes, vt dixit Bart. in dict. l. 1. de custod. reorum.

Aduertere debet iudex ecclesiasticus ne clericos captos (in sacris maximè) afflictiuo corporis carcere detineat, b quando non talis præcedit informatio, alijsue est qualitas excessus & personæ, vt ad torturam deueniri possit, ac debeat. Triplex præterea genus carceris considerari potest. Aut enim ideò iudex incarcerat, quia solum custodire prætendit captum, dum de delicto tractatur, & tunc sufficit quod constet saltem præsumptiuè de eo: & in tali casu præcipuè fidelitas custodum, & securitas loci procurari debẽt, sine eo quod capto solatia moderata tollantur, ac cõmunicatio amicorum & aliorum interdicatur: nisi delicti grauitas & qualitas aliud suadeat. Si verò aliquis primæ tonsuræ clericus seculares iudices timens (vt quotidie contingit) carceri ecclesiastico se offert, procuraturus inde secularium iudicum inhibitionem, ac suorum scelerum impunitatem, aut leuitatem pœnæ: tunc caueant ecclesiastici iudices, ne leuem carcerem & ad libitum petentis assignent, sed intra palatiũ episcopi, & in solitum carcerem illum detrudant. c Aliter enim quãdo ecclesias pro carceribus illis assignant, plura inde proueniunt incõmoda: nam quãdiu ibidem commorantur, eas ludis, blasphemijs, & obscœnis actibus polluũt, noctuque inde exeuntes grauiora sæpius scelera illis à quibus liberari satagũt, perpetrant. Multotiesque in ecclesiarum ianuis positi, vel per cœmeteria deambulantes seculares iudices irridẽt, ac perfricata fronte contemnunt, ex quo sæpius irritati illi eos ab ecclesijs extrahunt, & in contẽptum ordinis & cẽsurarum, vinculis grauibus subijciũt, ac quãdoq; pro cõmissis illos laicorũ pœna plectunt. Vt autem hæc omnia & alia quæ referri possint incommoda cessent, debẽt ecclesiastici iudices (victis omnibus importunitatibus ac respectibus) tales sic oblatos clericos solito carceri mãcipare, ac iuxta delicti qualitatẽ, de quo inculpantur, illis custodiam & vincula adhibere, quamuis nullus illos accuset, nullaque ab eis sit de delicto informatio re-

cepta

cepta. Hoc namque & talium clericorum temperabit facinora (quorum pars magna ob nihil aliud quam ad impunitatē scelerum tonsuram recipit) & in secularibus iudicibus ecclesię obedientiam nutriet. Vtautem carcerem & custodiam criminis qualitati commensurare valeant, iudicibus omnibus cōsulerem, vt statim à iudicibus secularibus informationem criminis, quam contra ipsos habent amicabiliter exigant, quā illi libenter præstare solēt, quādo zelum iudicis ecclesiastici intelligunt. Aut si illam denegauerint, ipsi ex officio eā pro viribus requirant: aliter enim si in talium detrusione desides extiterint, præter superiora incōmoda, euenit sæpius vt postquam eos à Iudicum secularium manibus inhibitione liberarūt si ipsos iam sui fori pronunciatos punire voluerint, à leui carcere aufugisse, & tanquam securos ab vtriusq; fori iudicibus (quia à primis censura, à reliquis verò fuga liberauit) grauioribus se enormitatibus immiscuisse comperient. Aut carcer nō solum ad custodiam ordinatur, sed ad afflictionē corporis: vt quia iudex intendit sola carceris pœna punire delictum, & tunc dari potest asperior, iuxta excessus mensurā, personæque qualitatem. Vtilis namque vt præmisimus, in clericis (quos à membrorum mutilatione sacri canones effecerunt immunes (carceris pœna cēsetur, & qua afflictione præterita purgantur vitia, præsentia impediuntur fieri, futura sæpius post liberationem sui memoria vitari solent. Aut insuper carcer in pœnam criminis per sententiam imponitur, & tunc non modò securus, sed & qui pœnam condignam ingerat, applicandus est, dum tamē in hoc debitus seruetur modus, iuxta ea quæ infrà describentur in parte, Ac in perpetuum carcerem. Vnum insuper aduertant iudices, quod vbi ex constitutione aut consuetudine pœna carceris est statuta delicto, tunc non est aliquis in carcere detinendus sine plena probatione delicti: d aliàs enim contingere posset quod sola informatione summaria, iam ordinaria pœna plecteretur, & si iudex tunc possit ad solam capturam procedere, vt satisfactione fugam personæ prouideat.

Sit tormentum. Nota quod carcerem Ancus, Martius Romanorum 4. Rex ædificauit, vt testatur Plinius minor in suo libello de viris illustribus, & Lucius ab vrbe condita. Eutropius autem lib. 1. de gestis Roman. inuentionem carceris ad custodiam & terrorem Tarquinio Superbo Regi ascribit. Vtcunque sit, inuentum Regium fuit, & hinc est quod ius carceris occupans, in crimen læsæ maiestatis incidet. Est equidem carcer mala mansio adeò quod morti æquiparatur. Ita dicit Bald. in capit. 1. §. denique, quæ fuit prima causa benefic.

A *Carcerē quis primus ædificauit.*

amit. Et est inuentus ad custodiendum non verò ad puniendum l. aut damnum. §. solent. ff. de pœni. l. incredibili. C. eo. tit. cap. quamuis ad reorum de pœnis lib. 6. l. 1. C. de custo. reo. li. 4. tit. 31. par. 7. & egregia. l. 11. ibi. licet secus sit de iure Pontificio secundum Bar. in d. §. solent. Feli. in capit. qualiter. in 2. de accusa. & diuersitatis rationem scribit Domi. in d. capit. quamuis, & Fulg. cons. 44.

Clericis qualitatis iudicis arbitrio relinquitur.

Quod verò attinet, ad qualitatem custodiæ carceratis adhibendæ, à iudicis arbitrio dependet l. 1. vbi. Bart. ff. de custo. reorum Bald. in l. 2. in fine C. de exhib. reis Ias. in 27. in fine lib. 3. Rod. Sua in tract. de fideiusso. in causa crimine idem definiuit concili. Triden. sessi. 25. cap. 6. de reforma quod iudicibus ecclesiasticis præcipit, vt in omnibus criminibus, semper ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, & personarum, delinquentes loco decenti custodiantur. Et ideò si catenis, aliis-ve vinculis, clerici ligari debeant iudicis arbitrio relictum est, vt in specie scribunt Paris de Puteo in tract. sindi. in verbo *Carcer.* versic. an si plures Petrus Foller. in practi. crimi. in verbo, *vel in carcerentur.* num. 8. Tiraquel. in tract. de pœnis legum causa. 31. num. 11. & ante eos Bal. in lib. 2. In fin. C. de exhib. reis. perpendit itaque iudex personæ conditionem, & criminis qualitatem, & alias circunstantias, & inde percipiet, quid circà hoc fieri magis expediat. Poterit etiam ecclesiasticus iudex, reos de graui crimine delatos prohibere, ne cum aliquo loquantur & ità practicari per iudices peritos & expertos attestatur Antoni. Gome. capit. 9. delicto num. 6. in fine sequitur Iuli. Clar. in practic crimina §. fin. q. 46. in prin.

Cum verò reus leuiter deliquit, leuiter custodiendus est, & ideò perpensis dictis, qualitatibus, possunt iudices iubere nulla fideiussione accepta, vt stodiendomum suam, vel aliam, vel ciuitatem, cum suburbijs pro carcere habeant, vt docet *Iulius* Clar. d. q. 46. versic. *in dubio.* Quod in sacris tribunalibus inquisitionibus receptum est Simam. in Catho. institut. tit. 16. num. 5. Fran. Pegn. in anno, ad Director. in quib. libr. 3. Scholio. 139.

Remquè leuiter deliquit, leuiter custodiendus est.

Post capturam autem, relaxandus erit clericus à carceribus sub fideiussoribus, quando pro crimine de quo delatus est, pœna solum pecuniaria indicta est Hyppo. in Rub. de fideiussori. num. 247. idem in practi. crimin. §. Astingam. nume. 2. 3. asseuerans opinionem istã communem esse Cepol. consi. 25. Bosius in tracta. causarum crimin. tit. de carcerato fideiussor. commun. nume. 1. & latissimè tradit Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæstion. lib. 2. centu. 4. casu. 303. qui commun. esse profitetur. Quòd adeò verum est, quòd si iudex nolit recipere fideiussores, sed clericum in carcere

Clericus sub fideiussoribus relaxandus est xare debet quando corporali pœna plectendus non est alias sub exactione iuramenti tenetur.

Clericus qui pauperiate oppressus non inuenit fideiussorem præfixa causa huiusmodi iuratoria debet relaxari. Iudices vñ Eccle siastici quam seculares in festis Paschatis capti non relaxare solent.

carcere detinere, committit contrà eum crimen iniuriæ, & tenebitur in sindicatu actione iniuriarum. Antoni. Gome. 3. tomo vari. resolu. cap. 9. nume. 8. argumento text. in l. si verò pro condemnato. §. 1. ff. qui satisdar. cogan.

Clericus qui pauperate oppressus non inuenit fideiussorem præstita cautione iuratoria debet relaxari.

Quòd si clericus præsus paupertate, fideiussorem non inueniat, præstita cautione iuratoria, relaxandus est. Quam opinionem communem esse tradit Hypp. in dicta reperi. rub. de fideiussoribus numer. 166. & seq. Iuli. Clarus. dicta quæstione. 46. versic. quòd agendum. in fine.

Iudices tã Eccle siastici quam seculares in festis Paschatis.

Solent etiam iudices tam ecclesiastici quam seculares in festis Paschatis. Maximè Natiuitatis Domini, reos relaxare. l. 3. C. de Episcop. audi. vbi delicta excipiuntur quorum rei non debent relaxari, & quamuis Bar. assenseret in contrarium esse consuetudinem prout illum refert Marcus decisi. 409. num. 1. & Practi. Contra. fol. 276. numer. 14. Sed apud nos in viridi est obseruantia, prout apud Mediolanenses refert Bossi. in pract. crimin. titul. de incarcera fideiussor. committen. numer. 27.

Clericus sub fideiussoribus relaxandus.

Item si pendente processu appareat reum non esse culpabilem eius delicti de quo imputatur, quòd multoties contingere solet relaxari poterit. l. 2. ff. de custo. & exhibi. reor. ibi, vel pro innocentia personæ tradit Clarus, vbi suprà qui multos refert.

Clericus qui corporali pœnaple ctendus est nõ debet sub fideiussoribus relaxari.

Si autem clericus pœna corporali plectendus est, non debet sub fideiussoribus relaxari Bald. in l. 2. col. 1. C. de exhib. reis. Hypp. consi. 16. nu. 28. & in practi. §. attingam. numer. 1. Capi. decission. 30. num. 7. Roland. Valle consi. 38. num. 2. li. 1. Couarr. lib 2. variar. resolu. cap. 8 num. 8. & commu. esse testantur Insignis Suarez in tracta. de fideiussore in causa crimi. num. 14. & Menoch. dicto casu 303. nu. 15. & est text. egregius in capit. si clericos de senten. excommun. libr. 6.

B

Carcere detineas. Adde Cardi. in Clemẽ. 1. de pœni. & remissi. quæst. 7. vbi scribit Prælatos homicidas esse & irregulari- tatem contrahere, si clericos tetro carcere claudant. Sequitur Petrus Foll. in pract. crimi. in verbo, *vel incarcerentur.* num. 4. Iacob. Menoch. de arbi. iudic. quæst. lib 2. centu. 4. casu 305.

Clericus minorũ ordium lite pendente detẽtus carcere clericatum in carce ribus pu blico de bet detineri.

Detrudant. Adde quòd hoc iam decretum est, in maximam reipublicæ vtilitatem ab Inuictissimo Carolo Quinto Cæsare Maximo & Primo, huius nominis Hispaniarum Rege Burgis, ann. Domini. 1523. & rursus Pintiæ ab eius supremo cõsilio anno 1545. Alioqui si clericus non detineatur reclusus in carceribus, poterit à iudice seculari in carcerem mitti. Idque non tantum fieri debet, lite pendente, super clericatu, sed etiam pendente lite, super ipsius delicti punitione. Quanuis multi ecclesiast. iudices, conẽtur intelligere Regia decreta

C

lite pendente, circa clericatum ea tamen finita, liberū sit illis: clericos iam effectos immunes à iurisdictione seculari à carcere dimittere, & hoc verius esse censeo contrà insignem D. Couar. & alios vt multis probaui suprà cap. 62. num. 20.

D

In blasphemiæ crimine licet reus vnico teste capi possit, postea tamen sub fide iussoribus est relaxandus.

Sine plena probatione delicti. Adde Auenda. hanc opinionē sequente in cap. Prætor. 2. par. capit. 5. nu. 26. & opinio hæc verissima est, & in forensibus actionibus recepta. Vnde sæpissimè consului, & obtinui: quod in his casibus, in quibus Regijs nostris constitutionibus, pœna carceris pro blasphemię crimine imponēda sit, licet reus contra quem est, solùm vnius testis testimonium, incarcerari possit, si tamen negat crimen commississe, statim sub fidei iussoribus relaxandus est, donec integra probatio accusati criminis recepta sit, aliter equidem, vnico teste, ordinariam pœnā pateretur, quòd maximam induceret iniquitatem, quòd Auenda dicto loco verum putat.

Clericus qui carceribus effractis fugit grauissimè puniendus est.

Non tamen omittā (candide lector) circà huius capitis argumentum, quod si clerici post in carcerationem, carceres effregerint, & ab ipsis violenter recesserint postea capti grauissimis pœnis sunt plectendi quod Ab. scribit in ca. à nobis. in fine de Apostat. dicens hoc casu procedi posse ad depositionem, & data incorrigibilitate ad traditionem curiæ secularī.

Illud equidem vidi dubitari, quòd in forensibus actionibus est frequentissimum si clericus pro debito aliquo fuerit incarceratus, præstita cautione de non recedendo, alias fugiendo fideiussor remaneret obligatus ad debitum soluendū, tandem fugit, & postea captus, & in carcerem missus: vtrùm fideiussor teneatur ad debitum soluendum: & eum teneri scribit Salic. in l. in bonæ fidei. C. de reb. eredi Sequitur Petr. Fol. in præct cano, 2. par. c. 12. num. 9. quòd in laicis est censendum & est not.

Tortura.

CAPVT, CXXV.

1 Clericus potest torqueri.
2 Confessio extraiudicialis sufficit ad hoc vt laicus quæstionibus subijciatur, secus si fuerit clericus.
3 Zaharele opinio quædam exploditur.
4 Clericus tortura exponendus, an debeat prius degradari.
5 Tortura adhuc in secunda instantia peti potest.
6 Clericorum tortura non debet esse ita saua sicut laicorum.
7 Clericus per laicum, etiam sui prælati iussu torqueri non potest.
8 Confessio clerici facta coram laico, an sit sufficiens ad torturam.
9 Clericus vacillans in testimonio, an possit torqueri.
10 Iudex excedens modum in torturæ ad quid teneatur.

PRæmissis prius quæ debeāt torturam præcedere & quę sint eius species: & præmissis alijs quæ in eius materia à doctoribus varijs locis scribūtur, quia illa examinare ad præsens nec vacat, nec expedit, transcribere verò præter id quod pudet, &

det,& piget,inutile iudico: solùm enim in hoc opusculo quę in clericis specialia sunt, & eārum personas concernunt referre decreui In primis notandum est,quod clerici etiā præsbyteri si sunt suspecti possunt ex causa torqueri.ità firmat Panormi.esse communē opinionem doctorum,in regula.Cum in contemplatione. de regul. iuris. ex cuius verbis videtur colligi quod ad hoc quòd clerici torqueri possint,duo debent concurrere. Primùm quòd sint suspecti, & sic quòd sint indicia benè probata,ex quibus reddantur suspecti. Alterum,quod subsit causa,quod ego intelligerem, quòd si delictū tale propter quod merito deueniatur ad torturam:& quod clericus torqueri possit propter delictum etiamsi agatur ciuiliter contrà eum,notat Ab & Philip. Francus in cap. Dilectis. de appellat. per text. in cap. 1. de depos. In hoc autē summè notādum est, quod voluit Abb. Antiquus in dict.capit.1.videlicet quod clericus non debet torqueri, nisi sint indicia, & sit infamatus: a a cuius sententiam dicit esse communem Card. ibi, refert Barb.col.4. quam etiam decisionem doctores plures sequuntur & celebrant, quos ego in meis regulis & fallentijs collegi,in regula incipien. Confessus de crimine,in 2. fallen.in 3. sublimitatione. & vltrà illos idem sequitur Paris in tractat. de sindicatu,in impressione parua,fol.287.in cap.incip. Man-

dauit Quamuis à prædicta communi sententia voluit nouissimè recedere Alciatus paucis & leuibus fundamentis,in cap.1. de offic. 1. ordin. super glo. 1. num.43. versic. Aduerte tamē. Quod in tantum habet locum quod bonus de Cur.in tract.nobilitatis. fol. 15. col. 4. in fin. pro vt suprà retuli. dicebat quòd etiā si contrà clericū sint mille indicia,nisi sit infamatus non potest torqueri. Quod etiā scripsit Thomasius Grāmaticus in voto.11.incipien.Tremendi Dei, in nu. 15. pro quo allegat Paul.de Eleazar & Abb. Antiquum in dict.capit. 1. & Ioan. And.& Panor.in di.regul.Cum in contemplatione, & Ana. in cap.1. de cleri. percussio. Quadecisione Ab. Antiqui motus Felin.in c.De hoc. de sinon. in col.1.tenet quod licet aliàs confessio extraiudicialis sit sufficiens ad hoc vt possit quis poni ad torturam, b vt per glos. vulgatam in l. Capitè quinto. ff.ad l. Iuliam. de Adult. tamē fallit hoc in clerico, quod est notabilè in proposito: & possent decipi in hoc plures ecclesiastici iudices, qui moti ex illa conclusione communi torquerent clericum, qui extrà iudicium cōfessus est crimē. Quam conclusionem ego latius posui in dicta mea regula,& di.3. sublimitatione: & sequitur etiam eam Decius in ca. At si clerici.de iudi.col.10.in prin.versi.Quartò limitatur. Ex quibus enim (saluo meliori iudicio) crederem nou bene consuluisse

Zabarellam in consi. 45. Casus talis est in fin. dum dicit quod si clericus legitimè tortus confiteatur delictum pro quo torquebatur, non reputat absonũ quod interrogetur de alijs criminibus, de quibus nulla contrà eum erant indicia, & sic iudicem ecclesiasticum ob id nõ esse reum alicuius pœnæ: nam si clericus non potest torqueri nisi extantibus indicijs & infamia, quomodo poterit interrogari de delictis de quibus non est infamatus, nec indicia sunt, licet iam fuerit confessus aliud delictum? præcipuè quia fundamentum suum est satis fragile, videlicet quia præsumitur criminosus etiam in alijs, ex quo vnum est confessus, per regulã, Defleat. de reg. iur. Vndè iudicem talia facientem & Deum in Cælis, & superiorem suum in terris offendere credo, & sic ab eo puniri posse propter id: quia si Zabarella intelligit q̃ potest interrogari de delictis alterius generis, quàm illud pro quo fuit tortus: hoc videtur planè esse impiũ, vt cogatur quis prodere seipsum in delictis occultis. Si verò intelligit quod possit impunè interrogari de delictis eiusdem generis, hoc nõ potest fieri, vt notat Alber. de Gandin. in tractat. maleficiorum, in Rubri de quæstion. & tormẽtis, in colu. 4. versi. Sed quid de quæstione. vbi tenet, quod de iuris subtilitate tortus & confessus aliquod furtum de quo erant indicia, non potest de alijs furtis interrogari, licet de generali consuetudine Italię seruetur contrarium: quem refert & sequitur Franc. de Bruno in tract. de indicijs & tortura, in fol. 10. col. 4. limitando quando esset diffamatio generalis contra aliquem quod esset magnus latro, quia tunc dicit laudabilem esse talem consuetudinem quod de alijs furtis interrogetur, aliàs non. Si ergo nec latro laicus potest interrogari de alijs furtis, quanto magis clericus? Tradunt 4
præterea doctores aliqui summistæ aliud speciale in tortura clericorum, videlicet quod clericus torturæ exponendus debet prius degradari: c hoc c
scripserunt Autores Rosellæ, & Siluestrinæ in verbo Degradatio, qui referunt Alexand. in additionibus ad Bart. in l. omnes. C. de Decurionibus. li. 10. & Rosella refert Roma. in consil. incip. Manifestum est, & allega. text. in l. Et si excepta. C. de malefic. & matth. ibi, [*Præsidio dignitatis exutus*. Sed salua eorum autoritate hoc nõ credo verum: nam præter id quod Alexand. quem ipsi referunt, hoc non scripsit, & quod Rom. consi. non inuenitur quis sibi persuaderi poterit clericum nondum conuictum, sed solum indicijs & infamia notatum, esse degradandum antequam constet de veritate delicti? Item text. in dict. l. Et si excepta. non obstat, & verba illius suprà relata intelliguntur, id est, non obstante priuilegio dignitatis, & ita intelligit Azo. in summa illius

illius titul. & Bald. & Salic. in ead.l. & Bonifacius in tracta. maleficiorum,tit.de Malefic.& Matth. licet Ang. ibi quem sequitur Ana.in cap.1.de sortilegiis,col.3.dicat per illum text. quod si constitutus in dignitate est torquendus, debet exui omnibus insignibus illius dignitatis, & sic degradabitur. sicut fit in sacerdote,quando duci debet ad suppliciũ. Nec suffragari poterit dictæ opinioni tex in l.proditores.ff.de re militari,cuius verba sunt. [Proditores vel transfugæ plerunque capite puniuntur, & ex autoritate torquentur, nam pro hoste non pro milite habentur.] Arguendo de milite ad clericum: quod argumentum benè procedit, vt per Nicolaum Euerardum in suis Topicis iuris,in fo. 33. quia illa lex nec in milite hoc disponit:nã verbũ, *Torquentur*,ibi positũ nõ debet intelligi de tortura quæ fit ad inuestigandã veritatẽ,sed quę datur in pœnam. Et quamuis hoc in milite esset expresse dispositũ, non deberet applicari ad personas clericorum:quia in hoc nõ esset recipiendũ argumentum de milite terrestri ad cælestem, cum talis similitudo esset odio sa clericis,& in casu notoriè iniusto & contra iuris principia. Et contrarium senserunt Ang. & Ana. in locis suprà relatis dum æquiparant militẽ & clericum non in tortura,sed quod miles debet degradari ad tortu ram sicut clericus degradatur
5 ad supplicium. In hoc insuper propositio referendum duxi, quòd tradunt Ioan. de Ana. in consi.1.in fina. verbis.& ibi sequitur Lud.Bol.in addi.ad eundem quòd si non fuit petitum in prima instantia quod clericus torqueretur,potest peti postea in causa appellationis tanquam omissum, & respondet ad dictum Ang. in l. Minimè. C.de appel.quod illud est verũ, quando non peteretur fieri: sed salua tantorum patrum autoritate, iudicio meo decepti sunt in intellectu doctrinæ Ange. quia ille solum dicit quòd appellatione pendente non debet appellans sustinere pœnam corporis, vel cruciatum, quod aptè intelligendum est respectu iudicis à quo: quia ille siue petatur coram eo, siue non, non potest torquere reum appellantem, quia innouaret, non tamen tollit quin iudex appellationis post deuolutam ad ipsum causam posit hoc facere: vnde cùm doctrina Ang. non aduersaretur illis,superuacaneum fuit velle illi satisfacere. Sed nec mirandum est:sunt enim lapsus scribentium, quos expedit benignè à lectoribus sufferri: non enim semper vacat singula quæque scribenda rimari. Item aduertere etiam 6
debent iudices ecclesiastici, quòd tortura clericorum non debet esse ita sæua, sicut laicorum. d ita dicit communi- d
ter teneri Abb. in dict. regula. Cùm in contemplatione. vnde secundum eum clerici nõ debent supponi aculeis, seu

fidiculis, sed virgis, seu corrigiatis, pro quo allegat bonum tex. in cap. 1. in fin. 23. q. 5 Nec mirandũ enim quòd in ipso processu & tortura clericis suspectis de delicto aliquis fauor impendatur qui laicis non conceditur, cum etiã postquã sunt cõuicti de crimine tam dispari pęna plectantur, & sic mortis pęnam euadant: præsertim cum in iure videamus milites seculi à tortura immunes effectos: quòd etiam de doctoribus & nobilibus in legibus regni nostri disponitur. Quid mirum igitur si cum militiæ cingulũ, doctoratus gradus, parentum nobilitas, tot homines à tortura pœnitus liberet, clericalis ordo promereatur, vt clericorum torturam indicia ac infa-
7 mia præcedant? Nota tamen quod clericus nõ potest torqueri per laicum c etiam iussu Prę-
c lati sui, ità tenent Anto. & Ancha. in c. vt famæ, de sent. excõ. vt refert Ab. ibi, in fi. & sequitur Dec. in cap. Dilectis. de appel. in prin. licet contrarium & malè secundum Abb. vbi suprà habeat communis obseruantia. Hoc etiam concludit idem Abb. in cap. vniuersitatis. in 3. not. eo tit. vbi dicit hoc de iure fieri non posse, & quod hoc ideo sic fit, quia hodie clerici torquentur vt laici: & talis modus torquendi non posset fieri per clericos, quia ferè nemo in huiusmodi obtemperaret, nec sunt edocti in arte ista torquẽdi sicut & laici. Et vide Barba. in c. decernimus. de iud. colu' antep. vbi refert Bald. tenentẽ ibi quòd Episcopus potest cõmittere laico vt clericum torquere possit: ipse tamen Barba miratur Bald. ista sic intellexisse, & allegat Ant. vbi suprà tenentem contrarium. Vide tamẽ Fel. in d. c. Vniuersitati. de sent. excommu. vbi dicit q̃ ista est conclusio vera & verissima, q̃ laici torquentes clericũ præcepto episcopi vel vicarij non excusantur, imò facientes clericos per laicos torqueri sunt excommunicati. & dicit ita tenere Arch. & Ioan. de Fant. in c. Præsbyteri. el. 1. 5. q. 6. & addit vlterius quod si clerici nesciũt torquere quod tũc poterit vocari officialis laicus qui ligauit clericum torquendũ, & postea clerici possunt torquere. Quod non videtur satisfacere: quia peritia torturæ ita & magis cõsistit in actibus ipsis torquendi, quàm ligandi. An autem clericus possit ad torturam poni ex confessione delicti facta per eũ coram iudice laico, Barba. in capit. At si clerici. de Iudi. col. 14. versic. Capio nunc, motus septem fundamẽtis concludit, quicquid alij dixerint, quod nullo modo potest torqueri: licet Cardin. in capitul. Per inquisitionem de electione, tenuerit quòd sic. Benè tamen 8
fatetur Barba. quò si clericus confiteatur crimen coram iudice ecclesiastico, aliàs non suo, quòd tunc compellitur vel excusare illam confessionem, vel perseuerare in ea per tormenta: & quòd isto modo potest salvari

uari opinio contraria. & vide eundem Barba. prius in dict. c. At si clerici. in col. 4. dicentem quod per illum text. confunditur doctrina Bal. in l. vnica. de cõfes. pen. col. dũ scripsit quòd ex confessione facta per clericũ coram laico, non est torquẽdus clericus per Episcopum dum modo illam confessionem reuocet vt erroneam, nam cũ tex. ibi dicat, quod talis cõfessio nõ tenet, non est reuocanda: quia quod nullum est, reuocari non
9 debet. Atque asserit in hoc somniasse tantum doctorẽ. An autem clericus vacillans in testi-
f monio, possit torqueri? f Bal. in sua magarita, in verbo Clericus, tenet quod sic, & refert Inno. in c. Conquestus. de re iudi. hoc tenentem. Sed clarè patet quod allegat corruptè Innocen. quia non est talis tex. in illo tit. Ideo ob solã Bald. autoritatem hoc non crederem practicandum, cum, vt suprà scripsimus, clerici non sunt torquẽdi ad eruẽdam veritatem delicti, etiam extantibus indicijs, nisi adsit infamia, quantò magis non poterit torqueri, propter solam vacillationem inferẽdo testimonium, cum sufficiat quòd si de falsitate testimonij fuerit conuictus poterit ob id puniri. Si verò solum vacillauerit, tunc poterit de vacillatione puniri iudicis arbitrio: ad cuius etiam officium spectabit quanta sit illi fides adhibenda discernere. Neque suffragatur opinioni Bald. lex, presbyteri. la. 1. C. de episcop. & cler. dum probat quòd presbyteri licet vacillent in testimonio non sunt torquendi. Alij verò clerici inferiores sic secũdũ glos. & summarium Sali. ibi. Nam illa. l. nõ potuit hoc disponere circà personas clericorum, quod fatetur glos. in capitul. Quia iuxtà. §. Præsbyteri. lo. 2. 5. q. 6. vbi ad literam est inserta illa. l. per Gratianum: & ideò dicit quod illa. l. instruit iudicem ecclesiasticum quid facere debeat. Sed ego credo etiam salua glo. autoritate, quod hodie iudex ecclesiasticus firma manente communi opinione de qua suprà, & cum contrarium non reperiatur de iure canon. non poterit sequendo instructionẽ illius legis clericos inferiores propter vacillationẽ torquere, & licet d. l. presbyte. fuerit per Gratianũ admixta canonibus, nihil sibi per hoc autoritatis accessit. Nec curare debent iudices ecclesiastici quòd notat Alberi. in dict. l. Presbyteri. dum putat ipse quod clericus etiam si vacillet & dicat se interfuisse facto coram iudice seculari torqueri non potest per eum, sed per suũ iudicem ecclesiasticum: quia fundamenta quæ allegat non probant neque sufficiunt: & sua opinio adhuc habet intollerabilius inconueniẽs, dum firma: quod propter vacillationem factam corã seculari possit clericus torqueri per ecclesiasticum iudicem. In torquendis præterea reis, si in ciuilibus magistratibus crudelitas abesse debet, quãtò magis ab ecclesia-

sticis iudicibus fugienda est? præcipuè quia sæpiùs tortura cogit innocentes ipsos dolore cruciatos fateri delicta quæ nõ perpetrarunt. quia vt dicit Ambrosius in epistolis: [Nimia seueritas extorquet plerumq; crudelitate mendacium,] prout etiam apertissimè legitur in admirabili illo miraculo per Hieronymum descripto ad Innocentium de muliere sępius icta.

10 Aduertãt etiam ecclesiastici iudices, quod sic delinquẽtes torquere præcipiant, vt veritatem inuestigare satagant, sine vitæ discrimine, aut membrorũ periculo, taliter vt ipse torquendus saluus sit innocentiæ vel supplicio, vt sunt verba text. in l. quæstionis modum. ff. de quæst. Si verò contigerit, quod tortus maneat debilitatus in membro aliquo, adeò vt quasi inutile reddatur nõ per hoc existimet se irregularitatem incurrisse, vt not. Abb. post Gasp. in ca. 1. n. 9. qui cle. vel vou. Crederem tamen in hoc dicendũ, quod si hoc damnum passus est tortus propter excessum torturæ commissum à iudice poterit propter hoc à superiori puniri, & damnari, vt clerico debilitato resarciat incommodum. Ad quod moueor ex no. per Hip. in di. l. quæstionis modũ. col. penul. nu. 72. cum seq. vbi tenet, quod excedens modum consuetum, & qui debet adhiberi, secundũ qualitatem personæ tortæ, tenetur in Syndicatu vbi etiã distinguit inter excessum factũ in tortura dolo, culpa, vel casu, quem videre poteris post Sal. in l. Gracchus. C. de adult. & Anan. in capit. 1. colum. 4. & 5. de cler. percus. quos ipse cum alijs refert.

SIt infamatus. Adde Alex. ad ad Bar. in l. 1. ff. de pœnis eundem in eiusdem additionibus in l. milites. C. de quæsti. Anto. de Butrio in cap. grauis. num. 14. de depos. Felin. in c. vniuersitatis. num. 2. de sentẽ. excommu. & in cap. veniens. in 1. n. 4. de testib. & in capit. cum oporteat. num. 7 de accusation. Ang. Aret. in tract. malæfid. in verbo. Fama publica. And. Barba. in cap. si constiterit. col. 3. de accusat. Hyppol. in pract. crim. § nunc videndũ. nume. 52. & in §. ex prædicta. num. 40. & in l. ædictum. nu. 9. & in l. quæstionis habendæ. num. 76. ff. de quæst. & in repet. rub. ff. de fideiussor. num. 126. & in sing. 55. Ias. in l. magistratibus. nu. 7. ff. de iurisdi. omn. iudi. Deci. in cap. At si clerici. nu. 126. de iud. Steph. Aufr. in tractat. de potesta. Secula. super Eccles. person. reg. 3. num. 17. Ioa. Const. in glo. ad constit. Reg. Galliæ. artic. 163. fol. 294. colum. 1. Boer. Deciss. 193. Cassan. in tonsue. Burg. rub. 1. §. 5. n. 6. & hanc opinionem communẽ esse testantur Ioa. Imo. in ca. 1. col. 2. de depos. Iaco. Septi. in catho. instit. tit. 65. num. 47. & noster Gregori. in l. 2. tit. 30. par. 7. in verb. *Caualiero*. Padill. in l. quamuis. num. 9. C. de iuris & facti ignorantia. Bossi. in tract.

A *Clericus nisi sit infamatus torqueri non debet.*

Autor à communi sententia recedit.

in tract. delictor. tit de indicijs. num. 15. Didac. Perez in l. 1. ti. 3. lib. 1. ordin. Hiero. Gigan. in tract. de crimi. Læsæ Maiest. Rub. quomodo & per quos crimen. quæst. 28. num. 3. pag. 266. Iul. Clar. lib. 5. recep. sētn. §. fina. quæst. 64. ver. Sed an clericus, & nouissimè Ioan. Gracian. regulis, & fallen. reg. 226. nu. 91. Et stante ista opinione non sufficeret, vt clericus posset torqueri, vnus testis, qui de delicto deponeret, nisi adesset diffamatio.

Autor à communi sententia recedit.

Et licet opinio hæc communis sit, & plena æquitate, contrariam tamen tenet Abb. Panor. quem sequitur malè sibi constans Feli. in cap. olim. col. 3. ver. tertius casus. de rescrip. Alcia. in cap. 1. numer. 43. de offi. ord. Iacob. Septima. dict. tit. 65. num. 48. Quæ quidem opinio in pūcto iuris verior est. Tum quia opinio communis nullo iure nec ratione fulcitur. Tū quia nullibi legimus, quod clerici circa hoc, aliquo sint priuilegio muniti, igitur iuris regulis, & receptissimis nostrorū traditionibus standum est, quibus decretum stat, quod semiplena probatio sufficiens est, vt quis quæstionibus, & tormentis subijciatur. Tum quia si infamia ad clericum torquendum necessaria est, hæc sanè sufficienter oritur, ex semiplena probatione, ex alijsque indicijs, quæ eum suspectum & infamatum reddunt. Præsertim quia ista indicia efficiunt notorium iudici capit. cum olim. vbi Abb. de verbor. signi. quod notorium succedit loco diffamationis. Tum quia regulariter plus operantur indicia, quàm diffamatio. l. 1. §. 2. & 3. & l. fina. ff. de quæsti. & ea ratione diffamatio simpliciter non operatur indicium ad torturam, vt traditur à nostris in cap. veniens. de testi. & alijs multis in locis. Tum quia sicut respectu pœnæ ordinariæ, vt ea imponatur, sufficit quod crimen legitimè probetur, nec necessarium est, quod clericus suspectus, vel infamatus sit: pari ratione, nec circa torturam imponēdam hoc desideratur, nullum equidem discrimen in hoc constitui potest: & ideò communis opinio in practica non seruatur, prout nec in ciuitate Mediolanensi seruari scribi Bossi. in pract. crimi. tit. de indicijs num. 103. Non tamen inficior iure defendi posse, quod scribit Abb. in cap. licet. primò not. de testib. clariora esse debere indicia contra clericum, ad torturam imponendam quā contra laicum sequitur Simon de Prætis. consil. 36. nume. 4. volum. 1.

Poni ad torturam. Adde Bar. B in l. vlt. col. 2. ff. de quæst. & in l. quoniā. ff. de his qui not. infa. vbi Bald. 1. lecti. col. pen. Bar. Ang. Paul. & Fulg. in l. ictus fustiū. eo. tit. Bal. in l. vni. n. 20. C. de confess. & in l. milites C. de quæ. Ab. in c. at si clerici. de iudi. n. 16. vbi Felin. n. 6. Deci. nu. 9. Ab. in c. quā sit grauc. de excess. præl. & in c. si

quis

quis de gradu. de purg. canon. & in cap. de hoc. de ſimo. & in cap. olim col. penu. de reſcrip. Hyppol. in l. de minore. num. 50. ff. de quæſt. Lud. Carr. in pract. cri. fol. 56. Anto. Gom. de delict. cap. 13. numer. 8. Fran. Bru. in tract. de indicijs 3. quæſt. cui cõmuni ſententię ſuffragatur Reg l. 7. ti. 13. par. 3. vbi Gre. Lup. in ver. *como quiere.*

C Degradari. Vide Lud. Car. in dict. pract. fol. 85. nume. 30. nouiſſimæ ædītionis.

D *Tortura clerico rum non debet eſſe tã ſeuera ſicut laicorum.* Sicut laicorum. Adde Boer. deciſſ. 163. nu. 6. Hypp. ſing. 55. & in l. maritus. col. fi. ff. de quæſt. Boſſi. in pract. crim. tit. de tortura teſtium. num. 6. Sim de Præt. conſi. 36. num. 7. vol. 1. D. Epiſ. Sep. in iuſt. catho. cap. 65. nu. 49. qui nullũ ex ſuperioribus allegat, & opinio hæc communis eſt & contradictorem non habet, ideò in forẽſibus exercitationibus, ſeruãda eſt. Tum propter excommunicationis periculum, ſi fortè debitus modus torturæ trãſgrediatur. Tum propter ſummam ſacerdotij dignitatẽ, cui maxima reuerentia debetur, vt latè docet Diuus Chriſoſtomus in libris de ſacerdotio.

E *Clericus non poteſt per laicũ torqueri, præterquam in duobus caſibus.* Torqueri per laicum. Vide Silu. in ſumma, in verbo excõmunicatio. 6. §. 11. Hiero. Gigan. vbi paulò antè allegaui. quæſt. 26. n. 6. pag. 267. Lud. Car. in pract. cri. fol. 85. num. 25. vbi ſcribit laicis licere abſq; excommunicationis metu clericos ad torquendum ligare, vt poſſint per clericos torqueri. Hæc tamen autoris & aliorum opinio non procedit in aſſaſſino qui ſecundum illum à laico torqueri poterit, vbi allegat Capi. deciſſ. 155. Nec etiam procedit quando clerici non reperiuntur, qui clericos torquere ſciant, tunc ſanè tortura à miniſtris laicis infligenda eſt, nã aliter fruſtrà iudex clericũ torquendum eſſe pronuntiaſſet, ſi non eſſet qui exequeretur, & hoc vſu receptum eſt, vt alios allegans fatetur Iaco. Septimã. dict. cap. 65. num. 49. F Tenet quod ſic. Adde Ludo. Car in dict. pract. fol. 85. nu. 31. & hanc opinionem communem eſſe teſtatur *Boſſi.* in pract. de tortura teſtium. num. 7. & opinionẽ iſtam Baldi cõtra autorem dicit eſſe commũ. Canoniſtarum Folleri. in practi. cano. 2. par. 8. num. 47.

Iuramento de præmiſſis interrogari.

CAPVT CXXVI.

1 Iuramentum à clerico de crimine à parte accuſato exigi non debet, ſecus ſi ex officio iudicis procedatur.

2 Purgatio non niſi prius præſtita copia infamato eſt indicenda.

3 Iuramentum à clerico exigendum nõ eſt, niſi informationis copia prius præſtita.

4 Reus non poteſt ſub iuramenti religione, de delicto interrogari ſine ſemiplena probatione, aut expreſſis indicijs, aut infamia precedente.

5 Indicia proceſſus reo ante confeſſionẽ ſunt manifeſtanda.

6 So-

6 Sola iudicia sine infamia, neque ad purgationem inducendam, neque ad iuramentum exigendum sufficiunt.

1 ET si ad partium petitionē à clericis de criminibus ac cusatis iuramentum exigi non possit nec debeat, ex officio tamen procedenti iudici hoc cōceditur à doctoribus a ea potissimum ratione. Nam cum liceat ecclesiastico iudici, clerico infamato purgationem indicere, & tunc de veritate delicti iurare teneatur: sic ei licet illū sub iuramento interrogare, vt placuit Panor. in cap. Cum super. quasi, ad fin. de confess. In quo tamen ego aduertendum crederem, quod cum ex dicta ratione purgationis id permissum videatur, inferri possunt duæ notandæ conclusiones in materia. Prima est quod cum 2 purgatio non sit indicenda, nisi prius præstita copia infamato de infamia, vt circa illam se defendat, & an maleuolis seu inimicis habuerit ortum, examinetur. Sic nec iudex à clerico 3 poterit iuramentum exigere statim post capturam, antequā illi præstet copiam inquisitionis cōtra eum formatæ: ex quo videtur quod practica huius Regni sumpta ex l. 4. part. 7. tit. 29. in qua disponitur quod reus sub iuramento interrogetur statim post capturam, non habebit locū in clericis. b Quinimò opinor quod in laicis captis nō liceat id indistinctè fieri, salua iudicis conscientia: nisi iudex habeat contra reum semiplenam probationem delicti, aut expressa indicia aut infamiam. Cum ex mente Sancti Thomæ in 2. 2. quæst. 69. art. 2. Prædictis casibus solum liceat iudici interrogare delinquentem, & delinquens teneatur veritatem dicere. Et vide ibi Caietan. qui declarando illam doctrinam Sancti Thomæ addit vnum notabilem (iudicio meo) videlicet quod in casu quo præcedunt indicia, debent manifestari reo, vt sciat se esse in tali articulo constitutū, quod tenetur obedire iudici præcipienti, & extorquenti veritatem, ac etiā vt possit se purgare, & cōtra illa opponere, ex quo videtur quod sicut ante torturam debet dari copia indiciorum, c sic ante interrogationem, vt Iudex iustè interroget, & reus teneatur fateri veritatem. Vnde quando aliquid ex prædictis tribus capturam non præcessit, tunc videtur quod iudex conscientia recta nō poterit vti practica dict. l. Partit. Cum enim captus qui delictū commisit non tenetur se prodere, nisi præcedat aliquid de prædictis, bene sequitur quod aliter non bene interrogat iudex eum, cum cogat captum reuelare seipsum in casu, vbi nō tenetur, & peccaret seipsum diffamando, sicut alium quemcunque. Et præter id quod est iustum rationiq; consonum, hoc est iuxta mentem illius legis Regni si bene consideratur, hoc enim vt fiat, dicta lex præcipit in hominibus malæ famę à quibus statim post capturā

vult

vult iuramentum exigi. Errant ergo apertissimè temerarij quidam iudices (& qui crocodili more humano sanguine delectantur) qui statim post capturam nullo facto personarū discrimine à captis omnibus de veritate delicti iuramētum exigunt, cùm sepiùs leuia quędam indicia causam præstiterint capturæ. Satis est enim Christiano Iudici si more Christiano iustitiam exerceat. Secunda conclusio, quòd sicut sola indicia sine infamia non sufficiunt ad indicendam clericis purgationem, eodem modo nec sufficiet ad hoc vt, iudex possit ab eis iuramentum exigere super delicto.

HOc *conceditur a doctoribus.* Nota quod in his quæ ad praxim, & interrogandi reos modum, nihil iure diffinitum est, sed prudentiæ iudicis relinquitur. Ideoque nulla certa regula in hoc constitui potest, nihilominus aliqua cōsideratione digna erunt animaduertenda. Et in primis monendi sunt iudices, vt reos captos dùm de criminibus interrogant, humanè, & benignè tractent, quòd sæpenumero ad veritatem patefaciendam mire conducit, ne illos seuero vultu, & proteruis oculis terrere faciant, neue iniurioſis verbis, aut contumelijs in eos irrumpant. Est equidem hoc à Christiana religione alienum, meminerint ipsos homines esse, & similia crimina, vel fortè maiora committere posse, nisi Dei omnipotentis gratia, & auxilio iuuarentur. Nec aliquando erit indecorū, si qualitas causæ permittit, vt reus præsertim clericus, vel is qui in dignitate sit constitutus, in humiliori sede quā iudex sedeat, vt magis quietus sit eius animus, ad confitendū de quo in causis fidei est egregia constitutio decrera Mantuę Carpētano rum anno. 1561. c. 13. 14. & 15.

Benignè etiā admonēdi sunt, & subinde exhortādi, vt simpliciter, planè, ac verè fateātur, & quod longè caueant, ne contrà ipsos, vel alios, falsum testimonium proferant.

Deinde caueant ne in interrogationib⁹ faciēdis, molesti sint, ea interrogantes, *quæ inutilia* sunt, sed ea dumtaxat quę ad rē faciunt, sed si reus confiteri cœperit, minimè illum interrumpant, sed libenter & attentè audiant nisi inutilia confiteatur.

Rursus multa simul interroganda non sunt, ne reus cum Sycophanta Plautino dicere possit. [Multa simul rogitas: nescio quid expediam potissimum: sin vnum quidquid singillatim, & placidè perconstabere, & meum nomen, & mea facta, & itinera Ego faxo scias, Hæc Plautus in Trinum.

Rei vero antè omnia interrogandi erunt, qui sint, de ætate, de origine & quibus parentibus orti, de patria, & de aliis circunstantijs, debet fieri diligens interrogatio, quia vt optimè Oratores admonent, suspicionū argumenta, nō leuia sumuntur, ex genere, natione, patria, educatiōe, disciplina, bonitate,

tate, prauitate pręteriti temporis, societate, amicitia, moribus, verbis, & alijs huiusmodi, vt docet Cicero lib. 2. Rhetori. ad Herēnium. Quinti. lib. 5. ca. 10. Orator. inst. tradit ex nostris Gand. in tract. crimi. titul. de præsumpti. & egregiè Franc. Casonus in tract. 1. de indi. & præsump. cap. 1.

Id etiā cauere debēt iudices, vt ne ità reos interrogēt vt magis fugiendi modos præscribere, quàm veritatē indagare videantur, & vt hoc suggestionis periculum euitetur, in genere sunt interrogādi, & deinde paulatim ad speciē descēdendū est, nullā singularē delicti circūstātiam exprimendo Franc. Caso. in tract. de tormen. ca. 15. Cætera verò iudicis integerrimi arbitrio cōmittūtur. Nā aliquādo expedit ad minima, & particularia descendere, vt reus conuincatur, & crimē quod perpetrauit, detectum esse intelligat: & istū ordinē præscribere videtur Iurecōsul. in l. 1. §. in causa. ff. de quæst. in hæc verba. [Qui quæstionē habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidiū fecerit, sed generaliter quis id fecerit, alterum enim magis suggerentis, quam requirentis videtur.] Hactenus Iureconsultus.

Quibus sic præmissis animaduertendū est, ꝙ ità iuris Interpretes circà huius capitis argumentū confuse loquuti sunt, vt prolixa eorū lectione nō intelligas, quid tenendū iudicādūue sit, Autorq; noster, ꝙ cum bona ei⁹ venia dicā) super tortuosam incudē tortuosius fabricauit. Quidquid alij dixerint, bimembrem ipse distinctionem constituo. Aut enim iudex præcedente infamia, prǽhabitisque indicijs, in causa procedit. Aut de occulto crimine contra iuris præcepta iudicare contēdit.

Primò quidem casu, assēuerandū est, iudicē reū interrogare iure optimo posse, ipsumque teneri veritatē cōfiteri debere, nec curandum est, quæ pœna imponenda sit spiritualis, vel temporalis, vel quòd procedatur ex officio, vel ad partis instantiam, vel quòd crimen sit notorium, famosum, vel nec nullum certè discrimen inter hos casus constitui potest, sed solùm perpendēdū est, an iudex rectè procedat. Ita intelligenda & interpretanda est Bar. doctrina in l. inter omnes. §. recte. in fine. ff. de fur. quam communiter receptā esse fatetur Aug. Ari. ad Angelum in tract. malefi. in verbo, *Comparuerunt, & & confitentur totum.* numer. 13. Bertram. consi. 321. num. 3. in fine. lib. 3. idem testatur Hypo. in l. quæstionis habendæ. numer. 27. ff. de quæstio. Pract. Contra. fol. 280. in prin. Ant. Gom. 3. tomo. cap. 1. num. 65. Iuli. Clar. in pract. crim. §. fina, quæstio. 45. versi. sed quæro. & eam obseruat communis Stillus Italiæ vt scribit Bar. in l. 1. numer. 6. C. de iura calumn. vbi Bald. nu. 8. dicit quòd ita cōsuetudo obseruat. Mariā. in c. qualiter & quando. num. 227. quæstio.

Iudex iustè præcipit reo vt delictū fateatur

ſtio. 84. in fine de accuſa. Sãct. Thom. & Caieta. 2. 2. quæſtio. 69. artic. 1. Dom. Soto in tract. de ratione tegendi & detegen. ſecret. mẽbro. 2. quæſtio. 7. conclu. 1. Martin. Nauar. in ca inter verba conclu. 6. Corro. 65. 1. quæſt. Greg. Lopez qui rẽ Chriſtianè tractat. in l. 4. tit 29. par. 7. in verbo, *Iurat.* D. Couarru. in practi. quæſti. 23. num 5. Roſei. in ſumm. in verbo, accuſatus. §. 1. Rod. Suar. in l. 4. tit. *De las juras.* lib. 2. foro legũ Ant. Gom. 3. tho. vari. reſolu. cap. 12. num. 15. Bartho. à Medina in ſumma libr. 1. ca. 14. nu. 35. Anton. Cord. li. 1. quæſt. 43. dub. 3.

Quamuis opinionem contrariã reum poſſe negare delictũ, ſi ex confeſſione timeat pœnã corporalem ſiue iudex ex officio procedat ſiue ad inſtantiam partis. Si verò pœna ſpiritualis eſſet inflingenda veluti excommunicatio tenetur reus ſub mortali crimine delictum confiteri quam opinionem amplectitur Abb. in cap. 2. de confeſſ. colum. penult. Syluestr. in verbo, *Confeſsio.* delicti Alcocer in ſumm. capit. 26. §. *El reo.* Soletque pro hoc ſententia allegari glo. in ca. 2. de confeſſ. li. 6. Sed primam opinionem tanquam veriorem amplectimur quã eſſe communem apud Theologos teſtatur Petrus à Nauarra quem poſt hæc ſcripta legi) in tractat. de reſti. lib. 2. capitul. 4. num. 138. Quæ communis & receptiſſima ſententia, multis iuribus & rationibus fulcitur. Tùm quia publica vtilitas in eo verſatur, & crimina & ſcelera diris pœnis puniãtur, vt improbi homines, iuſtas luant pœnas, & alij earum timore, à cõmittendis ſceleribus longè repellantur. vt in l. congruit. ff. de offici. Præſi ca. 1. de offici. ord. quòd fieri nullo modò poſſet, niſi iudex comperta veritate, ex ipſius rei confeſſione, ſententiã ad punienda ſcelera proferat. Tùm quia ſubditus vtroque foro iuſto ſuperioris præcepto obtemperare tenetur, iudex autem caſu ſuprà conſtituto, vt ſibi veritas patefaciatur, legitimè procedit, ei verò non obtemperare inobediẽtiæ peccatum eſt, & in re graui cõtractum, quod mortalem culpam continet. Tùm ſuffragatur text. in l. obſeruari. C. de quor. appella. non recipi. cuius legis deciſio ſeruari non poſſet, ſi reus legitimè interrogatus, eadem lege veritatem dicere non teneretur. Tùm conducit text. in l. vlti. ff. de crimine expila hæredit. capitu. cum delicti. de accuſatio. Tùm quia in cauſis criminalibus iuratur de calumnia l. 1. vbi glo. Sali. & doctores. C. de iura. calumn. tex. in capit. 1. vbi glo. Inno. Abb. & omnes doctores eodem. l. 1. tit. 11. par. 3. quod iuramentum inter aliã quæ continet, illud potiſſimũ eſt, quod reus interrogatus veritatem patefaciat. lib. 2. & in authe. Principalis. C. de iureiuran. propter calumn. dan. & in auth. vt litigantes iura. colla. 9. Tùm quia apud Hiſpanos Regia conſtitutione id diffinitum

Reder, Suar.

Reus teneri confiteri ſub pœna peccati mortalis cõfiteri.

eſt

est l. 4. tit. 29. par. 7. cum dicit, *E estõce el Rey, ò el iuzgador dene le fazer iurar, que diga la verdad de aquel echo sobre que lo reçaudaron.* Et ibi eã notat Grego. & etiam eam perpendit magnus ille apud Hispanos Roder. Suarez in l. 4. tit. *De las iuras* li. 2. for. ll. num. 14. Tum quia tale iuramentum in causis fidei præstandum esse, præcipit concilium Biterrense. cap. 4. in hæc verba. Ab illis qui sic citati coram vobis, infra tempus comparuerunt assignatum, recipiatis iuramenta de mera & plena super facto labis hæreticæ tam de se quàm de alijs viuis & mortuis dicenda quã nouerint veritate.] Idem sanciuit Martin. Quintus in Bulla incip. [Inter cunctas.] in conc. Constantiẽ. Sess. 45. quæ continetur in literis Apost. pro sanct. Officio pagin. 4. cuius iuramenti formula talis est. [Iuro per Deum & Crucẽ, & sacrosancta quatuor Euangelia, manibus proprijs facta, me dicturum veritatem, & si fecero Deus me adiuuet, sin autem contrà, Deus me condẽnet.] Circa quod aliqua summè necessaria & in practica vtilissima animaduertenda cẽseo.

Roder. Suar.

Reus tenetur confitem sub pœna peccati mortalis cõfiteri.

Primò, teneri reum in proposita specie, iudici interrogãti, sub mortalis criminis pœna, crimen confiteri. Hæc sanè cõmunis est, & Theologorum, & Canonistarum opinio, vt colliges ex Diuo Thom. Caiet. Domin. Soto Nauar. in locis nouissimè allegatis.

Secundò quod vsque adeò reus tenetur, veritatem confiteri, vt non possit à confessario absolui, nisi proponat eam patefacere. Nam talis reus in non confidendo peccat, neque cum peccati pœnitet, imò perseuerat, & ea ratione nec peccati veniam, nec absolutionem meretur. capit. peccati veniã. de regul. iur. libr. 6. ita scribit Domin. Soto dict. tract. membr. 2. quæst. 7. quod singulare & quotidianum est, teste Martin. Nauarr. in manuali. capit. 25. num. 36.

Reus à sacerdote absolui nõ potest, nisi animocõ ceperit iudici veritatẽ patefacere.

Tertiò est considerationè dignissimum, quod si reus iustè interrogatus delictum semel negauerit, licet mortaliter peccet, nihilominus iustè damnatus ducitur ad supplicium, minimè tenetur ad confitendum illud, nisi notabile aliquod dãnum inde probabiliter sequeretur. Cum eius spirituali salut i sufficiat iusta confessio cum sacramentali absolutione: vt doctissimè scribit Nauarr. dict. ca. 25. num. 38. Nec inter secundam & tertiam illationem: aliqua inest repugnantia. Nam ob id in secunda reus mortalẽ culpam contrahit, nec absolui potest in animæ iudicio, quia cõfessio ad crimen reuelandum, vel ad alios iuris effectus necessaria est. Non sic in tertia, quia cum crimen legitimis probationibus comprobatum est, ita vt ducatur ad supplicium reus, ideò eius confessio non est necessaria, nisi alicui graue dannũ sequatur, ita benè declarat contra F. Magn. Bart. à Medin. &

Reus si semel veritatẽ negauit cũ ad supplicium ducitur eam fateri nõ tenetur.

din. & Cordo, D. Segur. in suo direct. 2. partit. ca. 17. nu. 36.

Quartò, quod si reus à iudice interrogatus, respondere nolit, iustè ei præcipi potest, quod respondeat, aliàs habeatur pro confesso, ita in quadam causa grauissima Illustrissimi Comitis de Vreña, iudicatum fuit in Hispania, vt memoriæ protulit Rodericus in dict. l. 4. nu. 15. Vel condemnari poterit ad torturam, si confiteri nollit: vel si dubiè confiteatur (puta) non scio, non recordor, Bald. in l. accusationem. num. 11. C. de accusation. & opinio ista approbata fuit Regio Neapol. Prætorio teste Cap. decis. 145. eã sequitur Foll. in pract. fol. 308. & in practica sæpissimè receptã fuisse scribit Iuli. Clar. lib. 5. recep. sentẽ. §. fina. quæst. 45. vers. sed pone.

Si reus non respondit iudici interroganti quod ab eo faciẽdum sit.

Quintò, asseuerandum est reũ accusatum statim cum à iudice interrogatur, ita astringi ad veritatem confitendam, vt nullo modo possit à iudice petere vt sibi dilatio aliqua, vel tempus ad deliberandum conferatur cum de facto proprio interrogetur, Bald. in l. cum falsum. num. 2. ff. de acquir. hæredit. quam opinionem communem esse fatetur August. ad Ang. in tract. malefi. in verbo, Comparuerunt dicti inquisiti & cõfitentur. nu. 6. Pract. Conrad. fol. 280. num. 2. & eam totius orbis consuetudo recepit, vt fatetur Sali. in auth. 1. offeratur. numer. 6. C. de litis contesta. vbi Paul. de Castro. numer. 5. & 11. Amad. de sindi. numer. 184. quicquid in contrarium tenuerit. Alexan. in l. 1. in prin. num. 6. ff. de æden.

Reus statim & sine mora veritatẽ fateri tenetur.

Sextò, illud certissimi iuris est reum legitimè conuictum sub mortalis culpæ reatu, si à iudice interrogatur, etiam in tormentis, vtrum crimen commiserit, teneri veritatem patefacere, nam licet iniquè torqueatur cum testibus conuictus sit, ex Angeli sententia in l. & si certus. ff. ad Syllanianum, vbi Ioa. Igneus Aug. Arim. in addit. ad Ang. in tract. malæfi. in verb. Fama publica. Quæ opinio cõmunis est, teste Hyp. in l. 1. ff. de quæst. num. 11. & in pract. cri. §. nunc videndũ n. 25. Car. in prac. cri. in prin. nu. 188. & licet contraria opinio assertorẽ habeat Bald. in l. obseruare. num. 9. C. quorum appellat. non recip. & in l. 1. nume. 9. C. de iuram. calumn. Thom. Gram. voto 1. column. 1. stãte igitur communi opinione, nihil refert quod reus iniustè torqueatur, cum saltem iustè à iudice interrogetur, quam ob causam veritatem confiteri tenetur. ita egregiè scribit insignis D. Coua. in pract. quæstio. cap. 23. num. 5.

Reus tõ tormẽta iniustè quæritur veritatẽ fateri debet.

Septimò est circa hoc mirè obseruandũ, quod qui iuramentum præstat, iurare debet iuxta mentem iudicis interrogantis, non secundum propositum aliud iurare debet, aliàs dolosum emitteret iuramentum & grauiter peccaret. Sanct Thõ. 2. 2. quæst. 89. artic. 7. in resp. ad 11.

Iuramẽtũ seruandũ est secundũ intentionẽ iudicis interrogantis non secundũ propositum iurantis.

captiuè respondenti.

pons. ad 4. & ibi Caietan. Soto. libr. 8. de iusti. & iure quæstion. 1. articu 7. hinc illud Isidori. [Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen qui conscientiæ testis est, ita accipit sicut cui iuratur intelligit.] Hæc ille. Idem iudicium habendum est de æquiuoco iuramento, quod simulatis verbis artificiosè concipitur, ita vt duplicem sensum recipere possit, nam si licitè exigitur, non licet tali amphibologia vti, ob maximam iniuriam quæ iudici qui habet ius exigendi, fit ita Soto dict. artic. 7.

Reus qui exceptus ab iurisdictione iudicis in veritate criminis cõfiteri nõ tenetur.

Octauò, quod tunc locum obtinent, quæ suprà scripsimus quando is qui interrogat, legitimus & competens iudex est, vnde si is qui interrogatur, exemptus est ab illius iurisdictione, quia clericus est, vel Scholaris, aut si reus indebitè ab Ecclesia extractus fuerit, iustè poterit veritatem absque mendacio celare, & quãuis neget officiosum est mendacium, & veniale peccatum tantum, nisi iuramẽtum interuenerit. Sic tradit eleganter Domi. Soto dict. tracta. 2. membro, quæst. 7. concl. 3. Marti. Nauar. in dict. ca. inter verba. Corr. 65 num. 244. vbi dicit idem esse quando iurisdictio iudicis per appellationem, vel recusationem suspensa est.

Quando iudex legitimè ad exigendam rei confessionẽ

Nono, quod dicetur iudex ad confessionem exigẽdam rectè procedere, quando contra reum accusatum est, vnus testis oculatus, & omni exceptione maior, aut vnum indicium vel plura illi æquipollentia. Vt videtur sentire Bart. in l. fin. nu. 7. ff. de quæstion. vel quod reus infamia laboret, vt infra scribo, ver. quod autem. Nec non desideratur, quod ea probatio in processu contineatur, de ea quæ reus certior factus sit vt sciat iudici tunc esse obtemperaturum. vt scribit Sanctus Thom. & ibi Caietan. 2. 2. quæstion. 69. articu. 1. & 2. Martin. Nauarr. dict. cap. 25. nume. 36.

procedat.

Reus in causis capitalibus an possit à confitẽdo crimine excusari.

Decimò, illud perpetuæ memoriæ commendandũ cẽseo ꝙ licet præfata magis communis opinio in causis ciuilibus, & criminalibus procedat, in quibus pœna sanguinis non timetur, necnon in omnibus spiritualibus controuersijs. At verò in causis capitalibus, & ibi de gra ui dedecore agitur naturali æquitate dictante, asseuerandum cẽseo, posse reum salua conscientia, veritatem ipsam absq; mẽdacio, verborum inuolucro cõtegere. Initum quidem est hominibus, à natura ipsa, vt se defendant, & à mortis faucibus incolumẽ vitam reddant. Hinc leges oriuntur, quibus inuasorẽ cum moderamine inculpatæ tutelæ occidere licet. Ab hac naturali æquitate proficiscitur ius aliena subripiendi, extrema famis necessitate ad id impellente. Similiter profiscitur, illa enim potestas, qua seruo vitandæ seruitutis gratia, (quæ mors naturalis est) permittitur à domino fugere, fortior igitur ratio iure natu-

rali eradicata ſuadet, vt reus abſque criminis nota veritatẽ quæ probari non poteſt, vt vitã tuea tur celare poſſit. Deinde neruoſa, & vrgentiſſima ratione, præcedens doctrina fulcitur. Nam ſi conſanguineus ad teſtimonium ferendum contra conſanguineum, compelli non poteſt, quandò ingens aliquod diſpendium timetur vt in l. 4. ff. de teſti. cum ſimilibus nullus equidem abſque inſania negare poteſt, hoc nõ magis licere ei, qui mortem vel infamiæ labem eſt paſſurus.

Nec his refragatur, quòd iudex iuſtè interroget, nam ſimiliter reus iuſtè veritatem celat & vterque ſuo iure vtitur, ſic iure compertum eſt, licitum eſſe iudici præcipere damnato, ad pœnam vltimi ſupplicij, ne fugiat à carcere, ipſe verò obtemperare non tenetur. Dominus ſimiliter iuſtè iubet ſeruo ne fugiat, ipſe autem fugiendo ſe à ſeruitute liberare poteſt, & ità in terminis huius propoſitæ diſputationis tenet Petrus à Nauar. de reſti. lib. 2. ca. 4. nu. 142. quo caſu. Abb. & aliorum opinio poſſet procedere.

De occulto crimine iudex nõ poteſt interrogare.

Secundò autem diſtinctionis membro, quando crimẽ occultum eſt, non licet iudici de eo interrogare, nec reus tenetur crimen detegere, nec in hoc iudici vel Prælato obtemperandum eſt, quia contrà Chriſtianam charitatem eſt, de his interrogare, occulta quidẽ ſcelera reuelanda nõ ſunt, ſed Deo ſoli relinquenda cap. ſi omnia ca. ſi oues. ca. ex merito. 6. quæſt. 1. tex. egregius in ca. erubeſcant. 32. diſtin. ibi. [De manifeſtis quidẽ loquimur, ſecretorũ autem, & cognitor Deus & iudex eſt.] text. in ca. ſi quis aliquando. §. nõ tibi dico. de pœniten. diſtinct. 1. ibi. [Non tibi dico vt te prodas,] iugum equidem Domini ſuaue eſt. Religio ſanè Chriſtiana piiſſima eſt, quę nollit quempiã cum tãta ſui honoris & famæ iactura obligare. Imò hoc eſſet cõtrà ius naturale, nam par eſſet, vt ſi obligaret aliquem, vt ſe interficiat, vt latè probat D. Thomas 2. 2. quæſt. 69. & ibi Caieta. artic. 2. Henr. de Gãd. quod libr. 1. quæſt. 32. latiſſimè Ab. in ca. 2. de cõfeſſ. & eſt communis Theologorũ & Canoniſtarum ſententia, vt colliges ex Domini. Soto & Nauarr. iam allegatis.

Crimen occultũ quod dicatur.

Nec in cauſis fidei reus interrogandus eſt de delicto occulto de quo delatus reus infamatus non eſt Directoriũ inquiſitorum. 3. par. de modis interrogandi reum numer. 74. niſi ipſi rei dum confitẽtur anſam præſtiterint ad alia interroganda quòd frequẽter contingere ſolet, tunc ſi ad cauſam de qua tractatur conducunt interroganda ſunt ſic decretum ſtat in ſtructione Madriliana an. 1561. cap. 15. §. *Y deuen ſiempre*, cuius verba latinitati donata hæc ſunt. [Habeant etiam Inquiſitores magnam curam, ne interrogent extrà indicia, niſi reus per ſuam confeſſionem occaſionem præbuerit.

Reus nec in cauſis fidei de omnibus occultis interrogatur.

Quòd

Crimen occultū quod dicatur.

Quòd autem dicatur crimen occultum vide Abb. in capit. ex literarum. de tempo. ordin. & in cap. vestra. de cohabita. cleri. & mulier. Domin. & Alexan. in cap. erubescant. 32. dist. assuerantes, illud crimen occultum dici, quòd probari non potest, idem tenet autor noster infrà. numer. 4. sequitur Grego. Lup. in dict. l. 4. tit. 29. par. 7. vbi scribit quòd quandò non adest semiplena probatio, vel indicia, ex quibus imponi possit tortura, vel saltem incuti terror ipsius, etiam si adesset infamia, reus interrogari non potest ideò iudices admoner, ne reos de occultis criminibus interrogent, nam cum eos contrà iuris ordinem pœnis afficere intendunt proprias animas damnāt. Deumque Optimum Maximū offendunt. Nec iudices contrarium facientes Zelus iustitiæ excusaret, quia vt scribit Abb. post Hostien. in cap. cum in iuuentute. de purga. canoni. non permittitur aliquid fieri iudici, ex solo Zelo iustitiæ, nisi subsit iudicium rationis. Tunc verò sola infamia sufficeret, absque alia probatione, vt reus iustè interrogari possit, quādò casus esset, in quo haberet locū purgatio canonica ex Abb. sententia in dict capitu. 2. de confess. Præpo. Alex. in cap. ex pœnitētibus. 50. distin. Mihi tamen (vt verum fatear) hæc opinio Gregorij nunquam placuit, nam si iudex cum reus infamia laborat, vel contrà ipsum obiecti criminis indicia vrgent iustè procedit capit. qualiter & quādo in 1. & 2. & in capit. super his. de accusa. Ergo reus secluſa morte, tenetur respondere, nec semiplena probatio, nec illa vrgentissima indicia, quæ requirit Grego. desiderantur, vt ad id compelli possit. Quandò vero crimen occultum foret, piaculum esset & longè à pietate Christiana alienum reum interrogare. Quòd summè notandum est, quia vidi imperitissimos & impios iudices, in hoc passim errare, qui in criminalibus, grauissimisque causis, simplicibus tabellionibus (auaritia tamen plenis) reorum confessiones committunt. Qui iuris ordine prætermisso, de occultis criminibus interrogant, datur etenim ex hoc apertissima ansa periurijs, & in numeris alijs malis, in maximum damnum reipublicæ, dabunt qui talia faciunt, in die timendi iudicij, strictissimam rationem.

Reus nec in causis de omnino occulto interrogatur.

Vnde meritò exterminanda, & releganda est consuetudo quædam quæ potiùs corrupte-la est appellāda, quæ in aliquibus tribunalibus ecclesiasticis recepta est, & quod vehemēter doleo in hoc Complutensi celeberrimo, nempè quod in matrimonialibus dispensationibus, qui contrahere volunt solicitè interrogantur an se carnaliter cognouerint, de quo cōtrahentes ipsi infamati minimè sunt, nec aliter de hoc constat. est sanè cōsuetudo hæc supra dictæ verissimæ, & cōmuni

Curia Archiepiscopalis Complutensis consuetudo quadam reprobatur.

conclusioni contraria.

Reus in dici de facto interrogãdi, respõdere minimè tenetur.

Si autẽ iudex de facto reũ interrogat, quãdo ius interrogãdi nõ habet, minimè respõdere tenetur, & iustè absq; alicuius criminis, potest ipsum iudicem verbis, communi significatione ambiguis fallere, mentiri tamẽ nullo modo absq; peccato potest, vt docet Augustinus libr. de conflictu vitiorum. capit. si quis cap. primum. 22. quæst. 2. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 69. artic. 1. & Caietan. quæst. 89. arti. 1. Adria. Summus ecclesiæ Præsul. in materia confessi. dubio 10. & quodlibet. 11. litera cc. Domi. Soto in tracta. de ratione tegen. & detegẽ. secre. membr. 3. q. 3. conclus. 5. & lib. 5. de iust. & iure. quæ. 6. artic. 2. Mart. Nauar. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. Corro. 64. Gencsi. à Sepulueda in dialogo de ratione dicẽdi testimonium cap. 5. quod etiam scripsimus.

Idẽ in teste obseruandum est.

Idemque pari ratione in teste asseuerandum censeo, qui non tenetur ad testificandum, potest iudici interroganti dicere, se non teneri ei respondere, quamuis sciret id de quo interrogatur, & si illum cogere velit, appellare potest, præterquàm si iustè timet, iudicem in eum sequiturum, quod si timet, respõdere potest se nihil scire (intra se tamen intelligendo) quod dicere teneatur, ita scribit Martin. Nauar. in manu. confesso. capit. 25. numer. 43. cuius opinio verissima est, & amplectenda, licet contrariam tenuerit Genesi. à Sepul. de ratione reddendi testimonium. capitul. 13.

Reus in casu dubij an iudici interroganti respondere teneatur.

Illud verò sciri oportet quod à nostris prætermittitur, vtrum in casu dubij, reus teneatur iudici interroganti respondere, cum sibi non constat, an iudex legitimè procedat, vel ne, & iustam dubitandi causam habeat, potissimum hodie, cum ante confessionem non detur sibi copia indiciorum, vt sequenti annotatione scribam, & in proposita specie Domin. Soto in dicto tractat. memb. 2. quæst. 7. conclu. 3. asseuerat in fauorem rei declinandum esse, maximè in capitali iudicio, quia peius est in tali casu hominem occidere, quàm iudici non parere, idque latius ipse probat eod. tract. mẽb. 3. quæstio. 2. quod verissimum puto. Nam quod reo ante confessionem copia indiciorum detur naturalis defensio est, quę sibi ad proprium honorem tuendum, & vitam conseruandam competit, non equidem contraria consuetudo, in hoc detrimẽtum inferre potuit, nec pro iudice in hoc præsumendũ est, cum iuris sanctiones non obseruet, vide quæ scripsi supra versicul. Octauò quod dicitur.

Reus interrogatus obtẽdit se nescire.

Reus interrogatus petit copiam indiciorum.

Reus interrogatus petit copiam testium.

In clericis. Nota quod hoc in ecclesiasticis tribunalibus minimè seruatur, forensis namq; vsus nullam differentiam inter clericos vel laicos constituit. B

Copia indiciorũ. Adde quod istam opinionem sequitur Practię. C

Consuetudine receptū est, quod nulla in dubiū copia detur reo & testium depositiones exigatur

cti. Papien. in forma Inquisitionis in verbo, fama publica. Vbi dicit quod malè hoc in practica seruatur. De iure equidem quod suprà scripsimus verissimū est. Consuetudo tamen quæ sæpenumerò integerrima iura destruit opinionem cōtrariam recepit, quò scilicet reus interrogetur, & examinetur ante datas defensiones, & iudiciorum copiam, ita quotidie practicatur vt fatetur Foller. in pract. crim. Cano. fol. 165. nu. 9. Practica Iodo. fol. 24. num. 18. Pract. Conra. fol. 255. limitat. 6. Iuli. Clarus lib. 5. recep. senten. § fina. quæsti. 45. versi. sed quid. vbi dicit quod stante ista consuetudine generali, malè faceret iudex qui alter obseruaret. Quæ forensis consuetudo iuuari potest, apud Hispanos ex Regia l. 4. tit. 29. part. 7. vbi eam ad hoc notat Greg. in glo. magna in finalib. ver. dicēs sub dubio tamen fortè quod stante Regia illa constitutione, iudex iussè interrogare potest, non data reo copia Inquisitionis. Semper tamen mihi summè placuit ea forensis practica, qua Ecclesiastici, & seculares iudices, Deum timētes vti solent, vt ante confessionē receptam minimè præcipiant informationis copiā dari, sed tātum tabellioni vel notario præcipiunt quod testium depositiones, absque eorum nominibus coram reo legat, vt inde cōpertum habeat, quid contra ipsum probatum sit & veritatem fateatur.

Testium nomina, & depositiones, quando reis manifestari debeāt.

Post cōfessionem verò receptam accusationemq; oblatam, non solum testium depositiones, sed ipsorum nomina manifestari debent, vt meliùs seipsum defendat. text. elegans in cap. veniens. in 2. de accusati. Regia l. 11. tit 17. p. 3. l. 4. ti. 1. lib. 8. ordi. noui, nunquam equidem defensionis facultas denegāda est, l. defensionis facultas. C. de iure fi. lib. 10. tradit optimè Bonif. in tract. malæfi. in rubr. de inquisit. & de earum form. nu. 15. fol. 267. Fulgo. Paul. de Castro & nouissimi in l. 2. C. de æden. vbi optimè Socin. prædictam cōmunem sententiam declarat procedere in his indicijs, & probationibus quæ recipiuntur, post inquisitionem & negationem parte citata, secus verò iudicādum est in illis, quæ fiunt ante inquisitionem pro informatione curiæ, quod est de mēte Angeli in le. quæstionis. ff. de quæst. & Bart. in l. fin. eo tit. idque Socin ea ratione probat, quia tales testes parte non citata examinati, nullum ei præiudicium inferunt, nisi repetātur. vt in l. fin. ff. de quæst. & hoc sequitur Gregor. noster in dict. l. 11. in verb. *Testigos*, vbi dicit quod per hāc practicam cessauit timor subornationis testiū qui in plenario iudicio sunt repetendi. Quæ ratio potissima fuit Hosti. hoc tenentis in dict. cap. qualiter & quando.

Testium nomina non dēbēt antè

Ex quo manifestè sequitur, q; illorum testium nomina, reo manifestāda sunt, qui plenario

publicationem reo manifestari.

iudicio fuerunt reproducti, vel de nouo testimoniū in eo protulerunt, & hoc facta publicatione, non verò illorū qui summario iudicio deposuerunt, cū isti nullum præiudicium quo ad condemnationem inferant, latè sui testimonij ratificationē aliàs, apertissima ansa daretur reo, vt precibus, donis, testes corrumperet, eos vt longè repelleret, ne primis depositionibus starent, & crimen maximum partis offensæ, & reipublicæ damnum, impunitum remaneret, & summè laudo iudices, qui in criminalibus causis, præsertim grauissimis, ita faciunt: licet practicam hanc increpet diligens & doctus Ioan. Gutierr. allega. 13. num. 2. Sed ab ea recedendum nō est, quod summè nota, quia nullus ex nostris, ita declarat & in actionibus forensibus est frequentissimum.

Nomina & testiū depositiones reis publicari debent.

Sunt equidē nomina & testimonia testium eo modo, vt dictum est, publicanda, vt locum obtineāt, etiam si per modum inquisitionis procedatur. Vt scribit Cæpol. consi. crim. 65. & 66. Petr. Paul. Parisi. consil. 2. numer. 255. volum. 4. Iuli. Clar. libr. 5. recep senten. §. fi. quæst. 49. siue ea inquisitio generalis, siue specialis sit, nihil ad rem facit, & hoc expressè probatur in l. 1. & 4. tit. 1 lib. 8. ordin. noui.

In causis summarijs idem locū habet.

Ex qua sententia, & dictarum Regiarum legum sanctione, colligendum est, non esse etiam in causis, in quibus summariè, & de plano proceditur, publicatione testium deneganda probat dicta lex 1. ibi. *Y oya a la parte, y le de copia y traslado de la pesquisa, y summariamente proceda, porque los delictos no queden sin pena.* Et dicta lex 4. ibi, *aquel o aquellos contra quien fuere hecha la pesquisa, ayan poder de demandar los nombres de los testigos, y los dichos de las pesquisas, porque se puedan defender.*

Vnde manifestè deducitur, q̄ licet consuetudo iā inuasit, non solū in secularibus, sed in ecclesiasticis tribunalibus q̄ in criminibus, in quibus de plano & sine strepitu, & figura iudicij procedendum est, vt in criminibus prouenientibus ex incōtinentia ex conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor. & in alijs, processus vno cōtextu fieri soleat. Nempe quia datur reo ad se defendendum copia accusationis capitulorum, cum peremtorio termino, cum honore publicationis, necnō cum conclusione & citatione ad audiendam sententiā diffinitiuā, nihilominus tamē, cum debito effectu, & nō sub vmbra testiū publicatio fieri debet, ita videtur reo integra copia vt se defendat, quod Regiæ constitutiones iam allegatę probant. Nec forēsis, si contraria esset, quāuis longęua cōsuetudo defendi posset, sed tanquā iniqua diuino & naturali contraria releganda esset. Et hac ratione, si testiū publicatio omittatur, processus esset ipso iure nullus, hoc sine dubio in causis criminalibus, ita Iul. Clarus libr.

Licet cōsuetudo inuaserit quod in causis summarijs, vno cōtextu processus fiat cum honore publicationis & cōclusionis, debet tamē vera publicatio testiū fieri & non sub vmbra.

libr. 5. recep. sent. §. fi. quæst. 48. in princ. D. Segura in director. iudi. Eccle. 2. par. ca. 14. num. 8. quid autem sit in causis ciuilibus, vide quæ scripsi ad Ioan. Ber. in regul. 708.

Io. Ter. opinio de qua hic moribus recepta non est.

D Malæ famæ. Adde quod forensis practica minimè hãc Autoris interpretationem recepit, nam generaliter in omnibus nulla constituta differentia, an sint bonæ vel malæ famæ, dicta Regia l. Partitarum procedit, vt scribit Greg. ibi in glos. magna in. fine, nam quod lex illa de bona vel mala fama loquitur, est sanè alia ratione an reus deferendus sit per domum, ad res suas componendas, cum capitur, vel statim ad carceres deferendus sit, vnde Gregor. ab Autore nostro ibi recedit, communem practicam defendens, vt nulla copia indiciorum reo data, iudici de crimine interrogare liceat.

Licet ẽ secundo innascitur quod in causis summarijs, vno contextu processus fit cum bonore publicationis & conclusionis, debet tamẽ vere publicatio restringi & non sub umbra.

Confessionibus proprijs.

CAPVT CXXVII.

1 *Traduntur multa, quæ à iudicibus ecclesiasticis, in clericorum confessionibus, præ oculis sunt habenda.*
2 *Confessio clericorum non verificatur quando nocet.*
3 *Clericus, qui delictum confitetur, sine accusatione punitur.*
4 *Pœna mitior imponitur per viam inquisitionis, quam per viam accusationis, nisi de crimine per partis confessionem constet.*

IN confessionibus clericorũ illa meritò obseruari debent, quæ in alijs reis à iure disposita ac à doctoribus interpretata leguntur, cum in hoc non debeant esse deterioris conditionis quàm laici. Ex quo debent aduertere iudices, an tales confessiones clericorum fuerint extra iudiciales, vel coram non suo iudice, aut verisimilia in se cõtinentes, aut incidenter, & non principaliter factę, curatoris autoritate non interueniente, si clerici minores sint vigintiquinque annorum, aut in tortura non seruata forma, quam in talibus confessionibus iura exigũt, & si quid tale in illis reperierint, obseruent, illa quæ iura in hoc tradunt, & doctores scribunt: quæ quidem transcribere nolo. Vnum tamen fortasse attentari possit in ista materia, q̃ cum clerici pro criminibus, nõ infligatur pœna mortis, aut mutilationis membrorũ, quod in criminibus quibus veniunt puniendi circa traditionem curiæ seculari, præiudicaret illis confessio facta delicti, sine eo quod iudici necessariò constet delictum fuisse in veritate perpetratum. a Nam quod hoc in a
seculari iudicio requiratur, ex eo introductum est: qùia cum nemo sit dominus membrorũ suorum, non potest aliquis in periculum vitæ suæ aut membrorum quicquã fateri commississe, nisi in veritate constet delictum fuisse perpetratum. Attamẽ quod sua confessione sola possit sibi clericus in ordinibus, ac beneficijs suis facere sibi præiudicium non reperitur prohibitũ, cùm possit ex cõuẽ-

tione ad illorum amissionem obligari. Vt de ordinibus probat text. in c. quotiens. 1. quę. 7. & de beneficijs probatur in in cap. cum dilecto, & cũ glo. in ver. obligauit. de electione, & in cap. fina. de crim. fal. vbi hoc not. Abb. in 3. nota. Quãuis omnibus iudicibus consulo vt si fieri potest, semper satagãt quod illis constet de delicto à clericis sibi confesso. Est & alia specialitas in clericis confitentibus delictum, videlicet quod sine accusatione puniãtur: hoc tradit in eis speciale fore Host. in cap. 2. de confess. sic intelligendo text. ibi, quod refert ibi Cardin. licet quod ad illius tex. literam & intellectum illum nõ
4 admittat. Est prætereà & alia tertia specialitas in ista materia quod licet sit verum quod quãdo agitur per viam inquisitionis nõ possit imponi pœna ordinaria
b delicti, vt in cap. inquisitionis. de accusat. fallit hoc si de crimine constat per confessionem. ita limitat Innocen. in capitu. Qualiter. el. 2. de accusat. & sequuntur ibi, scribens, vt refert ibi Felin. in §. licet autem. in princip. qui hoc reputat singulare. Ponit etiam Præpo. in capitul. de accusat. 2. quæstion. 8. column. 38. probat tex. quem ibi commendat Abb. in capit. final. de celebra. missarum. Item aduerte in ista materia quod sola confessio criminis facta in causa ciuiliter acta, quando ageretur criminaliter non sufficeter ad condemnationem: sed potest compelli reus vt perseueret in ea. ita concludit Abb. in capit. Qualiter. el. 2. fina. verbis de accusa. sic intelligens Inocen. in capi. per inquisitionem de elect.

FVisse perpetratum. Adde Bald. in authent. sed nouo iure. C. de seru. fugi. vbi Cep. colum. 15. Ange. in l. 1. colũ. 2. ff. de confess. & in l. certum in prin. eo titu. Ange. Aretin. vbi latè Augusti. Arim. in tracta. malæfid. in verb. etiam vestem. num. 25. Hypp. de Marsi. in l. 1. nu. 32. ff. de quæsti. Ludo. Carr. in pract. crimin. fol. 237. secundum nouissimã impressionem Ioan. Ber. in regul. 124. Felin. in cap. auditis. colum. 16. de præscrip. Pari. de Puteo in tract. sindi. in ver. Confessio. circa medium Tho. Gram. decis. Neap. 2. nu. 38. A

In hæresi crimine ex sola confessione

In crimine verò hæresis ex sola cõfessione procedi potest ad condemnationem, quia cum hæresis crimen mente concipiatur, & in animo lateat, plerũque non potest aliter probari quàm per propriam reorum cõfessionem. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & cleri. Nicola. Arelatanus in tracta. de hæret. not. 2. Franc. Ponzin. de lamijs num. 52. & 70.

sine aliqua probatione quis condemnari possit.

Et quamuis hæc vera sunt, nihilominus tamen cum defensiones sint de iure naturali, vt in l. vt vim. ff. de iust. & iur. nõ obstante propria confessione offerri debent reo defensiones, & si quid aduersus eam op-

ponere

ponere voluerit, audiendus erit ne iniustè se damnatũ conqueratur, nam contra propriã confessionẽ multa opponi possunt vt scribit Iul. Clar. in pract. cri. §. fi. q. 55. ver. sed pone & q. 64. ver. sin autem reus.

Pœna ordinaria. Adde omninò Andræ. Tiraq. in tract. de pœnis causa 53. nume. 1. cum seq. Anto. Gome. 3. tomo delictorum. c. 1. nu. 51.

Testibus conuictorum.

CAPVT CXXVIII.

1 Laicus in criminali causa contra clericum non admittitur.

2 Laicus an sit legitimus testis contra clericum in criminali causa, si veritas aliter haberi non potest.

3 Laicus legitimus est testis contra clericum in notorio crimine, nec non in criminibus simonia, hæresis, & Lesæ Maiestatis.

4 Corpore vitiatus, non potest in criminali causa contra clericum testificari.

5 Clericus de crimine ciuiliter conuictus, an possit beneficio priuari vigore illius sententiæ nouæ inquisitione formatæ.

6 Fama an probetur per laicos contra clericos.

7 Confessus & conuictus, quoad omnia non parificantur.

8 Clericus de delicto an duobus testibus conuinci possit.

1 LIcet circa numerum & integritatem testium nihil sit in causis criminalibus clericorum specialiùs requisitum, quàm in alijs, quia tamen laici clericis oppidò sunt infesti, prouisum est quod laici in causa criminali nõ possunt esse testes contra eos, a vt in cap. De cætero, de testibus. Quod procedit etiam contra clericum in minoribus, vt tenet Domi. in cap. Sicut sacerdotes. 2. quæst. 7. refert Felin. in dict. ca. De cætero. in prin. Quod tamen limitat nisi delictum, de quo clericus acculatur, esset commissum in loco, in quo non essent clerici secundum Abb. ibi, motũ his de quibus per eum. Felin. tamen ibi credit, quod difficile ista limitatio obtineret, quia non valet simpliciter consequẽtia: Veritas haberi non potest, ergo testis inhabilis efficitur habilis: quia illud solum est in his, quæ de sui natura ab alijs sciri nequeunt, vt not. Inno. & Anton. in capit. tertio loco. de probat. Vbi etiam dicit, quod lex Canonica in criminali adeò resistit ne laici testificentur cõtra clericos, quod non videtur iste casus posse de nouo induci ex sola autoritate Abb. Et respondet ad fundamenta eius. Vide iamen Ias. in l. fin. in fine C. de his qui vt indig. vbi sequitur limitationem Abb. dicendo, quod quando essemus in vna villa, in qua non reperiretur nisi vnus clericus, tunc quia nec habitu nec actu delictum posset probari per alios clericos, laici sunt idonei testes in subsidium. b Posset tamen considerari pro Felin. contra Abb. & Ias. quod iste casus nõ est ex illis, in quibus habitu nõ possunt tales testes haberi: quia hoc videtur procedere, quando ex qualitate delicti, hoc est, in coniu-

a

2

b

conjuratione vel alijs: quia doctores in hac materia loquentes, non ponunt exemplum nisi in coniuratione & similibus delictis, quæ ex communi sua natura solent clanculum perpetrari, non vero in his quibus ex natura loci in quo committitur delictum, non possunt alij testes inueniri. Alioquin in omnibus delictis cõmissis in desertis admitterentur testes inhabiles: quia ex natura loci non solent ibi homines nisi casualiter adesse. Sed quia, si opinio Abb. non seruaretur, esset dare ansam præsbyteris, qui soli habitant in opidis rusticanis, vt securè & impunè plura committerent delicta, etiam præsentibus laicis, ideo crederem quod eius opinio seruari posset, habita prudenti consideratione per iudicem qualitatis, personæ clerici delinquentis, & testium, & delicti perpetrati. Et an ille clericus, alias sit inuisus aut gratus oppidanis illius loci. Et prædictam sententiam Abb. simpliciter referendo sequitur. Hyppoli. in l. Diuu. colum. 2. ad fin. numer. 9. ff. de quæstion. vbi multa ponit in proposito, scilicet quod vt veritas inueniatur quando ipsa aliter haberi non potest, conceditur illud, quod aliter non concederetur, & propter hoc recedit à regulis iuris communis. Quod etiam fallit in crimine notorio, probat text. quem dicit ad hoc Abb. optimum. in capit. pen. de purg. canon. Item etiam fallit in criminibus exceptis, scilicet simonia, Hæresis, & Lesę Maiest. ita not. glos. in ca. Cum P. de accusat. in verbo laicus. Item mutilati membris, vel corpore viciati nõ possunt testificari contrà clericum in causa criminalis, c notat Ab. Antiquus in ca. 1. de except. refert Bald. in sua Margarita. in verbo mutilati, dicit perpetuo menti tenendũ. Hyppo. in sua pract. criminali, in §. Nunc videndum. in colum. penul. num. 52. Aduerte tamen in ista materia quod conuicto clerico de crimine cum ageretur ciuiliter, lata sententia potest suus superior priuare illũ beneficijs, vigore illius sentẽtiæ, formata de nouo inquisitione, & assũpta illa sentẽtia, tanquã iuducẽte notoriũ. ità voluit Innoc. in ca. Qualiter. el. 2. de accusat. vt refert Ab. in fin. qui dicit cum hac sua sententia trãsire docto. communiter, qui tamen dicit aduertendum: quia hoc dictum est periculosum, & refert Innocen. sensisse oppositum in c. Per inquisitionẽ. de elect. Fama vero an probetur per laicos contra clericos, vide per Anto. in c. In literis. col. vlti. de test. Et pro intellectu materiæ huius. c. & præcedẽtis, nota quod licet conuictus & confessus parificẽtur, vt notatur in ca. At si clerici. de iudi. in princ. hoc intelligendum est quantum ad hoc vt perueniatur ad sententiam non quoad omnia. ità tradidit Car. ibi. & de differentia constat ex his quæ notantur in capit. 2. de de confess. & in capit. 1. de test.

loquendo

3

4

c

Laicus contra clericũ an esse possit testis.

loquendo in teste qui conuincitur de crimine tangente causam, aut qui illud confitetur. Nunquid autem clericus possit conuinci de delicto duobus testibus tãtùm? si credimus Paul. de Castro in l. iudices. C. de Iudic. in fin. verbis videtur dicendum quod non: scripsit enim ibi, quod in criminali non videntur sufficere duo testes sine alijs præsump. sed contrarium credo verius sequendo Card. in Clem. 1. §. Verùm in 1. quæst. de hæret. vbi concludit quòd etiã in causa hæresis sufficiunt duo
d testes d propter ius generaliter disponens quod in ore duorũ, &c. Cuius opinionẽ dicit verã repertorium inquisitorum. in verbo testes in §. Per quos testes. vbi allegat pro ea gl. no. in c. Præsul. 2. q. 5. quæ tenet quod contra Papam sufficiunt duo
e testes: e de qua etiam glo. meminit. Felin. in c. Quotiens. de testib. in 1. col.

Laicus contra clericũ an esse possit testis.

A *Contraeos.* Vide text. in ca. Laicos. 2. q. 7. & in c. veniẽs in 1. de testi. Spec. in tit. de teste. §. 1. versi. Itẽ quòd est laicus. Io. An. in c. Prælatis. de hom. li. 6. Quæ sanè opinio quoad plenam aduersus clericũ probationem intelligenda est testimonium laici indiciũ facit contrà clericũ Abb. in c. de cætero nu. 5. vbi Fel. de testi. Alex. in l. maritus. ff. de quæst. Hyp. sing. 98. & in pract. §. diligenter. nume. 132. Folleri. d. pract. cri. pa. 539. Hypp. consi. 41. nu. 5. vol. 2. Caro. Ruin. consi. 158. colu. 4. volum. 5. Roland. Valle consil. 24. numer. 15. vol. 1. quæ opinio an vera sit differit diligentissimus noster Didacus Perez in l. 1. tit. 3 lib. 1. ord. in glo. magn. versi. laicus præterea. Itẽ nõ habet locum in laicis integræ & bonæ famæ in quibus cessaret similitudo suspicio ita tenet Andreas Siculus in ca. cum non ab homine. de iudi. quem sequitur Andrę Alcia. ibi nu. 92. dicens esse diligenter notandum. Nec procedit communis sententia quandò de crimine agitur ciuiliter qua tunc potest laicus contrà clericum testificari. hæc est communi. opinio vt fatetur Ferr. consi. 183. numer. 5. versic. vltimo confirmatur & Iul. Clar. in pract. crim. §. final. quæst. 24 versi. Præterea quæro.

In subsidium. Adde omnino B Alex. de Imo. consi. 64. numer. 5. volum. 1. Iaso. in l. cunctos populos in 2. lectione. num. 50. C. de Summ. Trin. Anton. in cap. tertio loco. de proba. Dec. consi. 133. col. vlt. Hyppo. sing. 73. Thom. Gram. consi. 58 nu. 4. Hypp. consi. 41. num. 5. vol. 2. Bossi. in tracta delict. tit. de indicijs & consider. 170.

In causa criminali. Vide text. C optim. in capitul. ipsi Apostoli. 2. quæst. 7. glo. in summ. 4. quæst. 3. Abb. Feli. & docto. in capitul 1. de excep. Hyppo. sing. 98. Dida. Perez. in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordi. & hanc opinionem communem esse fatetur Diuus Episcopus Couarruu. in practi. quæst. capit. 18. num. 2. Quam tamen dicit non omnino verã esse, vel non ita intelligendam.

gendam, vt ex aliquo corporis vitio, absque vlla animi labe, fidem cuipiam detrahamus, nihilominus tamen in practica difficilè esset contrà communè obtinere, vt scribit Clarus vbi paulò antè allegaui.

In Hæresi crimine an duo testes fidē faciant.

D *Duo testes.* Adde quòd hanc opinionem communē esse fatentur Mari. Soci. & Felin. in cap. excōmunicamus. in 1. nu. 27. de hæret. vbi Io. de Ana. nu. 2. Boer. decis. 341. Car. in tract. de hæret. nu. 226. Villadi. de hæret. q. 13. nu. 9. Siluest. in summa in verbo Hæresis. 2. q. 4. Conr. Bru. lib. 4. de hæret. ca. 9. Albert. de agnoscendi assertioni. q. 34. in prin. & in repeti. ca. 2. de hæretic. lib. 6. q. 16. nu. 4. Alphon. Gerr. in thesauro religi. Christi. tit. de hæreti. nu. 20. D. Episcop. Iacob. Septi. in Cha tho. inst. capit. 50. num. 3. & in Enchirid. tit. 34. nume. 4. Pala. Ruu. in alleg. Hæresis. § 13. Iul. Clar. in pract. cri §. hæresis. versi. habet etiam. Ant. Gab. in suis com. opin. in verbo testes duo. pag. 395. Bossi. in tit. de hæret. nu. 4. Ant. Gom. lib. 3. vari. ret. olu. ca. 12. nu. 9. Ioan. Rojas in si ug. fidei. 165. nu. 8. & seq. Quæ comunis opinio ea innititur ratione, quia casus hic de conde nandis hæreticis duorum test ium testimonio, non inuenitu r exceptus ab illa vulgari regu a, in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Fatētur tamen omnes quod ad hoc vt per duos testes hæresis probari possit, debent esse integri, & omni exceptione maiores. ca. licet de testi. tradit Deci. cōsi. 429. Pala. Ruu. in alleg. de Hæresi. §, 13. Nec conqueri potest reus cum hæc probatio legitima iudicanda sit, & in nulla defensionis facultas denegetur, Imo eius causa diligenter tractetur & antè eius cōdēnatio nē accuratè omnia expēdātur.

Sing. affirmat quādā Host. interpretatur.

Hostiensis autē in Summ. de hær. §. qualiter deprehendatur. nu. 4. scribit crimen hęresis minimè duobus testibus probari, sed tres vel plures requiri, quia nimis durū videtur, probū virū duobus tantū testibus de tanto crimine condemnari, quā opinionem aduersus cōmunem sequitur Archi. Flor. in 3. par. suę summæ tit. 18 ca. 2 §. 5. Conr. Brun. d. libr. 4. de hæreti. cap. 9. Nicol. Aymer. in direct. Inqui. par. 3. quæst. 71. Ioan. Tabi. in summa in verbo, Inquisitor. nu. 37. qui dicit Hostien. opinionē procedere de æquitate, commu nem verò de rigore Albertin. de agnosci. asser. quæstio 34. num. 5. scribens opinionē Hostien. seruari in practi. & ea cōmuniter Inquisitores fidei vti non vero communi opinione. idem Alb. in d. rep. capitul. 1. quæstio. 16 numer. 12. affirmat opinionem communem sibi non placere, & opinionem istā tanquam æquiorem nouissimè sequitur. Ioann. Rojas Valentinus inquisitor in tracta. de hæreti. 2. par. 4. asser. n. 103. quam declarat procedere, præter quā si reus accusatus esset improbæ famæ & opinionis, vel alia adminicula contra eum vrgerent,

quo

quo casu communis opinio erit seruanda.

Testes in hæresis crimine nemini publicentur.

Cùm equidem in hæresis crimine testium depositiones non publicentur vt c. fin. de hæreti. lib. 6. quod Innocētij Sexti Pontificis Maximi constitutione decretum est, quæ incipit, cum negocium, ibi. [Sane volumus vt nomina tam accusantium prauitatem hæreticam, quam testificantium super ea, nullatenus publicentur, propter scandalum vel periculum, quòd ex publicatione huiusmodi sequi possit. Sunt tamen qui censeant (vt obiter hoc dicam) decretum illud non esse Inno. Sexti eo q̄ is Pontifex decem tantūmodò annos vixit, & in dicta constitutione annus vnde cimus sui Pōtificatus sui refertur, nec minus fuit Innocen. Quint. qui septem annos vixit, vnde ea cōstituta necessariò tribuenda est Innoc. Quartò qui per vndecim annos in sede Petri præfuit, vt nouissimè refert Frā. Pegn. in director. inqui. 3. par. Sch. 129. quàm extrauagantem referunt. Reper. Inquisitorū in verbo, nomina versic. nunc videndum est Petrus Paul. Pari Consil. 2. volum. 4. Nicol. Aymer. in directorio inquisitor. 1. par. in fine Iacob. Septim. in Enchirid. inquisit. tit. 35. numero 15. c.

Quòd etiam diffinitum est Apostolica constitutione Pij Quarti Pōtificis Maximi incip. cum sicut quæ continetur in literis Apostolicis pro officio Sāctæ Inquisitionis pagin. 105. Hoc equidem antiquitus Biterrensi & Narbonensi concilijs fuit stabilitum in quorum primo ità scriptū est. [Illud autem caueatis secundū prouidā Sedis Apostolicæ voluntatē nè testium nomina signo, vel verbo aliquo publicētur.] Ex quo affirmandū videtur quod non solùm testium nomina manifestari non debent, sed nec circunstantiæ ex quibus reus percipere possit qui testes contrà eum deposuerint, vel qui eum denūciauerint idque cēseo vocari *Signum* ibi. Et quāuis Bonifacius Octauus in c. fin. §. cessante. de hæreti. in 6. asseueret testium & accusatorum nomina, in hoc crimine sicut in alijs publicari, dummodò fiat sine metu alicuius periculi, hodiè verò semper tale periculum iustè timetur vt ea publicatio nō fiat. Quòd si accusatus hoc petierit audiendus non est, vt Iurisconsulti Auinionenses, in facti contingētia interrogati responsum præstiterunt, in quibusdam dubitationibus in causa fidei quæst. 3. Fateor tamen quòd dicta testium reo ædenda sunt, vt se defendat, nomina verò vt prædiximus sunt suprimenda, & ità receptum est, fuit etiam hoc statutum in instruct. Hispa. an. 1484. & in alia Mantuæ Carpentan. vulgo *Madrid*. Anno. 1561. cap. 13.

Sed silētio prætermitēdum nō est, vtrū ex causa eiusdē periculi in quo dicta iura innitūtur in alijs criminib⁹ prēterquā in hæresis possint iudices Eccles. denegare

gare accusatis testium nomina & videtur asseuerandū quod si quia cum eadem vrgeat ratio cadē esse debet iuris dispositio. l. illud. ff. ad legē Aqui. l. à. Titio. ff de verb. obli. & in terminis irà scribit noster Greg. in l. 11. tit. 17. par. 3. in verbo, *Conducho tomado*. Sed decipitur in hoc vir egregius nam nulla ratio ità vrgens nec aliquis fauor ità vrgere potest ad denegandā hāc publicationem, sicut in dicto hæreseos crimine vt scribit Dom. & Doctores in dict. cap. fin. §. iuuemus, & Ab. in capit. præterea. nu. 7. de sponsali. Roma. in sing. 364. Hyp. in l. de vno quoque nu. 61. ff. de re iudi. Carre. in tract. de hæreti. num. 121 D. Redin. de maiesta. Princip. in ver. [Sed etiam per legitimos tramit. nu. 113. licet Gregor. in dict. l. par. pro opinione contraria falsò allegat.

Contra Gryg Lopez.

Testes non publicat, in crimine hæresis plenè probant.

Videtur igitur vt ad institutū redeā asseuerādum testes quorum nomina non publicantur, non esse respectu rei omni exceptione maiores, cum nō possit accusatus aduersus eos aliquid obijcere, cum eorum nomina ignoret. Non tamen me præterit quòd superioribus nō vulgariter reffragatur dicta Extrauagans Inn. Sexti. vel potius Quarti, quę dictis testis nō publicatis, plenam fidem adhibēdam esse præcipit ibi, [Et adhibeatur dictis huiusmodi testiū nihilo minus plena fides.] Quòd ex eo cōtingit, quia ipsi Inquisitores ex proprio eorum munere, vitam & mores testiū diligenter inquirere debent vt tradit Ioan. Rojas in singula fidei sing. 208. Ideò sapientissimis & integerrimis hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, quibus cura huius rei demandata est iudicandum relinquo, pium tamen esset nisi sinistra suspitio accusati aliud suaderet ab Hostiensis opinione non recedere, & post hæc scripta legi idē tenentem Franc. Pegū. virum benè eruditum in directorio inquisit. 3. par. Schol. 126. pag. 244.

Sufficiunt duo testes. Adde Ab. E in cap. quoties. in prin. & in ca. super eo. in 2. nu. 2. & in c. licet vniuersis in prin. de testi. & in cap. tertio loco. num. 6. de probationibus. & in capit. at si clerici. numer. 3. de iudi. & in cap. cum esses numer. 16. de testam. & in capit. per tuas. vbi Felin. de maior. & obedi. & in cap. 1. numer. 5. de procu. Anto. Corse. in sing. incip. Papa potest. Dec. consi. 100. Villald. de hæreti. quæstio. 13. num. 9. Alber. in dict. capit. 1. quæstio. 16. numer. 8. de hære. libr. 6. Bossi. in practi. tit. de hæreti. num 5. & tit. de confess. in prin. Antoni. Gab. in loco iam allegato. Requiritur tamen quòd dicti testes, sint integrè fidei, & conditionis, hoc equidem necessarium est in testibus, qui in criminali causa cōtrà Episcopum producuntur cap. accusatio Episcoporum. ca. testes. 2. quæst. 7. cap. vltim. 2. quæst. 5. concil. Trid. Sessi. 13. ca. 7. de reforma. statuēs quòd si odio, vel temeritate,

meritate, aliquid deposuerint, grauissimo pœnarum supplicio sunt plectendi.

In criminalibus causis sententiã dum nõ efficite plenario iudicio fiat rei consensum in eõ valet qui probatorio pro termino aut suis exceptionibus potest renũciare.

Et antequam ab huius capitis Scholijs recedam, illud nõ prætermittam quod iudices Ecclesiastici diligenter cauere debẽt ne in criminalibus causis ex sũma informatione, ad professionem rendam sententiam diffinitiũ procedant, etiamsi accusatus consensum præstiterit, vt detur tanta fides testibus, sicut si in plenario iudicio fuissent producti. Et potissima ratio est, quia in his causis non potest in probatorio termino suis defensionibus renunciare glos. celebris in l. pactũ inter hæredem in verbo, cum liceat ff. de pact. hæc sanè renunciatio, cum tendat in præiudicium personæ, vel status, non potest firmitatẽ obtinere. arg. tex. in l liber homo. ff. ad legem Aqui. & ita in terminis opinionem istam tenet D. Redin. de maiesta. Princip. in part. [Sed per legitimos calum. limites.] nu. 114. Petr. Auenda. resp. 11. nu. 5. Roias in sing. 203. Petrus Dueñ. in reg. 23. limit. 1. quam opinionem communem esse fatentur Anto. Gom. 3. tho. vari. resol. cap. 13. num. 33. & nouissimè D. Paz in pract. 1. tho. 5. partis §. 9. nu. 4. Quæ communis opinio verissima est, & procedit quando ex crimine esset infligẽda pœna corporalis, vel infamiæ. At si nõ esset infligẽda, nisi pœna pecuniaria, vel alia quæ non induceret infamiam, non esset locus communi opinioni Imola in l. custodias. de pub. iudi. & doctores suprà allegati.

Ab ingressu ecclesiæ interdici.

CAPVT CXXIX.

1 Is cui ecclesiæ ingressus est interdictus celebrans, quando irregularis efficitur.

POEna ista minor est pœna suspẽsionis ab officio, quippe cum solum in Ecclesia prohibeat eum qui patitur illum, in officio suo agere. Et is cui sic est Ecclesiæ interdictus ingressus, cum sibi censeatur in ipsa celebratione diuinorum interdicta, irregularis efficitur si contra huiusmodi interdictum diuinis in ea se ingerat, in suo agens officio sicut prius: vt sunt verba tex. in cap. Is cui, de sent. excomm. lib. 6. Quod procedit in tãtum, quod etiamsi celebret in ecclesia nõ consecrata quæ propriè dicitur basilica, est irregularis, vt notat Domi. ibi referẽdo Calder. & idem tenet Sylvest. in verbo interdictum. lo. 6. §. 5. in sua summa. Si autem celebrat non in ecclesia, sed in oratorio strictè sumpto, ita quod non sit in Ecclesia, tunc non est irregularis. vt not. Domi. ibi referẽdo eumdem Calde. Interdictus tamen ab ingressu ecclesiæ vnius, poterit in alia celebrare, vt tenet glos. in cap. Is cui verbo, in ea. de sent. excommun. lib. 6. & suspensus ab ingressu ec-

cleſiæ, ſi celebrat extra eccleſiã
a non eſt irregularis, a notabile eſt dictum Innoc. in ca. Sacro. de ſentent. excomm. ſuper glo. verbo, menſem. quem ſequuntur plures doctores, quo modo ibi refert Felin. colum. 2. num. 7. Item nota, quod ſi is, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ adminiſtrat ſacerdoti in miſſa intra eccleſiam, puta vt Diaconus offerendo calicem in altari vel vt Subdiaconus porrigendo diacono hoſtiam & calicem in ordine, incurrit etiam irregularitatem ſecundum Domi. ibi. Quæ omnia etiam ibi refert & ſequitur Philip. licet breuioribus verbis. An autem liceat ei cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ intrare illam
b audiendi diuina officia, b vel orandi, ſeu tranſeundi gratia: vide per eos ibidem, quorum dicta referre non curo. Statuit præterea tex. in dict. ca. Is cui. quod ſi talis clericus dicto interdicto durante decedat, non debet in eccleſia vel cœmeterio eccleſiaſtico ſepeliri, niſi pœnituerit. Ex quo mihi viſum eſt ſemper quod in hoc vltim. tex. loquitur, quando clerico impoſita eſt talis pœna per contumaciam, vel quamdiu ſatisfactionem quam præſtare poteſt impendit, quando verò in pœnam criminis, cum iam pœna morte finita ſit, crederem tunc eum ſepulturæ tradendũ eccleſiaſticæ.

A NOn eſt irregularis. Adde gloſ. not. iſtam opinionẽ tenentem in ca. is cui. de ſent. excom. lib. 6. & in cap. vlt. de offic. ordi. eo lib. quam opinionem communem eſſe teſtatur inſignis Couar. in capit. Alma mater. 2. par. relect. §. 1. nu. 3. de ſent. excom. libr. 6. quæ probatur in ca. præſenti 5. q. 2. Poterit etiam is cui eccleſiæ ingreſſus interdict⁹ eſt iuriſdictionẽ eccleſiaſticã exercere, etenim ea ſuſpenſus nõ eſt. gl. memorabilis in cap. ſacro in verb. interdictum. de ſent. excom. quã doctores ibi ſequuntur, Abb. in cap. ab excommunicato. colũ. 4. de reſcrip. Miles in reper. in verbo ſuſpenſus.

Is cui ingreſſus Eccleſiæ interdictus eſt, iuriſdictionem eccleſiaſticã poteſt exercere.

Diuina officia. Non equidem B is cui eccleſiæ ingreſſus interdictus eſt ingredi Eccleſiam eo tempore quo ſacra munera celebrãtur, poterit: ſed alio tempore, licet orandi cauſa, ita tenet Calderi. in tract. de eccleſ. interdict. membr. 2. verſ. nunc quæritur. Archidi. Dom. & doctores in dict. capi. 15. cui. Non tamen irregularis iudicãdus eſt, licet audiat diuina ſolennia capit. is qui. de ſent excommun. in 6.

Cui ingreſſus eſt ingreſſus eccleſiæ, ingredi poteſt quando diuina munera non celebrantur.

Sepulturæ tradendum eccle- C ſiaſticæ. Vide egregiè Domin. Couarr. in dict. §. 1. qui quomodo hæc autoris noſtri opinio intelligenda ſit, optimè declarat.

Suſpendi.

CAPVT CXXX.

1 Suſpenſio ſi imponitur propter crimẽ, monitio neceſſaria non eſt, ſecus ſi pro contumacia.

2 Differen

1 *Differentia elegans inter suspensionē quæ infligitur propter crimē vel propter contumaciam.*

2 *Suspensus ab officio, an à beneficio suspensus intelligatur.*

3 *Suspensus à iudice de facto celebrans irregularis efficitur.*

4 *Suspensio alia temporalis, alia perpetua.*

5 *Quæ crimina digna sint suspensione, iudicis arbitrio relinquitur.*

6 *Iudex suspendens illum, qui est suspensus à iure, in dubio ab homine suspensus non præsumitur.*

SVspensio est vna de ecclesiasticis censuris, vt probatur in ca. Quærenti. de verb. signi. per quam interdicitur officiū vel exercitium competens alicui personæ ecclesiasticæ: quæ interdictio aliquando à iure, aliquando à iudice fit: de qua vltima suspēsione (hominis videlicet) nobis ad præsens est sermo. In qua quidem inferenda iudex aduertere debet, quod si imponit eam in pœnam delicti, monitio non est necessaria, licet aliàs quando fertur pro cōtumacia, non debeat ferri sine monitione, sicut neque excōmunicatio secundùm Abb. in cap. Reprehensibilis. de appell. post Innocen. in cap. 1. de excessib. Prælat. Et idem notat Cardin. in Clement. fin. de pœnis, vers. Quod si. & idem tenet Sylvest. in summa, in verb. suspensio §. 4. Et quod propter delictum possit inferri suspensio, probant iura in cap. Tā literis. de testibus, & in cap. In loco. 5. quæstion. 4. secundum Abb. vbi suprà, & vide aliam notabilem differentiam in hoc quod suspensio fiat propter crimen, aut propter contumaciā: nam primo casu prouidendum est suspenso à beneficio, ne cogatur mendicare. Secundo verò nō, cum ipse possit sibi prouidere satisfaciendo. ita notat Abb. in capit. Pastoralis. in §. Verum. colum. penult. de appella. sic intelligendo glos. in cap. Cū Vintonien sis. de elect. Debet præterea iudex aduertere, quod aliquando oportebit suspendere delinquentem ab omni ordine, vel ab vno tantū, aliquando etiam ab ordine & beneficio simul, aut à beneficio tantum considerata delicti qualitate & ordinis in quo excessit. Si autem suspensio fiet simpliciter ab ordine, illa intelligitur ab omni ordine, & si sit suspensus ab ordine Subdiaconi, intelligitur suspensus ab omnibus ordinibus superioribus. Secus autem è contrario: quia suspensus ab ordine sacerdotali potest exercere officia inferiorum. An autem suspensus ab officio, intelligatur suspensus à beneficio, vide glos. notat. in dict. Clemen. fin. de pœnis. in verbo Suspensi. & ibi Cardi. in eundem in Clemē. 1. de priuileg. in ver. Cæterum. in 7. quæst. cum duabus sequē. Imol. in cap. Cum dilectus. de consuet. 8. colum. aliqua notanda per Præpos. in ca. Præsbyterum. 28. distincti. in 2. & 3. colum. Et vide bonam distinctionem per Sylvest. in verbo Suspensio. in §. 5. vers. Si quis est suspensus, quam transcri-

cribere nolo. In hac insuper materia semper consulo iudicibus vt in sentẽtia vel præcepto suspensionis appertè declarent à quibus ordinibus vel actibus, vel beneficijs intendant suspẽdere clericum: quia cum constat de volũtate iudicis, illa seruanda est. Vnde concludit Ab. post. Anton. in dict. ca. Pastoralis. §. Verum. colum. fin. de appella. quod si Iudex quando suspendit aliquem à beneficio intẽdebat inhabilitare eum ad omnia beneficia: tunc sententia porrigit effectum suum extra territorium iudicis, licet executio debeat fieri per Iudicẽ territorij. Si verò simpliciter intendebat suspendere à beneficijs quæ habebat in suo territorio, tunc procedit glos. in dict. §. Verum. quia taliter suspensus 4 potest alibi habere beneficiũ. Effectus autem suspensionis factę à Iudice est, quod celebrans durãte illa in ordine à quo fuit suspensus est irregularis: vt not. Ioan. And. & doct. in capi. Si celebrat. de cleri. excomm. minist. & Domi. & Philip. in ca. 1. §. fina. in fi. de re iud. lib. 6. Ideò mònendi sunt clerici dum suspenduntur, ne celebrare audeant suspensione durante. Tãta est enim plurium imperitia, vt credant solum iudicis præceptum violare si celebrent nõ verò pęnam irregularitatis in- 5 currere. Suspensio præterea aut est temporalis, aut perpetua. Temporalis non operatur vltra tempus præfinitum, & eo lapso tollitur sine alia absolutione. Perpetua verò æquiparatur depositioni, vt notatur in cap. Si quis. 83. distinct. vbi Domi. quem ad hoc refert Decius in capit. Apostolicæ. colum. pen. versic. secundo. Abb. de exception. & vide Imo. in cap. Cum dilectus. de consuet. 8. colum. qui referendo Gasparem Calde. dicit quod suspensio perpetua ab officio habet vim priuationis, & tunc taliter suspensus cẽsetur priuatus beneficio secundum eum. Ex quo videtur dicendum quod per talem suspẽsionem ab officio, videatur beneficium vacare, vt possit fieri prouisio de eodem. Et sic suspensio perpetua non debet imponi nisi pro graui crimine, sicut de depositione dicitur in cap. Tuæ. de pœnis. Quæ au- 6 tem crimina sint suspensione digna, licet Anton. in cap. At si clerici. de iudi. vsus fuerit dare regulam. Abb. tamen ibi, in colum. 11. dicit quod non potest dari certa regula: sed iudex informauit motum animi sui ex casibus à iure expressis vt in illis & similibus imponat pœnam suspensionis, & sic secũdum eum committitur hoc arbitrio superioris: quod ibi sequitur And. Sicu. col. 28. in fi. De suspensione verò iuris nihil referre libet, sufficiat videre Siluest. in dict. verbo. Suspensio. in §. 6 vbi colligit. 40. casus in quibus quis incurrit suspensionem à iure. Vnum insuper no- 7 ta in hac materia, quod si Iudex suspendat illum qui est suspensus à iure, non præsumitur in

dubio

dubio suspẽsus ab homine, qui præsumitur quod iudex voluit in dubio exequi pœnam iuris, non verò nouam suspensionem infigere, vt notat Didacus de Villadiego in trac. de irregularitate. in ca. De suspensione, in col. 1. referendo Abb. in capit. Tuarum. de Priuileg.

A SVspensio. Vide latissimè pro ampliſſima huius capitis materia vltra ordinarios interpretes Paul. Borga. de irregula. sexta par. cap. de senten. suspensionis Simo. Maio. eodem tract. lib. 3. cap. 19. Martin. Nauarr. in manuali confessor. c. 27. numer. 151. cum multis sequentib. D. Episcop. Couar. in Clement. si furiosus. 1. par. §. 1. num. 1.

Excommunicatio. Adde tex. B in ca. sacro, & in ca. contingit. in 2. de sent. excommun. cap. consuluit. de offici. delega. ca. de illicita. 24. quæst. 3. cap. inter quatuor de maiorita. & obedi. Quæ monitio personalis esse debet eo qui mi. in poss. sicuti responderunt Inno. Coll. Abb. & doct. in ca. vlt. de Præposi. in cap. caueant. 3. quæst. 9. Fel. in cap. cum sit Romana. num. 13. de appel. Rota in nouis decisſion. 271. & 367. & latissimè Andr. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 9. glos. 2. num. 4. Dom. Couarr. in capit. Alma mater. 1. par. relect. §. 9. n. 4. de sent. excomm. in 6. tradidi ipse ad Ioan. Bernar. in regulis & fallen. reg. 265. & regul. 554. vbi quatuor limitationes constitui.

A beneficio. Vide latè Boni. de Bitali. in Clement. cupientes de pœnis Nicol. Boeri. cõsili. 21. & latissimè nostrum Gregor. in l. 17. tit. 9. Part. in verbo, *El derecho*. C

Est irregularis. Adde quod ad hoc vt suspensus efficiatur irregularis, per actionem à qua suspenditur, non est satis sufficiẽs suspensio illa quæ fit à solo Deo propter peccatum mortale. ca. vltim. de vita & honest. cleric. Nec item sufficit suspensio quę fit à sacerdote confessario, in animæ iudicio, vt tenuit Innoc. in cap. si celebrat. de cler. excõ. minist. Gonsal. à Villadiego de irregul. colum. 8. Sed est omnino necessarimm, quod suspẽsio fuerit à iure, vel ab homine iudice, in exteriori foro, propter delictum, quoad se & quoad alios inflicta, sicuti tradiderunt Inno. Ioan. And. Abb. & omnes in dict. cap. si celebr. de cler. excom. minist. Deci. cons. 141. ad finem. D

Suspensus propter peccatũ celebrans non efficitur irregularis

Beneficijs priuari,

CAPVT CXXXI.

1 *Clericus non nisi propter crimen graue, suo est priuandus beneficio.*
2 *Pœna priuationis à beneficio non potest imponi nisi à iure exprimatur.*
3 *Per sententiam latam super crimine, non censetur quis priuatus beneficio nisi hoc in sententia exprimatur.*
4 *Iudex delicti potest priuare delinquẽtem beneficio, quod alibi habeat.*

5 Clericus, qui beneficio priuatur an ad fructuum restitutionem teneatur.

6 Clericus ad restitutionem fructuum condemnatus: perceptos tantum, nō vero qui percipi potuerint, restituere tenetur.

7 Inferior à Papa, vt legatus, vel Episcopus, cum causa potest inhabilitare aliquem, ad beneficia etiam in perpetuum.

CVm enim beneficia ecclesiastica stipendia sint ministrorum ecclesiæ & hos deceat honestos ac mundos esse, meritò quidem canonica iura sanxerunt facinorosos ac improbos clericos beneficijs priuãdos fore, a vt probis viris cõcedantur, qui qua decet vitæ puritate ministrent. Vnum tamen aduertere debent Iudices, quod beneficio non debet priuari clericus, nisi crimẽ sit graue, text. est in cap. Inuentum. 16. quæst. 7. quem dicit notabilem Abb. in ca. Tuæ de pœnis. & esse bonum text. in cap. 1. num. 2. de iudi. Pœna insuper priuationis à beneficio nõ potest imponi à iudice nisi exprimatur à iure, per glos. quam ibi reputat singula. Abb. in ca. fin. de iure patro. & in capit. Cum vos. de offic. ordin. Et in §. Cum igitur, in authen. de non eligend. secun. nuben. vbi est text. singul. secund. Bald. in auct. ex testamento. C. de collatio. & ita tenet Barb. per prædicta. in cap. Nouit. de iudi. in colum. 45. versi. Tu pondera. Et vide etiam Domin. in cap. Quo iure. 8. distinct. colum. vltim. vbi dicit quod nullum crimen inducit priuationem ipso iure, nisi sit iure cautum. Quod refer Felin. in cap. Quærelam. de inreiuran. in colum. 2. & in cap. ex parte Io. 1. col. 1. de rescrip. vbi etiam plura allegat in proposito præcedentis conclusionis. Plura etiam cumulauit Tirallus in repet. l. Si vnquam. C. de reuocandis donationibus. in glo. in verbo reuertatur, in numero 206. & in dub. sequent. Item nota quod per sententiam latam super crimine non est quis priuatus beneficio, nisi hoc sententia exprimat, notat Innocen. in cap. Qualiter & quando. el. 2. in glo. super verbo diminutione. de accusa. vt refert Rota in collectis per Bernardi. de Bisgneto, in tit. de sent. & re iudi. in decis. fin. in fina. verbis. faciat etiam quod Bal. in l. Cum fratrem. C. de his quib. vt indignis, voluit sentire, quod si fuit sententia lata super homicidio, & de beneficio nihil fuit dictum, quod non possit impetrari tanquam vacans, quem ad hoc refert Ioan. de Anan. in capit. fina. colum. 1. de homi. Vide tamen Abb. in cap. Inter dilectos, de excess. prælat. prope fin. vbi ex verbis Innoc. ibi notat, quod condemnatus de aliquo delicto per sententiam, censetur priuatus facto beneficio suo intelligendo secundum eum quando crimen erat tale quod inducebat priuationem beneficij, vel quando irrogabat infamiam ipso facto: nam sufficit

ficit quod condemnetur, licet pœna non exprimatur in sententia, quia illa intelligitur posita autoritate iuris, pro quo allegat l. 1. ad Turpilia. & alia iura. facit ad hoc quod vbicunque quis incurrit ipso facto pœnam priuationis beneficij, potest absque alia sententia beneficium conferri alteri. probat text. in ca. 1. & not. ibi Dom. ex eo, in colum. 4. in §. Sacri de homi. in 6. qui generalius ibi tenet in col. 6. versi. quæro quare, quod omnia iura canonica & ciuilia quæ dicunt ipso iure, vel ipso facto aliquem puniri confiscatione bonorum, vel alia pœna quacunque, debent intelligi, vt sufficiat declarare vel pronunciare illum talis criminis culpabilem: & locus erit dictis pœnis iuris, etiamsi in sententia non exprimantur. Idem tenet Abb. in cap. peruenit. el. 1. de appel. quem refert & sequitur Felin. vbi alia dicit in proposito. in cap. 1. col. 12. num. 6. de constit. Et illud dictum Domi. commendat idem Felin. in c. 2. col. 1. num. 2. de sponsal. Et aduerte quod iudex delicti non solum potest pronunciare super delicto, sed potest priuare delinquentem beneficio quod habet alibi. b ita notat Card. in Clemen. Pastoralis. versi. Deniq; in 2. quæst. in fin. de re iudi. Si tamen clericus in terra ecclesiæ suę inculta, industria sua & laboribus siue expensis plantauit vineã seu reduxit ad culturam causa suæ sustentationis, licet priuetur postmodum beneficio propter delictũ, relinquitur sibi illa terra vsque ad vitam suam, notat Abba. post Innoc. in ca. fin. de pecun. cleric. & ibi Barba. col. 3. An autem clericus qui priuatur beneficio teneatur ad restitutionem fructuum, vide Paul. de Castro in l. 1. C. de his qui vt indig. vbi per textum ibi referendo Guliem. de Cuno dicit quod si clericus committit delictum, propter quod possit priuari beneficio, licet habeat ius in re quousque sit priuatus, postquam tamen est priuandus tenetur restituere fructus quos percepit à die commissi delicti, vel percipere potuit, siue extent siue sint consumpti, & siue sit factus locupletior, siue non. Sed Guiliel. ibi nõ loquitur in clerico, sed in vassallo cõmittente felloniam. Et hanc opinionem Pauli sequuntur Salic. Alexan. & Iaſ. ibi, quam etiam conclusionem inter sua singularia annumerauit Hyppo. singul. 525. Clericus qui commisit, pro ea tamen nihil aliud, allegat nisi aliquos ex dictis doctoribus in dict. l. 1. Idem etiam tenent Bald. Angel. & idem Paul. in l. prædonis ff. de petit. hæred. & Roma. in l. Diuortio. ff. solut matrimo. Henric. in capi. Cum nostris. de conceſſ. præb. Et prædictam sententiam Angeli in dicta l. prædonis celebrat pro notabili Hippolit. in singulat. 268. Verus possessor, nihil aliud nisi Angelum referendo. Et hanc etiam conclusionem videtur sequi,

Decius consi. 118. Viso instrumento. colum. 1. referendo. doctor. in dicta l. 1. & Angel. in dict. l. prædonis. Contrariã tamen sententiam tenet Cardi. in Clemẽ. Constitutionem. §. Cæterum. in fin. de elect. Phil. Corneus in d. l. 1. C. de his qui. vt indignis. 1. colum. & Felin. in cap. De quarta. in colum. 10. de præscrip. vbi per septem fundamenta hoc putat esse verius, & respondet ad fundamẽta in cõtrarium adducta. Nouissimè autem vide egregium doctorẽ nostrum Hispanum Anto. de Burgos, in capi. Ad nostrã. de emp. & vendit. in colum. 11. versicu. Venio modo. vbi dicit quòd licet aliàs solebat comprobare illam sententiã Feli. tamen quod tunc diligentius considerando tenet contra eum & sustinet opinionem contrariam, & satisfacit ad fundamenta Felin. & dicit quod nullo modo concludunt eius dicta, nisi dum allegat quãdam decisionem Rotæ, cui ipse respondet parui pẽdendo eam. Et quia videtur esse communior opinio cũ Paulo, & suis sequacibus in dict. l. 1. ideo illam tenendam censeo: quamuis in clerico qui post cõmissum delictum propter quod priuatur, semper perseuerauit seruiendo in ecclesia vbi beneficium habebat, crederem ipse benigniorem & æquiorẽ opinionem Felin. & aliorum, quòd tunc solùm talis damnaretur ad restitutionem fruuctuum à die propositæ contra eum accusationis, vel formatæ inquisitionis, nisi quando delictum induceret priuationem ipso iure, vt in crimine hæresis & simoniæ, vt suprà dictum est suo loco, & in alijs quinque casibus, videlicet in cap. Felicis de pœn. lib. 6. & in Clemẽti. Multorum. de pœn. & in cap. Eum qui. de præben. lib. 6. & in cap. 1. de hom. lib. 6. & in cap. Ad falsariorum. de cri. fal. Quia tũc clericus indistinctè posset condemnari ad restitutionem fructuum à die commissi delicti: c & isto modo potest intelligi doctrina Bald. in titul. de pace iura. firman. in vsi. fœu. in §. Iniuria. versi. Quæro an committat furtum. dum tenet quod recipiens fructus beneficij, qui priuatus est iure, cõmittit furtum. Crederem prætera in hoc 6
proposito posse dici (saluo meliori iudicio) quòd quando clericus propter crimen damnatur ad restitutionem fructuum, quòd dãnabitur solùm ex quadam æquitate ad restitutionem perceptorum, non autem eorum, qui percipi potuerunt: satis est enim, si ecclesiæ cui applicandi sunt, clericus restituat fructus quos percepit, quamuis illos cõsumpserit, sine eo quod tam stricta exactio fiat ab eo, sicut si spoliasset aliquem illo beneficio, & essent restituendi fructus spoliato insimul cum beneficio. Item nota in materia huius cap. quod inferior à 7
Papa vt Legatus vel Episcopus potest cum causa inhabilitare aliquem ad beneficia, etiam in perpetuum per statutum, vel

senten-

sententiam, vt notat. glo. quam ad hoc ibi dicit singularem Ioann. de Imo. in Clemen. 2. de vita & hone. cle. in verbo inhabilis. qui etiam refert Antõ. dicentem quòd tũc ipse inferior posset cum tali irregularitate ad beneficia dispẽsare. Vide tamen Felin. ca. Postulasti colum. 2. versi. Et adde. de foro cõpet. vbi intelligit prædictam gl. tali modo quod Legatus vel Episcopus non potest inhabilitare ita vt operetur alibi: ex quo videtur quod illa inhabilitas non nocebit clerico extra prouinciam legati vel diœcesim episcopi: quod subintelligit idẽ Felin. vbi inhabilitas fuit posita in materia arbitraria vltra ius, secus si iuris autoritate, quod non habet in se dubium: qui tunc non est Legatus vel Episcopus qui inhabilitat, sed declarat illum incurrisse inhabilitatem iuris, & tunc sicut ius ligat vbique, ita declaratio nocebit vbique.

A *Beneficijs priuandos fore.* Adde omniũ latissimè Petrũ Rebuff in practi. 3. part. de modis amittendi bene. fin. vbi latè disserit totam huius capitis materiam, scribit quæ eos casus, in quibus quis ipso iure sit beneficijs priuatus, vel per sentẽtiam priuandus sit.

B *Quod habet alibi.* Adde quæ tradit Bossi. in tract. delictorũ. titul. de bonorum public. numer. 64.

C *A die commissi delicti.* Omnino D. Episcopum Couarruu. in 4. lib. Decretali. 2. par. cap. 6. §. 8. numer. 7. & quæ scripsi suprà in verbo homicidæ.

Bonorum publicatione puniri.

CAPVT, CXXXII.

1 *Bonorum publicatio duplex est.*
2 *Pœna priuationis bonorum, rarissimè in iure Pontificio contra clericos reperitur statuta.*
3 *Iudex ecclesiasticus, an possit contrà clericos amissionis bonorum pœnam infligere pro delicto, pro quo laicus ea pœna esset puniendus.*
4 *In generali bonorum confiscatione, an omnia bona generaliter sint publicanda.*
5 *Publicatis bonis alicuius clerici, an in confiscatione veniat ius patronatus.*
6 *In publicatione generali bonorum peculium castrense, aut aduentium, vel profectitium, an sit publicãdum.*
7 *Bona clericorum confiscata, cui debeant applicari.*

1 PRæmisso prius quod bonorum publicatio est duplex, vt placet Oldra. in consil. 17. incip. Thema tale est, quidam clericus, sub titu. de for. compet. in colu. 3. Nam quędam est extraordinaria, id est in casu non expresso in iure, sed ex iudicis potestate: & ista conceditur Illustribus in summa potestate positis, & de hac loquitur lex, C. ne sine iussu prin. liceat consis. l. 1. Alia est ordinaria, id est in casu à lege permisso, vel ex Regni consuetudine generaliter: & ista fit per quemcunque iudicem habẽtem merum Imperium ratione territori, & non

non per alium: quia confiscatio ratione iurisdictionis, & iurisdictio territorio adhæret. vt C. vbi & apud quem. l. fin. Pœna publicationis bonorum rarissimè legitur statuta in sacris canonibus contrà clericos: quia forsan cõditores canonum cupientes magis emendare clericorum personas, quam in eorũ bona sæuire, habebãt præ oculis verba illa Iustiniani quæ ad Tribonianum scripsit in Aust. de mandatis Principũ, dicens: Oportet autem te in hoc omnem ponere prouidentiã cum aliquis dignus aparuerit pœna, illum quidẽ punire, at res eius non contingere, sed sinere eas generi & legi, secundùm illum ordinem. Non enim res sunt quæ delinquũt, sed qui res possident. Posset prætereà alia ratio ad hoc assignari: quia cùm considerarẽt antiqui illi Patres bona clericorum intuitu ecclesiæ acquisitorum ad easdem ecclesias pertinere, adeò quod de illis testari non licebat clericis, superfluum existimabant bona clericorum propter scelera proscribere, cum essent applicanda ecclesijs ad quas iam prædicta ratione pertinebant. Nunc autem post quam inualuit consue
a tudo a testandi creuitque clericorum insolentia simul cum diuitijs & copia bonorũ, adeò vt non satis videatur solis canonicis pœnis corrigere eos, meritò possit in dubio referri, an iudices ecclesiastici imitando leges ciuiles possint clericos punire pœna amissionis bonorum pro delicto, pro quo laicus esset puniendus eadem. Et in hoc Anton. in cap. Quia diuersitatem. de concess. prebend. ex glo. notat quòd vbicunque ex aliquo delicto laici veniunt confiscanda bona ipsius, videtur quod ex delicto clerici tunc fiet confiscatio camerę Diœcesani, non autem ad camerã fiscalem laicorum, quem refert Imo. ibi in colũ. 4. dicens quod in hoc videtur considerandũ, an ius ciuile astringat clericum vel eius dispositio generalis extendatur ad eum de quo dicit recurrendum ad ea quæ consueuerunt dici in capit. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in cap. quod clericus. de fo. cõpe. quem Feli. refert in ca. Irrefragabili. §. Cæterum. de offic. ordin. Quod si solum considerandum est, videretur dicendũ aliquibus, quòd cum leges priuantes aliquos hæreditate ibi delata, compræhendant clericos, in aliquibus casibus: vt suprà probauimus in verbo, Instituti hæredes. Sic etiam leges priuantes delinquentes suis bonis comprehendant eosdem: cùm non videatur ratio diuersa in vtroque casu. Sed in hac quę stione ego aliter dicendum crederem, imò quòd leges inferentes pœnam publicationis bonorum clericos non compræhendant quia non sequitur, lex quæ priuat accommodantem tacitam fidem, vel non adimplentem voluntatem defuncti, vel non petentem tutorem pupillo hæreditate, vel succęssione com-

ne comprehendit clericos: ergo eodem modo ligabit lex inducens publicationem bonorum. Nam in primo casu leges illæ sicuti clericis detulerunt hæreditatem aliorum, ita potuerunt imponere eis conditiones, & solennitates ad quas tenerentur, & quibus per eos non seruatis, hæreditatibus à legibus sibi delatis priuarentur. In nostro verò casu cum leges disponant, puniendo, & earum censura non comprehendat, nisi sibi subditos, meritò videtur quod clericorum bona nō sint comprehensa, sicuti sunt exēptæ dominorū personæ. Et quāuis articulus iste egere videatur declaratione Pontificia, posset tamen dici (saluo meliori iudicio) quod liceret iudicibus ecclesiasticis, ad imitationem legum punire clericos publicatione bonorum, in casibus in quibus laici puniendi essent: quia sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorū statuta canonū Principūcōstitutionibus adiuuātur, vt sunt verba tex. in ca. 1. de no. ope. nu. Vbi etiā glo. dicit quòd legibus vtendū est in causis ecclesiasticis, nisi canonibus contradicāt. & licet nō inueniamus in iure decisum quod clerici puniantur pœna amissionis bonorum in eisdē casibus in quibus & laici, sufficere posset quòd canones hoc non reprobant neque fieri prohibent: Et sicut quotidie in curijs ecclesiasticis bona ecclesiarum & patrimonialia clericorum quantuncunque sint virtutibus præditi subsunt censuris legum, & virtute earum in defectum canonum auferuntur ab vno, & adiudicantur alteri etiam laico: quid mirum erit si sic bona clericorum flagitia committētium, imitatione legum seruata ab ipsis auferantur, & ecclesijs seu alijs pijs operibus applicentur. Quando verò alicui iudici longiori examinatione præmissa, & vrgentioribus fundamentis persuaso, visum fuerit in aliquo casu hanc esse sequēdam opinionem, si clericus dānatus filios legitimos habuerit, vt in eorum præiudicium eam non seruet cōsulo: Vt quid enim Ecclesia ditanda est, vel alii vsus pij quærendi sunt, esurientibus filijs etiam parentis iniqui, quando non dispositione canonica, sed imitatione legali, paterna bona publicanda videntur? Possent etiam secundò quæri in hoc proposito, an in casibus in quibus bona clericorum confiscāda sunt, veniāt omnia pariformiter, & sinè aliqua distinctione publicāda? In quo videtur dicendū q̄ bona clericorum siue sint mobilia vel immobilia, publicari possunt, quia in hoc nullum solet adhiberi discrimē, vt per Hier. Paulum, in libro prouinciali omnium Ecclesiarum, fol. 44. versic. quid si præsbyter. Si verò clericus dānatus haberet vsumfructum alicuius rei, tūc ius talis vsusfructus non confiscatur b etiam naturaliter viuēte vsu- b fructuario, ex sententia Bald. at Salice

Salice. in l. 1. C. de bon. libert. quos refert Alexan. in 1. volum. consi. 23. inci. prima consideratione. Bona præterea & iura quæ non transeunt in extraneũ hæredẽ nõ potuerunt publicari confiscatis bonis clerici dãnati: quia fiscus habetur loco extranei successoris, vt probatur in l. iura. libertorũ. & ibi no. Bart. ff. de iure patro. & notat etiam Bal. in dict. l. 1. & Alex. in l. in insulam. ff. solu. matrim. in princip. & in l. Si finit. §. Si de vectigalibus. in col. 11. ff. de damno infecto. ex quo venit quod si clericus damnatus haberet emphyteosim ecclesiasticam, vel fœudum ecclesiæ, tunc illã non
c venirẽt in confiscationẽ, c per ea quæ notant Bald. in dict. l. 1. & Alexand. in dict. consi. per text. in Auth. de aliena. & emphyteo. §. illo. & in cap. Felicis. §. Si qua verò de pœn. in 6. & per alia relata per Alexand. ibi, quem etiam vide asserentem quod concluditur communiter quòd emphyteosis concessa à priuato ea cõditione & legem quod non transeat ad heredem extraneum non confiscatur,
d d dato quod sint confiscata bona emphyteotæ, quod dicit teneri cõmuniter per Bar. Doct. in dict. §. Si de vectigalibus, & alios quos ipse refert, & not. etiam Ioan. de Imo. in cap. 2. de fœud. in 5. column. versic. Sed aduerte. Si verò clericus habet emphyteosim à priuato quæ posset ad extraneos heredes trãsire, tunc benè veniret in confiscationem bonorum clerici, & sine preiudicio domini: qua erit sibi obnoxia quòad hoc & ei debeatur sua pensio. ita notat Card. qui sic videtur, meo iudicio intelligendus in Cle. Nolẽtes. de hære. in versic. *Inquisitoribus.* in pen. col. quem primò vide in hac materia volentem col. precedenti, quod quãdo nõ posset emphyteosis confiscari, tunc ius meliorationum posset cõfiscari, pro quo refert Specu. & Ioan. And. quod est vtile ad declarationem supradictæ cõclusionis de emphyteosi ecclesiastica, & priuati in casu in quo non potest confiscari. An autem si clericus habere fœudum non ecclesiasticum *veniet* in cõfiscationem, vide Alexan. in de cons. 23. in 2. colum. versi. Idem videmus. vbi concludit quod fœudum quod non transit ad heredes extraneos nõ cõfiscatur. & vide etiam Paul. de Castro. in l. in insulam. ff solum matri. vbi notat. quod in fiscũ non transit fœudum vel emphyteosis quæ post mortem confiscati deuentura sunt ad filios, vt filios: Ex quo sequitur quod si clericus habet tale fœudum quod potest transire ad suos extraneos heredes, confiscabitur simul cum alijs bonis. Pro quo vide quod not. Alex. in d. §. Si de vectigalibus, in 12. col. versic. Item addit, seruato tamen indemni domino fœudi, cui post confiscationem soluetur pensio, & exhibebũtur alia obsequia quæ per possessorẽ fœudi præstari debent. Quod videtur tenere Cardi. in dict. vetsic.

Inquisi-

Inquisitoribus. vbi æquiparat in hac materia res fœudales, & res emphyteoticas, dicēs, quòd quando crimen non est tale ꝙ puniatur per leges fœudales, quod nihil speciale inuenit in fœudis: & quod generaliter dici potest quod res fœudales & emphyteoticæ confiscabuntur illi fisco, cui confiscantur alia bona damnati, semper tamen sine præiudicio Domini: quod etiam not. Bald. in l. Si quis presbyter. C. de Episcop. & cler. Aduertendum tamē esset in hoc quòd licet fœudum, vel Emphyteosis ex lege inuestituræ vel contractus posset transire ad extraneos heredes, si prohibitum esset quòd ad ecclesiā deueniret, tunc seruāda erit lex inuestituræ vel contractus, & non applicabitur ecclesiæ, cui alia bona clerici damnati applicantur. Si autem clericus sic dānatus haberet bona subiecta restitutioni, tunc dicendum est, quod confiscabuntur bona illa cum sua causa, scilicet quòd adueniente conditione fidei commissi, fiet restitutio per Fiscum. ità decidit Ange. in l Papinianus §. Meminisse. ff. de inof. testa. per l. ex facto. ff. ad Treb. & per alia de quibus ibi: quod etiā probat text in l. Statius Florus. in §. Cornelio Felic. ff. de iu. Fis. quod tamen intelligit Alexan. in dict. cons. in pen. colū. in casu in quo simpliciter sunt bona subiecta restitutioni, secùs autē dicit quando expressè esset prohibita alienatio à testatore: quia tunc etiam pendente conditione, non possunt transire in Fiscum: ex quo videtur quod in casu nostro bona quæ clericus damnatus tenetur restituere simpliciter post mortem, manerent in confiscatione eius vita durante, secùs si fuit in eis prohibita alienatio à testatore, quia tunc non confiscabuntur. Potest præterea & non impertinenter dubitari, an publicatis bonis alicuius clerici veniat in confiscatione patronatus e? Et omissis quæ à doctoribus in varijs locis, & cum varijs opinionibus trahuntur in hoc dubio, quando Iudex laicus est qui condemnat patronum vt per docto. vbi glo. in Clementin. Pastoralis. de re iudi. & in capit. filius. vbi etiam gl. quam dicunt præcedenti fore contrariam. 16. quæstio. 7. & in Cle. 2. de iure patron. & in capitul. quanto. de iud. & per Imo. & alios in l. in insulam. ff. solu. matr. & per Flori. in l. Via. § si fundus. ff. de serui rusti. prædio. in casu nostro non est aliqua controuersia inter docto. quāuis nullus eorum quos ipse vidi quæstionem mouerit in specie, videlicet quando clerici patroni publicantur bona: sed ex his quæ doct. aliqui tradunt facilè quæstio deciditur. Primò ex his quæ notat Firmianus in tractatu de Episcopo, in 4. libro. in 4. parte, in 3. quæsti. in fin. primæ col. versi. Sed quæro vtrum vbi tenet ius patronatus non transire in confiscationem iudicis secularis, sed iudicis ecclesiastici sic. Secundo ex

5 e

conclu-

conclusione quam facit Cæsar Lambertinus in elegantissimo suo tract. de iure patronatus, in tertio libro articulo. 8. octauæ quæstionis principalis, in colu. 6. vbi tenet quòd si iudex ecclesiasticus procederet propter aliquod delictum casu quo posset ad publicationem bonorũ, alicuius patroni, sine dubio includeretur ius patronatus, vt in Clemen. Pastoralis à contrario. §. Rursus. de re iudic. quia non dicerentur mittere falcem in messem alienam: & quod tunc non erit considerandum, an veniat principaliter vel accessoriè vel an exprimatur in tali publicatione, vel non ius patronatus cum simus in casu in quo iudex habet iurisdictionem, cognoscendi de ipso iure patronatus etiam principaliter, in quo dicit cõcordare omnes doctores. Si igitur nullus doctorum dubitat quòd in publicatione bonorum contrà laicum patronum facta per Iudicem ecclesiasticum venit ius patronatus, non distinguendo, an sit facta publicatio simpliciter omnium bonorum, an alicuius castri, in cuius vniuersitatem trãseat, meritò ergo firmare audebimus quod publicatis bonis clerici, comprehendetur ius patronatus. Nec in hoc curandum existimo an ille habeat filios legitimos, vel non ex conclusione Cæsaris Lambertini in fin. verbis dicti octaui articuli, dum tenet quod in casu confiscationis bonorum patroni ius patronatus nullo modo transit ad filios, sed vel ad Ecclesiam vel ad fiscum, sicut potest transire ad extraneos. Ex quibus vltimis suis verbis, & ex his quę suprà etiam diximus venit hæc mea sententia moderanda, nisi ex constitutione iurispatronatus autoritate illius ad quem spectat, dispositum esset quòd ius illud patronatus non posset transire nisi ad agnatos, vel ad aliquos homines habentes certas qualitates, vel cõditiones: quia tunc non comprehenderetur ius patronatus in publicatione bonorum clerici, sed seruaretur dispositio concessionis vel institutionis illius. Sed hac sit quæstione sine aliqua difficultate decisa, restat nunc aliud dubium eneruandum: cùm enim ex infrà dicendis appareat quòd bona clerici publicata applicari debeant Ecclesiæ à qua recipiebat stipendia, vel Episcopo vt in pios vsus distribuat, meritò dubitari poterit, quid tunc faciendum est de iure patronatus quod perdidit clericus. Et in hoc crederem (saluo meliori iudicio) posse dici quòd cùm Ecclesia cui applicantur bona ratione beneficij, vel stipendij, non indigeat iure patronatus, neque illud possit facere eam ditiorẽ, quòd iustius erit quòd episcopus decernat ecclesiam esse liberam in qua erat constitutum ius patronatus, & quod idem faciat & fortiori ratione, quando bona debent distribui in pios vsus: cùm non debeat vendi ius patronatus vt pretium

tium distribuatur in eis, nec deceat, nec liceat quèd ipse sibi retineat, nisi in casu quo tale ius patronatus clerici esset annexũ alicui castro, vel rei vniuersali: quia tunc iustum est vt sequatur castri vel rei possessorem. Quæri etiam potest, an publicatis bonis clerici filij familias, veniat peculium *Castrense*, aut aduentitium, vel profectitium publicandum? f Et in hoc dubio si sequamur iura ciuilia, & doctrinam doctorum loquentium generaliter, dicendum est quantum ad peculium *Castrense*, quod non casus est in l. Si filius. C. de bonis damna. & notat. glo. quam ibi sequitur Bar. in l. 1. ff. de bonis dam. & idem tenet Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. versic. sextò quæro. penul. col. ff. de damno infec. Idem videtur velle Bald. in l. filius. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. per. d. l. si filius. C. de bonis damnatorum. Vbi ctiã dicit quod aliqui dixerũt quòd illa lex erat correcta, sed nõ rectè cõsiderauerunt, & vide eundem Bal. in d. l. Si filius. vbi dicit quod hoc est in solatium filij amissi. vt damnato filio pater retineat peculium castrense, & quasi castrense, qui præterea intelligit. l. illam in filio in potestate, & quòd secus esset in emancipato, cùm non habeat peculium, vt l. fin. in fine. C. de in offic. testamen. & hanc etiam opinionem videlicet, quod peculium castrense non publicatur, sequuntur Imol. & Paulus de Castro in dicto. §. Si de vectigalibus, prout refert vbi Alexand. in colum. 21. 22. vbi defendit hanc opinionem Ange. tenente contrarium. Quantum verò ad aduẽtitium, idem concludit Bart. in dict. §. Si de vectigalibus, allegato versic. Sextò quæro, & seq. videlicet quod etiam proprietas aduentitiorũ bonorum quæ est filij, non publicatur ea ratione: quia filio est interdicta omnis alienatio sine patris cõsensu, vt C. de bo. quæ lib. l. Cum non solùm §. filius autem. ergo delinquendo non alienabit: mouetur etiam per tex. in l. 3 §. Sed vtrum ff. de mino. Idem tenet, Bald. in. l. 2. §. Si filius. ff. quod quisque iuris. & in l. Executorem. in princi. in vltima charta. C. de executio. rei iudic. & in dicto. §. Sed vtrum & Angel. & Imol. in l. Si filius ff. de dam. infect. quos refert Alex. in di. §. Si de vectigali. 19. col. versi. Adde primò. Præterea quãtum ad peculium profectitium idem dicendum est, videlicet quod non veniat in publicatione bonorum filij, etiam si habuisset filius à patre expressè potestatem donandi, & dissipandi, quia non ex potestate donandi: quia hæc non est donatio, nec ex potestate dissipandi: quia non intelligitur cogitatum de delicto. ita concludit Alexãd. vbi suprà in 23. colum. versic. Item adde. & dicit ita decidere eleganter Angel. in l. Si filius. ff. de dam. infect. & cum eo transire ibi simpliciter Imol. & idem videtur colligere

ligere Bar. ex glo. in d.l. 1. ff. de bon. damna. notãdo verba glo. ibi dum dicit, *Etiam castrense*. ex quibus verbis innuit glo. quòd nec aduentitium, nec profectitium. Cùm ergo in iure Canonico & ciuili non sit aliter in hac materia disposítum circà hæc peculia in clericis, merito videtur concludendum quod publicatis bonis clerici filij familias, nullum prædictorũ peculiorum publicabitur: cùm sacri ordines etiam præsbyteratus non liberent filium à potestate patris, vt est tex. & ibi Ab. in c. Constitutus. de in integ. resti. & in cap. Si annum. de iudic. in 6. de Episc. & cler. & per Doct. reprobata glo. ibi in cap. Cum voluntate. de sensen. excommuni. Nec in hoc aliquid immutat conclusio Doctorum quæ habet, quod in bonis aduentitijs clericorum, etiam primæ tonsuræ acquisitorum eis, post clericatum, non quæritur patris vsusfructus, g quia reputantur bona quasi castrensia, vt probatur in c. Quia nos. de testa & ibi notant Abb. Hostien. & Barba. & ponit latius doctor noster Hispanus Roderic° Suarez in quæst. Vtrùm in bonis maioratus pater habeat vsumfructum, in fol. penulti. col. 4. vsque ad finem: quia licet per hoc videatur quod talia aduentitia clericorum non habeant naturam aliorum aduentitiorum laicorum, satis est quòd assimilentur bonis quasi castrẽsibus, quæ etiam vt suprà dictum est non publicantur. Vltimò autem pro plenioti examinatione huius ca. operæ pretium est quærere in casibus in quibus dispositione canonica, aut imitatione legali bona clerici publicari possint cui tandem applicari debeant. & in hoc dicendum videtur quod seruanda sit dispositio text. in cap. excommunicamus. el. 1. de hæresi. §. 1. in qua cauetur. Quòd bona clericorum damnatorum de hæresi applicantur ecclesijs à quibus stipendia receperunt Et si clericus recepit stipendia à pluribus ecclesijs, tunc inter eas diuidentur bona pro rata, vt per glo. ibi, in verbo, Stipendia. Vnde hæc videtur practica seruanda in omnibus casibus, in quibus bona clerici habentis beneficium vel plura beneficia publicantur. Erit ergo curæ Iudici qui bona clerici publicari mandauit, diuidere ea iustè inter ecclesias in quibus beneficia habuit: & si aliqua ecclesiarum sita fuerit extra suam diœcesim, & omnia bona clerici fuerint in eius potestate, tunc debebit mittere illi portionem sibi contingentem. At si in loco beneficij extrà diœcesim constituti fuerint aliqua bona clerici, quæ pertineant ad illam ecclesiam, tunc eius erit officij, intimare iudici illius diœcesis sententiam à se latam, vt illam in prædictis bonis exequatur: in casibus in quibus sentẽtia lata super confiscatione bonorum extenditur ad bona sita extra iurisdictionem pronuntiatis, de

quo

quo per Domi. in capit. Cum secundum, ad fin, de hæreti. in 6. & per Ancha. in cap. Postulasti. 8. quæst. de foro compet. & per bonam additionem Fel. in dict. cap. Postulasti in 3. col. Et quia text. non distinguit an bona damnati clerici recipientis stipendium ab ecclesijs fuerint patrimonialia vel nè, acquisita intuitu ecclesię vel nō, videtur velle quod omnia bona indistinctè clerici habentis beneficium, applicentur ecclesiæ in qua illud habebat, quod videtur magni effectus: nam posset contingere quod ratione alicuius tenuis beneficij possessi à clerico, posset ecclesia patrimonium pingue clerici, vel alia plura bona eius industria seu arte quæsita sibi acquirere. In casu verò in quo clericus damnatus non haberet beneficium, & sic non esset aliqua ecclesia cui applicanda essent eius bona tunc credit Abb. in dict. capit. excommunicamus in 1. colu. deberi ea applicari Episcopo loci qui distribuat in pios vsus: cuius opinioni adhæret ibi Ana. in 2. column. Nec curandum est in hoc de eo quod scripsit Oldra in consi. suprà allegato, videlicet quòd Episcopus non habet confiscationem bonorū, cūnon habeat territoriū: nam vt inferiùs latiùs scribimus, in verbo pœnisue alijs pecuniarijs, verior opinio est & cōsuetudine corroborata quod h Episcopus habet fiscumh Episcopum autem loci in hoc casu cum esse credo, qui est Episcopus diœcesis in qua fertur sententia publicationis bonorum, dum tamen aliàs sit Iudex competens, in cuius curia de delicto clerici tractari poterat. Caueat præterea episcopus cui prædicta bona applicantur, ne ea conuertat in suos vsus: quia præter id quod sacri canones nullibi bona sic confiscata Episcopis applicant, doctores, qui ea illis applicanda scripserunt, tali tamen onere hoc describunt, vt illa in pios vsus cōsumant. De quo scripsit Felin. in capit. irrefragabili. §. Cæterum. de offi. ordina. Crederem præterea in hoc iudicandum esse non solùm pium, sed debitum vsum, in quo dicta bona expendi possint & deberent, in alimentis videlicet clerici dānati, dum viueret, ne aliàs fame mori cogeretur, aut esset aliunde mendicandum pro eius sustentatione.

A *Clericis ab intestato moriētibus cognati propinquiores succedūt*

COnsuetudo testandi. Adde Martin. Nauar. in manu confessor. cap. 25. nu. 128. quo loco scribit, consuetudine iam obtentum esse, clericos ab intestato moriētes habere successores fratres, vel alios consanguineos. Et vide eundem in tractat. de redditibus ecclesiast. super cap. fin. 16. quæsti. 1. & 2. fol. 74. & in apologia quæ. 1. monit. 50. & 3. quæst. moni. 4. & eruditissimum D. Frā. Sarmie. de reddi. Eccles. 2. par. cap. 6. cum aliquibus sequ. D. Couar. in cap. cum in officijs n. 9. de test. Did Perez in l. 1.

titu. 3. libr. 1. ordi. in fine glo. magnę Petr. Dueñas regul. 366. vndecima limi. Greg. Lup. in l. 53. versi. *Que los ganē con derecho.* tit. 6 par. 1. vbi dicit Regijs Hispaniæ constitutionibus cautū esse, in clericorum successionibus consuetudines seruandas esse quem vide.

B *Non confiscatur.* Adde quod contrariam opinionem tenet Alberic. in l. corruptione. in fine. C. de vsu fructu & in auth. si verò domus temporalis. C. de hæretic. Ange. in l. si postulauerit. §. iubet. ff. de adulter. vbi Alexand. in addi. ad Bart. & plenius in l. si finita. §. si de vectigalibus. colum. 25. ff. de dan. infect. Bart. Cassa. in consuetudin. Burgun. rubr. 2. § 2. numer. 17.

C *In confiscationem.* Adde Philip. Deci. & multos doctores quos ipse allegat in capit. in præsentia. numer. 48 de proba. Gozadin. consi. 39. Cassa. in consuetudi. Burgun. rub. 2. §. 2. in glo. [Et est à entendre.] numer 10. Aegi. Bossi. in tractat. delictor. titul. de bonorum publi. num. 60. & hanc esse commun. opinionem fatetur Iacob. Septiman. in Catho. institu. nu. 98. Licet contrariam opinionem post plures iuris interpretes veriorem asserit Felin. in capit. in præsentia. numer. 27. de proba. & eandem ait communiter approbatam Corne. consi. 13. lib. 3. Simancas tamen in dict. cap. opiniones has concordes facit quem vide omnino.

D *Non confiscatur.* Adde eundem Alexand. Imo. & Roman. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. Curt. consil. 4. post feudorum tracta. coluna. 7. Bossi. in dict. titul. de bono. publi. num. 19.

Ius patronatus. Adde gloss. in E capit. filijs. 16. quæstion. 7. Ab. & docto. in capit. nobis. de iure patro. Deci. in capit. quantò. numer. 7. de iud. Ioan. Lup. in rep. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 39. numer. 7. Aug. Ari. in tract. malefi. in addi. ad Ang. in verbo, [Et eius bona.] numer. 17. Eman. à Costa in cap. Si pater. de testamen. libr. 6. in. 2. par. Trebelli. numer. 7. Molin. de primogen. *Hispan. libr.* 1. capit. 24. numer. 26. *lib* 1. capit. 24. numer. 26. Iuli. Clar. lib. 5. recep senten §. fi. quæst. 78. Didac. Perez. in lib. 1. tit. 6. libr. 1. ord. in glo. [Si el que fuere. ver. octauo.

Publicandum. Adde Bartho. F Cass. in consuetu. Burgun. rub. 2. §. 2. num. 20. Bossi. in d. ti. de bonorum publi. nu. 71. & doctissimum Osan. in decissi. Pedamon. decisio. 94. Iul. Clar. dict. quæst. 78.

Vsus fructus. Adde Ioā. Lup. in G rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 42. numer. 6. D. Couar. in capi. quia nos. de testam nu. 2.

Quam tamē opinionem veram esse existimo, quantum ad bona quæsita per filiū, post sacrum susceptum ordinē vt hic apertè sentit Autor, quā opinionem professus fuit Io. Fab. in auth. ingressi. C. de Sacr. Eccles. Deci. in cap. præsentia. de proba.

Patres vsumfructum retinent in bonis filiorum clericatū quæsitis.

Cald. Tercyra Lusitanus laudatur.

proba.nu.62.Ioan.Lup.dict. §. 42.num.12.Dida.Perez.in l.1. tit.3.lib.1.ordi.in glo. *Los sacerdotes.* versi est etiam quidquid Abb.sensérit in dict.ca. in præsentia.num.56. dicens opinionem hãc esse veram etiam quo ad bona antè clericatum quæsita in quibus vsusfructus patri iam quæsitus erat. Qui manifestè labitur quia in bonis acquisitis à filio antè clericatum, pater non amittit vsum fructũ, licèt postea,filius clericus effi ciatur. ità contra multos resoluit Pinel.in.l.1 par.1.nu.42. & 43.C.de bon.mat.Mol.ad Dec. in ca in præsentia nu 64. litera O.de proba.Mol.de prim. Hispaniæ lib.1.c.19.num.28.Rod. Suar.in q maior.nu.37.Tel lib. Fer.in l.5.Taur.n.4. & opinionem istam veriorẽ & receptiorem esse testatur post huiꝰ operis æditionẽ Cald.Pereyra. Lusitanus (vir sanè subtilis & acuti ingenii)in l.si curatorẽ habens in verb. Læsis. num.105. C. de in res mi.

Cald. Pereyra Lusitanus laudatur.

G

Habet fiscum. Vide autorem infrà capit.140. & quæ ibi annotauit.

Verberari.

CAPVT, CXXXIII.

2 Pœna verberũ in clericorum personis quia causa sacra canonibus fuit instituta.

3 Presbyteri non nisi pro grauibus criminibus verberantur.

4 Ecclesiastici Iudices nulla irregularitatis labe afficiuntur, etiam si ex verberibus sanguinu effusio interueniat.

POEna verberum in clericorum personis à sacris canonibus recepta est. 2 Et hoc forsan quod cum dolore & citra vitæ ac membrorum periculum corrigant, de eaquè mentio fit in capitul.1.5.quæst.1.& in cap.nullus clericus.11.quæst. & in ca.Cũ beatus.45. distinct. quod est concilium Bracarense tertium in cano.6. & in cap.1. fin.35.distinct. quod est concilium Agathense.& in cap.1. fina.verbis,de calumnia. Ex quo ibi notat Abb. in vltim. nota. quòd Ecclesia potest clericos publicè verberare. Cumq; cessent in illis cæteræ pœnæ mortis, ac membrorum mutilationis, nimirum si hanc tanquam paternã correctionem antiqui illi patres sacrorum Canonum conditores admiserint. Vide tamen in hoc distinctionẽ quam facit text. & gloss. in dict.capitu.Cum beatus.videlicet, quòd præsbyteri , abbates, & leuitæ nullis debent verberibus subiacere,exceptis grauibus,& mortalibus culpis: minores tamen clerici verberantur pro minoribus culpis.& idem notat Prepo.in dict.capit.fi.35. dist. In qua tamen imponenda pœnã iudices ecclesiastici aduertere debent semper, quòd in casu quo clericus venit verberãdus, non potest nec debet verberari per laicũ etiam demãdato suo,

1

2

3

vt in capit. Vniuersitatis. de excommun. & per glos. in capit. Si clericos, eod tit. lib. 6. & ita etiam disponitur in l. 56. tit. 5. par. 1. vbi dicit lex quod tam Prælatus mandans, quàm laicus obtemperans in hoc excõmunicatus est, sed debet per ministerium ecclesiæ verberari, vt not. Card. de Turre Cremata post Hugo in cap. Illi qui 5. quæst. 5. & secundum eos constitutus in minori ordine, poterit etiam presbyterum verberare. Imò plus voluit Abb. in capit. Inter alia. in colum. 4. de immu. eccle. quod pro honestate ecclesiæ clericus debet verberari in ecclesia & per clericum, & non per laicum, allegando dict. cap. Vniuersitatis. Quando verò clericus est incorrigibilis, potest per laicum verberari, vt not. glos. in summa. 45. distinct. allegando text. in cap. vt famæ de sent. excomm. Tu tamẽ lector aduerte an text. ille probet hanc conclusionem, cum nihil de verberibus disponat: sed de captura facienda per laicum, & inter hos duos actus non paruum videtur esse discrimen. Nam difficilius capitur clericus nisi per laicos. Captũ tamen clericum verberare per alium clericum in minoribus saltem, non sic difficile est, prẽmaximè quia in quauis republica ministri deputati ad capturam delinquẽtium laici sunt, ideò videndum est, an sola autoritas glo. sufficeret ad veritatem huius conclusionis, quam tamẽ simpliciter sequutus fuit Bartachi. in tract. de Episcopo 3. part. 4. libr. de potestate & autoritate Episcopi in temporalibus circa personas. versic. quartò quæro an Episcopus. Et aduerte quod iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem fustigandi & verberandi, & sententiam suam potest super his mãdare executioni absque scrupulo irregularitatis, licet in fustigatione vt plurimum interueniat aliqualis effusio sanguinis: quia illa qualis, qualis effusio non consideratur, cum non veniat principaliter ex sententia, sed accidat ex postfacto & satis est quod in sentẽtia clerici non infertur pœna, ex qua principaliter & immediatè veniat sanguis, ita Paul. Grillan. in tract. de relaxatione carceratorum, in 5. quæst. & licet huic conclusioni videatur refragari text. in ca. Archiepiscopatu, de rapto. & glos. ibi in capit. his à quibus 23. q. vlt. tamen crederem saluari posse dictum huius doctoris, quando illa sanguinis effusio esset, vt ipse dicit aliqualis: nam text. in dict. ca. in Archiepiscopatu, non reprobat, si aliquis sanguis ex flagellis prosiliat, sed quod flagella in vindictam sanguinis transire videantur: vnde prohibet vindictam sanguinis non verò accidentem effusionẽ. Vnde nec existimo necessarium vt audiui facere aliquos iudices quod flagellandos induunt lineis vestibus intinctis cæra, vt desuper flagellentur, dum enim scrupulis consulunt, correctionem inuti-

4

inutilem & parum timendam efficiunt. Vel veriùs in hoc dici posset, quod etiam si iudex prætenderet in pœna verberum vel fustigationis effusionē sanguinis, & verè succederet, & in magna quantitate, non propter hoc incurreret irregularitatem cùm hæc non contrahatur nisi sola morte, vel membri mutilatione, vt notat Abb. in capi. 1. num. 8. qui clerici. vel vouē. & Cardin. Clemen. si furiosus. per text. ibi, de homic. colum. vlt. quæst. 31. & per tex. in ca. in Archiepiscopatu de rapto. quem pro hac conclusione pōderat, & respondet ad text in ca. cum illorum. de senten. excommun. Et vide Sylvest. qui refert Abb. vbi suprà, in sua sūma, verbo, homicidium. 3. §. Tertiò quæritur.

Pœna verberū contra clericos licet antiquitus recepta hodie vero minimi.

A RE*cepta est.* Vide Gregori. Lup. in l. 48. tit. 6. in ver. *En lo temporal.* part. 1. & in l. 56. tit. 5. in verbo, *Descomulgados.* eadem part. Pet. Gregor. 3. part. Syntag. iuris. libr. 31. ca. 11. per totū. Nota tamen quod hæc fustigationis pœna clericorum in Mediolanensi dominio non seruatur, vt memoriæ protulit Iul. Clar, libr. 5. recep. senten. §. fin. quæstio. 70. ver. Et etiam. Prout nec illam esse in vsu Regno Franciæ testatur Pract. Mileij fol. 148. num. 53. Nec ego sanè imponi vidi ab hinc 27. annis in hac celeberrima Complutensi curia. Non tamen me præterit quòd pœna ictus fustium olim iudices ecclesiasticos aduersus clericos vsos fuisse, vt autor est Diuus Augustinus. qui Marcello scribens ait, Confessionem verberibus eruisti.

De mandato suo. Adde Greg. Lup. in dict. l. 56. Petrum Plaça, in Epito. delicto. capi. 11. num. 19. B

In exilium mitti.

CAPVT CXXXIIII.

1 Pœna exilij per ecclesiasticos iudices inflgi potest.

2 Episcopus vel alius ecclesiasticus iudex non potest clericum extra damnatum relegare.

3 Clericus de facto in exilium missus potest per eumdem iudicem reuocari.

ECclesiastici iudices possūt imponere pœnam exilij, vt probatur in ca. 1. de calum. & in ca. pen. de pœn. & in ca. Hi qui. 3. quæst. 4. & in capit. Cum beatus. 45. distinctio. Et notant doct. in cap. Cum non ab homine. de iudi. licet ibi Anto. nitatur colligere arg. ex illo text. quod ecclesia non habet pœnā exilij, cui in hoc aduersatur Barba. ibi. in colum. 6. versi. Et dicit hoc. Vbi namque pœna certa non est imposita à iure, & delictum quod venit puniēdum in clerico, videtur quodammodo cohærere alicui loco, prudenter se habent iudices ecclesiastici, si delinquētibus clericis pœnā inferant exilij. Sicut enim occasio delinquendi facilè præcipitat etiam eos qui aliquam virtutis curā habere solent, sic eadem occa- 1

sione sublata facilius est à difficili & asperrima vitiorum semita, ad amœnissimam virtutis viam reuocari. Quòd benè comprobant verba illa singularia sanctissimi Hispaniæ nostræ doctoris clarissimi Isidori, insigniſque vrbis Hispalen. Præsulis præfulgidi, quæ Gratianus intexuit in c. Valet. 81. distinct. Valet(inquit ille)interdum cõuersis pro salute animę suę mutatio loci. Plerũque enim dum mutatur locus mutatur mentis affectus. Congruum est ergo & inde etiam corporaliter euelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus vbi quisque praue vixerit, in aspectu mẽtis apponit, quod sæpe ibi cogitauit vel gesit. Aduertat tamen in
2 hac materia Episcopus vel eius vicarius quod postquam clericus propter crimen est damnatus ad pœnam exilij legitima causa, & probatione subsistente, non potest ab exilio reuocari, & sic non poterit clericum exilio damnatum rebãnire. ità notat Præpo. argum. text ibi in capit. In primis. 2. quæst. 1. Ratio est secundum eum, quia ex quo legitimè est missus in exilium, Inferior non potest super
a istis gratiam facere: a vt habetur in capit. Cùm titul. de re iudi. Facit etiam text. in l. Releti ff. de pœn. Ex quo ibi not. Bar. quod misso in exilium solus princeps & nõ alius potest dare licentiam veniẽdi, & quod reuertatur, quem vide vlterius etiam dicentem quod quilibet iudex potest dare licentiam exuli reuertendi ex iusta causa: quòd est notandum in nostro proposito, qui per hoc videtur quod Episcopus vel eius vicarius posset idem facere ex causa iusta. Si tamen clericus esset de 3
facto in exilium missus, tũc bene potest per eundem iudicem
b reuocari b secundum Præpo. vbi suprà argumen. text. & quæ ibi notat Bal. in capit. Ab excommunicato. de rescrip. Idem Bal. & Iaſ. in l. Si pacto quo pœnam. C dict. pact. de quo ego latius scripsi in meis doctrinis magistratibus, in doctrina incipienti, factum de facto.

GRatiam facere, Vide Regiã A lib. 2. titul. 32. par. 7. vbi Gregor. Lup. in gloss. El Rey. Iaſ. in l. 1. § & post operis. ff. de noui. oper. nun. Ioann. Fab. in l. pœnam. C. de pœnis Iacob. in l. Imperium. ff. de iur. omn. iudi. Doctor Auen. lib. 1. de mãd. Reg. Hyspan. cap. 7. num. 13.

Reuocari. Adde quod huc B spectat quòd voluit gloss. not. in capit. Primates. 2. quæstion. 1. quod depositus de facto etiã de facto restituitur. quam in id expendit Bald. in ca. accidens, 1. in fine vt lite con. Et quod factis de facto possit per eundem iudicem reuocari probat text. optimus in l. 1. §. hoc ædictum ff. si mulier ven. nomi. gloss. in l. minor in prin. in verb. *Secus*. ff. de æuicti. Innoc. in cap. quærellam. colum. 3. vbi Bald. colu. vltim. de elect. idem Bald. in l. 1. ad finẽ. C. de prohi. sequæst. pecuni. & in l. 2. C. de seruituti.

Specul.

Specul. in titul. de primo & secun. decre. §. iam de effectu. versicul. quid si iudex Anton. Abb. & Deci. in capit. cum cessante. de appella. Petrus de Ancharr. consil. 6. column. penultim. Felin. in capit. qualiter & quando. 1. column. versi. tertio limita. de accusa. cum multis allegatis ab Andræ. Tiraquel. post leges connu. gloss. 5. num. 15. Sebast. Van. in tract. de nulli. in parte, *Quid sit nullitas.* numer. 16.

Deponi.

CAPVT, CXXXV.

1 Depositionis diffinitio.
2 Clericus pro nullo crimine potest deponi nisi in iure exprimatur, nisi in grauibus, enormibusq; criminibus.
3 Quæ crimina digna sunt depositione, iudicis arbitrio relinquitur.
4 Clericus depositus ab officio, celebrãs qualiter puniatur.

1 DEpositio est perpetua remotio ab altaris ministerio, notat Abb. in cap. At si clerici. de iudi. column. 1. & refert ibi Decius colum. 4. versi. quintò notat. Et depositus simpliciter intelligitur depositus perpetuò, licet non exprimitur. vt per glo. no. in capit. 1. in glo. in fin. 50. disti. vbi Domi. & tenet 2 Decius vbi suprà. & vide gloss. notat. quæ probat istam conclusionem in cap. accedens. 50. dist. vbi tamen vide sing distincti. Præp. in hoc articul. & notat. quòd regulariter pro nullo crimine potest deponi clericus nisi de iure aliud exprimatur, notat Domi. in §. de his. l. distin. & in cap. 1. 35. distinct. nisi in grauibus, vt ibi per eum: quod refert Decius in dict. cap. At si clerici. in prin. in colum. penultim. de iudi. Item pro delicto ænormi potest fieri depositio. ità dicit Abb. in cap. fina. de celeb. miss. allegat tex. in capit. Tuæ de pœnis. qui text. dicit, *Magnis sceleribus*: quòd verbum, *Magnis*, plura delicta comprehendere videtur, quàm verbum, *Enorme*. & vide Anton. in capit. Cum dilectus. depurg. cano. colu. 6 versic. Caue. quia illud, qui ex verbis Innoc. ibi colligit vnam theoricã, quam dicit tenendam pro vera, quòd vbicunque pro aliquo delicto venit imponẽda pœna mortis, tunc de iure Canonico in locum ipsius intelligitur subrogata pœna depositionis: quod refert & sequitur Felin. in cap. qualiter. el. 2. §. Ad corrigendos. 4. column. de accusa. tanquam ordinaria imponatur. Aduerte tamen in ista materia quòd Decius in capit. At si clerici. in colum. 20. de iudi. versic. De secundo. colligit duas conclusiones ex Abb. ibi. Prima, quod pœna depositionis non imponitur, nisi pro graui crimine. Secunda, quod quæ dicantur crimina grauia relinquitur arbitrio iudicis, ex quo posteà, in eadem colum. versi. 3 Secunda conclusio, dicit q̃ erit in arbitrio iudicis quæ crimina dicantur requirere depositionẽ. Et vide etiam q̃ notat Abb. in cap. Latores. de cleric. ex-

commu. minist. de quo suprà memini in parte suspensionis, excommunicationi, &c. Item not. quòd ad depositionē presbyteri non semper requiritur dolus, sed supina ignorantia æquiparatur dolo, quoad hoc. ita notat Abb. ex text. ibi, quē dicit valdè notabilem in cap. fin. de celebra. missa. Et aduerte, quòd si depositus ab officio celebrat, priuatur participatione corporis & sanguinis Domini, & permanet in hac excommunicatione, vsque ad diem vltimum, ita vt viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat: vt habetur in ca. Accedens. 50. distinct. ibi notat Prępo. & in ista materia depositionis vide Archi. in ca. præsbyteri. el. 2. 5. quæsti. 6. vbi tradit nimis generalem & dubiā doctrinā (videri meo) videlicet quòd si cleric⁹ deponitur pro aliquo crimine potest à iudice seculari adhuc puniri pro eodem: sicùt enim accidit quem diuersis legibus teneri pro eodem crimine, sic eodem modo lege & Canone. Nam clericus depositus non efficitur de foro iudicis secularis propter solam depositionem, quo modo ergo poterit per ipsum puniri? Præterea non sequitur: potest quis teneri diuersis legibus pro eodem crimine, ergo clericus potest puniri pœna canonica per episcopum, & ligari per iudicem secularem non præmissa degradatione & traditione. An autē clericus depositus possit restitui pet Episcopū, vide Gondi. Villa. in tract. de legato, par. 1. quæst. 14. nu. 63. Tom. 2. tract. diuersorum Docto. fol. 292. Et vide in Pontificali. fol. 204. coll. 1.

ANNOTATIO.

ADde quòd cum in præcedentibus capitibus, multa de huius capitis argumento scripta sunt, repetenda non duxi vide tamen vltra ea Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæstio. li. 2. centu. 5. casu. 415. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 74.

In arctum monasterium detrudi.

CAPVT, CXXXVI.

1 *Clericus depositus, in monasterium antiquo iure detrudendus erat, licet hoc hodie ab aula recesserit.*

2 *Alimenta quo modo ijs ministranda sunt, qui in monasterio ad pœnitentiam deputantur.*

ANtiquis illis ac venerādis patribus qui futuro vniuersalis ecclesiæ statui nedum claritate, ac sanctimonia vitæ suæ, sed pijs sanctionibus consuluerūt, non minus fuit cutæ delinquentium pœnas decernere quam eorum futuræ emendæ prouidere, nō satis suo animarum zelo mirabili esse censentes, si facinorosis inflicta pœna (quæ alijs similia perpetrandi metum ingessit) ipsismet admissa deplorādi non præstaret oportunitatē. Ac ideò post depositionis pœnam statutam, vel depositi ad agendam pœnitentiam in monasterium aliquod

quod detruderentur, ordinarũt, vt sic eos monachorum integritas ac venustas confunderent, & vitæ austeritas ad amplectendum voluntariè pro suis excessibus pœnitentiam suaderet, ac charitas (quę dum verior est, in vitijs pro lapsos magis subleuat quam improperat) ad agnitionem culpæ, & spem veniæ commoneret. Vnde regulare est, quod episcopus debet assignare clerico, quem deponit, monasterium vbi peccata lugeat, & illa vlterius non committat, vt in capit. Sacerdos. 81. distinct. Sed hoc vt videmus, recessit ab vsu: a quod forsan euenit ex eo quòd iudices ecclesiastici adeo segniter laborant crimina punire, vt rarissimè videamus eos delinquẽtibus depositionis pœnam inferre. Itẽ & ex alio capite, quia omnia monasteria iã sunt ab episcoporum iurisdictione exempta. & ideò non sic iudicibus datur facultas assignãdi monasterium. vnde Alexan. Tertius reputans hanc detrusionem non ità facilem dum illam fieri præcipit in ca. Sicut dignum. in §. Clericos. de homi. addit conditionem, *Si fieri potest.* forsan de possibilitate dubitans, non tam propter penuriam monasteriorum, quam propter voluntatem recipiendi detrudendos in eis. Aduerte tamen quod Præpos. in cap. Si euangelica. 55 distinct. notat ex text. ibi, quod clericus qui non est sufficiẽter punitus pro grauitate delicti cum sola depositione, potest detrudi in monasterium: ex quo videtur, quod non indifferenter post depositionem debet succedere inclusio. Quomodo autem alimenta 2
ministranda sunt ijs, qui in monasterio ad pœnitentiam deputantur, vide bonum text. Greg. in capit. de lapsis. 16. quæstio. 6. vbi vide Archid. dicentẽ quod pauperes clerici ponendi sunt in monasterijs à diuitibus, aut alendi ab Episcopo. Et de materia huius capit. vide quod scribitur in sequen.

Recessit ab vsu. Adde doctissimum virum Iuliũ Clar. in practi. crimin. §. fina. quæstion. 70. versicul. sunt etiam. A

Ac in perpetuum carcerem damnari.

Caput, CXXXVII.

1 *Pœna perpetui carceris quando ab ecclesiasticis iudicibus sit imponẽda.*
2 *Episcopus irregularitatis labe afficitur qui arctum locum alicui constituit, si in eo ex defectu aeris vel cibi moriatur.*
3 *Testamentum clerici ad perpetuum carcerem damnati, an valeat.*
4 *Episcopus, qui condemnat clericum ad perpetui carceris pœnam, an possit minuendi pœnam suo arbitrio potestatem seruare.*

HVius pœnæ fit mentio in cap. penul. de hæret. & in c. Nouimus. de verb. sing. & in Extrauagan. Diuinis exemplis, quę est sub tit. de pœnis. in Extrauagantibus cõmunibus. di-

citur autem hæc pœna perpetui a carceris capitalis a ſecundum Bald. in l. reos. in princ. colu. 1. de accuſat. quem refert Fel. in ca. Qualiter el. 2 §. Ad corrigendos. in col. 4. de accuſat. Quæ quidem pœna ſi ab eccleſiaſticis iudicibus imponeretur vbi delictorum qualitas exigit, cuſtodia tali, vt re vera perpetua eſſet longè leuius cenſerentur punita laicorum delicta naturali morte, quàm clericorum perpetuo carcere. Nam vt Card. ſcripſit in ca. Cum non ab homine. de iudic. longè minor pœna eſt ſtatim mori, quàm diu affligi ſine ſalutis ſpe. Quãdo autem iſta pœna vel præcedens imponi debeat. Innoc. in cap. qualiter. el. 2. de accuſat. in colum. penultim. verſ. & ſunt. videtur velle quod hæc pœna carceris æquiparatur pœnæ damnationis in metallum iuris ciuilis. Vnde ſecundum videretur imponẽda in caſibus quibus iure ciuili quis punitur pœna tali. & ad hoc refert eũdem Innocen. Ioan. de Anr. in in conſi. 1. in colum. 2. Abb. tamen in capit. Tuæ de pœnis. tradit talem doctrinam, quod vbi pro delicto imponitur pœna mortis de iure ciuili, tũc depoſitus detruditur in carcerem perpetuum: quandò verò imponitur pœna alia citra mortẽ, tunc detruditur in monaſteriũ. Contra quem inſtat Philip. Decius in ca. Cum non ab homine. in colum. 6. verſic. Sed iſta doctrina. de iudi. dicendo quod hoc non eſt verum, quia in caſu cap. Clerici. de exceſ. Prælat. & in cap. Tuæ. de pœnis. fit detruſio: licet de iure Ciuili imponatur pœna mortis, & refert Aretin. latè ſcribentem in hoc, in colum. 9. qui concludit ſecundum eum, quod debet quis detrudi in monaſterium, ad agendam pœnitentiam: & ſi non velit agere, ponitur in perpetuis carceribus, allegat dict. capi. Vt famæ. de ſenten. excommun. & ca. A nobis. de Apoſta. Sed contra hoc arguit Deci. de text. in cap. Nouimus de verb. ſignific. & in cap penult. de hæret. Vnde videtur ſibi quod in carcerem detrudatur quis, quãdo inſurgit maior ſuſpitio fugæ pro maiori ſecuritate. Sed iſta diſtinctio Decij non placet: quia pœna perpetui carceris, tunc non ratione pœnæ, ſed ſecuritatis daretur: vnde non conſideraretur delicti qualitas ſed fugę timor. Vnde melior eſt ſententia Aretin. vbi ſuprà, quam ipſe Decius nõ integrè refert: nam concludit ipſe Aretin. quod quando pœna mortis imponatur de iure ciuili, non tamen debet imponi de iure Canonico pœna perpetui carceris: quod ipſe limitat dupliciter. Primò in caſibus exceptis, in quibus expreſsè cauetur de pœna carceris, vt in cap. pen. & fin. de hæret. Secundò vbi propter immanitatem delicti non eſſet imponenda laico ſimpliciter pœna mortis, ſed cũ aliqua qualitate atroci. vtputà ignis, traditionis ad beſtias, laçerationis membrorum & huiuſmodi

iusmodi: tunc enim videtur sibi imponenda pœna perpetui
b carceris: b Quod intelligit verum, siue illa pœna sit naturalis criminis, siue iudex illã imponat, augendo illam propter aliquam qualitatem animo inhærentem & sic dicit intelligẽdum, capi. Nouimus. suprà alleg. de quo arguit contra illum Dec. Et aduerte quod Bald. in l. penult. C. ad l. Aquil. dicit quod si episcopi imponerent aliquem in ita arcto loco, quod non haberet aërem sufficientẽ, vel darent sic parũ comedere, quod
c essent irregulares. c Vnde prouidere deberent Ecclesiastici iudices, quando alicui carcerem perpetuum assignant, ne ex defectu aëris vel cibi moriatur. Idem notat Abb. in cap. A nobis de Apostat. referendo Ioan. Andræ. & vide Ioan. de Anan. in cap. 1. de collu. detegen. & in cap. qualiter & quando. el. 2. §. fin. vers. Nunquid autem episcopus de accusa. & Matth. de Afflictis in 1. libr. Constit. Siciliæ, in fol. 129. colum. 3. & Mari in repet. cap. Ad audientiam. de homi. in colum. 31. versic. quinquagesimo octauo quæro. vbi referunt Bald. vbi suprà, & alios idem tenentes.
a Et vide etiam Cardi. in Clemẽ. 1. de pœnit. & remis. in quæstio. 7. vbi referendo Laurent. dicit quod ponentes aliquem in tali carcere, in quo propter eius arctationem incarcerati non viuunt vltra sex vel octo dies, reputat homicidas irregulares: quia illa pœna est magis afflictiua, quam si ponerentur in patibulo. Aliàs autem si dãnatus ad perpetuum carcerem moriatur, dicitur naturaliter mori, vt notat Bald. in l. 1. C. de his qui ad liber. peruen. nõ pos. quem refert Ioan. de Anã. in capit. fin. de homicid. num. 8. vide Felin. in cap. Qualiter. el. 2. de accus. §. Ad corrigendos col. in prin. Et nota quod licet aliàs dãnato ad perpetuũ carcerem ex forma statuti, vel de iure communi, non possit aliquid relinqui vltra alimenta, dicit Mar. in cap. Veniens. de accusa. in colum. 28. in versic. Vndecimò quæro, quod de iure canonico videtur posse attẽtari quod taliter damnato non possint relinqui alimenta, cum sibi deputetur panis angustiæ, & aqua doloris. De quo tamẽ articulo vide latiùs Corsetum in repertorio, Abb. in ver. carcer. in versi. An valeat. & Felin. in cap. Qualiter. el. 2. in §. Ad
3 corrigendos, colũ. 4. in fin. de accusa. Præterea in hac materia poterit meritò dubitari, an valeat testamentum clerici damnati ad perpetuum carcerem, qui ibi finaliter decessit? Quod examinat Bald. in 1. volumin. consil. 448. quæritur in primis. vbi tandem concludit quod non, & quod talis nec actiuè, nec passiuè sit testabilis. Et quia principale fundamentum suum est, quia tali pœna damnatus cõtinetur sub condemnatis ad mortem: quia licet nõ sit condẽnatus ad mortem

tem ſubitaneam, eſt condemnatus ad breuitatem vitæ. Poſſeſſiū Regnorum Caſtellæ & Legionis incola nō immeritò inferre quòd hodie attento iure eorum ſecus eſſet, cum per l. 4. in legibus Tauri æditis, diſponatur quòd damnatus ad mortem ciuilem, ſiue naturalē poſſit teſtari, d niſi dānetur propter crimen inducens confiſcationem bonorū. An autē epiſcopus qui cōdemnat clericum ad perpetuum carcerem poſſit in ſentētiam reſeruare ſibi poteſtatem minuēdi pœnam ſuo arbitrio, vide Bald. in auct. Inter dicimus. C. de Epiſcop. & & cleri. referentem Guliel. diſputaſſe hoc, & fin. aliter tenuiſſe quòd ſic. Sed dicit Bal. contra naturam pœnæ declarandæ in ſententiam non poteſt fieri reſeruatio: quia eſſet implicare contraria, ſed aſſerit tandem quòd fortè fallit in ſententia Epiſcopi: quia mitiùs debet agi cum eo quàm cum alio, arg. dict. Auctē. Interdicimus ſecundùm vnū intellectum: cuius verba ferè ad literam refert Felin. in cap. Qualiter. el. 2. in §. Ad corrigendos. in colum. 6. de accuſat.

Carceris perpetui antiquitas eiuſque grauitas exprimitur

A CApitalis. Adde quod diuerſarum gentium moribus, olim receptum fuit, vt loco capitalis pœnæ in teterrimū carcerem reus conijceretur, vt illo animam ageret: ſic apud Perſas, apud Syracuſanos, apud Meſſanios, & apud Romanos obſeruatum fuiſſe, ſcriptum reliquit Alexander ab Alexandro lib. 3. dierū genialium cap. 5. Cælius Rodig. libr. 17. lectionum antiquarum capit. 8. qui circà hoc argumentum multa memoriæ commendarunt. Sic Iulius Cæſar cenſuit, eos qui cum Catilina, contra Romanam Rempublicam coniurationem fecerāt, non eſſe occidendos, ſed publicatis eorum pecuniis, ipſos in vinculis per municipia perpetuò habendos, vt teſtatur Salluſtius in coniuratione Catilinæ. Meminit etiam Cicero in eundem Catilinam, oratione. 4. ſic loquens. [Intelligit Cæſar mortem, à Dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam: ſed aut neceſſitate naturæ, aut laborū, & miſeriarum quietē eſſe: itaq; eā ſapiētes nūquam inuiti. fortes etiā ſæpe libenter appetierūt: vincula verò & ea ſempiterna, certè ad ſingularē pœnā nepharij ſceleris inuenta ſunt. Et paulò poſt, Bona prætereà publicari iubet, vitam ſolam relinquit nepharijs hominibus, quam ſi demiſſet, multas, vno dolore, & animi & corporis, & omnes ſcelerū pœnas ademiſſet.] Et iſtum carcerem idem Cicero. 3. Catili appellauit. [Vindicem manifeſtorum & nefariorū ſcelerū. De carcere perpetuo meminit etiā Valer. Maxi. lib. 6. ca. 3. Aſſeuerās quēdam. C. Vatitiniū, quòd ſiniſtrę manus digitos ſibi, ne militaret bello Italico amputaſſet, publicatis omnibus bonis, à Senatu æternis vinculis adiudicatū fuiſſe. Tempore quoque Amulij Latinorū Regis (qui præceſſit

Carceris perpetui pœna in aliquibus prouincijs obſeruatur.

Pœna grauiorū vel exilij perpetui, ad aliquam inſulam quam in Hyſpaniarecepta ſunt quibus pœnis aſſimilentur.

fit Romulũ) carcerẽ perpetuum in pœnam fuisse statutũ, colligitur ex Dionysio Halicarnasseo, qui de Italia scribens ait, [Sunt qui confestim eam necatam puellam tradant, nec desunt qui malint coniectam in occultum carcerẽ, eumque perpetuũ: vnde necatam esse vulgo traditũ est. Meminit itẽ de perpetuo carcere Valer. Maxi. lib. 6. capit. 8. dum agit de quodam seruo Caij Marij. & Phyloſt. libr. de vita Apollonij.

Carceris perpetui pœna in aliquibus prouincijs obſeruatur.

Nec hæc perpetui carceris pœna prorsus antiquata est, nam receptam esse in ciuitate Venetiarum fatetur Mantua obſeruati. lib. cap. 96. col 6. & vt ſcribit Calic. in marg. Fiſci. fol. 93. in fine Reges Hiſpaniarũ multum ea vtuntur.

Pœna triremiũ vel exilij perpetui, ad aliquam inſulam quam Hyſpaniæ recepta ſunt quibus pœnis aſſimilentur.

Sic equidem apud nos in his Regnis receptum est maximè in ſuperioribus tribunalibus, delinquentes puniri, vt Regiæ Maieſtati ſeruiant perpetuò in regionibus Africæ finitimis vel condẽnantur ad Regias triremes, non ſanè pœna hęc diferre videtur, à pœna perpetui carceris niſi nomine tantũ, vt multi arbitrãtur. Sed veriùs cenſeo pœnas has aſſimilari, dãnationi in metallũ, vel in opus publicum, quibus & alijs ſimilibus pœnis reus condẽnari poteſt. l. aut damnũ. l. quidã. l. capitaliũ ff. de pœni. l. relegatorum. §. ſi. cur ff. de interdi. & relega. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offici. Præ. relegan. ff. de offici. Præfect. l. 4. tit. 31. par. 7. notat in terminis Abb. in cap. quòd ſedes, de offic. ordin. Ioan. de Platea in l. nemo carcerẽ. colum. 4. C. de ex actori. tribu. libr. 10. Grego. in dict. l. 4. in glo. *ó labrã d.* & in gloſ. verb. *à ome libre.* &, his non allegatis idem ſcribit doctor Thom. *Tolleda.* in tracta. incarceratorum capitul. 4. numer. 10.

Pœna perpetuæ carceris mortis æquiparatur.

Hæc equidem perpetui carceris pœna, de qua à nobis ſermo inſtitutus eſt, morti æquiparatur, vt ſentit. Inn. in c. qualiter. in 2. de accuſati. Abb. in capit. 1. colum. vltim. de collu. detegen. quia ſimilis ſeruituti perpetuæ eſſe videtur. l. 2. ff. de liber. homi. exhi. ſeruitus autẽ mortis pœnę ferè comparatur. l. ſeruitutem. ff. de regu. iur. & vide Ioan. Andr. in dict. cap. 1. numer. 22. aſſeuerantem grauiorem eſſe perpetuum carcerem, quã abciſſionẽ vnius digiti, vel fuſtigationẽ. Et pœna hęc legibus ciuilibus fuit aliena imò incredibilis. l. aut facta. §. ſolent. ff. de pœn. l. mandatis. ibidem. l. incredibilem. C. de pœnis d. l. 4. Par. Ideoque hac ratione ſecularis iudex hãc pœnam non imponit. Bal. in dict. l. incredibile. Ang. in l. ſi à milite. §. ędictum. ff. de milit. teſta. Bal. conſil. 443. in fine. lib. 3. vbi ſcribit quòd ità tenent comm. vt Iudoctores Alexand. conſi. 55. numer. volu. 7. Mari. Socin. Senẽ. in cap. veniens. column. 26. de accuſati. Aymon. conſil. 224. num. 3. Purpu. in l. Imperiũ. nu. 231. vbi Valaſcus num. 161. ff. de iuriſ. omni. iudi. Auiles in capit. Prætor. cap. 18. in verbo, Carcel.

Pœna perpetui carceris à iure ciuili alsena eſt.

Pœnam carceris perpetui ſæculari iudex inmerito fugere non poteſt, quando ſi ſatis fecerit nulla eſſet ſententia.

Carcer de iure canonico non fuit ad custodiam, sed ad pœnam imponitur.

Carcel. Didacus Perez in l. 2. titul. 4. libr. 4. ordinamen. in verbo. *Todos los dias de su vida* Et est communis & verissima opinio vt asseuerat Iuli. Clar. in pract. cri. §. fin. quæst. 70. vers. pœna. Quod si de facto eam imposuerit sententia nulla est, Bald. in dict. l. incredibile. licet gloss. Cin. & Sali. ibi dissentiant, & Valascus in dict. l. imperium.

Limitationes quatuor ad dict. Reg. constituuntur.

Hæc tamen communis sentẽtia, quam modò asseuerauimus minimè procedit in seruo qui ad perpetuum carcerem damnari potest. l. seruus. C. de pœnis. Non equidem quoad ipsum grauis pœna ista iudicicãda est, cum iam seruituti adstrictus sit.

Secundò nec locum obtinet, quando delictum est atrox, pro quo iudex arbitrari potest mortis pœnam imponendam esse. ita Bald. in dict. l. incredibile. Sed ex suprà traditis hæc Bald. opinio vera non videtur & meritò de ea dubitat insignis Iac. Menochi. de arbi. iudi. quæst. libr. 1. quæsti. 89. num. 9. dicitq; cogitandam esse propter magnam Bald. autoritatem.

Tertiò fallit, in casu auth. sed hodie. C. de adulter. & l. pen. titu. 17. part. 7. quas leges notat ad hoc Gregor. in dict. l. 4. titu. 31. parti. 7. in verbo, *à ome libre.*

Quartò fallit in casu dictæ Regiæ l. 2. titu. 4. libr. 4. ordin. ibi, *Todos los dias de su vida este preso en la carcel.*

Cæterùm iure Pontificio carcer non solùm ad custodiam, sed ad pœnam imponitur cap. quamuis. de pœnis in 6. capit. si quis clericus. 81. distin. cap. delapsis. 42. capit. commissa. de hæret. lib. 6. Clement. 1. eo. tit. cap. penult. de hæret. capi. Nouimus. de verbor. significa. Et potissima ratio, nam cum sacri canones, pijssima & materna benignitate, mortis pœnam non infligant, necessariũ fuit, ne crimina impunita remanerent, pro grauioribus criminibus pœnam hanc statuere. Quam ecclesiastici iudices solúm aduersus clericos imponere possunt, non verò contra laicos, nisi in crimine hæresis vt scribit Iul. Clar. in dict. pra. §. fin. quæst. 70.

Carcer de iure canonico non fuit ad custodiã, sed ad pœnã imponiebatur.

Nec debent alimenta denegari, his qui in huiusmodi carceribus detinentur, quia si fame & inedia moriantur, Iudices Ecclesiastici qui morti causam præstiterunt, irregularitatis labe illaqueantur, ex Bald. sententia in l. de precibus. C. ad leg. Aquil. Quod quidam intelligunt procedere, nisi in casibus atrocioribus, in quibus clericis incarceratis minui solent alimenta (quod vulgò dici solet, *Comer por on cas*) timors in de sequatur nulla irregularitatis labe, iudices ecclesiastici afficiuntur, cum iure Pontificio hoc sit permissum, ita tenet licet fluctuans Anton. Quæsada (vir non vulgaris eruditionis) in libr. diuer. iuris quæstion. cap. 17. num. 28. Ego tamen in ea fui, & sum opinione, vt exisli-

Alimẽta denegari non debent his qui perpetuo carcere detinentur quod si inedia moriantur incidunt irregularitatem contrahant.

existimem, nunquam licuisse, ita tenuissima alimenta clericis supeditari, vt fame pereant, ꝙ text. insinuat in ca. nouimus. §. 1. de ver. sign. quod contrariæ opinionis assertores aducere pro se solent ibi. Ad agendum pœnitentiam ipsum inducas in pane doloris, & aqua angustiæ sustentandum.] Quæ quidem pœna non ad mortem, sed ad pœnitentiam agendam tendit, vt ibi, quia semper Ecclesia Dei omnipotentis exēplo sperat cō uersionē, & pœnitentiā delinquentium, nec vult mortē peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Ezech. c. 18. & in c. hi qui. 3. q. & hæc pœna æquitate & prudentia Prælatorū solet temperari, maximè præcipuis festis, quibus solent incarceratos visitare, & pinguiùs nutrire, vt scribit Ioa. Andr. in c. quamuis de pœnis libr. 6. in 2. not. super text. Absit sanè ab omnium mente credere, sacratissimas leges Pōtificias, alioqui pijssimas, in suos clericos (quos impensè diligunt) tam diram mortis pœnam infligere. Nihil sane interest necare, vel alimenta denegare. Vt inquit Consultus in l. necare. ff. de libe. agnoscend.

Vnde Liuius libr. 2. belli Punici asseuerat, [Famen vltimū humanorū supplicium.] Aegesipus libr. 5. [famen carnificē appellat] & Hieremias Threnorum cap. 4. scribit. [Melius est occidi gladio, quā fame extabescere.] Cui cōsentiens Vegesius. Ferro (inquit) multò seuerior fames est.] Dauid equidem pestilentiam eligere maluit, quàm famē, cum vtriusq; ei esset data optio, vt habetur libr. 2. Regum ca. 24. Et teterrimum mortis genum famen scripsit Homerus, qui libr. 12. Odysseæ ita facit Euriloch. loquētem. [Omnes quidem terribiles mortes miseris mortalibus, fame autem miserrimum mori.] Cuius meminit Plato li. 3. de repub. & Columela. li. 2. rei rusticæ cap. 2. Tullius autem ad Atticum lib. 5. Epistolarum fame nihil miserius pronunciauit Iosephus libr. 6. belli Iudaici asseuerat, [famem rerum omnium acerbitates superare. Idē lib. 7. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 11. tradit. [Omne pereūdi genus, fame leuius videri.] Quintilianus verò de dira fame his verbis scribit. [Felix (ait) pestilētia, felix prælio-rū strages, deniq; omnis mors facilis, fames aspera vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, dirissima necessitatum, deformissima malorū. Hæc ad humile corpus nobiles manus mittit, hęc alienis pedibus mendicātes prosternit, hæc sæpe sociorū fidem frangit, hęc venena populis publicè dedit, hæc in parricidium pios egit.] Quæ refert Lucas de Pena in l. 2. col. 2. C. de quib. munerib. vel præst. libr. 10. & And. Tira. in li. 1. de retra. §. 26. gl. 1. n. 22. Nec omittendum est, ꝙ ex nostris scrib. Bal. in l. pactū. col. vl. C. de pac. tradēs prouerbiū vul-

gò cc-

Pena famis apud omnes gentes ca. teteris seuerior omnis supplicio iudicata fuit.

gò celebratum, fames (inquit) est acutissimus ensis, & idem consi. 458. col. 2. libr. 3. scribit nihil tristius esse quàm fame necari, nihilque fami comparari.

Hæretici qui ad sinum redeunt, ad carceres perpetuos debēt condemnari, quāuis hæc pœna sāctis officiis clementia sit limitata.

Et licet in crimine hæresis (vt ad institutum sermonem redeamus, nec tamen extra Chorum saltauimus) laici post deprehensionem, ab hæresi ad fidem Catholicam redeunt, ad perpetuũ carcerem debeāt condemnari. Vt in cap. pen. §. 1. de hæreti. Quibusdam tamen nouissimis constitutionibus, rigor ille æquitate limitatus est, nam qui sponte ante propositam accusationem, ad Sacrosanctæ Ecclesiæ gremium, redeunt, non debēt perpetuis carceribus mācipari. Nec illi qui post capturam de se ipsis, nec non de alijs quos hæreticos esse sciunt, integrè, pia mente veritatem fatentur. Potest etiam pro arbitrio Inquisitorum, prædicta pœna condonari, illis qui priusquam dicta testium publicata fuerint, redierint: si verò post testiũ publicationem redeunt, & tunc confitentur, cum se cõuictos esse intelligũt, perpetuis carceribus sunt recludendi. Ita sancitũ est in prima Instr. Hisp. cap. 8. & 11. refert Iacob. Septim. in Catho. instit. tit. 16. num. 17.

Qui verò iam eo quod tardè nimis ad fidem reuertitur, ad perpetuum carcercerem fuerit condemnatus ab eo fugere nõ licet quod si temerè fecerit eo ipso relapsus iudicandus est quia censendum est, quod fict conuersus fuerit, ideò vlteriùs audiendus non est, ita Archi. Domi. Io. And. Ancha. in c. vt commissi. §. nec non. de hære. lib. 6. Arelatan. de hæret. not. Squillac. de fid. Cath. cap. 27. Ioan. de Anan. & Felin. in cap. penult. de hæret. Quæ opinio licet communis sit, mea tamen sententia falsa. Tum quia nullo iure probatur, & inhumanũ est absque expresso iure quem tam graui pœna plecti. Tum quia qui à carcerere fugit in pristinam hæresim nullo modo labitur, nec fuga ipsa hæresim committit: ideoque relapsi nomen minimè ei cõpetit, solum equidem is si fortè redierit, vel fuerit comprehensus, duriori carcere recludendus erit, & impœnitens iudicandus, & ob fugam grauiori pœnitẽtia dignus, quam si subire voluerit, benignè recipiendus est, ita nouissimè tenet Iacob. Septiman. in dict. titu. 16. dicens opinionem contrariam falsam & crudelem esse.

Quo tempore lapso fiat a pœna remissio

Pœna perpetuæ carceris hodie ab Inquisitore generaliter laxatur, qui solus publica pœnitentia habi tum remittit.

Est tamen Inquisitoribus à iure concessa facultas, vt simul cum Episcopo possint minuere, vel commutare pœnam perpetui carceris: cum viderint id expedire. vt in capitu. vt commissi. §. nec non, de hæretic. libr. 6. Hodie tamen ad solum generalem Inquisitorem, potestas hæc pertinet, quia solus is potest habitum publicæ pœnitentiæ tollere, quamuis delinquẽs in perpetuum damnatus sit; vt eo vtatur. vt decretum

tretum est quinta instr. Hispa. capit. & quarta Toletana. capitul. 9.

Quo tempore lapso fiat dupane remissio

Quæ pœnæ remissio fieri solet, octo annis transactis, à die incarcerationis, hoc ex benignitate, & clementia, non vero ex iuris rigore, quo stante, decennium desideratur, vt scribit D. Episcopus Siman. dict. titul. 16. numer. 22. quo loco numer. 21. testatur, quandoquè eam pœnam lapso triennio remitti, si eo tempore in carceribus detenti, maximè verò quæ pœnitentiæ præstiterint testimoniũ. De consuetudine tamen Sacri tribunalis generalis Romanæ Inquisitionis receptum est, vt post paucum tempus dispensatio indulgeatur, vt testatur F. Pegna ad Dir. inqui. 3. par. Scho. 142.

Et vt addas his quæ suprà versic. nec debent omissum fuit ad fin. quod Antiqui prodiderunt quia ferunt pro grauissima pœna, Tantalum apud inferos, siti & fame cruciari, vt refert Cicer. 1. Tusc. Et Amian. Marcelli. lib. 17. Hystoriæ Roma, his verbis scribit. [Mortis ignauissimum est genus fame perire.] Et idem libr. 19. dicit esse vltimum malorum omnium. Sed vt Ethnicos relinquemus, Sacrę literæ nobis de hoc supeditant, non vulgaria testimonia, quia ad grauissimorũ scelerũ vindictam, famen tãquam cæterarum pœnarum culmen comminantur. In peccato sanè primi parentis dictum fuit. [Maledicta terra in opere tuo, in labore vultus tui vescêris pane tuo. Vt habetur Gene. 3. Et Psalm. 104. [Deus vocauit famem super terram, &c. Et Ezech. 5. Famem congregabo super vos, & conteram vobis pauculum panis. Et Ezech. 14. versic. 12. & 13. ibi. Factus est Sermo Domini ad me: dicẽs, fili hominis terra cum peccauerit mihi vt preuaricetur, præuaricans extendã manum meã super eam & conteram, virgam panis eius, & immittam in eam famen & interficiã de ea hominem, & iumẽtum. Et ideò viri iusti fame, neque inedia minimè oprimũtur iuxta illud Dauid. Psal. 36. [Non vidi iustum derelictum nec semen eius quærens panẽ, & nouit Dominus dies immaculatorum, & hereditas in ęternum erit, non confundentur in tempore malõ, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Et Prou. 10. Nõ affliget Dñs fame animã iusti, & insidias impiorũ subuertet.

Pœna perpetui carceris. Addè Gregor. Lup. in dict. l. 4. tit. 31. part. 7. in verbo, *à ome libre.* vbi authorem nostrum allegans eius opinionem amplectitur. Et an clericus perpetuo carceri mancipandus, priùs sit degradandus vide Abb. in capitu. excommunicamus. in 2. de hæreti. Gundi. à Villadiego in tract. de hære. quæstio. 19 numer. 2. authorem nostrum supra capitulo.

Pœna perpetui carceris hodie ab Inquisitore generaliter laxatur quo solus publica pœnitentia habita tum remittit.

Sed vtrum clericus vel regularis possit absque peccati labe, à carcere perpetuo fugere, exi-

Clericus vel regularis perpetuo

carceri mācipatus an absq; peccato fugere possit.

stimo asseuerandum ei nullo modo licere, nec à peccato excusari, quòd ex eo manifestè apparet. Nam licet antè iudicis condēnationē nemo teneatur pœnam soluere, vel illam subire. iuxtà gloss. sententiā in c. fraternitas. 12. quæsti. 2. quæ communis est & multis à nobis ornata suprà capit. 66 post condemnationem verò absque dubio tenetur. vt tradit Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 69. artic. 3. & ferè omnes quos in dict. ca. allegauimus. Rursus quia iste qui à carceribus fugit, iudici resistit. quòd omni iure prohibitū est. cap. qui resistit. 2. quæstion. 3. gloss. in cap. præsentiū. 7. quæstio. 1. l. additos. C. de Episcop. audi tradit noster Author. in regula & salien. regula. 382. vbi post eum multa scripsi. Deinde hanc rem comprobat, nam licet ex multorū sententia, captus & ad mortē condemnatus, possit à carceribus fugere, vt colligitur ex Ancharran. & Imo. in Clemen. Pastoralis. de re iudica. Archi. in cap. cum homo. 23. quæstio. 5. Diuo Thom. & Caieta. dict. quæstio 69. Dried. de liber. Christi. pag. 256. licet dissentiat Bar. in l. regulari. ff. de pœnit. Abb. in capitul. 1. de testib. cogend. & in capitul. Sicut. in 3. de iureiurand. sed tenendo opinionem Diui Thom ptout tenendā esse affirmat D. Episcop. Couarruu. libr. 1. vari. resolu. capit. 2. num. 14 Non tamen procedit, quando quis ad pœnam carceris temporalem, vel perpetuam, condemnatus est, nam hæc pœna eam conditionem habet, vt alterius quàm puniti executione, minimè indigeat, & ideò is damnatus cēsetur ad eam propria cooperatione subeundam, quapropter in animæ iudicio, eam subire debet, sicuti in pœna exilij & alijs similibus pœnis docet Caietan. dict. quæstion. 64. articu. 4. Drie. dict. fol. 226. & opinionem nostram in terminis tenet Martin. Nauarr. in capitul. statuimus. 19. quæstion. 3. numer. 63. D. Episcop. Couarruu. dict. cap. 2. num. 14. testaturque Nauarr. in dict. loco sic respondisse, cuidam sacerdoti, qui à longinquo in Vrbem venerat, qui fuerat condemnatus ad seruiendū perpetuò cuidam Hospitali, sed regressus fuit nulla à Summo Præside sibi indulgentia criminis concessa. Idemque se responsurum affirmat cuidam religioso, qui similiter ad Vrbem venerat, qui ad perpetuum carcerem, à suo Prælato fuerat condemnatus, dicit què se illi consulturū, vt statim reddat quòd multum notādum est quia vidi aliquos in hoc halucinari.

Religiosus quis possit de carceribus fugere.

Imò circà carcerem qui religioso, ob crimen imponitur, memoratu dignum est, quod licet aliàs clericus secularis, nulla violētia custodibus facta antè condemnationem possit à carcere fugere, religiosus verò à suo Prælato in carcerem sui monasterij coniectus non potest etiam antè condemnationem, ab eo fugere, cum is in ea mo-

Religiosus non potest à carceribus fugere.

ta monasterij parte manere debeat, in qua Prælatus ei manere præceperit. argum. text. in capit. quorundam. & in capitul. si religiosus, de electi. libr. 6. Quod apertè insinuat Caietan. 2.2. quæst. 69. artic. 4. in respon. ad secundam conclusionem his verbis. [Religiosi qui liberalitate sui moti, progressu extra claustra se priuauerunt, supponentes se per tria vota Prælatis suis, quacunque, ex causa à suis Prælatis iuste detineantur, non possunt licitè extrà præfixos sibi terminos fugiendo exire.] Hactenus Caietan.

Religiosus quis iuste detinetur de carceribus monasterij fugere potest.

Est tamen superior opinio intelligenda, quando iusta est carceris pœna & legitimo iuris ordine seruato, fuit imposita, secus si ea pœna iniusta fuerit, quam in foro conscientiæ nullus subire tenetur. vt colligitur ex Innocen. in capit. plerunque de immu. ecclesiar. Diuo Thom. 2.2. quæsti. 62. artic. 3. quam dicit esse communiter approbatam Nauarr. vbi paulò antè allegaui. Et in hoc casu intelligenda est Angeli opinio in l. in eos. ff. de custo. reor. quem refert & sequitur Paris de Puteo in tract. Syndicatus capit. qualiter dute n probabitur. fol. 31. dicens damnatum ad carcerem, pro pœna criminis, posse absque metu pœnæ à iudice sibi indictæ si à carceribus discesserit, absque pœnæ metu, à carcere fugere. Est equidem hoc intelligendum, quando iniusta fuit condemnatio. sic interpretatur Diu. Episcopus dict. capitul. 2. numer. 14.

Secundo nec locum habet præcedens sententia cum pœna carceris iusta est, sed modus exequendi iniustus, & à Charitate Christiana longè alienus, vt cum quis iustè damnatur ad carcerem perpetuum, vel temporarium, sed impius carceris custos cibum, vestitum, vel ignem subtrahit, vel in loco subterraneo, humidissimo, & obscœno inclusum detinet, vel alia facit ex quibus mors iustè timeri possit. Tunc equidem is fugere poterit, vt scribit insignis. Nauarr. in dict. capitul. statuimus num. 63.

Religiosus incarceratus etiam iustè à carceribus fugere potest si seuerè tractatur.

Essent irregulares. Adde Guil. à Montè Laud. in Clemen. 1. de pœnit. & remiss. Abb. in cap. ad audientiam de crimin. fal. Arian. in cap. de cætero. de homil. colum. vltim. Archiepis. Flor. in 3. parte. tit. 28. capit. 2. §. 6. D. Couarruu. in Clemen. Si furiosus. 2. par. relecti. §. 5. numer. 7. de homi. Franc. Aviles in capit. Prætorum capit. 18. in verbo. *Carcer.* num. 1. Foll. in in practi. crimi. in verbo, *vel carceretur*, num. 2. Iacob. Menochi. de arbi. iud. quæst. lib. 2. Centu. 4. casu. 305. numer. 3. quam esse communem sententiam testatur. Nauarru. in dict. capit. statuimus, num. 65. Debent equidem Iudices Ecclesiastici prorsus cauere, ne recludant clericos in subterraneis & horridis carceribus, ne irregularitatis labem incurrant. Vnde nunquam verum iudicaui, quod maio-

Clerici subterraneis, & horridis carceribus incarcerandi non sunt.

Purum populi vulgariter dicto Santercaz, an ultima fuis carcer clericorum huius diœcesis Toleta.

maiores nostri memoriæ mandaruũt, asseuerantes, puteũ horridum & profundum, qui est intrà Archiepiscopalem domũ loci vulgò nuncupati *de Santorcaz*, huius Toletani Archiepiscopatus destinatum fuisse ad detrudendos clericos irretitos magnis sceleribus, ibique aliquando fuisse eiectos, sed testimonio grauissimorum & antiquorum hominum, falsum esse comperimus, quòd si aliquando factum fuit, meliori seculo ab aula recessit.

Clericus ad perpetuos carceres condẽnatus de iure com. ante leg. Tau. testari poterat cõtrà Io. Bern. & Greg. Lop.

D *Possit testari.* Adde quòd cùm hac opinione auctoris nostri transit Gregor. Lup. in l. 4. tit. 31. par. tit. 7. in gloss. 1. Sed verior est contraria opinio quòd ante Taurinam constitutionẽ quam author noster hoc loco allegat permissum erat clericis ad perpetuos carceres damnatis testamentum facere probat D. Couarruu. in Rub. de test. 3. par. nu. 27. Iacob. Septima. in eatho. insti. tit. 16. nu. 31. Quia non ex hoc serui pœnæ efficiebantur, sed ad pœnitentiã agẽdam carceribus detinebantur.

Clericus ad perpetuos carceres condemnatus, an eo ipso cẽseatur priuatus beneficio

Et vtrùm lata sententia contra clericum perpetui carceris, eo ipso censetur beneficio priuatus, si nihil circà hoc in ea exprimatur, vide Rotam decis. 5. de senten. & re iud. in antiquiorib⁹ vbi multa circà hoc argumentum adducũtur, tandem post longam disputationẽ testatur, non censeri ipso iure beneficio priuatum quod non mediocris vtilitatis est, vt ibi scribit.

Exigentibus culpis.

CAPVT, CXXXVIII.

1 Clericus propter quæ crimina secularis curiæ sit tradendus.

QVæ sint culpæ propter quas quis debeat tradi curiæ sæculari, ex his quæ suprà tradimus facilè quis dignoscere potest. Causa autem facilioris inuentionis volo hic saltem summariè referre: habes enim hoc examinatum suprà in verbo Sortilegi, & in verbo hæretici, & in verbo falsarij, & in verbo, & per assassinos, & in verbo, Lesæ Maiestatis. Et an propter delictum grauissimum perpetratum à clericis tradi debeant curiæ seculari, vltra casus expressos in iure habes plenè suprà in verbo parricidæ.

ANNOTATIO.

ADde quòd huius capitis argumentum longè lateque in præcedentibus capi. ab authore hic allegatis declaratũ est in annotationibus nostris ideoque quæ ibi scripta sunt, repetenda non duxi.

Data incorrigibilitate.

CAPVT, CXXXIX.

1 Clericus incorrigibilis qualiter puniatur.
2 Clericus incorrigibilis quis dicatur.
3 Clericus depositus est de ecclesia iurisdictione.
4 Clericus incorrigibilis qui non potest ab Ecclesia puniri, potest ipso iure à iudice seculari comprimi.

5 Clericus

5 Clericus, qui propter incorrigibilitatē effectus fuit de foro secularis, ad voluntatem ecclesiæ puniendus non est.

1 CVm Ecclesia nunquam intenderit priuilegijs suis clericos fouere proteruos atque incorrigibiles, statuit Celestinus Tertius, in cap. Cùm non ab homine. de iudic. clericum ab ecclesiastico iudice depositum, si adhuc incorrigibilis
a fuerit, excommunicari debere, deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriri. Tandem si in profundum malorum veniens contempserit, cùm Ecclesia non habeat vltrà quid faciat, per secularem potestatem esse comprimendum, ità quòd ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. Noluit tamen quod sola incorrigibilitas sufficeret vt comprimeretur clericus depositus à seculari iudice: nisi excommunicatio & anathema subsequerētur: & insuper vtriusque cōtemptus, vt patet ex verbis illius tex. Dicitur autem clericus depositus incorrigibilis secundùm Ab. ibi, colum. penul. versic. quæro qualiter. post Ant. si reuertitur ad priora delicta, vel in illis perseuerat. & idem est secundùm eum (licet aliud voluerit Anto.) si committat alia delicta, etiam si non sint similia, vel si sint minora ex rationibus de quibus per eum quē sequitur Decius ibi colum. fin.
2 Dicitur etiam incorrigibilis, si cùm detruderetur in monasterium ad pœnitentiam peragēdam, ea non peracta capit fugā & occultat se, vel aliter de facto impedit, vt non possit eum iudex arctare, licet non reperiatur in nouo delicto, quia tunc post excommunicationem, & anathema comprimendus est per iudicem secularem, vt in text. secundum Abbat. vbi suprà, in colum. fin. sequitur Decius, vbi suprà. Item aduerte quòd Decius, ibi ponit alium casum incorrigibilitatis tāquam diuersum ab alijs, quem dicit ex Abbate colligere, videlicet quandò clericus ter monitus non desistit, qui iudicio meo sub primo comprehenditur: nam si non desistit, ergo perseuerat in crimine, & tunc sola perseuerantia sine monitione reddit eum incorrigibilem: nisi dicamus, quòd sentiat Decius quādo monetur vt desistat à nouis criminibus quibus inuoluitur post depositionem.

Quod adhuc etiam non videtur iuuare opinionem suam, quia tūc etiam commissio nouorum criminum etiam minorum redderet eum incorrigibilem sine monitione per supra dicta. Addit etiam quartum casum incorrigibilitatis Decius allegando Domini. videlicet quando semel correctus verbis, non se emendat, qui etiam in proposito nostro videtur impertinēs: nam si post depositionem non se emendat, etiam correctionem verbali non præmissa, dicetur incorrigibilis vt excommunicari valeat. Sit autem in hac materia vera resolutio, quod uullus casus datur

à doctoribus, qui succedat post depositionem, qui solus sufficiat vt tradatur curiæ seculari,
b nisi præcedat contemptus ex communicationis, vel anathematis. Et cum clericus depositus sit de iurisdictione Ecclesiæ, vt per Abb. in ca. Ioannes. & in c. ex parte. de cler. coniug. Iudex ecclesiasticꝰ debet declarare eum incorrigibilem, ipso tamen non citato, ne fugiat, vt per Abbat. Post Card. in d. cap. Cùm non ab homine. & Inno. in cap. 1. de homic. lib. 6. quos refert Aret. d.c. Cum non ab homine. col. 5. & vide Feli. ibi. 4. col. qui dicit, quod ex omnibus dictis doctorum communiter ibi colligitur, quod potestas quæ datur iudici seculari super depositio incorrigibili non exercetur, nisi declaretur qualitas incorrigibilitatis ipsam conferens. Et not. quod
4 clericus incorrigibilis, qui non potest puniri ab Ecclesia, potest ipso iure comprimi à iudice seculari absque alia de gradatione.
c Hæc est communis opinio modernorum post Ioann. Adr. & Anton. vt firmat Aret. in dict. capit. Cùm non ab homine. colum. 5. versi. Tertia fuit opinio. & vide Domi. in c. Nec licuit. 17. dist. qui not. ibi. glo. pro isto dicto Ioan. Andr. Clericus autem sic propter incorrigibilitatem effectus de foro seculari puniri debet ad voluntatem Ecclesiæ, sed pro vt iudici seculari videbitur. Ita notat. Abbat. in dict. capit. Cùm non ab homine. in vlt. not. qui illum puniet pœna imposita per leges ciuiles laicis pro illo delicto à clerico perpetrato, vt probat text. in capitul. Ad falsariorum de crimi fal. Præterea in ista materia vide notabilia verba Card. in quodam consilio, quæ refert Felin. in capitu. Rodulphus. de rescrip. in column. 35. quæ dicit non legisse alibi, dum scripsit quod in modo confitendi delictum potest reus talia verba dicere, quod ex illa appareat reum esse incorrigibilem: quia ostendit non solum non pœnitere de delicto commisso, sed dolere quòd delictum nõ fuerit ità plenè perpetratum & consummatum sicut ipse attentauit, & intendebat committere, vt patet in facti contingentia super quo Car. scripserat cõsilium, de quo meminit Felin.

INcorrigibilis. Adde Bossi. in tit de foro comp. num. 131, vbi scribit quòd clericus qui nõ incidit in habitu dicitur incorrigibilis si præcessit trina monitio ille verò qui in habitu incidit incorrigibilis, dicitur quando. Primo est depositus, Secũdo excommunicatus, Tertiò anathematizatus, & adhuc in contumacia perseuerat. Quę forma si ad vnguẽ seruata fuerit, dicit ipse, quod absque aliqua declaratione, efficitur de foro seculari, & asseuerat quod ita amplectuntur communiter doctores licet postea dicat, quòd forma ista rarò in vsu videatur. Sed Bartho. Cassan. in

A Clericus incorrigibilis quis dicatur.

con-

consuetudin. Burgun. fo. 51. nu. 66. scribit, quod curia Pari. obseruat, quod post vnam remissionem de illis criminibus, pro quibus mortis pœna imponitur, clericus habetur pro incorrigibili, tàm in odium incorribilitatis, quàd in odium iudicis Ecclesiastici negligentis, eum corrigere. Idemque in Parisiensi Parlamento seruari in criminibus in quibus, pœna mortis non iniungitur testatur Papo libr. 1. titul. 6. Arresto. 5. quæ quidem doctrina sibi placere affirmat. Iuli. Clar. in practic. crimin. §. fina. quæst. 36. versic. sed quæritur.

B Clericus qui se immiscuit enormitatibus, an possit à seculari iudice puniri non expectata degradatione & traditione ab ecclesiastico.

Vt tradatur curiæ seculari. Nota sing. circà ea quæ author hoc loco scribit, quod si clericus in profundum malorum lapsus fuerit, quia dimissa tonsura, & vestibus clericalibus, multis sceleribus sui prorsus oblitus, se immiscuit ipso iure est priuilegio clericali, etiam fori priuatus & ea ratione, poterit absque degradatione. & traditione puniri à iudice seculari, ità tenet glo. in capitu. ex parte. de priuileg. Hostien. Ioan. Andre. & Anton. in capit. perpendimus. de senten. excommun. illius text. autoritate ducti. Henr. in capit. ex literis. columm. penultim. de vita & honesta. cleric. Ancharra. in reg. eaque. quæstion. 12. de reg. iur. libr. 6. quam opinionem communem esse fatentur Auser. in Clemen. 1. de officio ordina. reg. 1. fallen. 19. D. Episc. Covarruu. in practi. quæst. cap. 32. numer. 2. Quæ consuetudine recepta est, vt fatetur Bartho. Cassa. in consuetudin. Burg. rub. 1. §. 5. ver. Archidiacono. nume. 55. Eandem opinionem receptam esse dicit Alexand. de Nouo consil. 59. num. 20. circà quàm multa refert Anton. Capit. decision. 161. licet minimè scribat, quid in casu illius decisionis à Senatu fuerit iudicatum. & nouissimè eam sequitur Iul. Clar. in dicta. quæstio. 36. versic, quæro modò vbi affirmat magis communè esse & consuetudine fulcitâ & ideò in iudicando, & consulendo, non esse ab ea recedendum refert Boeri. decisio. 69. num. 16. Et licet quam plures cum hac opinione pertranseant, nempè quòd casu supra cõstituto, nulla monitio desideratur, addunt tamen quòd non solum necessarium est, quod clericus se immiscuerit enormitatibus, & sæuis criminibus, sed requiritur, quòd duro, contumaci animo illis perseuerauerit, & hanc opinionem tãquam magis cõmunem obseruari, & suo tempore obseruatam vidisse commemorat Auser. in repe. dict. Clemen. 1. de offici. ordi. reg. 1. fallen. 27. Bossi. in practi. crim. tit. de foro comp. n. 139. Pract. Conrr. fol. 247. limi. 19. Gramaticus super consti. Regni. fo. 29. Supradictę autem communi sententiæ suffragatur. text. in capit. vnico. de vita & honest. cleri. in 6. quo traditur casus in quo clericus in sacris, absque vlla degradatione, amittit

priuilegium clericale ipso iure, etiam quoad forum secundum tex. illius receptam interpretationem, eandemque sententiam probare videtur text. in capitul. 1. de Apostа. Multis tamen & summę autoritatis viris (nec iniuria sanè) communis sententia displicet, quia nimis durum iuriq́ue contrarium videtur, clericum nulla monitione præmissa, priuilegio fori priuari, ex eo quod dimissa tonsura, & vestibus, enormibus criminibus operam dederit, quam opinionem communem esse fatetur Roland. consil. 4. numer. 31. libr. 1. referens id testari Alexand. consil. 8. lib. 1. Viuius qui alios refert in libr. commun. opin. in ver. clerici potestate. Ferdi. Mench. libr. 3. de testament. §. 22. numer. 63. tradit Alberic. in 2. parte statu. quæstio. 42. vbi dicit se vidisse communiter seruari, quod exigatur monitio, & si post monitionem clericus se non correxerit, perdat tunc priuilegium clericale, sequitur Cæpolo. consi. crimi. 11. vers. quintum etiam requiritur, quæ opinio communis est.

Author primariã iuris Pontificij Cathedram in Complutẽsi Academia obtinuit

Quam nos amplexi sumus, in nostra primaria Iuris Pontificij Cathedra, cum numerosissimo auditorio interpretaremur tex. in dict. cap. cum non ab homine. à quo publica nostra functio exordium suscepit, obtinui equidem dictam Cathedrã in Complutensi Academia toto orbe celebratissima, cum incredibili eius lætitia an. 1586. die verò 6. Mensis Martij. Ideoque Anchara. in dict. cap. 1. de Apost. scribit decisionem illam minimè seruandam esse nisi in quo loquitur casu. Abb. verò & Car. in dict. capit. perpendimus, affirmant responsum illud intelligendum esse quoad priuilegium canonis, non quoad forum, idem etiam tenuerunt, Socin. cõs. 12. lib. 1. Alexand. consil. 8. numer. 2. volum. 1. Sylvest. in verbo clericus 3. §. 9. Ange. eod. verb. 10. quæstio. 10. Neque refragatur text. in dict. capit. 1. de vita & honesta. clericor. in 6. quia decisio illa, cum pœnalis & odiosa sit, in proprio casu in quo loquitur, intelligenda est, & adalium extendi non debet. Ideòque prima communis opinio omni iure destituta est, quæ ea ratione non placet insigni D. Couarr. dict. capit. 32. nisi eo casu, quo crimen aliquod in maximam perniciem reipublicæ fuerit perpetratum, præsertim quando si degradatio esset expectanda maximum impunitatis subesset periculũ. Vnde scribit Iul. Clar. in dict. §. fin. quæst. 36. versic. cæterũ. quod quando clericus est seditiosus, & pnblicam quietem reipublicæ perturbat, solet Mediolanensis (qui maximæ autoritatis est Senatus) ad tempus ab illa ciuitate quam perturbat expellere, prout factum fuisse refert, in quodam Archipræsbytero. Quod ex eo defendi potest, quia non tantum in commodum reipublicæ id fieri vide-

Contra Impium Carolum Mo.

Clericus prima ĩõ iura immunitatis, qua ea & vestibus dimiss. si immis. ceti mag. nus scele ribus sta tim à se cular. su dice pu. nitus po. test.

In cleri. cis mino rũ ordi. vt

ri videtur, quàm in vtilitatem ipsius clerici, ne ab alijs iniuria afficiatur, quod mihi summè placet, quando instans periculum imminet, & non adest Iudex Ecclesiasticus, qui eminenti malo obuiare possit, & hanc vltimam opinionem tanquam communiorem & magis veritati, & æquitati consonam sequendam duxi.

Contra Impium Carolum Molin.

Ex quibus longè repellenda est, Impij Caroli Molinei, opinio ad Alexandr. consil. 8. numer. 2. litera B. volum. primo asseuerantis clericum propter delictum atrocissimum, non præmissa aliqua monitione, posse à iudice seculari capi & vltimi supplicij pœna affici, loquitur sanè contra Sacra Canonica decreta, necnon contra receptissimas opiniones.

Clericus prima tō iura initiatus, qui ea & vestibus dimissis solemnit. acc. mag. nus scelerib. stat. à seculari iudice punit. potest.

Non verò prætermittendum est, primam communem sententiam minimè receptam esse in clericis prima tonsura initiatis, nam quamuis de iure quibusdam solennitatibus & seruatis, & nonnullis ceremonijs vt habetur in lib. Pontificali, degradari debeant. Vsus tamen forensis frequentissimus iam pridem obtinuit, quod si dicti clerici primæ tonsuræ, dimissis vestibus, & absque tonsura, enormia crimina frequēter commiserint, absque vlla degradatione, à iudice seculari punitos fuisse.

In clericis minorū ordinum ipso iure priuilegium fori.

Pari etiam ratione, admitti potest dicta communis opinio vt priuilegium fori admittatur ipso iure à clericis in minoribus ordinibus constitutis, vt scribit egregius Couarr. in dicto capitulo 32. Imo si clericus dicta prima tonsura initiatus, ea non dimissa, nec similiter dimissis vestibus clericalibus aliquod crimen atrocissimum cōmiserit, propter quod in sacris ordinibus constitutus, curię seculari præmissa degradatione tradendus foret, idem esset iudicādum. Ita colligitur ex Auferi. dict. Clementin. 1. fallen. 19. Boeri. decisio. 69. numer. 17. Guil. Benedi. in cap. Rainuntius. de testam. in verbo, & vxorem in 2. num. 440. Cassan. in consuetud. Burgun. rub. 1. §. 5. versic. Archidiac. num. 66. Petrus Auen. de exequend. mand. 1. par. cap. 22. num. 4. D. Couar. dict. ca. 32. num. 3. Est tamen necessarium, vt iudex secularis contra dictos clericos iustè procedat eo modo vt suprà traditum est, quud crimen verè & certissimè probatum sit, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, nam cum qualitas ista nempe grauitatis sceleris perpetrati, iurisdictionem tribuat, ante omnia probanda est. Nec sufficeret equidem quod presumptiuè de grauitate criminis constaret, vt multis probat Auenda dict. capitu. 22.

idem sit seruandum.

Degradatione. Adde Iul. Clar. in practic. crimin. §. fin. quæstion. 36. ver. succesiuè quæro. qui hanc opinionem communem esse fatetur testaturque aliquando in Mediolanensi Senatu seruatam fuisse. C

Degradari.

CAPVT, CXL.

1 *Clericus pro nullo crimine est degradandus, nisi in iure expressum inueniatur.*

2 *Sine accusatione nemo est degradandus.*

3 *Clericus etiam in minoribus ordinibus constitutus, capax est sententiæ degradationis.*

4 *Vbi in canone aliquo dicitur, quod clericus degradetur, & in monasterium detrudatur, de verberalis degradatione intelligitur.*

5 *Forma actualis degradationis traditur remissiue.*

DE hac pœna degradationis, [a] mentio fit in capit. qualiter el. 2. de accusat. & in [b] capit. Tuæ de pœn. In cuius impositione notandũ est quod voluit Ana. in capitu. 1. de cleric. pugnant. in duel. quasi in fin. post Anton. quem ibi refert, quod pro nullo crimine quantumcunque graui imponitur clerico pœna degradationis, nisi reperiatur iure expressum. Ex quo sunt restringenda iura in dict. ca. qualiter. & ca. Tuæ. ℣ est notandũ secundũ. 2 Et aduertẽdum est etiam quod sine accusatione nemo degradandus est, licet aliàs sit puniẽdus, vt in capi. Dilectus filius. de simo. secundum Hostien. in summa, tit. de accus. in §. quis sit effectus accusationis. versic. 3 Ergo sine accusatore. Item etiã est notandum quod licet clericus sit constitutus in minoribus, nihilominus est capax sententiæ depositionis seu degradationis, [b] not. Anton. in cap. At si clerici. de iud. Quod dicit ibi pulchrum Barba. in cap. Cum non ab homine. 2. colu. de iud. & respondet ad text. in cap. Clericus lo. 2. de vita & honesta. Cleric. Et ad id quod not. ibi Anton. quasi sibi contrarius. & adducit in confirmationem huius text. in capit. Si quis Episcopus. 27. quæst. 1, & vide Arnal. Alb. in rep. cap. quoniam. de hæret. in 6. fol. 3. column. 2. versic. Nota quinto. vbi tenet dictam conclusionem quod etiam clericus in minoribus constitutus, vel simplex tonsuratus degradatur & neminem ex prædictis doctoribus allegat, sed Pontificalem librum modernum, fol. 165. & alia fundamenta quæ per te vide. Et in ista materia degradationis videtur colligi doctrina notabilis ex dictis per Abb. in capit. At si clerici. in prin. in colum. 3. de iud. quod vbi in aliquo canone dicitur quod clericus degradetur & detrudatur in monasterium, intelligitur de degradatione verbali, quia si fieret actualis, statim fieret de foro seculari, vt in capit. 2. de pœn. libr. 6. Quam dicit esse elegãtem determinationem Felin. in cap. qualiter. el. 2. in fin. de accusatio. Formã vero actualis degradationis hic non libuit inserere, quia facilè est videre eam volentibus in libro Pontificali, fol. 205. cum duabus sequentibus. Describitur etiam prout actualiter facta fuit in persona cuiusdam præsbyteri, propter homicidiũ qualit-

4

5

Francis. Duare. vir doctus sed parum pius.

qualificatum, in 3. part. repetitionis capit. Raynuntius. de testa. factæ per Guliel. Benedi. fol 41. in processu prouinciali ibidem inserto.

A POena degradationis. Adde quod cũ huius capitis materia latissimè pateat nec breuibus possim eam concludere, legendus est latissimè Carre. in practica crimin. fol. 240. nouissimæ editionis. Iuli. Clar. in pract. crimin. §. fina. quæst. 36. versi. Scias autem. & quæst. 74. Tabi. Ang. & Sylvest. in summis in verbo degradatio. Locatus in opere iudi. in verb. degradatio, & eleganter Conradus Brunus libr. 4. de hæret. cap. 13. Iacob. Septimã. in cathol. institut. titu. 46. numer. 69. & 70. Ioan. Roias. in sing. fidei sing. 48. Alb. Troti. de vero & perfecto cleric. libr. 1. capit. 5. num. 3. Didac. Perez in l. 3. tit. 4. libr. 8. Ordi. vers. cum ergo pœna. Petr. Gregor. 3. par. syntag. iuris vniuersi li. 31. capit. 39. per totum. Hanc verò degradationem Diuus Hieronym. in epistola ad Pammachium regradationem appellat, idem libr. 2. ad Iouinianũ & in Ioannem Hierosolimitanum regradationem vbiq; appellans vbi quis ab altiori gradu suo vicio, ad inferiorem deuoluitur.

Non tamen præterit quod Franc. Duarenus vir satis eruditus, sed parum pius libr. 1. de Sacris Ecclesiæ ministerijs cap. 3. vix sibi persuadet morẽ istum tradendi clericos exauto-

Francis. Duare. vir doctus sed parum pius.

ratos curiæ seculari veteribus notum fuisse quasi recens inuẽtum existimat, sed eius opinio merito releganda, & exterminanda est. Nos verò qui nihil in Dei Ecclesia temerè constitutũ confitemur, vel in moribus componendis, vel in delictis coercendis vetustum esse credimus, de quo multi sunt antiqui canones in cap. si quis tumidus. cap. felix. 15. quæst. 7. Sed clarius Concilium Toletanum quartum. cap. 18. Concilium Triburiense. cap. 10. cap. 2. de transl. Prælat. capitu. degradatio, de pœnis, libr. 6. quibus in locis ad exautorandum Episcopum duodecim Episcopi, ad præsbyterum sex Episcopi, ad Diaconum tres Episcopi desiderabantur.

Verum quia summa difficultate tot Episcopi poterant cõgregari, idcirco Gregorius Nonus in capit. 1. de hæreti. libr. 6. diffiniuit, vt solus Episcopus clericum in quibuscunque sacris ordinibus constitutum degradare posset conuocatis Abbatibus aliisque Prælatis & religiosis personis. Nouissimè verò Concilium Tridentinum Session. 13. capit. 4. de reformatione præscripsit formã quę in degradatione seruari debet. B

Seu degradationis. Adde D. Episcop. Conarr. in cap. quia nos. nu. 4. de testam. vbi scribit, hanc actualem degradationem, minimè moribus receptam esse in his qui minoribus ordinibus sunt insigniti, scripsi sup. ca. 137. versic. Non verò,

Secu-

Seculari Curiæ tradi.

CAPVT CXLI.

1 *Clericus qua ratione ex Sacrorum Canonum institutis, membrorum mutilatione, aut vltimo supplicio puniri non debet.*
2 *Iudex secularis an sententiam ecclesiastici iudicis, in clericos sibi traditos sine qua causa cognitione exequi teneatur.*
3 *Appellationi clerici traditi curiæ secularis à sententia iudicis secularis, quando sibi deferendum*
4 *Extraneus an possit pro clerico iniusto appellationem proponere.*

1 SAcrorum canonum censura mirabilis, ideò forsan noluit clericos membrorum mutilatione, aut vltimo puniri supplicio, quia cum eos bonis imbutos moribus eligendos præceperit, si deliquissent minori castigatione eos emendari posse, ac cæteros ab illorum imitatione prohiberi confidit. Si tamen pietate hac canonica abutentes incorrigibiles efficiantur, statuit tradi eos seculari curiæ legali animaduersione puniendos, vt suprà dictum est. In casibus autem certis qui ex supràdictis colligi valent, amplius incorrigibilitate spectata vt statim eidem curiæ traderẽtur clerici, in eis delinquentes ordinauit. Quos sic sibi traditos iudex secularis punire potest pœna laicis imposita per leges ciuiles, vt suprà notauimus
2 in verbo data. Possunt etiã tunc
a nisi in crimine hæresis a iudices seculares, petere vt sibi fiat fides de processu facto contra tales clericos, cum enim illos punire debeant tanquam subditos, iustum est vt constet sibi illos deliquisse, vt notant Doctor. in cap. 1. de offic. ordin. & in cap. At si clerici. de iudi. Vt autem ipsam degradationẽ actualẽ, & traditionem curiæ sequatur realis pœnæ executio, solent seculares iudices ante actũ illum degradationis habere iã notitiam processus, & in continenti degradandum clericum sibi traditum ad pœnam ordinariam damnare, & statim executionem faciendam præcipere: quod ideò introductum est, vt cum maiori exẽplo ab omni populo qui ad actum degradationis accessit, pœna infligi videatur. Crederẽ tamen quod 3
si depositus sic traditus appellaret à sententia iudicis secularis, eum tanquam laicum condemnantis, & esset in casu, in quo secundum ius, appellationi esset deferendum, quod iudex deberet deferre, aliàs nec diuinam nec humanam pœnã euaderet: non enim debet esse ille deterioris conditionis, quã quilibet alius laicus pro simili delicto damnatus, & hoc præcipuè quando iudex ecclesiasticus fecit traditionem denegata etiam appella. condemnato. Benè tamen crederem, quod quando iudex secularis parat executionem faciẽdam in personã clerici sibi tradendi, quod cum ipse viderit processum, iã certus fuerit effectus, quod potest denegare ei appellationem sicut denegaret in illo casu cuicunque laico. Præterea quam-

uis in omnibus suprà scriptis pœnis dici possit operari consensum clerici condemnati, ne aliquis eo inuito pro eo appellare possit: in hac tamen sentẽtia traditionis curiæ, cum ex ea solet mors regulariter sequi crederem quemlibet etiam extraneum hoc facere posse, b iuxta l. Non tantum. ff. de appel. licet quis dicat quod cum sentẽtia traditionis non est illa quæ mortem infert, sed iudicis secularis quæ posteà pronunciatur: Nam sufficit quod illa est quæ causam præstat sententiæ, quæ subsequitur, & cuius consensus & executio damnationẽ sequentem operatur. Pro quo etiam facit quod notat Innoc. in cap. qualiter. el. 2. de accus. in pen. colum dum dicit quod secundum canones nunquam imponitur pœna corporalis mortis, sed quod est quædam quæ quasi similis ei habetur, scilicet quod relinquitur seculari iudici puniendus. Facit etiã in cõfirmationem huius quod notat Felin. in cap Cum super. de re iudi. in colum. 2. vbi ampliando dict. l non tantum dicit eam procedere, etiamsi agatur de morte ciuili, vt deportatione, motus per a quæ notat Bart. in l. Stichus. ff. de pecu. leg. Et Bald. in l. fin. C. de neg. gest. ex quibus duabus doctrinis Inn. & Felin. posset etiam dici, vt eodem modo habeat locum dispositio dict. l. non tãtum. quando clericus damnatur ad pœnam perpetui carceris: quia talis pœna satis videtur esse similis pœnæ mortis, & posset meritò iudicari mors ciuilis: quamuis ego soleo dubitare de prædicta ampliatione Feli quia dict. l. Non tantum. multum considerat quod ibi ille pro quo permittitur extraneo appellare, ducitur ad supplicium, & tũc etiam si resistat, nec velit admitti appellationẽ perire festinans, lex illa disponit appellationem admittendam. Quando autem quis solummodò deportatur, cum nõ amittat vitam, vel membrum, nimirum si acquiescendo sententiæ impediat appellatione extranei in eius fauorem volẽtis appellare, præcipuè quia doctorẽs, quos allegat Felin. in eo quod suæ opinioni fauere videntur, nihil tractant de materia dicta l. Non tantum. sed de actione negotiorum gestorum, quam tribuunt soluenti pro aliquo inuitò, quia erat in periculo perdendi personam, in quo casu loquitur Bald. & sententia Bar. quæ videtur magis vrgere, solùm loquitur in eo qui soluit pro eo, qui aliàs erat passurus damnum in persona libertate, vel ciuitate, vt possit repetere, licet alter dicat quod ipse mallet pati illud damnum, quàm quod tanta pecunia solueretur: non tamen facit mentionem quod eo inuito hoc esset solutum. Et quamuis ita posset intelligi doctrina Bartol. longè diuersum est posse repetere pecuiam solutam pro eo, qui aliàs perditurus erat ciuitatẽ, quam posse appel-

appellare pro eo qui deportatur, si ipse acquieuit sententiæ

Iudices seculares non visa processu Inquisitorum illorum sententiam exequi tenentur.

NIsi in crimine hæresis. Adde Bald. in auth. clericus C. de Episc. & cler. Ange. in l. Diuus. 2. ff. de custo. reor. Iaſ. in l. magiſtratib. ff. de iu. omni. iudi. vbi Deci. & Purpur. quam opinionem communem eſſe teſtantur Alciat. in ca. pernicioſam. num. 100. de offic. ordin. Bero. in cap. at ſi clerici. num. 79. de Iudi. Boſſi. in tit. de hæret. num. 35. Iacob. Septiman. in cath. inſtit. tit. 36. nu. 5. Iuli. Clar. in pract. crimi. §. fin. quæſt. 96 verſ. quæro etiã eamq; ſequitur Alphonſ. à Caſtro lib. 1. de iuſta hæret. punit. capi. 23. Villadie. in tractat. de hæret. quæſt. 19. Bern. Comẽſ. in lucerna. in verb. Executio §. 6. verſ. ſed quæritur. Io. Roias ſing. fidei 107. & in tracta. de hæret. 2. par. quæſt. 50. Campegi. ad Zanchin. in tracta. de hæret. cap. 8.

Contrariam tamen opinionẽ tenet Bartol. in dicta l. Magiſtratibus. numer. 4. aſſeuerans iudicem ſecularem noua inquiſitione inſtituta tam de proceſſu & ſententia Inquiſitoris, quàm de crimine cognoſcere poſſe: & ea ratione non prius teneri ad inquiſitoris ſententiam exequendam, quàm ei de iuſtitia proceſſus cauſa cognita plena fides facta fuerit, quam opinionem communem eſſe legiſtarum fatentur Imo. in ca. 1. numer. 16. de offici. ordin. Felin. in capitu. ad abolendam de hæretic. Ferdinand. Mench. in prima parte de teſtamen. §. 6. numer. 16. Iul. Clar. libr. 5. recep. ſenten. §. fina. quæſtio. 96 verſic. quæro etiam. Pract. Cora. fol. 597. nume. 63. Iaco. Septiman. in Cathol. inſtit. tit. 36. num. 4. Iodo. in pract. cri. cap. 61. numer. 54. qui ſcribit Bart. doctrinam vſu receptam eſſe, & refert Igneus in l. 1. §. cum dominus. num. 41. ff. ad Silla. quod vidit eam ſuo tempore ſeruari per Senatum Mediolan. quod fuerunt abſolutæ quædam mulierculæ quę antea condemnatæ fuerant de hæreſi ab Epiſcopo Parmenenſi & Inquiſitore, quas cõpertum fuit rectè, de fide ſenſiſſe refert in Gallia idem contigiſſe. Sed verior & communior eſt prima opinio, quæ manifeſtè probatur in ca. inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. quã ſeruari per iudices magnæ Curiæ Vicariæ aſſeuerat Mattheus de Affl. ct. in procem. Conſtit. Siciliæ in gloſ. incip. Gladij. quæ in Hiſpania ſeruatur teſte Iaco. Septi. vbi ſuprà allegaui. Impius ſanè apud Hiſpanos, nec à pena eſſet immunis, qui contrarium pertinaci animo aſſeueraret. Maxime cũ apud nos ſemper conſtituantur inquiſitores, qui viri ſunt integerrimi eruditi, & omni laude digniſſimi, qui maturo ſemper conſilio, cauſas ad fidem ſpectantes æqua lance iudicant, cuius rei non vulgare teſtimonium nobis præſtat Dom. Antonius Morejon (vir & gentilitia nobilitate, & literis inſignis) qui

D. Antonius Morejõ Inquiſitor Cæſarauguſtanus laudatur.

Apoſtoli ne decretis ſtabilitis eſt quod inquiſitores ſecularibus magiſtratibus acta proceſſus oſtendere non teneantur.

D. Ant. de Morijs Inquisitor Cæsar augustanus laudatur.

qui post magnos in vtroquè iure progressus. Post publicam interpretandi iura Pontificia in Salmanticensi Academia functionem, post senatoriã dignitatem consilij Reuerendiss. Toletani Archiep. Post Vicarij generalis Complutensis Curiæ celeberrimę, per sex annos magno consilio, munus amplissimum administratum, ad Sãctæ Inquisitionis prætorium insignis Ciuitatis Cæsar augustanæ meritissimẽ nunc fuit promotus. magna hæc sed maiora à tanto viro speramus. ad re igitur rediẽs. Hãc etiam opinionẽ in dominio Mediolanensi iam seruari affirmat Clar. in dict. quæstio. 96. scribit quod regnãte Philippo huius nominis secundo Hispaniarum Rege Catholico & inuictissimo (qui nunc fœliciter regnat) semper vidit seruari, quod lata sententia per Ecclesiasticos iudices de hæresi contra aliquem, statim quod remittitur iudici seculari absque aliqua causæ cognitione traditur flammis, & cõburitur dicitque ità in illius dominij Senatu decretum fuisse.

Apostoli non decere in fabi dictã est quod Inquisitori secularibus magistratibus acta processus differere non tenentur.

Est equidem quæstio hęc diffinitã Bonif. Octaui constitutione quæ incipit, *Dilectus filius*, quæ continetur inter bullas Apostolicas pro officio Sanctæ Inquisitionis pagi. 57. Itaque Inquisitor nullomodò ostendere debet processum à se factum sed secularis magistratus sententiam Inquisitoris, sine mora exequi tenetur, quod si id facere sine legitima causa differat, ecclesiasticâ censurâ cõpelli potest. ità cautum asserit Ber. Com. in d lucerna iuris in verb. *Executio*. §. 7. verbo. *Imo Inquisitor*. vbi refert ad hoc Vrbani Quarti rescriptum incip. *Cum sicut*. Idem fere sancitũ est? Alex. Quarti Pontificis Maximi constitutione quadam circà hanc rem ædita quæ incipit, *ad audientiam* quã refert Franciscus Pegn. ad directorium inquisitorum. 3. par. Scholi. 99. foli. 208. colum. 2. qua amplissima potestas tribuitur inquisitoribus, aduersus seculares magistratus negligentes, seu differẽtes exequi sententias contra hæreticos prolatas, quæ ex iuris communis sanctionibus, statim exequendæ sunt cápi. vt inquisitionis. §. prohibemus de hæretic. lib. 6. Quòd Hispania nostra piè obseruat quia quam primùm in publica actione Sacrosanctæ Inquisitionis sentẽtia relapsorum, seu impenitentium, aut aliorum, qui traduntur curiæ seculari legitur statim iudex secularis in suum forum eos recipit, & ad supplicij locum, pronunciata sententia mortis, seu combustionis, rei deducuntur. In Italia autem in multis eius partibus iudices seculares, non statim reos ad supplicium ferunt sed per tres, vel quatuor dies suis carceribus detinent, deinde illos morti tradunt. Nec hoc à sacris constitutionibus alienum videtur, nam Innocẽ. Quartus bulla quadam incipi. *Ad Extirpanda*. Relata in bullis

In Hispania cũ in publicis fidei actionibus hæreticis seculari bus iudicibus remittuntur statim puniuntur Quidam Italæ.

seu

seu literis Apostolicis pro sanctæ Inquisitionis officio pag. 6. permittit, vbi ita scriptū est. [Damnatos verò de hæresi per Diœcesanum, vel eius Vicariū seu per inquisitores prædictos, potestas, vel rector, vel eius nuntius specialis, eos sibi relictos recipiat statim, vel infrà quinque dies ad minus, circà eos cōstitutiones contra tales æditas seruaturos.] Hactenus Innocē. summus Ecclesiæ Præsul. Ex qua constitutione, facilè intelligimus non esse negligentes seculares magistratus, nec velut hæreticorum fautores plectēdos, qui per quinque dies hæreticorum supplicium differunt, Sed quia fortè ex ea dilatione, aliquod inopinatum malum oriri posset, salubrius est ꝙ in Hyspania seruatur à qua consuetudine non licet recedere.

Sententia inquisitorum si manifestissima sit an sit à seculari iudice exequenda.

Sunt tamen qui censent, non esse locum suprà allegatis Pontificijs cōstitutionibus, nec prædictæ communi opinioni, quādo iudici seculari manifestissimè constaret, inquisitorū sententiam iniustissimam esse, quo casu illam exequi non tenetur, quia non debet eum flammis tradere, quem compertum habet innocentem esse, & ideò aiunt causam referendam esse ad eosdem inquisitores, vt diligentius eam examinent. Ita tenuerunt. Alcia in d.c. 1. de offici. ordi. num. 110. Brun. libr. 4. de hæretic. c. 15. Villadiego de hæreti. quæsti. 19. Sed opinio hæc longè repellenda est, nam secularis iudex nullo modo potest scire, illum innocentem esse, quem hæreticum esse inquisitores pronuntiant. Cum tamquam iudex ex actis causæ sibi sit interdictum, est equidē iudex incompetens cum hæresis crimen mere ecclesiasticum sit. Cùm hac conclusione omnes transeunt ita dicit Alci. in d. c. 1. num 73. & eam dicit cōmunem Iuli. Clar. in practi. crimi. §. hæresis versic. hoc crimē. & quam plures sequūtur quos refert Siman. dicto tit. 36. num. 4. Dicit tamen Practica Milesij, fol. 75. num. 38. quod hodie iudex secularis cognoscit de crimine hæresis, & quod ipse plures vidit comburi propter hoc crimen, iudicatos à Prepositō Parisiensi ex indulto Summi Pontificis. de iure autem suprà dicta communis opinio ample ctenda est. Si verò vt priuatus iudex secularis scit hæreticum sibi traditum, non deliquisse, scientia hæc prorsus inanis est: cum secundum propiam conscientiam iudicare non debeat. l. illicitas. §. veritas. ff. de offici. Præsi capit. pastoralis. §. quia verò de officio delega. glo. in capit. 1. de offici. ordi. quam opinionem communem esse testantur Barba. in d. §. quia verò. numer. 36 & ibi Feli. Alcid. in d. capit. 1. de offici. ordi. numer. 83. Couarruu. in li. 1. vati. resol. cap. 1. num. 6. & ex Theologis Domin. Soto lib. 5. de insti. & iure quæsti. 4. artic. 2.

Iudex secularis vtrum de nullitate

Nec desunt qui existiment, iudicem secularem cognoscere posse, de nullitate illius sententiæ, quæ

Iudex sententiæ inquisitorum cognoscat.

tiæ, quæ ab inquisitoribus lata est, In eo casu, in quo iurisdictionem non habent, quia cum ea sententia nulla sit, exequenda non est. Tunc equidem iudex secularis nō iudicat de hæresi, sed de sententia nulla, ita tenuerunt Villadiego & Brun. in locis nouissimè allegatis, sed horum opinionem iustè increpat Iacob. Septiman. dict. cap. 36. num. 7. Quia iudex secularis merus est executor, nec vllam hæresis cognitionem habet. vt in dict. cap. inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. Ita vt nec possit pœnam pro hęresis crimine impositam commutare. de quo est communis opinio teste Bossi. in practi. crim. tit. de hæreti. nu. 37. idem scribit Iulius Clar. di. § fin. quæstio. 96. dicens semper vidisse ita obseruari.

B *Clericus pro reo condemnato an appellare possit.*

Hoc facere posse. Adde text. in l. additos. C. de appell. Ange. in l. 2. C. quorum appellat. non recipiant. Felin. in capitu. cum super. de re iudi. Ang. Aretin. in tract. maleſi. in parte, præsente dicto Caio. nume. 8. Hyppo. sing. 201. Anton. Gome. libr. 3. capi. 13. num. 31. Et virùm clericus possit pro reo cōdemnato appellare, sunt qui dicunt nō esse permissum, Specula. tit. de aduocato §. 1. nu. 8. Contrariam tamen sententiam amplectitur glos. in l. addictos. in verb. quibus. C. de Episcop. audi. quam doctores sequuntur vt testatur Ang. ad Agelum in tract. maleſi. in verbo, Præsente Gayo. numer. 5. & opinionem istam veriorem esse testatur Iuli. Clar. in pract. crimin. quæstion. 94. versi. Sed etiam, dicens quod cum appellatio tendat ad rei defensionē, meritò clericis est permissa, sed apud Hispanos tam in laicis, quàm in clericis, cum contrarium iure canonico expressum non sit Regia Partitarum lex seruari debet. l. inquam. 6. tit. 13. part. 3. quæ corrigit ius cōmune quatenꝰ diffiniuit, quod si condemnatus acquiescat sententiæ, extraneus nō possit appellare, sed eius consanguineus cuius non meminit insignis D. Couarr. lib. 1. varia resol. cap. 1. num. 10. Est etiam apud nos aliud specialissimum in causis criminalibus in supremis Hispaniæ tribunalibus, in quibus cognoscitur de appellatione di ctis causis interpositā etiā post dies appellandum constitutos, vt testatur Couarr. in dict. cap. in fine.

Penisue alijs pecuniarijs.

CAPVT CXLII.

1 *Iudex Ecclesiasticus potest pro corrigendis criminibus pecuniarias pœnas imponere.*

2 *Episcopus an fiscum habeat.*

3 *Iudex Ecclesiasticus, qui per statutum pecuniariam pœnam imponit, iuste eam potest retinere.*

4 *Clericus, qui non habet in bonis, corporalis pœna puniendus non est.*

PEcuniarias pœnas inferre subditis ex capit. Dilectus

de offic. ordina. videtur licere a ecclesiasticis iudicibus. a Pro corrigendis autem excessibus & puniendis criminibus exigere illas prohibet text. in cap. z licet de pœnis. Et quia in hoc iura aliqua inuicem aduersari videntur, Cardina post Hostiē. in capitul. Vt clericorum de vita & honestate clericorum. sic inter ea pacem componere nititur, quod delinquentes nō sunt in pecunia puniendi, quādo fit ad imbursandum: quia tunc illud presumitur emanare ex fonte auaritiæ: secus si causa correctionis fiat, & ex fonte charitatis procedat: quod præsumitur iustè fieri, dum Iudex non imbursat, sed pauperibus erogat. Facit etiam quod notat Bald. in auct. bona damnatorum. Cod. de bonis damnator. videlicet quod episcopi de iure deberent condemnare ad pœnam criminalem soluendam cameræ Romanæ, non suæ, licet de consuetudine contrarium seruent, quod refert & sequitur Anani. in capitul. excommunicamus. el. 1. in principio fin. column. in fin. de hæretic. & idem Bald. in rubric. Cod. de priuilegi. fisl. dum affirmat quod Episcopus non habet fiscum, & quod Angel. notat in auct. vt nulli iudicum. §. quoniam. in fin. collat. 9. dum dicit quod videtur ibi casus, quod Episcopus, qui punit aliquem clericum, non potest in sententia dicere quòd pœna sibi detur. faciunt etiam notatio. per Barba. in consilio. 21. A Ioue principium, in 3. volum. in fin. vbi post alia dicit quod glos. nec text. nec doctor. dicunt quod Episcopus habeat fiscum: licet aliter loquantur Anton. & Abb. in capitu. quia diuersitatē, de concessio. præbend. de quo tamen vide latius per Felin. in capit. irrefragabili. §. cæterum. versiculo quarta conclusio. de offic. ordina. vbi refert plura ex prædictis, & tandem concludit quod verior opinio videtur quod Episcopus habet fiscum, b & inter alia allegat Franc. de Pauinis dicentem quod quicquid sit de iure hodie de consuetudine generali Episcopus habet fiscum. Et vide doctorem nostrum Hispanum Ioan. Lupum in repetitio. Rub. de donatio. inter vir. & vxor. fol. 22. column. 2. versic. Secundum dictum, vbi in hoc articulo cogitat ipse dicendum quod Episcopus non habet fiscum propriè, impropriè tamen sic, & quod bona confiscanda clerici non beneficiati applicentur Episcopo, beneficiati verò ecclesiæ, in qua habuit beneficium. Quandò verò per statutum imponit Iudex Ecclesiasticus pœnam pecuniariam, tunc potest illam sibi retinere. c ita tenet c Hostien. Abb. & Archid. in locis per Felin. relatis in dict. §. cæterum. column. penultim. versicul. Secunda conclusio. Si autem ipsemet Iudex Ecclesiasticus vellet per sententiam pœnam pecuniariam sibi retinere

nere, licet id facere possit: honestius tamen aget, si in pium vsum pœnam deputauerit secundum Felin. ibi. versic. Tertia conclusio. Quando verò Episcopus indigeret euidenter, posset retinere, etiam in casu quo per sententiam imponeretur pœna, vt ibi per eum. de quo vide nota. per Henricum Botteum, in tractat. de Synod. Episcopi. 3. part. decima tertia conclusione. numer. 123. Carta. 326. Tomo 2. tractat. diuersor. doctor. Vnum insuper propter clericorũ dignitatẽ existimo debere fieri, quod licet aliàs damnati propter crimen ad pecuniariam pœnam, si non habent in bonis, luere debent in corpore, vt in l. fin. ff. de in ius vocand. vbi Bald. & in l. 1. in fin. ff. de pœnis. clericici tamen in sacris constituti, si inopes sint, in defectum pecuniæ non punientur corporaliter, tum propter personarum dignitatem, tum etiã quia leuia sunt delicta propter quæ clericis inferant constitutiones synodales, vel consuetudo pecuniariam tantùm pœnam: fateor tamen quod tunc licebit iudici, in aliam suspensionis, exilii, vel aliàs pro arbitrio consideratis circunstantijs debitis commutare, aut in aliqua spiritualia opera celebrationis officiorum, aut orationis, seu ieiuniorum conuertere.

A Ecclesiasticis iudicibus. Adde Abb. in capitul. vt clericorum. numer. 10. de vita & honestat. clericor. vbi hanc opinionem communem esse fatetur idem testatur Iuli. Clar. in practic. crimina. § fin. quæstion. 80. versic. in hac autem. circa quam vide latè Petrum Rebuff. in rub. de public. concubin. §. quia verò. Cauere tamen debent Ecclesiastici iudices, ne in imponendis his pœnis pecuniarijs, modum excedant, sed peccati qualitatem & personarum conditionem attendere debent, & potissimum animaduertere debent, ne quis auaritiæ vicio possit illos insimulare. Est equidem in omnibus iudicibus auaricia vehementer reprehendenda, sed maximè in iudicibus ecclesiasticis.

Index ecclesiasticus pecuniariam pœnam imponit.

Hãc etiam facultatem imponendi pecuniarias pœnas, vel mulctas (de qua in hoc capite) habent Inquisitores hæreticæ prauitatis, hoc sanè omni difficultate caret, quia omnes antiqui & nouissimi vno ore fatẽtur Reper. Inquisitio. in verbo. Sententia. §. Itẽ circa formam. & verbo Extorquere. §. 1. Villadiego, intractat. de hæret. quæstion. 8. num. 6. Carr. in tractat. de hæret. nume. 79. Franc. Pegna, in anno ab Directo. inqui. lib. 3. Scholi. 147. & ita decretũ est Alexã. Quarti Ponti. Maxim. constitutione incipi. Super extirpatione. ædita anno Domini 1258. quæ habetur in lib. literatũ Apost. pro Sancto Officio. Inquisi. fol. 134. quam vide.

Inquisitores hæreticæ prauitatis pecuniarias pœnas imponunt.

Quæ quidem pœna, seu mulcta, tunc

Pecuniaria pœna siue multa, quando ab inquisitoribus imponatur.

ta, tunc temporis ab inquisitoribus erit imponenda, quando rei delati ad gremium Ecclesiæ reuertuntur, non verò quando sunt pertinaces, vel relapsi, quia tunc omnia illorum bona sunt confiscata. Tum quia pecuniaria multa ad correptionem & emendationem imponitur, tradit Carr. in dict. tract. numer. 79. Zanchinus de hæreti. cap. 19. num. 1. quæ ratio hoc casu cessat. Imponitur potissimè pecuniaria pœna contra diuites, qui ad fidem Catholicam redeunt, cum hi non vulgariter dolere solent, his pœnis condemnari Et pœna illa semper est iniungenda, quæ magis timetur, ita scribit Zanchinus dict. capit. 19. num. 3.

Pœna corporalis minùs imponitur ab ecclesiasticis iudicibus quando alternatiuè cõcipitur, scilicet pecuniaria intra statutũ tempus nõ soluitur.

Quod si reus inopia laborat, vt non possit pecuniarias pœnas soluere, punitur alijs salutaribus pœnis inquisitorum arbitrio. Quo fit vt nunquam mihi placuerit, quod scribit Repertorium Inqui. in verbo [Sẽtentia. §. Item circa.] Assẽuerans quod sæpe solet contingere, vt ille cui imponitur pœnitentia pecuniaria mulcta, eã soluere non possit, & hac ratione cautè facturum inquisitorẽ, si hoc casu bimembrem sentẽtiam proferat, hoc modo. Condemno te in tanta pecuniæ quantitate, si soluueris intra tantum tempus, quod si non feceris, talem corporis pœnam subeas, sed labitur mea sententia. Quia antequam quis condemnetur pecuniaria mulcta, inuestigandum est, an possit eam soluere. Et quamuis in secularibus tribunalibus, hoc liceret, non verò in ecclesiasticis, in quibus fugienda est auaritiæ suspicio. Quod in primis obseruandum est in clericis, qui quando pecuniam soluere non possunt, corporali pœna plectendi non sunt. Vt docet Episcopus Calagurri. hoc capitu. numer. 4. Franc. Fegñ. in anno. ad Director. Inqui. 3. partic. Scholi. 147.

Pœna pecuniaria est contra profitentes vetera hæretica.

Deinde Inquisitores pro suo arbitrio pœnas pecuniarias imponunt contra illos qui verba hæretica proferunt, ludendo, aut ira incensi, vel ex fatua simplicitate, & ignorãtia quæ excusatione imponenda caret, Villadiego de hæreti. capit. 8. numer. 6.

Pœnæ pecuniariæ impositæ ab inquisitoribus pijs vsibus sunt applicãdæ.

Pœnæ verò applicandæ sunt pijs vsibus, & Sanctæ Inquisitionis officio, quia nulla causa magis pia & fauorabilis esse potest, quam causa inquisitionis cuius maximo & singulari beneficio hæreses extirpãtur, & illa summa ratio est quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religion. & sum. funer. Nec amplectenda est Lud. Carrerij opinio asseuerantis, non alias pœnas pecuniarias sancto officio applicandas esse, quam si necessitas vrgeat, quia secluſa necessitate id fieri potest, quia vtilissimum est (ne dicam necessarium) Sanctum Inquisitionis officium pecunijs abundare vt quoties oportuerit sine familiarium & ministrorum incommodo fiat hæreticorum inqui-

inquisitio, captura, & alia multa quæ fieri contingunt.

B Habet fiscum. Adde gloss. in capit. quia diuersitatem. de cōcessi. præbend. Cardin. in Clementin. 2. §. 1. de hæreti. Barba. in capitu. 1. de probation. num. 61. Abba. in capit. 2. de successione. ab intesta. licet ipse in capitu. tuæ. de pœnis dicat opinionem hanc iure non probari, sic prædictam opinionem sequutus asserit Auferi. in Capella Tholos. quæst. 274. posse nominari publicum fiscalem procuratorem ipsius tribunalis & iurisdictionis Episcopalis, quamuis asseueret non id facile admitti à Regijs, & secularibus magistratibus, & hanc opinionem communem esse, & vsu comprobatam fateturDom. Couar. in lib. 2. variar. resolut. capit. 9. nume. 11. eam sequitur Franc. Marc. decissione. 339. numero 12. Gom. Ari. in l. 7. Thau. nume. 75. & hanc opinionem omnes tenent, vt scribit Petr. Foll. in practic. crimina. canon. fol. 68. numer. 14. & moribus in Hispan. recepta est.

C Retinere. Adde Ioan. Lup. in repeti. rub. de donat. inter vir. & vxor § 39. column. penultim. Couarr. dict. capit. 9. num. 9. & vide Conciliū Coloni. titu. de iurisdict. ecclesia. content. ca. 8. & Concil. Tholet. celebratum anno 1565. action. 2. cap. 14. sic disponēs. [Pœnæ pecuniariæ, si quando à iudicibus ordinarijs, iuxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem, eas imponi cōtigerit, in pios tantum vsus, & pro executione iustitiæ, non pro priuata Episcoporum vtilitate expendantur arbitrio Episcopi, vel eius Vicarij. Deputeturque ab eodem Episcopo qui easdem pœnas recipere debeat, earumque rationem reddere teneatur.

Non punitur corporaliter. D Adde Iaco. Menoch. de arbit. iudi. quæstion. lib. 2. casu 447. num. 7. qui alios allegans contrariam opinionem profitetur. Idem sequitur Gaspar. Bac. de inope debitore cap. 11. nu. 3. Sed in forensibus controuersijs authoris nostri opinio recepta est. Potest tamē contraria opinio intelligi, de commutatione pœnæ corporalis, quæ non est corporis afflictiua, nempe suspensionis, vel exilij, vel similis, quæ perpensis circunstātijs criminis, in defectum pecuniariæ condēnationis infligi iure optimo potest, vt hic considerat autor.

Corporalibus.

CAPVT CXLIII.

1 Pœna corporalis rarissimè clericis est imponenda.

2 Iudices ecclesiastici in puniendis clericorum flagitijs mitthrationis pœna, vti solent.

3 Clericus an ad triremes damnari possit.

CVm priscis illis veneran-dis patribus (quorū tēpestate hac infelici nati sunt

ecclesiæ filij moribus & meritis satis dispares) qui Ecclesiæ regimini tantum insudarunt, summa fuerit cura, vt tales essent in suis moribus clerici, quòd vitæ suæ splendor ad eos honorandos alliceret, elegerũt potius etiam propter leuia delicta eos statim ab ecclesiastico gradu repellere quam in suo gradu manentes (pœnis corporalibus inflictis) infames ac parui pendendos efficere. Hinc etenim experimur quod in cunctis antiquis Canonibus, ac sacris concilijs rarissimè corporalis pœna clericis imposita est. Vnde prudentiam eorum non zelo vacuam imitantes debent ecclesiastici Iudices (sacerdotum saltem crimina) pœnis corporalibus publicis rarissimè cohibere. laudo tamẽ (quia plures vilissimi homines, moribusquè perniciosissimi ad sacerdotiũ admissi sunt non sine magna dignitatis sacerdotalis deformatione, animarũque iactura) quòd ecclesiastici iudices tales de criminibus conuictos priuatim alicuius clerici manu, aut propria (parentũ more) verberibus affligãt. Quid enim frenare valebit plurium clericorum sæpius iterata flagitia qui carceres contemnentes, ac de pœna mortis securi, nõ nisi vitijs delectãtur? Cum eos passim deponere, aut dehonestare nec liceat, nec expediat: illi insuper qui ab exercitibus, stabulis, scortis ad sacros ordines ascenderunt, ab ipsis incunabulis prauissimis imbuti moribus, quo pacto à tam inueterata nequitiæ consuetudine auerti possunt? nisi in chamo & freno maxillæ eorum confringantur, virgaque regantur ferrea? Inter alias autem pœnas corporales quæ clericis inferri solent, pœna mithrationis annumeratur qua etiam aliquando vtuntur ecclesiastici Iudices: hanc quidem corporalem esse dicit Card. consi. 94. incip. hæc est quædam inquisitio. quia continet corporis coertionem, asseritque ad illam incurrẽdam dolum requiri, sicut in alijs corporalibus pœnis. Et vide Ioan. de Ana. in capit. Inquisitionis. colum. 2. de accusation. vbi dicit quod isti qui fustigantur, mithrantur, vel ponũtur ad cathenam, vel quid simile, sunt infames. Venit in super in vsum (in Italia præcipuè) alia quædam corporalis pœna, quã solent puniri clerici, videlicet damnationis ad triremes, cuius pœnæ impositio forsan fundari cœpit ex his quæ notat Innocen. in capitul. Qualiter. el. 2. de accusat. in penultim. column. versic. & sunt. vbi scripsit quod pœna damnationis in metallum non inuenitur sæpe in canonibus posita, sed si imponeretur non retractaretur. Cuius forsan doctrinam sequentes Iudices ecclesiastici & illam pœnam damnationis in metallum imitantes imponunt hanc, ea præcipuè ductiratione, quia certi sunt quod triremium duces traditos sibi ad earum ministerium non patiun-

patiũtur fugere. Potest præterea & hæc pœna fundari in verbis Augustini quæ ad Marcellianum Comitem scripsit, de quibus in capit. 1.23. quæst. 5. vbi intercedendo pro quibusdam clericis qui presbyteros interfecerant & alia grauia cõmiserant, ne eos mortis supplicio puniret, inquit, hoc magis sufficere volum⁹, vt viui & nulla parte corporis truncati, vel ab inquietudine in sana ad sanitatis ocium legum coertione dirigantur, vel à malignis operibus alicui vtili operi deputentur. Quam equidem in clericis, non sacerdotibus, practicandã admitterem dum excessus grauitas postulasset, post quã numerum & temeritatem clericorum tãtum creuisse constat, & detrusionis in monasteriũ pœna (quæ ad eorum emendationem salubrior esset, ac dignitati ordinis honestior) imponi non potest, propter monasteriorum exemptiones. In sacerdotibus autem nec faciendum approbo, a & quod factum fuerit, aliquando reprobare cõpellor. Quis enim meritò non iudicabit indecens sacerdotes Dei (quibus maior dignitas est collata quam Angelis) quantuncunque facinorosos, tam perpetuo ac infami punitionis generi tradi? vbi tanta est sceleratorum hominum copia, tantus squalor, tantus denique omnium erumnarum, ac immundiciarum aceruus, vbi insuper passim damnatos homines, & nudari, & flagella laicorum manibus pati quotidianũ est: nisi in casu quo post degradationẽ sacerdos tradendus effet ad vltimũ supplicium subeundũ seculari curiæ. Et tunc etiã toletabilius crederẽ sacerdotẽ quẽquã post traditionẽ curiæ turpissimo quouis mortis genere (dum tamẽ momentaneo) vitã finire, quã ipsum longo vitæ interuallo cum tot facinorosis hominibus, ac infidelibus sæpius tali quotidiana pœnę torqueri: ꝙ forsam illi⁹ animæ salubrius esset, quia in breui illo vltimo supplicio de commissis dolens deuotius (atquè ob id securius) moreretur. In triremibus autem vitam agendo non solùm de præteritis non est sperandus dolor, sed deteriores mores eos ibidẽ acquisituros. & cum illis morituros verisimili⁹ timeri potest.

a NEc *faciendum approbo.* Adde Martin. Nauarr. in cap. nullam. 18. quæst. 2. numer. 52. quo loco disputat, an liceat iudicibus ecclesiasticis, prælatisvè regularibus, condemnare subditos ad Regias triremes. Tandem de iure videtur asserere non licere, quamuis dicat consuetudinem valere, qua hoc permissum sit. Autor tamen hoc capite hanc consuetudinẽ increpat in sacerdotibus cuius opinio summè placet Iulio Claro in practi. crimin. §. fin. quæstio. 70. versic. frequens est, præterquam si tantũ clericorũ crimina creuissent, eorũ improbitas aliter nõ possit coerceri, dicitque in illo Ducatu Mediola-

nensi dicta pœna passim solita est imponi. Et in Hispania sepissimè imponi pro grauissimis criminibus, non obstante istius Domini Episcopi opinione ipse sum testis.

In Regno Franciæ clerici tã ipũ pœnis iuris Pontificij eõ demnantur.

In regno tamen Fran. seculares magistratus, minimè patiũtur, clericos alijs pœnis quam Sacris Pontificum constitutionibus puniri, ob idq; pœna hæc aduersus clericos minimè imponitur, vt asseuerat Frãc. Duar. lib. 1. de Sacri. Eccles. min. ca. 3. referens damnatum fuisse iudicio Curiæ Cẽtumbiralis Archiepiscopum Biturigum, qui clericos quosdam præfecto triremium tradiderat.

Clericus perpetuo ad triremes cõdẽnatus an prius sit degradandus.

Sed vtrum clericus ad triremes perpetuò damnatus, sit prius actualiter degradandus, mihi sanè videtur asseuerandũ degradandum esse cum idem sit, quandò perpetuò carceri emãcipatur, vt alibi cum authore scripsi igitur idem statuendum est. l. illud. ff ad leg. Aquil. & ità interminis scribit Campegius apud Zanchinũ in tractat. de hæreti. capitul. 20. ad finem versicul. obserua. denique. Quòd licet de iure verum sit, nihilominus tamen cum soleat cum illis aliquando dispensari, præsertim in iudicio inquisitionis ideò non solet clericus ad istas pœnas condemnatus, actualiter sed verualiter tantum degradari vt refert Fran. Pegn. ad Director. inquisit. li. 3. Schol. 65. fol. 185.

Canonicis vel synodalibus.

CAPVT CXLIIII.

1 *Iudex, legitima causa subsistente, potest legis pœnam minuere.*
2 *Si iudex a pœnis in iure statutis recedit, causa in sententia est exprimenda.*
3 *Pœna delicti si in iure scripta non reperiatur, qua pœna tunc sit clericus puniendus.*
4 *Episcopi per statutum possunt easdẽ pœnas clericis imponere, quas leges laicis imponunt, dummodo iure Pontificio contrariæ non sint.*

IN corrigendis enim excessibus clericorum debent Ecclesiastici iudices, Episcopi maximè, aduertere, quid sacrorũ canonum censura disponat, pœnasque iuxta illorum irrogare decreta. Iurant namque Episcopi seruare canones, & periuri sunt, si eos ex contemptu non seruant, vt tradit Panor. in cap. Cùm non liceat. colu. 1. de præscri. & ibi Fel. in c. Ego. de iureiur. Quando autem aliqua iusta 1
subest ex his quas docto. scribunt, propter quas pœnæ de iure ciuili etiã ordinarię moderari possunt, a non dubitandũ a
est iudicẽ ecclesiasticũ posse etiã canonicas pœnas moderari, dum tamẽ hoc faciant in ipsa sentẽtia, propter id quod notanter scripsit Inno. in c. Qualiter. el. 2. in col. fin. de accus. versi. Item nota, quod quando iudex non exprimit pœnam in sententia, sed tantum condemnat de crimine (puta) condẽnote de adulterio tunc non est illius iã pœnã moderari: sed pœ-

na in

na in lege expressa infligitur. vt 2.q.3.§. Notãdum. licet antè moderari posset, vt in c. Omnis. 45. dist. Et per gl. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. in verbo onerasset. Aduertat etiã in hoc Iudex, quod quando ex causa recesserit à pœnis in iure statutis, b debet causam exprimere, b propter magistralem doctrinã doctorum quam scripsi in meis doctrinis. num. 41. in doctrina incip. causa exprimenda est in impressione illarũ parua Lugdunensi, quæ secũda & plenior fuit. Si verò occurrenti delicto nulla reperitur à iure pœna descripta, tunc ad statuta Synodalia propriæ diœcesis recurrendum est. Solent namque boni Præsules aut ius cõmune supplendo delictis pluribus specialem pœnam imponere statutis suis synodalibus, aut idem ius adiuuando (quãdo sic expedit) pœnam à iure impositã aggrauare, quod possunt facere licitè, vt latissimè per Herricũ de Bottis in tracta. de synodo episcopi. in 3. par. art. 1. in conclusione. 13. Deficientibus præterea propriæ diœceseis synodalibus statutis, ad statuta prouincialia recurrendũ est. Quandò verò & illa deessent, aliarũ diœcesium imitari statuta æquissimũ iudico, potiùs quàm proprio duci sensu, vel arbitrio, nisi qualitas temporis, locorum vel personarum aliud suadeat. Si enim alicuius doctoris (quantũuis remotis partibus scribentis) opinionem sequi laudabile iudicatur, quantò magis synodalẽ imitari sententiã, vbi tot sanã solent interesse consilia? At verò vbi canonica vel Synodalis censura non adest, ad ciuilium legum imitationem descẽdere censeo laudabile: quando tamẽ legalis dispositio clericorũ statui, personis ac rebus, proportionabilis est. Illud præterea cõsiderare debent Hispaniæ nostræ ecclesiastici Iudices, vt primùm leges Regias, quãuis ciuile imitentur. Quandoquidem in Regnis Romanorum Imperatorum antiquæ sanctiones rationis solùm non verò legũ sibi vendicant autoritatẽ. c Vnde meritò ab ipsis etiam ecclesiæ iudicibus legibus patriæ postponendæ sunt, vt fuit sententia doctoris de Villadiego in cap. Cõstitutus. de resti. in integrũ. quem refert Ioan. Lupus in repetitio rub. de dona. inter vir. & vxor. fol. 2. column. 1. in fi. licet contrarium teneat Petrus de Rauenna in Alphabeto aureo, in allegationibus, in materia consuetudinum, in colum. 5. versic. Deficiẽte verò. motus. solum per gloss. Consuetudo. 1. distinct. quæ quidem hoc non probat: asserit enim gloss. illa præferendas leges in defectum canonum generali vel particulari consuetudini, non verò Imperiales præferri legibus Regni non recognoscentis Imperatorem. Nec verò quod Iudex ecclesiasticus imitetur pœnas legales in defectum canonum iuri canonico aduersari videtur: cùm liceat Episcopis im-

ponere per ſtatutum ſuum eaſdem pœnas clericis, quas leges vel Principum ſeu populorum ſtatuta imponunt, laicis tale delictum committentibus, dūmodò tales pœnæ non ſint cōtra ius canonicum, vt placuit Ancharra. conſil. 18. in quæſt. colum. 1. & fina. Geminia & Alexand. in cap. Synodum. §. Neque vlla. per illum text. 17. diſtinct. idem Alexand. in cap. Dignum. 3. quæſt. 9. & in cap. Quia iuſta. 5. quæſt. 6. Card. dict. Turrecremata. in dict. ca. Dignum. per illum text. Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. in column. 46. Et hoc nota. de conſtit. Henrri. vbi ſuprà in dict. decimatertia concluſione. verſic. Amplia ſeptimò.

A MOderari poſſunt. Adde gloſ. not. in §. notandū. in verb. voluntati. 2. quæſt. 3. Archi. in capitul. qui bona. column. 6. 17. quæſt. 1. latiſſimè Andræ. Tiraquell. in tract. de pœnit. in præfacti. numer. 16. Iuli. Clar. libr. 5. recep. ſentent. §. fina. quæſtion. 85. verſ. vlteriùs quæro. Menoch. de arbitra. iud. libr. 1. quæſtion. 96.

Iudex inferior ex cauſa pœnam poteſt moderari.

Quam ſanè moderationem, inferiores iudices facere poſſunt, licet nonnulli hoc ſuperioribus tantū permittant, quaſi ſolis ſuperioribus æquitate vti liceat, aut quaſi inferiores ſuperiorum recta iudicia imitari non debeant, aut quaſi inferior vulnus infligere debeat, vt ſit quod à ſuperiori poſſit ſanari, ſed quorſum circuitus, quorſum vulnera vt medico indigeas, huiuſmodi ſanè moderationis æquitas non eſt cōtra leges, nec Sacras conſtitutiones, ſed illis conformis, vnde nulla ratio excogitari poteſt propter quam inferioribus iudicibus ſit interdicta.

Cauſam exprimere. Adde quod nec in hoc caſu ſolùm, ſed ſemper aliàs, cum ex cauſa iudex à iure communi recedit, debet eam cauſam adſcribere per text. nota. in l. ſciendum. ff. de appella. quem ad hoc allegat Lucas de Pen. in l. 1. col. 1. in fine C. de qui non imple. ſtip. Sac. Sol. ſunt. libr. 10. Abb. in cap. ſicut. column. 2. vbi Fælin. column. 9. de re iudi. tradit ante eos Ioan. Andr. in addi. ad Specul. tit. de ſentent. & quæ ipſam ſequen. §. qualiter. verſi. verum. per text. in capit. calumniam. de pœnis & in §. oportet. in authen. de iudi. Quod autem intelligendum eſt procedere ad ipſius iudicis excuſationem, non autē ad ſententiæ firmitatem, nam ſi ſine cauſa facit, lex ſupplet id quod deeſt, l. 4. §. Si quis condemnatus. ff. de re iudi. ita dicit Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notātur imſam. Sali. in l. properādum. §. illo procul dubio. C. de iudi. vbi Alexand. & quod ipſa cauſa non ſit hoc caſu ad validitatem ſententiæ exprimēda aſſerit Bar. in l. relegatorū. §. ad tempus. in fin. ff. de interdi. & relega. & in dict. §. pœna grauior, col. 2. vbi Alberi. Bar. in l.

B *Iudex quādo à iure cōmuni recedit, debet eam cauſam adſcribere per text. nota. in l. ſciendum. ff. de appella. quem ad hoc allegat Lucas de Pen. in l. 1. col. 1. in fine C. de qui non imple. ſtip. Sac. Sol. ſunt. libr. 10. Abb. in cap. ſicut. column. 2. vbi Fælin. column. 9. de re iudi. tradit ante eos Ioan. Andr. in addi. ad Specul. tit. de ſentent. & quæ ipſam ſequen. §. qualiter. verſi. verum. per text. in capit. calumniam. de pœnis & in §. oportet. in authen. de iudi. Quod autem intelligendum eſt procedere ad ipſius iudicis excuſationem, non autē ad ſententiæ firmitatem, nam ſi ſine cauſa facit, lex ſupplet id quod deeſt, l. 4. §. Si quis condemnatus. ff. de re iudi. ita dicit Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notātur imſam. Sali. in l. properādum. §. illo procul dubio. C. de iudi. vbi Alexand. & quod ipſa cauſa non ſit hoc caſu ad validitatem ſententiæ exprimēda aſſerit Bar. in l. relegatorū. §. ad tempus. in fin. ff. de interdi. & relega. & in dict. §. pœna grauior, col. 2. vbi Alberi. Bar. in l.*

Hiſpanie legū autoritate parent.

Iudex cauſa ſententiæ exprimere.

Iudicum Regnorū Commune appellatur.

in l. quod ad ſtatum. ff. de pęn. Fel. latè in dict. cap. ſicut. col. 10. Eſt tamē notandum quod etiam caſu ſuprà cōſtituto ſufficit ſi iudex in ipſa ſententia aſſeueret, ex iuſtis & rationabilibus cauſis, animū ſuum mouentibus id feciſſe, abſq; eo ꝙ in ſententia cauſam ipſam exprimat. quam ſententiam communem eſſe teſtatur Iul. Clar. in dict. verſic. vlterius quæro. Mench. de controuerſ. illuſt. cap. 14. num. 5.

Iudex quādo à iure cōmuni recedit ex cauſa ab illam in ſententia tenetur exprimere.

Cæſarū leges in Hiſpania legis autoritate parent.

Autoritatem. Adde Bald. in cap. 1. §. iniuria alias furtum. colum. 5. de pace iuram. fir. in vſib. feud. Pari. de Puteo intra Sind. in verb. teſtis. ca. 2. incip. fui rogatus ad finem. Bald. in l. nemo. in princ. C. de Siccar. Vnde Oldra. conſil. 69. ſcribit Hiſpanos olim conſtituiſſe ꝙ quicunque leges Cæſareas in iudicio allegaret, capite puniretur, idem commemorāt Vincent. & Ioan. Andræ. in capit. ſuper Specul. de magiſt. Ob quam cauſam Policrates lib. 8. cap. 22. ad fin. teſtatur temporibus Regis ſ Stephani expulſas omninò fuiſſe leges Romanas à Regno, cōſtitutumque fuiſſe, ne qnis libros legeſue Cæſareas retineret.

Iudex ecclesiaſtics in Regnis iure Canonico deficiente ad ius Regni, & nō ciuile conuenit.

Meritò igitur Pontificio deficiente ad Regias leges recurrēdum eſt. Item deficiente iure Regio ad ius canonicū in ſubſidium, non ad ius ciuile deueniendum eſt, vt tenet Gundi. à Villadiego & Ioan. Lup. in locis ab autore hic allegatis & Caſtillo in dict. l. 1. Tauri in verbo, *Primeramente*. Mich. *de fugere Cifuentes*, in l. 3. quæſtio. 1. in in eiſdem Taurinis conſtitutionibus Didac Perez. in proœm. ordin. quæſt. 3.

Iuris Regnorū commune appellatur.

Ius autem regni dicitur ius commune, vt aſſerit Dida. Segura in repeti. l. cohæred. §. cū filiæ. num. 19. ff. de vulgar. & pupil. l. 5. tit. 4. lib. 1. ordi. l. 4. tit. 12. eod. lib. ibi, *De los derechos comunes de nueſtros Reynos*. l. 2. & ibi doctor *del Caſtillo*, inlegibus Tauri.

Conſuetudiuarijs.

CAPVT, CXLV.

1 Iudex in ferendis pœnis delinquentibus conſuetudines debet obſeruare.

CVm iuris appellatione, 1
conſuetudines etiam legitimas cōprehendi a nemo am- a
bigat, facilè erit eccleſiaſticis iudicibus perſuadere, quod in ferendis pœnis delinquentibus non modò iura, verum etiam conſuetudines debeat obſeruare. b Quæ quidem etiam in pę- b
nalibus cōſiderādæ ſunt, vbi nō eſt pœna decreta, ſed arbitrio iudicis relicta, vt placuit glo. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Vnde dicit Bald. in l. quicunq; C. de ſer. fugit. quod id, quod eſt in pœnis conſuetum, dicitur neceſſarium, & non arbitrarium. Et vide Fel. in c. de cauſis de offi. deleg. 1. col. allegantē tex. in l. Si quis reus. ff. de cuſt. reor. ad hoc ꝙ conſuetudo tollit pęnā arbi-

arbitrariam, vbi per ipsam est limitata pœna. & refer. Anton. & Abb. idē tenentes, & allegat. gloss. in l. Si Barsatoram. C. de fide ius. Per hoc tamen non est iudicibus iudulgendum, vt neglectis ordinarijs pœnis, & à iure statutis, quibusdam prauis consuetudinibus (à negligentibus, & iustitiæ zelo carentibus iudicibus introductis) adhæreant, quibus quidem quæ grauia sunt delicta, leuiter puniri solent, quasi iam sacrorum canonum disciplina, contraria quauis consuetudine abrogata sit. Quomodò enim tepiditas aut remissio modernorum, & sæpius imperitorum iudicum sanctum illum antiquorum Patrum zelum (quo plura statuerunt ad frenandos clericorum excessus, & eorum mores reformandos) abrogabitur? Facilè enim totius Ecclesiæ diuinitus inspiratus ordo cõfunderetur, si Prælatorum, aut iudicum ignauia seu negligẽtia posset Ecclesiæ gladium hebetare, Assurgat potius ecclesiasticorum iudicum animus (si pius est) ad considerandum quid sacri canones iubeant, quid verè recti ac boni iudices illos exequẽdo, seruauerint, quàm quod ignaui & imperiti iudices faciũt muneribus, aut pręcibus excæcati, seu tepiditate corrupti in dispendium ecclesiasticæ censuræ.

Iurisdictio appellatione consuetudo comprehẽditur, quod multis probatur

COmprehendi. Adde gloss. iuncto text. in l. præscriptione in verbo, iuris. vbi doctores omnes C. si contra ius vel vtili. publi. Inno. in c. certificari. de sepultu. vbi in ea est sententia, quod qui petit quartam quæ ad eum spectat, intelligitur non solum de iure communi, sed etiam statutario, vel consuetudinario. Sequitur Ias. in l. de quibus. num. 82. ff. de legibus. Consuetudo equidem ius dicitur cap. consuetudo. 1. dist. Adde etiam Bald. in tit. de pace Constan. col. 9. vbi scribit, quod consuetudines locales quoad ipsum locum, dicuntur ius commune. Vnde eleganter dicit Paul. de Castro in d l. præscriptione. col. 4. Quod si partes fecerunt compromissum in arbitros, vel arbitratores, data eis potestate procedendi, de iure, & de facto, sed pronũciandi de iure tantum, intelligitur non solum de iure communi, sed etiam de statutario. Et sicut iudex debet reijcere libellũ, qui continet errorem iuris, ità debet expernere libellum, qui est conceptus, contra consuetudinem. gloss. in dict. l. de quibus. in ver. diuturna. vbi Ang. & Ias. sequuti sunt idem ipsi tradiderunt. in l. 1. ff. de offic. assess. sic iuris appellatio verificatur in iure municipali. Soci. cons. 81. volu. 1. Cur. Seni. cons. 46. numer. 16. Caro Rui. consi. 51. numer. 20. volum. 1. quam esse communem sententiam fatetur Gerar. Marzo. consi. 53. numer. 32.

Debeant obseruare. Adde glo. not. in l. hodie. ff. de pœn. & in l. & si Seuerior. & ibi Bald. col. 2. C. ex quib. causi. infam. irro-

In pœnis imponendis consuetudo obseruanda est.

ge. vbi dicit, quòd in pœna arbitraria

bitraria considerare debemus consuetudinē, quam qui transgreditur, dicitur transgredi modum Bart. in l. pen. §. ad crimē. coll. 1. versic. quæro dicitur hic ff. de public. iudi. vbi Imo. coll. 11. affirmat, quod quando consuetum est imponi aliquā pœnam pro delicto, & Iudex eam excesserit potest peti sententiam reduci ad arbitrium boni viri. Bart. in l. vlti. post prin. versic. in crimini. ff. de priua. delict. vbi asserit, quòd in actione iniuriarum, & in alijs in quibus non est certa pœna statuta, illa censetur ordinaria, quam consuetudo taxauit. Huc quoque vergit, quod scribit Bald. in rubr. de offici. deleg. quòd si iudex excedit modum in puniendo, vltra quam sit consuetum, vel alias non seruet consuetudinem, potest ab eo appellari. Nec longè abest, quod ab eodem Bald. memoriæ proditum est, in l. quicūque col. penul. versi. scias autem. C. de ser. fugiti. nempè nō esse arbitrarium, quod est consuetum. & quia res hæc latius patet, vide latè Anton. Imo. Abb. & Deci. & omnes in capitul. de causis. de offici. deleg. Andræ. Tiraquel. in tractat. de pœnis in præfati. numer. 4.

Arbitrarijs puniri.

CAPVT, CXLVII.

1 *Vbi pœna à iure statuta non est, arbitrio iudicis imponitur.*

2 *Traduntur multa quæ in arbitrarijs pœnis infligendis à iudicibus sunt obseruanda.*

3 *Estimatio damni illati ictu, vel vulnere, qualiter per iudicem sit facienda.*

4 *Iudex, an arbitrium suum ad mortē vsque extendere possit.*

CVm generaliter vbi pœna 1
à iure statuta non est, Iudex possit illam ex arbitrio imponere. a hoc præcipuè in pœnis inferendis clericis, sibi vendicare debebit: cùm non tam specificè omnibus clericorum excessibus statutæ pœnę leguntur. Vnde tunc dicit Innocen. in capit. Qualiter. el. 2. in column. fin. versi Item not. de accusatio quòd est procedēdum de similibus ad similia, vel quod imponeretur minor pœna. In arbitrandis tamē huiusmodi pœnis discretus iudex plura debet considerare, b videlicet delinquentis conditionem, & an soleat delicta sæpius perpetrare, an casu ceciderit, vilis, an honesta persona sit, doctus an indoctus, sacerdos an alterius ordinis, lubēs an coactus, lacessitus vel non deliquerit. Et an fuerit scandalum ortum ex delicto vel ne. Attendere præterea debebit qualitatem loci delicti, grauius ne iudicetur delictum in regno vel loco illo, quàm alibi, in foro, Ecclesia, aut loco deserto, priuata via siue domo. Delicti in super diuturnitatem seu grauitatem, ac irrogatæ iniuriæ modum & atrocitatem, ant damni dati magnitudinem examinare conueniet, nocte, aut

a 2

b

aut die, armis aut sine eis, præcedentibus insidijs, aut aperto marte commissum fuerit delictum, per solum clericum, aut cum complicibus. Personæ insuper offensæ qualitates nimiũ ponderandæ sunt, cum ipsę sint quæ augere vel minuere soleãt quodcunque facinus: videlicet, an vilis fuerit offensus, vel dignitate præditus, æqualis conditionis an potestate, & autoritate superior, laicus an clericus, siue religiosus, senex an iuuenis, amicus aut inimicus, necessarius an extraneus, vir aut fœmina. Nec indecens præter ea erit, temporis commissi criminis habere rationem, sacris videlicet an festis diebus, an alijs, inducijs stantibus aut non, 3 scelus fuerit admissum. Quoties præterea per ecclesiasticum iudicem taxandum venerit dãnum illatum alicui ictu, vel vulnere per clericum, vt debita satisfactio fiat. In memoriam iudicis obsecro veniant verba notanda Iurisconsulti in. l. fin. ff de his qui deice. vel effude. quæ quidem tanquam in proposito satis vtilia transcribere libuit. [Cùm liberi hominis corpus læsum fuerit, iudex computat mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia quæ in curatione facta sunt. Præterea operarum quibus caruit, aut carituras est, ob id quod inutilis factus est. Cicatricum autẽ aut deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberũ corpus nullã recipit æstimationẽ. Quamuis hoc q de cicatricibus lex statuit limitandum crederem, nisi in facie vulnerati remaneãt: quia tunc de illis considerationem existimo maximam habẽdam esse. Quis enim dubitat maiorem iniuriam intulisse clericũ, læso, si ex vulnere cicatrix magna in facie remaneat, quam si leuis aut nulla? meritoque ob id ad pleniorem satisfactionẽ, vulnerantem compellendum. c Neque aliud arbitror sensisse c Iurisconsultum in dict. l. cum illa æstimationem cicatricum aut deformitatis faciendã prohibere videtur, quia si membrũ est saluum, cicatrices damnum non inferunt. non verò vetat quin ex hoc iniuria possit atrocior iudicari, & maior iniungi satisfactio delinquenti. Quibus omnibus liberrimo animo per iudicem circunspectis, quantum doli seu malitiæ fuerit in crimine facilè erit intelligere, & sic condigna pœna punire nocentes debet, vt nec ipsi rei qui iustitiæ seueritatẽ experiũtur, de eius excessu possint iustè conqueri, nec alij qui zelo æstuãt. ac iustitiam esuriunt, tenuitatem pœnæ reprehendant eiusque timore neminem à similibus crimimibus arceri audeant proclamare. Vnum insuper in hac materia inferri posse (& non temerariè) censerem, videlicet quòd cùm Ciuilis Magistratus in casu quo pœna cõmittitur arbitrio suo posset mortis etiã pœnã infligere: d vt d vult glo. singularis in §. in summa. inst. de iniur. quã dicit singu. Ab. in ca. cum. T. de re iud.

in 1.

in 1. colum & quam sequitur Bald. in cap. 1. in §. iniuria. de pa. iura. firman. & in l. 1. C. de his qui latro occul. & Ioan. de Anan. in capit. Inquisitionis. in fin. de accusa. quod pari modo & Ecclesiæ Censores poterunt præmissis consideratis ad depositionis & carceris perpetui pœnam procedere ex arbitrio.

A *Imponere.* Adde text. in l. hodie. ff. de pœnis text. in l. 1. §. expillatores. versi. id circo ff. de effractori. & expilla. & in l. lex. Iulia. § hodie. ff. ad leg. Iuli. repe. & in l. 2. de crimin. Stelli.

B *Considerare.* Adde multaquè in his arbitrarijs pœnis infligendis à iudicibus sunt considerandaquæ piè, & doctè scribit Anton. Gom. lib. 3. variar. cap. 6. num. 7. Quæ verò attendere debeant Prælati in suorum subditorũ correctione explicãtur in sacro Concilio Tridente. Sessio. 13. cap. 1. de reform Vbi miro compendio, norma quæ in his seruari debeat ità scribitur. [Admonendos esse iudices (inquit) vt se pastores non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, vt non eis dominentur, sed illos tanquam filios, & fratres diligant, elaborentque, vt hortando & monendo ab illicitis deterreant, nec vbi deliquerint, debitis pœnis eos coercere cogantur. Quos tamẽ si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis seruanda præceptio, vt illos arguãt, obsecrẽt, increpent, in omni bonitate & pacientia, cùm sæpe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quã austeritas: plus exhortatio quã comminatio: plus charitas, quã potestas. Sin autẽ ob delicti grauitatem, virga opus fuerit tunc cum mansuetudine rigor, cũ misericordia iudiciũ, cum benignitatẽ seueritas adhibenda est.] Hactenus Sacrum Conciliũ. Et licet in imponendis his pœnis arbitrarijs sit æquitas à iudicibus amplectẽda ea non à capite vel imaginaria esse debet sed à iure regulanda vt eleganter scribit Bal. in rub. C. decos tit. pecu. Roman. consil. 149. Carol. Molin. in cõsuetudi. Parisi. tit. 1. § 41. num. 86. & ad id conducit text. expressus in l. bona fides ff. deposit.

Compellendum. Adde eundem Anton. Gom. in dict. cap. 6. qui opinionem istius autoris sequutus fuit eo tamen non allegato. C

Infligere. Adde Ange. & Plate. in. §. in Summa. Institu. de iniur. & multos quos allegat Boer. decission. 254. & latissimè Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæstion. libr. 1. quæstion. 86. & opinionem istam communem esse testatur Barba. cõsil. 32. in fine. volum. 2. & consil. 11. nume. 1. vol. 1. Dec. in ca. ex literis. numer. 14. de consti. communem etiam esse testatur Maran. de ordi. iudi. 4. par. 1. diuisi. iudi. nu. 52. Iacob. Boul. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pen. Alciat. consi. 472. in fine, eandem communiorem & ve- D

In pœnis arbitrarijs vtrum Iudex pœnã mortis possit infligere.

& veriorem esse fatetur nouissimè Ioan. Graciam. (vir benè eruditus) regul. & fallen. reg. 44. in prin. & secũdum eam iudicatum fuisse in parlamento Parisiensi testatur Papo. lib. 24. tit. 10. Arrest. 2. & pro hac opinione solet allegari text. in l. sacrilegij in prin. ff. ad leg. Iuli. pecul. & in l. sacularij. §. sunt quædam. ff. de extraordin. crimi. & in l. qui cum natu maior §. si tamen quis. ff. de bon. libr. l. Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iuli. repet. Quamuis quibusdã hæc opinio displicuerit, qui nõ ità censent indulgendum esse iudicis arbitrio, vt ad mortẽ extendi patiantur, ità videtur significasse (suboscurè tamẽ) glos. in capit. Inquisitionis. de accusationi. & hanc opinionem sequuti sunt Ias. num. 4. & Dec. num. 9. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. omni. iudi. & dicunt cõtrariam communiter reprobari atque idẽ asserunt Thom. Gramm. consi. crimin. 48. num. 2. Matt. de Afflict. decisi. Neapolit. 276. num. 6. Carre in l. 2. 3 parte. homicidij nume. 108. quorum appella. non recipi. Chassa. in consuetudin. Burg. rub. 1. §. 5. in verbo, *Albitrage*. Petrus de Soci. inter consi. crimen. diuer. doctor. cõsi. 98. nu. 13. lib. 1. Carauita super. 41. ritu Magnæ Curiæ num. 15. Villapando. in l. 22. capit. 9. num. 4. & opinio hæc est magis tutior, & ea ratione asseuerat, nõ esse ab ea recedẽdum in iudicando. & consulendo. testatur Iul. Clar. libr. 5. recep. sententen §. fin. quæst. 83. versic. sed quæro vbi eam dicit communem. eamque sequitur Alphonsus à Castro libr. 1. de lege pœna capit. 6. pro qua solet aduci tex. in l. 1. ff. de fur. bal. Sed primam opinionem magis communem esse scribit Rob. Maran. in dispu. 3. num. 14. quam sequendam censent cum nonnullis limitationibus. quas ibi scribit: licet ipse dicat, quòd cũ hæc quæstio sit multum dubia Cæsarea decisione opus erat: & vide Anton. Gome. lib. 3. vari. resolu. capit. 6. num. 8. Ego autem opinionem vltimam magis veram, & magis communẽ esse censeo. Et quamuis prima opinio gloss. vera foret, esset intelligenda, vt locum haberet, modo qualitas delicti & circunstantiarum sit talis quod de iure communi vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda alias secùs ità gloss. illam declarat dicens sic cõmuniter limitari Afflict. super secunda parte consti. Scili. rub. 10. numer. 22. & opinionem hanc dicit communem Alex. consil. 121. in fin. libr. 7. quem refert Aymon consil. 220 numer. 14. & confess. 224. numer. Dec. in d. capit. ex literis. Gramm. consi. 39. post numer. 8. & cum hac gloss. declaratione transit. Ioan. Gracian. vbi suprà allegaui quem post hæc scripta legi.

Aliquo

Aliquo lapsu temporis non obstante.

CAPVT, CXLVII.

1 Delicta an iure canonico præscribantur.

1 AN clericorũ delicta præscribãtur terminis in legibus præfixis, vt lapsis illis non possint accusari, vel puniri? Dicendum est, quod secundum canones, tempore non tolluntur crimina, vt probatur ex glo. in cap. admonere. 33. quæst. 2. in verbo, pœnitentia. not. Specu. in tit. de senten. §. quoniam col. 4. vers. & notã secundum canones, qui declarat hoc procedere matrimonio, & alijs spiritualibus, in quibus periculum animæ vertitur, & præscriptio

2 locũ habere non potest: a quod dictum pro singula. ponit Roma. singula. 182. Tuscis. vbi hoc simpliter sequitur. Idẽ notat Bald. in l. 1. in 17. col. vers. Nota tamen. C. qui accusa. vbi dicit quod in pœnis spiritualibus nulla cadit præscriptio. Idẽ Ange. in l. Diuus. ff. de re iud. & secundum Abb. post Ant. in cap. licet. de probat. illud procedit generaliter in foro pœnitentiali. Idem dicit Abb. in ca. Cum haberet. col. 1. de eo qui duxit in matrimonium. vide tamen distinctionem. Abb. in cap. fin. in princ. de purgatio. canon. videlicet quod quoad indicendam purgationem, vel quoad procedendum cõtra infamatum, per inquisitionem, non habetur respectus ad tempora præfixa de iure ciuili: Accusatio verò directa quæ instituitur ad pœnam infligendam restringitur ad terminos iuris ciuilis, cum contrarium non reperiatur de iure Canonico: cuius distinctionem videtur sequi Decius in dicto capit. licet. in colum. 15. versic. postremò notandum. dum simpliciter se remittit ad suam distinctionẽ. Aduerte tamen quod aliter distinguit, idem Abb. in cap. licet de probation. in colum. 10. versi. Quoad secundum. videlicet quod in criminibus impedientibus ordinis executionem, vel retentionem beneficij, etiam post peractam pœnitentiam, non obstat præscriptio temporis: quia in accusationibus talium delictorum deuiamus à regulis iuris. In alijs verò non sic impedientibus, tolletur directa accusatio tempore præfixo à iure ciuili, b q b sequitur ibi Felin. column. 19. versic. Et aduerte. referendo etiam Anton. & Imo. Quam etiam distinctionem refert & sequitur Stephan. Aufre. in additionibus ad Decisiones Cappellæ Tholosanæ, in quæstion. 188. incip. Item fuit quæsitum. qui solùm refert Siculum in di. cap. licet. eam facientem.

Non potest. Adde Nic Boe- A
ri. decisi. 26. Franc Bal. in tracta. præscrip. 4. par. prin. quæst. 2. lim. Aug. Bero. in cap. licet causam. de probat. Fel. in cap. cum à nobis. circa finẽ. de præscrip. Aymon. Sauil. in tracta. de antiquita. tempor. 4. part.

fol. 170. n. 88. Mart. Nauar. in ca. consideret. nu. 127. de pœn. distinct. 5. Aegi. Bossi. in tract. delictor. tit. de accusa. numer. 30. pag. 100.

B Iure ciuili. Adde Iul. Clar. in pract. crimi. §. fin. quæsti. 51.

Deficiente verò legitima probatione, ob vulgatam infamiam, graue scandalum, vehementem suspicionem, ex testium dictis obortam purgationem indici.

CAPVT. CXLVIII.

1 *Purgatio accusatore apparente indici non debet.*
2 *Purgatio indici potest quando Fiscalis accusat.*
3 *Purgatio canonica iudicis arbitrio relicta est.*
4 *Compurgatores, qui sint fide catholici & vita probi, sunt adhibendi.*
5 *Compurgatores iurare tenentur.*
6 *Quando illi, qui sunt eiusdem ordinis fuerint inimici, vel infamati, non admittuntur ad purgationē, sed alij.*
7 *Si purgandus est pauper, vel extraneus, & cōpurgatores clerici desunt, an laici & fœminæ admittantur.*
8 *Infamatus iste iudicandus non est, quem dicta paucorum infamāt, si opinio eius apud bonos viros læsa non est.*
9 *Infamia si orta sit à malevolis hoc non procurantibus, an indici possit.*
10 *Quando quis est soli Episcopo suspectus, vel alteri superiori, an purgatio indici possit.*
11 *Accusari an possit quis de eodem crimine, de quo fuit purgatus.*
12 *Diffamatio de delicto, propter aliquos actus extrinsecos, non indicitur purgatio.*
13 *Traduntur multa quæ in hac purgationis materia à iudicibus sunt precauenda.*

IN prisci illis ecclesiæ catholicæ temporibus tanta erat sanctis patribus honestatis cura vt ne dum in clericis aperta crimina non tolerabāt, sed neque suspicionem seu infamiam criminis sustinere volebant. Vnde sicut sacris sanctionibus, delinquentibus (quorum crimina probari poterāt) pœnas statuerunt, sic illis, contra quos de crimine infamia, aut graue scādalum seu vehemens suspicio surgebat, purgationem canonicam indicendā decreuerunt. Cuius quidem diffinitiones varias, quia Hostien. scribit in sua summa, de purga. canon. in §. 1. ideo illas transcribere nolo. In qua quidem aduertendum est, quod licet verum sit quod accusatore apparente non debet indici purgatio infamato, vt probat tex. & ibi notat Ab. in ca. 2. de purgatio. can. quia ista purgatio est subsidiaria, tamen in casu nostro quando fiscalis accusat, qui succedit in loco iudicis, vt suprà tradidimus crederem posse indici purgationem infamato ad eius petitionem. Quæ quidem purgatio canonica arbitrio iudicis relicta est, vt in cap. Significasti. de adult. & in cap. Inquisitionis. §. quæsiuisti. de accusat. faciēda tamen cum personis

sonis eiusdem ordinis quem purgandus habet, vt in cap. ex tuarum. & in cap. Inter sollicitudines. de purg. cano. Compurgatores autem debent esse fide catholici, vita purgati, & qui conuersationem purgandi clerici non tam moderno tempore, quam transacto nouerint vt in dict. cap. Inter solicitudines. Qui tamē compurgatores iurare debent de credulitate, vt in ca. De testibus. eo.tit. Qualiter insuper iurare debeāt purgandus & compurgatores, vide Hostī. vbi suprà, in §. qualiter fieri debeat. per quem etiam vide quotus debet esse numerus compurgatorum, & quales illi, in duobus §. sequentibus. Si verò illi, qui sunt eiusdem ordinis, fuerint inimici, infamati, admittuntur alij, vt in capitu. Cum in iuuentute. de purg. cano. imò propter hanc causam potest reus cum laicis & fœminis purgari, vt in glos. fin. illius text. & probat etiam glos. in cap. clerici. 81. distin. & in cap. In decima. 18. quæ. 2. Et vide Abb. in cap. inter. de purg. cano. fin. verbis. Vbi etiam dicit quod si purgandus est pauper seu extraneus, ita q̄ non habeat notos in ciuitate, & ideò desunt compurgatores clerici, quod tunc admittuntur laici, & etiā fœminæ: & quod si etiam laici deficerent ex hac causa, quod credendum est soli suo iuramento, & vltra suprà dicta alleget, glos. not. in cap. Cum P. de accusa. Aduerte tamen quod in quantum dicit quod paupertas facit admitti laicos & fœminas, quod hoc non videtur iure procedere: quid enim nocet clerico paupertas vt sit notus in propria patria, & sic bonæ opinionis pœnes suos conclericos, si ille suis operibus aliud non promoretur? Infamatus verò ille iudicandus non est, quem dicta paucorum infamant, si eius opinio apud bonos & graues læsa non existit, vt in dict. §. quæsiuisti. vbi Ab. bene distinguit quando requiratur maior pars ciuitatis vel vicinię ad hoc vt aliquis dicatur infamatus, inspecta qualitate loci & personarum: cuius verba transcribere nolo. Infamia autem si sit simplex absque scandalo, & originē habuit à maleuolis procurantibus, tunc purgatio canonica non indicitur, vt in ca. Cum in iuuentute. §. Nos autē de purg. cano. & ita concludit Areti. in cap. At si clerici. de iudi. cuius cōclusionem sequitur Deci. ibi, in 6. colum. vers. Secunda conclusio. Si verò infamia sit orta à maleuolis hoc non procurantibus, purgatio potest indici. ita concludit Aret. vbi suprà per text. in capi. Presbyter si à plebe. 2. quæst. 5. & in dict. cap. Inter solicitudines. Sed Deci. in dict. colu. 6. dicit quod Moder. tenent contra Aret. & respondet ad dicta duo iura, in quibus se fundat Aret. Postea tamē pro opinione Aret. allegat tex. in c. Accedens. de purg. can. & respōdet ad ç. Qualiter & quando. el. 2.

qui text. allegatur contra Areti. & tandem dicit concludẽdo quod hoc est in facultate superioris. Aduerte præterea vltra eos, quòd licet sit orta à maleuolis, si est scandalosa, & potest sedari per purgationem, tunc indicenda est purgatio ita concludit Abba. sic intelligendo gloss. ibi. in c. Qualiter & quando. el. 2 de accusa. in penul. co-
4 lum. Quando verò quis esset suspectus soli Episcopo, vel alteri superiori suo, & suspicio est probabilis, poterit indici purgatio: & idem est, si est suspectus alijs, & suspicio est probabilis & tãta vt inducat scandalum, vt per Abb. ibi An. autem possit quis accusari de eodem crimine de quo fuit purgatus, vide Host. vbi supra. §. An purgantes. singularius per Abb. in c. extuarum. in fi. de purg. can. vbi facit notabi. dist. capiendo veriores opiniones.
12 Itẽ nota in isto proposito quòd vbi aliquis est diffamatus de delicto propter aliquos actus extrinsecos, quod tali nõ inditur purgatio canonica, sed monetur vt ab alijs actibus desistat quando pro diffamato est aliqua præsumptio quod non versatur in delicto propter fœdus naturale. probat istam conclusionem text. in cap quorundam. 34. dist. quę ibi ad hoc notat Præpo. ad limitationẽ text.
13 in c. presbyter. 2. q. & c. Si malè famæ. In ista tamen materia infamiæ summè debent aduertere Iudices: nam infamia sæpe fallax est, vt inquit Panor. in cap. Cum super. in fi. de confess. Cùm iuxta sentẽtiam diui Bernardi in epistola de perfectione vitæ. [Sæpe fallitur humana suspicio. Accidit namq; sæpissimè q; temerarij quidam homines, ac ab omni pietate & religione Christiana alieni, ex leuibus coniecturis seu signis, grauia quidẽ & enormia scelera suspicari ac asseuerare audent in magnum suarũ animarum, ac alieni honoris & famæ dispendiũ. Est prẽterea aliud scleratissimorum hominũ, genus quorũ (ad virtutis exterminiũ) Sathan ipse vtitur ministerio, qui virtuti inuident ac insidiantur, quando in claris viris illam intuentur, & quasi eius splendore excæcati, dum suis noctuarum oculis mederi debe rent, virtutis lucem potiùs obnubilant, falsorum crim inum pulucrem ac nebulam spargendo, dumque bonorum hominũ splendorem obtenebrant, illos suæ veræ ac apertæ nequitiæ quasi iam pares feciſſe lætantur. Vulgus autem reliquũ ignobile, rumorum auditor lubens, ac susciator & conseruator strenuus, non modò similia credit, sed multiplicat: vnde sæpius quos imitari deberet ac venerari nedum contemnit, sed persequitur: ipsique insensati vitam illorum existimant insaniam, & finem illorũ sine honore. Hac igitur dæmonum & prauorum hominum intellecta versutia (quam sæpius experiri cõtingit) curare debent semper prudẽtes Iudices, vt deprauatæ

alicuius

alicuius (in reliquis maximè rebus probi viri) famæ originē quærant, ac inueſtigēt: ne veluti infelix ille præfectus Pilatus, populi clamoribus permoti innocentē virum carceribus affligant, aut pœnis afficiant. Si enim innocentis viri ſanguis à priuato homine quodāmodo prouocato effuſus clamare ſolet ad Deum, quid num etiā innocentis hominis honor (ipſo ſanguine precioſior) contrà incautū, & temerariū iudicē, qui poteſtate diuina abutens, quod tueri debebat, viros innocuos lædit, omnibus horis proclamauit. Vnum inſuper non omittendum eſt in propoſito, quòd licet iudex quando ex officio procedit, & crimē nō probatur, ſi infamia remanet poſſit indicere purgationem, hoc tamen non tenetur facere ad petitionē promotoris inquiſitionis. ita notat Præpo. in capitul. De accuſatione. 2. q. 8. col. 39. verſi. Sexta differen. quòd ego intelligerem in promotore qui ſe obtulit ſpontè, non verò in promotore dato ab ipſo iudice, qualis eſt fundator huius noſtræ denunciationis: & hęc differētia probatur optimè ex his quæ ſuprà dixi in parte promotor ſeu fiſcalis.

ANNOTATIO.

Purgatio Canonica apud antiquos in ſumma vtilitate & honore fuit ſanctiſſima

ADde quod antiquitus Canonica purgatio in ſumma vtilitatę, & honore fuit cōſtituta ità, vt multi Summi Pōtifices de grauioribus criminibus diffamati, quāuis à nemine iudicari poſſent, ad remouēdum tamē ſubditorū ſcandalū, ſolēniter ſe purgare dedignati non ſunt. Sic Damaſius, Paſchalis primus Simmachus publicè purgati ſunt ſic Gregorius Septimus corā Hērrico quartò Pelagius Primus corā Narſete expurgati publicè fuerunt, quòd in annalibus Romanorū Pontificum videre licet apud Platinam, & apud Campenſem lib. 6. Hierar. Eccle. c. 17. Brunū lib. 4. de hæreti. c. 11. Et pro totius capitis materia vide quæ elegāter, & doctiſſimè ſcribit Iacob. Septi. in illis æruditiſſimis Catho. inſtit. capit. 54. & nouiſſimè Hieronym. Gab. conſil. 160. volumn. 1. Sylueſt. in ſumma. in verbo. purgatio. Compegius ad Zanchinum. cap. 11. Villadie. de hæret. quæſtio. 15. num. 11. Directo. inquiſi. 3. par. in 2. modo proceſſum fidei terminan. Franc. Pegū. in Scho. 11. qui diligēter materiam canonicæ purgationis tractant.

Canonica purgatione rarò hodie vtēdum eſt,

Illud verò circà caput hoc notabis quòd non facilè per Iudices Eccleſiaſticos Canoni ca purgatio inducenda eſt, cum fragilis, fallax, & incerta ſit eo quod ab hominum iudicio dependeat. Quòd in cauſis fidei Madriliana inſtructione. capit. 17. his verbis diffinitum eſt. [Ob malitiam humanam purgatio canonica, periculoſiſſimum eſt remedium, præſertim his temporibus. Ideoque non multum eſt in vſu, quare illo vtendum rarò, & cum magna cauſa.

In qua si defecerint vti cõuictos puniri.

CAPVT CXLVIIII.

1 *Deficiens in purgatione, punitur vt conuictus.*

2 *Absens de crimine infamatus, citatus peremptorio præfixo ad se purgãdum, si purgationem intra illum terminum non præstitit, habetur pro conuicto.*

3 *Traditur germana ratio, propter quã in purgatione deficiens, vt conuictus punitur.*

4 *Clericus propter purgationis defectũ degradatus & traditus curiæ seculari ordinariã criminis pœnã puniri non potest.*

5 *Purgatio canonica hodie raro inducitur.*

VT autem curæ sit clericis prouidere bona corã Deo & hominibus, & habere bonũ testimonium ab his quæ foris sunt, statuerunt canonica iura hac lege indicendam purgationem, quod si quis in illa defecerit, puniatur vt conuictus: a vt probatur in cap. De hoc. de simo. quod intelligesecundum modum agendi qui præcessit, probat text. ibi notat Abb. in . nota. in ca. Accedens de accusa. cuius bonam distinctionẽ vide ad intellectum huius conclusionis, licet sic deficiens dicatur interpretatiuè non verè conuictus, vt est gloss. notabilis in cap. Inter solicitudines. de purga. cano. Nota insuper in hoc proposito quod si infamatus non potest habere compurgatores, quia testes non confidunt de eo, seu quia fides non in alijs de eo, quod habetur pro conuicto, & deficiente in purgatione, notãt Abb. referẽdo Hostien. in dict. cap. Inter. quasi in fin. de purg. cano. Et adde alium singularem casum, a in quo quis habetur pro conuicto, propter nõ præstitam purgationem, videlicet quando aliquis absens est infamatus de crimine vehementer suspectus, & citatur peremptorio prefixo ad se purgandum: quia non præstiterit purgationem intra illum terminum, habetur pro conuicto, notat Abb. in capit. Cum P. vers. & ex hoc. de purg. cano. Rationem autem quare deficiens in purgatione, puniatur vt conuictus. colligit Abb. 3 ex glo. ibi in ca. Insinuatum de simon. quam etiam allegat in dict. ca. Accedens. de accusa. in colum. 2. videlicet quod præsumptio probabilis orta ex infamia transit in violentiam, cũ reus deficit in se purgando, & violenta sufficit ad condemnationem, vt in capit. Afferte. de præsump. & in l. Indicia. de rei vendic. C. Sed salua tanti patris pace, hæc ratio nõ videtur bona: quia violenta præsumptio non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam delicti: nec hoc probant iura per eum adducta. Vnde crederem quod ratio vera est quia conditores canonum voluerunt hunc rigorẽ seruare, vt clerici non minus studerent in vitanda infamia & suspicione vehementi, quam culpa, propter salutem Christiani populi, qui nimis inficitur ex pernicioso exemplo à clericis habito: considerantes quod

cum

cum pœna ordinaria canonis contra cõuictum legitima probatione, non sit pœna mortis vel mutilationis membri, non erat tanti rigoris clericum deficientem in purgatione, haberi pro conuicto, & æquali pœna puniri. Ex qua ratione pro vera recepta, crederem vnum singulare & non paruipendendum posse inferri, quod in delictis quibus clericus venit degradãdus, & curiæ seculari tradendus si iudex secularis videat clericũ fuisse degradatum, & sibi traditum propter defectũ in purgatione, quod non potest eum punire pœna ordinaria, qua laicus conuictus de illo delicto puniretur, cum sit vetum quod sibi traditur non verè, sed interpretatiuè conuictus de delicto, & non liceat iure ciuili vel règio aliquem pœna ordinaria punire, nisi claris probationibus, seu confessione propria conuincatur, nisi in casu hæresis, in quo non licet iudici seculari examinare processum inquisitorum, b vt in cap. Vt inquisitionis. in §. prohibemus. de hæret. in 6. & ibi per Doct. & in cap. 1 de offi. ord. reprobata opinione Bar. in l. Diuus. ff. de custod. reor. vbi contrarium tenuit: licet legistæ communiter teneant suam opinionem, vt testatur Imo. in cap. 1. de offi. ordi. & refert Præp. in cap. Statuimus. 11. quæsti. 1. quam etiam opinionem Bart. nititur defendere Barb. in d. c. 1. in col. 17. non pertinaciter. sed subijciendo se ecclesiæ. Et licet possit aliquis dicere quod etiam hoc procederet in crimine hæresis, ex ratione, quia licet iudici seculari nõ liceat examinare processum inquisitorũ quia non potest cognoscere, an traditus suæ curiæ commiserit vel non crimen hęresis, non tamẽ negatur sibi, quin inspiciat tenorem sententię inquisitorũ: & si constat ex ea quod aliquis sibi traditur nõ verè conuictus, sed interpretatiuè, quia deficit in purgatione temperet pœnã: cum nulla lex ciuilis nec Regia dicat quod deficiens in ea puniatur pœna mortis, tanquam hæreticus: nec videatur sequi necessariò, relaxatur ab inquisitoribus, ergo dãnandus est pęna ignis per secularem iudicẽ: cum vtrique iudices tam inquisitores, quàm seculares debeãt iura sui fori attendere, & illa seruare. Sed hoc argumentum facilè soluitur ex cõmuni stilo inquisitorum, qui, vt intellexi, talis est, quod ex tenore sententiæ suæ colligi nõ potest quod aliquis dãnatur eoquòd in purgatione defecerit: quia sententia fertur contra deficientem, sicut contra conuictum, & solũ remanet in actis processus, qualiter in purgatione defecerit, quem cum videre non possit secularis iudex, meritò excipi debet materia hæresis ab hac mea noua inuestigatione, quã in alijs criminibus verã existimo. Hodie tamen sicut rarò indicitur ab ecclesiasticis iudicibus purgatio canonica, sic rarò accidit quod iuxta

rigorem canonicum deficiens, vt conuictus dānetur. At quod Iudices temporibus istis rarissimè purgationem indicēt, quā uis partim hoc referri possit ad eorum tepiditatē (quibus minima cura est purgare clericos ab infamijs & suspicionibus vehemētibus, & satagere vt Christi bonus odor sint) nonnihil tamen prudentis considerationis habere videntur, si perpendūt facilitatem qua vulgus hodie infamiam suscitat, & sustinet: & quàm difficile hodiernis temporibus compurgatores inueniantur, hac vt existimo ratione, quia si nominati ad alios compurgandum peccatores, & fragiles sunt, faciliter credunt infamatos commisisse crimina, quorum inculpātur eadem fragilitate, qua ipsi solēt in alia vel similia labi crimina. Si verò probi viri sunt cū videant corruptionem morum huius tempestatis, & clericalis status deformationem (eoquod sine delectu ad illam vndecūq; solent venientes admitti) nisi bene notam habeant vitā purgandi clerici, compurgatorum onus refugiunt. Vnde ne antiquus ille & pius patrū zel⁹ omninò pereat, aut si his temporibus seruetur ad vnguem, innocentes lædat, consulerem omnibus prælatis, ac eorum vicarijs, quod synodali constitutione, siue publicis ędictis moneāt clericos suæ diœcesis, vt nō solùm puritatis curæ vacarēt: sed in quantum vires sufficiant, infamiæ aut suspicioni vehemēti ansam non præberēt, sciturī pro certo quod post monitionis tēpora, in omnibus de nouo emergentibus casibus, iuris ordo & rigor seruari debebit: post quam monitionem à iuris dispositione non debent iudices recedere, dū tamen semper adsit Epicheia virtus, qua qualitatem personæ purgandæ, & scandali, aut suspicionis, & defectus in purgatione, & alia cōsiderantes, rigorem antiquorū canonum temperent.

VT conuictus. Adde Hostien. Henricum Abb. & doctores in cap. inter solicitudines. de purgatione canon. Goffre. Hostien. Abb. Anan. Felin. in cap. accedens. de accusat. Ang. & Siluest. in summa, in verbo purgatio, & hanc opinionem communem esse fatetur Iac. Sept. in Cath. inst. cap. 64. num. 7. A

Processum inquisitorum. vide autorem & quæ ipse scripsi suprà cap. 141. litera A. B

Si verò capi non potuerint, absentes eos pœnis damnari cōdignis.

CAPVT CL.

1 *Clericus delinquens absens, qualiter condemnari possit.*

2 *Traditur singularissimus modus conuincendi clericum lite adhuc non cōtestata.*

3 *Laicus absens, licet ex legibus Regni pœna ordinaria damnari possit, si fuerint contra eum indicia, quæ sufficerent ad torturam: non tamen clericus.*

Quan-

1 QVando clericus delinquēs est absens, & remissio de eo petita, per iudicem diœcesis vbi est, non fit, vel aliàs latet, tunc videtur quod positis edi-
a ctis a in Ecclesia Cathedrali, aut suæ parochiæ, vel beneficij, cū assignatione competentis termini ad comparendum procedi possit ad ferendam sententiā diffinitiuam, si constat de delicto per eum commisso. Quod probatur ex his quæ notat Ioa. Andr. in capit. degradatio. de pœnis. vbi scripsit quod contra clericum absentem contumaciter potest ferri sententia verbalis depositionis, qui allegat cap. Veritatis. de do. & contu. & quæ ibi notātur. & 3. quæst. 9. in summa. quod ibi refert Domini. in princ. qui dicit bene notādum ex dictis per eundem Ioan. Andr. Quod in causa degradationis actualis non possit procedi in absentem, etiā procuratore præsente, per regulam de qua in cap. veniens. de accusa. quod vbi pœna non potest imponi absenti, non potest procedi per procuratorem. facit etiam ad probandū quod contra absentē clericum possit procedi, quod expresse voluit Ioan. Lupus doctor Hispanus in tracta. de liber. Eccles. in 9. quæst. vbi tradit quod in quocunque delicto propter quod clericus degradari meruisset si absens citatur, & non comparet, condemnatur in absentia, si testibus conuincitur, & datur facultas ab ecclesiastico iudici seculari capiendi eum, & secundum suas leges iudicandi, ita quod sola sententia sine alia actuali degradatione, talis clericus habetur pro realiter degradato ad hoc vt non gaudeat priuilegio clericali: allegat ad hoc text. in capitul. Cum non ab homine. de iudi. quem bene inducit, & dicit quod est necesse quod intelligamus dictum text. in casu absentiæ, & hanc degradationem vocat ipse fictam à iure & ab homine.
b Aduerte tamē b quod huic sententiæ multum refragatur doctrina Inno. in cap. qualiter el. 2. de accusa. in colum. penult. versic. Item ad prædictas. vbi postquam refert aliquas pœnas canonicas, dicit quod ad prædictas pœnas præterquam ad depositionem proceditur contra absentem etiam conumacē, sed ad depositionem, & alias pœnas quæ sunt vsque ad relegationem, non proceditur cōtra absentem, allegat l. Absentem. ff. de pœnis. & text. in in capit. Decernimus. 3. quæstion. 9. Potest etiam dari alius singularissimus modus cōuincendi clericum absentem de crimine lite non contestata, secundum Abb. in cap. Cum P. in fin. de purg. cano. videlicet quod si est infamatus, vel vehementer suspectus de crimine, citetur peremptorio prefixo ad se purgandum intra illum terminum, non autem ad comparendum tantùm, & tunc si non præstiterit purgationem intra terminum præfixum, habebitur pro conuicto; quod

dicit perpetuò menti tenendũ quia limitat tex. in cap. Veritatis. dedo. & contu. & quod est modus non exquisitus de iure ciuili. Datur præterea alius modus conuincendi absentem clericum, per eundem Abb. ibi, videlicet quod contumax excommunicetur & si steterit in excommunicatione per annum, tunc habetur pro conuicto super illo crimine, & potest puniri, ac si verè fuisset conuictus, vt in c. Rursus. & in c. quicunquè. 11. q. 3. quæ sic debent intelligi, vt plenissimè tangit in ca. 1. de iudi. Vnũ tamẽ crederẽ in ista materia, iudicẽ ecclesiasticum nõ posse imitari legem c stylum huius regni, dum disponitur, & practicatur quòd stantibus indicijs contra reum absentem sufficientibus ad torturam potest Iudex eum dãnare de delicto: hoc enim ad clericorum personas nõ liceret extendere cum lex Regia hoc disponens eos nõ comprehendat, nec imitatione digna sit. Quis enim iustum decernat solis indicijs probatis damnari quenquam vti reum criminis, etiam si executioni non sit demãdanda sententia? Id namque solum iustè potest executioni mandari.

2

3

c

A *Citatio per edictum vt legitimè fiat quæ debent præcedere.*

Positis edictis. Aduerte q̃ ad hoc, vt citatio per ædictũ legitimè fiat aliqua desiderantur. Primo quòd summaria informatio precedat, qua constet quòd reus latitat, aliàs nulla est citatio ità scribit Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, *Per edictum.* Dec. cons. 460. num. 26. Socin. in tracta. de citatione art. 23. numer. 5. Quamuis sufficeret relatio nũtij hoc asseuerantis, vt scribit Petrus Rebuff. in tract. de citatione num. 96. Thom. 3. const. Franc. Secundò quòd editum publicè in Ecclesia legatur inter missarum solemnia glo. celebris in Clement. causa. de electione in verbo, solẽniter Cassa. in decissio. 1. tit. de appella. Octaui. Vest. de introductione in Romanæ Aulæ acti. lib. 4. capit. 3. num 5.

Tertiò quod postquam ędictum publicè lectum fuerit, affigatur in valuis *Ecclesiæ, vel* vbi de consuetudine affigi solet. Vantius in tract. *de nullitate ex defectu citationis.* nume. 133. *Milles in verbo,* [Citatio quando comitatur.] Quartò quòd affigatur edictum originale, nec sufficeret eius copia text in Clem. 2 de iudi. tradit Rota. in tit. de dilationi. decis. 223. Cassa. decis. 4. in ti. de dolo & cõtentu. And. Tiraq. de vtroque retra. ti. 1. § 9. glos. 2. nu. 8.

Aduerte tamen. Ex quibus verbis manifestè apparet, Dominũ Episcopum recedere ab opinione Ioan. Lup. hic allegata à qua etiam recedit Fran. Pegña in antno, ad Direct. in qui. 3. li. Schol. 69. fol. 191. qui cũ immemor huius authoris fuerit, asseuerat quæstionem istam nullibi tractatam reperisse. Et mea quidẽ sententia verissima hæc opinio est aduersus Ioan. Lup. nã quãdo degradatio est tantũmodo verbalis.

C *Io. Lup. opinionem quandam confutat*

verbalis, iudex laicus nullam in clericum iurisdictionem habet sed si actualiter degradatus est, poterit eum absque aliqua traditione punire, quam opinionem communem esse fatentur Alcia. in cap. cum non ab homine. num. 108. de iud. Villalo. in sua collecta. commun. opi. litera. C. num. 71. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 36. versic. suas autem.

D *Imitari legem.* Adde quod de hoc stat Regia lex ab inuictissimis Catholicisque Regibus cõdita Compluti anno Domini. 1503. quæ habetur in pragma. Regum. Catholicorum & hodie est lex. 3. titul. 10. lib. 4. ordi. noui.

Et si opus fuerit ad dictarum pœnarum executionem seculare brachium imploretis.

CAPVT, CLI.

Quòd nouè æditum est, eoque latissimè materia inuocationis vtriusque auxili Ecclesiastici & secularis, in forensibus actionibus frequentissima miro ordine elucidatur.

1 *Iudex Ecclesiasticus seculare auxilium implorare potest.*

2 *Auxilium brachij secularis, multis nominibus vtilissimum est.*

3 *Auxilium brachij secularis, in subsidium peti debet.*

4 *Auxilium brachij secularis petiri potest quando opus fuerit, non præmissa excommunicatione, contra Ioan. Lup. D. Couarr. & alios.*

5 *Consilium Triden. Sess. 24. capi. 3. de reforma. & Sess. 25. capi. 3. interpretatur.*

6 *Iudices Ecclesiastici laicos minimè possunt, propria authoritate in carcerem mittere.*

7 *Iudices Ecclesiastici an in ciuilibus possint contra laicos, sententias capiendo pignora exequi.*

8 *Iudex delegatus vtrum possit auxilium seculare implorare.*

9 *Iudices seculares superiores, impendere debent suum auxilium, iudicibus Ecclesiasticis petentibus.*

10 *Iudex secularis potest ab Ecclesiastico auxilium petere.*

11 *Iudex secularis antequam præstet auxilium an possit petere, vt sibi detur copia processus.*

12 *Executor an teneatur eam sententiam exequi, quæ manifestam iniquitatem habet.*

13 *Quando sententia iudicis Ecclesiastici transiuit in rem iudicatam, auxilium seculare præstandum est, quamuis non constet de iustitia sententiæ prolatæ.*

14 *Quid autem iudicãdum est, si de nullitate sententiæ coram seculari iudice allegatur.*

15 *Iudex secularis fidem adhibere debet literis denuntiatorijs, contra excõmunicatum prolatis, quamuis illa non constet an iustè contra illum sententia excommunicationis sit lata.*

16 *Text. in capi. 1. de exceptionibus. 6. interpretatur.*

17 *Iudex secularis solis, literis denuntiatorijs non tenetur capere laicum excommunicatum, nec in carcerem mittere aut aliqua pœna eũ punire, nisi excõmunicatio ex actis processus sibi obstensis iustificetur.*

18 *Auxilium brachij secularis minimè debet impartiri si iudex secularis cõstet á sententia Ecclesiasties esse appellatum.*

19 *Auxilium brachij secularis non debet elargiri, quando Iudex Ecclesiasticus extrajudicialiter protestatur.*

20 *Iudex secularis, si iniuste negat suũ auxilium iudici Ecclesiastico legitimè petenti, excommunicari ab eo po-*

ao poteſt, & alijs ſpiritualibus pœnis puniri.

21 Iudex ſiue Eccleſiaſticus. vel ſecularis, qui auxilium præſtat: non debet dursoribus remedijs, uti quã ipſe inter ſibi ſubditos.

22 Auxilium ſiue Eccleſiaſticum, ſiue ſeculare cum impartitur, an aduerſa pars debeat prius citari.

23 Epiſcopus vel alius Iudex Eccleſiaſticus, an poſsit familiam habere armatam, ad executionem & miniſterium iuſtitiæ miniſtrandæ.

24 Inquiſitores hæreticæ pranitatis habere poſsunt officiales (quos vocãt vel familiam armatã ad ſuã defenſionem, vel ad hæreticos capiendos.

25 Miniſtri Sanct. officij (quos Hiſp. familiares appellant) Itali Cruce ſignatos) quocunq; tempore armæ deferre poſsunt, conſuetudine in cõtrarium non obſtante.

26 Cõſultores S. officij, aduocati, notarij cuſtodes, & cæteri alij miniſtris armæ omni tẽpore impune deferunt.

27 Familiares S. officij quibus animi dotibus & qualitatibus debent eſſe ornati,

28 Inquiſitores quando ſint familiares, vel miniſtri non ſufficiunt ad ſententiæ executionem, auxilium brachij ſecularis iuſte implorant.

29 Iudices ſeculares ſuum auxilium Inquiſitoribus denegantes, grauiſſimis pœnis plectendi ſunt.

1 EST equidem iure expediti ſſimum Iudicem Eccleſiaſticum, ad ſuæ ſententiæ executionem, poſſe brachium ſeculare implorare, vt quòd iuſtè contrà clericos laicosvè iudicauerit, debita executione minimè fruſtretur cap. Princeps ca. adminiſtratores. 26. quæſtio. 5. cap. 1. de offic. ordina. cap. dilecto. de ſenten. excommun. lib. 6. capit. poſtulaſti. de homi. ca. vt officium. §. compeſcendi. de hæreti. lib. 6. Et ſunt apud nos Regiæ conſtitutiones hoc ità diffinientes. l. 14. & ſequenti. tit. 1. lib. 4. ordina. non tradit Innoc. & omnes in dict. cap. 1. de offic. ordin. Hoſtien. in cap. 1. de offic. delegati Cardin. in Clemen. 1. quæſt. 10. eo. tit. Alberi. in l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. & cleri. Abb. in cap. ſi quis contrà clericum colum. penultim. de foro competen. Deci. in cap. ſignificaſti. num. 4. de offi. delega. Ioann. Lup. in repet. capit. per veſtras. de dona. inter vir. & vxor. 2. not. §. Sed pulchra dubitatio. num. 17. quam opinionem communẽ eſſe teſtatur inſignis D. Epiſcop⁹ Couarru. in practic. quæſtio. capit. 10. num. 1. circà quam ſolent non leues concertationes inter iudices eccleſiaſticos, & ſeculares oriri, & ea ratione eſt inforenſibus exercitationibus frequẽtiſſima de qua ſolent Magnates Iuriſtę interrogari, vt ſcribit Matth. de Afflictis in proemi. Conſti. Neapolit. nume. 63. nec (quod aliorum ſalua authoritate dicam) pro eius dignitate explicatam legimus eius libenter, & non ſine ſumma legentium, vt ſpero vtilitate diſputationem ſuſcepimus, eſt ęquidem eius argumentum noſtræ practicæ accommodatiſſimum qua ratione nonnulla & ea quæ ſelectiora ſunt, notare conſtitui.

Primum etenim conſtat remedium, hoc brachij ſecularis vtiliſſimum eſſe iudicibus Eccleſiaſticis contra clericos, cum propter

2 *Remedium brachij ſecularis*

propter ipsorum criminum enormitatem, traduntur curiæ seculari: in his casibus, in quibus præcedentibus capitibus longa manu dissertum est, vel quando ad eorum coertionem non sufficit potestas ecclesiastica, vt ipsi comprimantur, & debitas patiantur pœnas iustissimè dictum auxilium impenditur, & in hoc omnes cõueniũt.

Iurisdictionum est iudicibus ecclesiasticis.

§ *Remedium brachij secularis an in subsidiũ petendũ est, vel quando opus fuerit.*

Secundò, quòd brachij secularis auxilium nec petẽdum, nec impartiendum esse nisi in subsidium: quandò vires proprij officij non sufficiunt vt quòd iustè præceptum iudicatumque est executioni tradatur text. egregius, vbi ad hoc not. ibi Bald. in verbo, *sufficere*. in l. 2. C. de his qui latro. occul.

Vnde eleganter scribit Ioan. Lup. in cap. per vestras. 2. not. §. sed pulchra dubitatio. nu. 17. de dona. inter vir. & vxor. Iudicem Ecclesiasticũ debere prius procedere contrà laicos excommunicando, deindè anathematizando, & interdicendo, & posteà cum Ecclesia non habeat vltrà quid faciat implorandum est, seculare auxiliũ notant Inno. Ioann. Andr. & communiter doctores in capit. significati. de offic. delega. Fel. in capitul. delicta de maior. & obediẽ. qui ad hoc perpendit tex. in capit. dilecto. de senten. excommun. lib. 6 Domi. & Franct. in cap. vt officium. §. compescendi. de hæreti. lib. 6. quam esse communem opinionem fatetur Aug. Bero. in capit. significasti. num. 24. ver. extrà gloss. idẽ profitetur. Insignis D. Couarr. in pract. quæst. cap. 10. nu. 1. asseuerans ità passim seruari, Sequitur Doctor. Redin. in lib. de Maiestate Princ. in princ. in verbo. [Sed etiã per legitimos tramittes, nu. 142. Fran. Auiles in cap. Prætorũ. cap. 20. in glo. *præsurpen.* nu. 14. Sed mea quidẽ sententia viri aliqui doctissimi, & celeberrimi halucinãtur. Nã verius ipse censeo, in quacũque parte litis cum opus fuerit seculare auxilium posse à iudicibus ecclesiasticis peti, & illis sine retardatione esse præstandum. Tum quia nimis manca esset iurisdictio Ecclesiastica, si tot, & tanta prius esset præhabenda, & durius rederetur dictum auxilium quam sacra iura nec non secularia patiuntur. Tùm quia iura quæ circà hoc loquuntur non in subsidium, sed cum opus fuerit præstandum esse præcipiunt cap. 1. de offici. ordi. ibi, [Cùm opus fieret, capit. quoniam. eo. titul. ibi, [Si necesse fuerit. capit. fina. ibi. [Si opus fuerit.] de excessi. Præla. capit. periculoso. circa finem in verbo, [Si opus fuerit,] de statu regula. cap. statuimus. ver verbo, [Si necesse fuerit. de maledi.

Contrà Couarr. D. Redi. Fr. Auil

Et nouissimè Concil. Tridẽti. Sess. 24. cap. 8. de refor. ibi. [Inuocato si opus fuerit brachio seculari,] & in eodẽ Concilio Sessio 25. cap. 5. de refor. ibi, [Inuocato etiam auxilio si opus fuerit brachij secularis.] Tùm quia manifestissimè probatur in Cõcilio Tridẽ. Sess. 25. capit. 2.

§ *Concil. Tridẽt. Sessio. 24. cap. 8. de refor. & Sessio. 25. cap. 3. in corpr.*

cap. 3. de reforma. vbi diffinitū est, quod tam in procedendo, quam in diffiniendo in causis ciuilibus, vel criminalibus, contrà clericos, vel laicos, Ecclesiastici Iudices per multas pecuniarias, vel pignorum captionem, seu personarū districtionem, per suos, vel alienos executores, executio realis, vel personalis prius fieri debet, antè quam ad censuras deueniatur. Est equidem ibi manifestissimum testimoniū, quòd censura Ecclesiastica in subsidium vtēdum est, quandò iudex pignorum captione, & captura personarum vsus fuerit, opera ministrorum suorum, vel exteriorum, nempè inuocando auxilium seculare, non autem hoc ordine mutato, vt communis doctorū opinio asseuerat. Tum quia si contraria opinio vera esset, quam plurima crimina impunita remanerēt, nam interim quòd iudex censuris vtitur, cum non statim, sed dilationibus concessis, sint proferendæ: reus facilimè possit bona occultare, & se fuga incolumē reddere, & alia deinde innumerabilia mala sequerentur. Vnde opinio ista tāquam verior iam in forensibus actionibus recepta est, prout refert bene Doctor Ioan. Segura in directori. iudi. Ecclesia. 2. par. capitulo. 13. numer. 37. quem post hæc scripta legi.

Contra Felin. & Couarr.

Nec aliquid in contrariū vrget text. male à Felin. & à Couarru. & ab alijs allegatus in d. c. d. c. dilecto. quia non loquitur de auxilio brachij secularis, sed de propria defensione qua iudex si vim patiatur vltrà censuram, vti potest, tanquam priuatus, vt gloss. vltim. ibi notat.

Tertiò, non minorem vtilitatem habet, quando ad capiēdos laicos iuris ordine, obseruato postulatur. Nam licet iudices ecclesiastici in criminibus & causis ad forum ecclesiasticum spectantibus, possint reos punire, excommunicare & alijs spiritualibus remedijs vti, non tamen possunt illos personaliter capere, nec in carcerem mittere, ideoque iudicis secularis autoritate faciendum est. Nisi in crimine hæresis in quo hoc erit speciale, & in alijs huic similibus criminibus ità respōdit Oldral. *consi. 86. sequitur Petrus de Anchar. in c. cum Episcopus. de offici. ordi lib. 6.* & in reg. ea quæ. de regu. iur. eo. lib. quæst. 11. quam opinionem communem esse fatentur Ioan. And. in addi ad Specul. titu. de offic. ord. Felin in dict. c. significast. Auffer. in rep. Clem. 1. de offic. ordi. quæst. 5. & in tract. de potestate ecclesiastica super laicos in princ. num. 1. D. Couarr. in d. c. 10. Foller. in pract. crimi. Cano. fol. 97. numer. 52. & sequent. Ferdi. Mench de testament. §. 22. num. 17. licet dicat, quod ferè tantus est numerus eorum qui tenent contrarium Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. fin. quæst. 37 ver. vnū tamen. & hanc communem sentētiam latissimè defendit Ioan. Lup. in d. §. sed pulchra dubitatio. numer. 18.

6 *Iudex Ecclesiasticus an possit propria auctoritate laicos capere.*

mer. 18. Petrus Auendan. lib. 1. de manda. Reg. c. 1. numer. 22. Fran. Aviles in cap. prætor. d. c. 20. in verbo, *vsurpan.* numer. 14. dixi in reg. & fallen. reg. 397. versi. septimò non procedit, & suprà. cap. 122.

6 *Iudex Ecclesiasticus an possit propria auctoritate laicos capere.*

7 Contraria tamen sententia placuit Domi. & Fran. in d. c. cum Episcopus. quæ multis in locis iuris Canonici probari videtur, quibus cautum est, posse iudicem ecclesiasticum qui de crimine cognitionē habet, laicum reum capere, & in carcerem mittere. cap. attendendum 17. q. 4. cap. contrà Idolorum. 26. q. 5. cuius meminit ad hoc Roma. sing. 660. Feli in d. cap. cum sit generale. num. 20. & in d. c. significasti. colum. vlti. Auer. in locis nouissimè allegatis & hanc opinionem approbare videtur D. Couar. d. c. 10. num. 2. Quæ opinio quam in puncto iuris veriorem censeo nouissimè fulcitur ex concilio Triden. sessi. 25. c. de reforma. supra allegato. Sed quidquid sit de iure prima opinio, moribus recepta est, & Regijs constitutionibus apud Hyspanos probatur l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. ordi. noui. qua lege. 15. grauissimæ pœnæ imponuntur, contrà Iudices Ecclesiasticos, & eorū ministros, qui eius sanctionem violauerint.

Sunt tamen multi (& non pœnitendæ autoritatis viri asseuerantes) quòd vltima opinio locum habeat, quandò ecclesiasticus iudex aduersus laicos in criminali iudicio legitimè processit, & cognitionem & examen culpæ ad punitionem instituerit, vel sententiam protulerit, tunc iure poterit laicum capere & in carcerem mittere, intelliguntque Regias constitutiones tantùm procedere, quandò iudex ecclesiasticus cognoscit, inter laycos de causa ciuili, vel criminali, ciuiliter intentata. Ita colligo ex Diuo Couarr. d. cap. 10. nume. 2. versi. secundo quoties, & nouissimè opinionem ista amplectitur Diuo Suarez de Paz sua practi. 2. tomo prælud. 2. num. 55. & 56. dicens ita seruari in tribunali Episcopali Salmantino. Sed mea quidē sententia decretum sacrosancti concilij supra allegatū quod tam in causa ciuili, quā in criminali loquitur restrictionem, hāc non patitur ideò maturius cogitandum est.

Illud verò fatēdum est, quod licet stantibus Regijs constitutionibus, iudices Ecclesiastici non possint laicos capere, propria authoritate, absque auxilio brachij secularis, post capturam vero, in carcerem ecclesiasticum nō in secularem mittendi sunt. Et ità apud Hispanos consuetudine receptum est nec iure contrariū defendi potest. Quamuis audio Seculares Iudices molestè hoc pati.

Quartò, præmissa dicta Regia constitutione non tantum dictum auxilium necessarium est, in dictis criminalibus causis, contrà laicos verum in ciuilibus actionibus & controuersijs, in quibus si iudices

iudices ecclesiastici eos condẽnauerint ad aliquam quantitatem soluendam, non tamen poterunt in his Regnis ad rei iudicatę executionem bona ipsorum capere, sed ministerio iudicis secularis executio personarum & bonorum facienda est. vt in dicta Regia l. decima quinta cautum est.

8 Quintò illud erit omninò notandum, non solùm iudicem ecclesiasticum ordinariũ, posse implorare auxilium bracchij secularis, verùm & iudicem delegatum, ita tenet Innoc. in dict. cap. significasti. num. 3. vbi Abb. Imo. Feli. & Deci. Domi post Lap. in dict. capit. vt officium. §. denique, versic. an delegatus. de hæret. libr. 6. Oldr. consi. 89. circa fin. Federic. de Seni. consi. 163. dubio 1. Alberic. & Paul. in dict. l. Episcopale. Bald. &Sal. in l. in crimina. C. de iur. omni. iudi. Inn. Abb. & Fel in dict. ca. postulasti. Cardi. in dict. Clement. 1. quæstion. 10. quam opinionem communem esse testantur Deci. in dict. cap. postulasti. Roland. Vall. consil. 37. num 1. volum. Martin. Nauarr. in capit. cum contingat. primo remedio de rescrip. Bermon. in tracta. de publi. concubi. in verbo, Curent à suis subditis, &c. num. 8. fol. 301. Franc. Pegña. in Direct. inqui. lib. 3. Scho. 115. fol. 220. colum. 2. licet ipse ab ea recedat. quæ procedit secundum eosdẽ etiam si in commissione non contineatur ea facultas, vt possit eo vti remedio. quamuis alij hac vltima opinione dissentiat Arch. in di&. §. compescendi. & Fed. consil. 251. Calcan cõsi. 119. Sed hæc Arcsii. opinio falsa est, & nullo modo defendi potest. Nam nihil speciale in hoc auxilio implorando cautũ est in dict. capit. compescendi, vt rectè considerat Deci. in di. cap. Significasti. si enim iudici ordinario hoc iure licet à fortiori & permissum erit delegato, qui in causa delegata illo maior est. cap. sanè in 2. de offici. delega. Et quamuis in literis delegatorijs soleat imponi clausula. [Inuocatio ad hoc auxilio bracchj secularis' si opus fuerit,] Illud est ad superabundantem cautelam, & stilo curiæ, non tamen ex eo quod necessarium sit, quod exprimantur, ita dicit Imo in dict. capit. Significasti. & nouissimè hanc opinionem amplectitur Franc. Auiles dict. capi. 26. num. 27.

Iudex de legatus implorare potest auxiliũ bracchij secularis

Est tamẽ necessarium, vt præceptum iudicis delegati petentis dictum auxilium adimpleatur, vt iudici seculari fidem faciat de sua delegatione. ita tenuerunt Bald. & Salicet. in di. l. in criminali, col. 1. C. de iurisdict. omni iudi. asseuerantes quod cautus debet esse iudex secularis à quo per iudicem delegatum imploratur bracchium seculare, vt diligenter perpendat, an ille sit iudex cõpetens, vel ne, quia si est incõpetens, non debet sibi præbere mininisterium alicuius obedientiæ, idem tenet Feder. cõs. 251.

Iudex de legatus auxiliũ bracchij secularis implorare nõ potest, nisi de sua delegatione fidem faciat.

251. col. 2. Calcan. dict. consi. 119. Marcus Anto. Nattæ. cōs. 519. num. 37. volu. 3. redditur igitur ex defectu incompetentiæ inefficax dicta auxilij imploratio.

Iudex delegatus minimè auxiliū seculare implorare potest nisi prius ordinario eccle siastico interpellauerit, vt suum auxiliū impendat.

Nec debet iudex delegatus ad hoc remedium confugere, nisi iudex ordinarius ecclesiasticus ab eo fuerit prius interpellatus, vt suum ei impendat auxilium, quod sufficiens non fuerit, poterit ad hoc auxilium seculare peruenire, non verò aliàs, ita sing. tenet Cardi. in dict. Clemen. 1. decima quæstione sequitur Dec. in dict. cap. postulasti. numer. 4. vbi Fel. col. 2. Roland. Vall. dict. cōsi. 37 nu. 6. Sed opinionem contrariam multis rationibus veriorē esse probat Feder. cons. 163. col. 2. dicens posse delegatum Papæ si vult ad ecclesiasticum ordinarium confugere, priùsquàm ad secularem iudicem, non tamen præcisè ad hoc teneri, & opinionem istam contra Cardinalem veriorem esse fatetur Fran. Marcus decisio. 72. num. 4. in prima parte, quē sequitur Mar. Nauar. in dict. cap. cum contingat. d. secūdo remedio scribens in Coimbricensi Academia, cum tertiò legeret text. in dict. cap. Significasti. hanc opinionem tenuisse, licet cum primum Tholosæ, & secundò Salmanticæ legisset, non satis perpensis rationibus Federici contrariam opinionem fuerit amplexus.

9 *Auxiliū brachij*

Sextò non solùm auxiliū brachij secularis peti & implorari potest ab Episcopis, ab alijsque ordinarijs, vel delegatis Ecclesiasticis iudicibus, ab inferioribus secularibus iudicibus, verū à supremis Regis Senatoribus, vel Regalium Cancellariarum auditoribus. Quia iura quæ de hac inuocatione loquūtur, nullum secularem magistratum à præstatione istius auxilij immunem faciunt. Imò si rectè rē hanc perpendamus maioris obligationis nexu Regij Clarissimi Senatores ad id astricti sunt quam inferiores cum illis potissimum incumbat quod iustitia ministretur, & ad vnguem hoc obseruetur. Maximè quia in Summo Regis & Domini nostri Philippi Secūdi, Christianissimi (qui nunc feliciter regnat) Senatu assistunt Consiliarij integerrimi, & omni laude dignissimi, qui pro ipsorū summa pietate, & religione Ecclesiç Sacrosancta præcepta, & eius iurisdictionem venerantur, inter quos meritò numerandus est D. Ioan. Fernandez Cogollos, vir sanè maiorum nobilitate præclarus, & animi dotibus ornatissimus, & integrita te vitæ laudatissimus, & iuris prudentia insignis, à quo labores nostri, vt in publicum prodirent, Regiarū legum institu-to, & de more supremi Senatus fuerunt approbati quod in nō vulgari nostræ felicitatis parte reponendum duximus. Et vt ad rem redeam opinio hæc ex eo fulciri potest, quia in spiritualibus Principes Seculares Episcopis suis obtēperare tenentur,

Seculare à Summis Senatoribus peti potest.

D. Ioan. Fernandez Cogollos Regius supremus Consiliarius laudatur.

cap. omnes. de maior. & obedi. Et Princeps ab Episcopo iudicari debet, non è contra ca. sacerdotibus. 11. quæst. 1. cap. Imperator. 96. dist.

In hac tamen auxilij implorationē minimè congruum est, nec vnquam expediri iudicauit quod contra dictos Supremos Iudices censuris, vel per modum iussionis procedatur, sed quod piè & benignè, & honorificis precibus, ad impendēdum suum auxilium exhortētur, & hoc in Hispania nostra receptum est, & aliquando fecisse refert Segura in directorio 2. par. cap 13. num. 53.

10 *Iudex secularis ab ecclesiastico auxilium suū implorare potest.*

Septimò ex eadem ratione sequitur quod iudex secularis, si ei eadē necessitas superueniat, poterit auxilium Iudicis ecclesiastici implorare pro exequenda eius sententia aduersus eos in quos ipse iurisdictionem nō habet text. in authē. sed hodie. C. de adulter. not. Mari. Socin. in cap. cum sit generale. num. 24. de foro competen. In hoc tamen hoc discrimen versatur, quod iudex ecclesiasticus poterit censuris, & aliis pœnis spiritualibus compellere secularem iudicē, ad hoc auxilium exhibendum. tex. in dict. cap. 2. de maledi. Iudex verò secularis nō potest Ecclesiasticū cogere, sed coram Metropolitano comparere debet, ab eoque postulare, vt inferiorem iudicem ecclesiasticum cogat, vt auxilium à se iustè petitū præstet. ita tenuerunt Inno. Abb. & doct. in di. ca. 1. de offic. ordi. Ias. in l. à Diuo Pio. §. sententiam. n. 16. ff. de re iudi. quam opinionem communem esse testatur Alcia. dict. ca. 1. nu. 26, & 123. Cōuar. in di. ca. 10. n. 1. Hoc verò auxilium ab ecclesiastico iudice præstandū est seculari non obediendo, sed patrocinando. vt tenet Innoc. & Bald. col. 1. in c. 1. de offi. ordina. Sequitur Franc. Auiles in capit. prætorum in verbo, Vsurpan. numer. 17.

11 *Iudex secularis antequā præstet auxilium an possit petere vt nō de actis causæ quibus intelligat an iustè vel ne iudex ecclesiasticus in causa processerit, qua quæst. And. Alciat. in di. cap. 1. de offic. ordinar. num. 10. scribit Secularem Iudicem in his criminibus teneri iuuare ecclesiasticum non offensa iustitia causæ, dicitque hanc esse receptam sententiā, quam appellat etiam esse communem Nauar. in di. remedio. 2. Bossi. in pract. crim. tit. de foro cōp. num. 87. D. Paez (quem post hæc scripta legi) in pra. 2. tomo in proœm. num. 10. D. Redi. de Maiest. Prin. in verb. Nō armis solum. 2. part. nu. 150.*

Octauò, illud etiam in disputationem adduci potest, an in criminibus merè ecclesiasticis, antequā iudex secularis suū accommodet auxilium ei faciendā sit fides de processu, nec nō de actis causæ quibus intelligat an iustè vel ne iudex ecclesiasticus in causa processerit, qua quæst. And. Alciat. in di. cap. 1. de offic. ordinar. num. 10. scribit Secularem Iudicem in his criminibus teneri iuuare ecclesiasticum non offensa iustitia causæ, dicitque hanc esse receptam sententiā, quam appellat etiam esse communem Nauar. in di. remedio. 2. Bossi. in pract. crim. tit. de foro cōp. num. 87. D. Paez (quem post hæc scripta legi) in pra. 2. tomo in proœm. num. 10. D. Redi. de Maiest. Prin. in verb. Nō armis solum. 2. part. nu. 150. Sed communis hæc sententia mihi omnino displicet, cōtrariam veriorē credo, quam amplexus fuit Abb. in dict. cap. 1. de offi. ordin. num. 12. Scribēs quod si iudex ecclesiasticus tradat clericum vel laicum iudici

Iudex secularis antequā præstet auxilium an possit petere vt nō de actis causæ quibus intelligat an iustè vel ne iudex ecclesiasticus in causa processerit, quia quæst. And. Alciat. in di. datur.

secularí, vt ab eo puniatur, non tenetur stare processui ab ipso facto, sequitur Autor noster suprà ca. 133. Non equidem iudex secularis tenetur auxilium suum impendere, nisi iustè ab eo inuocetur, & summatim de hoc ipso cognitionem habeat, sic tenuit Inno. in ca. 1. de statu monach. lib. 6. Oldr. cons. 89. colum. 2. Petr. de Anchar. cõs. 382. col. 2. Federic. consil. 251. colum. fin. Paul. de Castro in dict. l. Episcopal. Roland. Valle. dict. cons. 37. nume. 7. Calcan. consil. 119. Fran. Aul. in dict. cap. 20. prætor. num. 20. Didac. Perez. in l. 4. tit. 1. lib. 3. ordi. in glos. 3. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 220. num. 9. Vbi asseuerat decisum fuisse in Regio Neapolitano prætorio, secularem iudicem non teneri obtemperare ecclesiastico, quando processit ordine iuris non seruato. Ex quo ipse dicit, iudicē secularem posse cognoscere de subreptione, quę coram ipso opponitur, contra absolutioem à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi impetratam, à iudice ecclesiastico, testaturque in illo prætorio ita fuisse pluries decisum, quod non vulgariter est notandum

Poterit tamē cõmunis opinio defendi, quando iudex secularis vult cognoscere de effectu sententiæ, vel præcepti iudicis ecclesiastici, ad effectum reuocandi, quod ab eo iudicatum est, quod prorsus est prohibitum. Secus verò si id faciat vt intelligat, an ei obtemperandum sit. ità sing. tenet Imo. in dict. cap. 1. num. 16. Mart. Nauarr. in dict. cap. cum contingat. vers. ex prædictis.

Erit etiam recepta sententia admittenda, quãdo Episcopus, vel iudex ecclesiasticus, vult suã exequi sententiam, quam secundum Iuris Pontificij legitimas Sãctiones protulit, & simpliciter à seculari iudice postulat vt sibi tribuat familiam & ministros, ad illius sententiæ executionem. Tunc equidem secularis iudex in nullo dicitur executor, sed solum accõmodat familiam. Vnde non potest aliqualiter de viribus sententiæ cognoscere. ita tenet Abb. sic declarans Inno. ibi in dict. cap. 1. de offic. ordin. vbi Andr. Alciat. num. 120.

Vera item est communis opinio in crimine hæresis, in quo iudex secularis merus est executor, & absque aliqua causæ cognitione, inquisitorum sententias nulla fide de processu ei facta exequi tenetur vt scripsi post Autorem suprà cap. 139.

Nonò est equidē in hoc obseruandum, quod in criminibus mixti fori iudex secularis minimè tenetur præstare auxilium ecclesiastico, nisi causa processus sibi ostensa fuerit, tex tus optimus in authentica. de Sanct. Episcop. §. qui ver. tenet Anto. Abb. vbi Alciat. n. 119. in dict. cap. 1. de offici. ordin. dicit opinionem istam esse cõmunē, idē profitetur Iul. Clar,

In crimi nibus mixti fo ri nõ est auxilium præstandum sine causæ cognitio ne.

in practi. crimi. §. finali. quæst. 96. versic quæro etiam. Ex quo fit quod si iudex secularis ex processu sibi constat sententiam latam in capitali, & criminali iudicio ab ecclesiastico iniustam & iniquam esse licet ab ea non fuerit appellatum exequi non tenetur ità alios allegans scribit optimè Matthæ. de Afflict. in proæmi. const. Neapoli. num. 60.

12 *Executor an teneatur eam sententiam exequi, quæ notoriam iniustitiã vel intolerabilẽ errorem continet.*

Decimò, non est circa hoc argumentum obliuioni tradendum, quòd non solùm secularis iudex, qui causæ cognitionem habet, cognita iniustitia sententiæ ecclesiastici, in dictis causis latæ exequi non tenetur, verum etiam si is fuerit executor, non posset iustè, nec tenetur eãdem exequi, quoties notoriam iniquitatem, aut intolerabilẽ errorem habeat. Inn. in cap. cum in iure. de offic. delega. Anchar. consi. 382. colum. penul. tradunt omnes in cap. Pastoralis. §. quia vero. de offic. delega. Felin. in cap. at si clerici. colum. 4. de iudi. Cur. Iuni. & Purpu. colum. fin. in l. magistratibus. ff. de iuris, omni. iudi. & est text. egregius in cap. inter cæteras, de re iudi. Si tamen sententiæ iniquitas ex scientia particulari executori priuatim nota sit tenetur sententiã executioni tradere ità tenet Caiet. 2. 2. quæstio. 67. articul. 2. quamuis Ab. & Felin. in dict. §. quia vero. & idem Ab. colu. penul. & Alcia. in dict. cap. 1. nu. 110. de offic. ordi. cõtrariã opinionẽ sequuti fuerunt. quæ Abb. sententia forte defendi potest in eo casu quo exequutor sentẽtiam iniustam esse ex actis cognouerit, sed verius est etiã ẽp in hac specie opinio, hæc defendi non potest, cum hic exequutor iudex non sit, ad publicam seniẽtiam intelligendam, ex processu causę. Nec iudex ipse qui sententiam protulit tenetur executori acta, ex quibus sententiam dixit patefacere vt communiter receptum est in dict. §. quia verò, & in ca. 1. de offic. ordin. vbi. Andr. Alcia. super glos. in verbo, [Publicum.] & in cap. 2. de excep. lib. 6. tradunt Alexand. & nouissimi in dict. l. magistratibus. ff. de iuris, omni. iudi. D. Episc. Couar. in li. 1. vari. resol. ca. 1. num. 10. & ea ratione cum hic exequutor acta legens, & examinans, priuata, & non publica autoritate vtatur, nihil ad rem facit, Nec executio sententię retardanda est, quamuis ipse ex eis intelligat sententiã iniustam esse, quòd verissimũ esse, & ità tenendum censeo, quidquid alij tenuerint.

Verum tamẽ est, quod si sententia notoriè nulla esset, non teneretur nec iustè eam exequi posset ita tenet glos. celeberrima in dict. §. quia verò, quã sequitur ibi Abb. colu. 2. vbi Ioann. Imo. num. 4. dicit ab omnibus approbatam. eandẽ cõmunem appellat Martin. Nauarr. in d. cap. cum contingat. versic. non obstat, & eam sequitur Felin. in cap. de cætero. colum. 1. de re iudica.

Vndecimò, hoc eodem tra- 15

tatu

Auxiliũ secularę nõ vsq; processu præstandum est quando sententia in causa ciuili prolata transiit in rem iudicatam.

14 *Auxiliũ secularę præstandum non est quando defectus nullitatis apponitur.*

Auxiliū secularе nō ipso processu præstandum est quando sententia in causa ciuili prolata transijt in rem iudicatam.

ctatu memoria repetēdum est, quòd si in causa ciuili Episcopus, vel eius vicarius, vel alius iudex ecclesiasticus sententiam protulit, à qua minimè fuit appellatum, vel si fortè appellatio interposita fuit, ea deserta remansit, Si primò dictus iudex fecit id quod potuit, vt eius sententia debitę executioni traderetur (puta) excommunicando, & alijs spiritualibus pęnis vtēdo, si his sic factis auxiliū brachij secularis postulet, pro eius sententiæ executione præstandum est, absque eo quod iudici seculari de iustitia illius sententiæ constet. imputandum quidem parti quare ab ea sententia non appellauit, vel quòd appellationem non fuerit prosecuta, aliàs verò si in ea executione non adhibuit, eam quam potuit diligentiam iudex secularis nō debet suum auxiliū impartire. ità Oldral. cons. 89. Bal. in li. 1. C. de his qui latro. tex. in cap. 2. de maledi. ibi, [Si necesse fuerit,] quam opinionem asseuerat esse communiter receptā Matt. de Afflict. in consti. Neapol. in proęm. num. 54.

14 *Auxiliū seculare præstandum non est quando defectus nullitatis opponitur.*

Si autem tūc opponeretur coram eodem iudice seculari de nullitate dictæ sententiæ, in dicta causa ab ecclesiastico latæ an præstari debeat brachium seculare, & affirmandum videtur quod si de nullitate allegata in promptu appareat exequenda non est: quia constat iniustā esse postquam nullā esse apparet, & iniusto iudicis mandato obtemperandum non est cap. qui resistit & capitul. Iulianus, & in capitul. is qui præst. 11. quæstio. 3. capitul. de cætero. 1. quæstio 5. capit. 1. de offic. ordin. cap. Si quando de rescrip. si autem ea nullitas non constaret in promptu, non debet iudex secularis suum brachium pro executione dictæ sentētiæ differre ità singulariter tenet Andræ. de Iser. in proęmi. consti. Neapol. & ibi eum sequitur Matth. de Afflict. numer. 55. Et iste est casus notatu dignus, in quo iudex secularis tenetur suum impertire auxilium non ostensa iustitia causæ.

Duodecimò, ad idem subijcitur alius casus, in quo idem prorsus est asseuerādum, nempè quando literis denuntiatoriis, Episcopus, vel iudex ecclesiasticus, aliquem excommunicatione maiori innodatum esse profert. tunc iudex secularis dictis literis stare tenetur absque eo quòd sibi aliter iustè illum fuisse excommunicatum constet. Nam literis dictis denunciatorijs ipsequè denunciationi excommunicationis, plurimum tribuendū esse constat ex Basilienſi Concilio Sessione. 20. vndecimo Kalendas Februarij, anno Domini milleſſimo quadragenteſimo trigesimo quinto, cuius memidis Floren. in 3. part. tit. 25. capitul. 3. Pragma. Sanctio Gallicana titul. de non cuitan. excommun. in prin. Nicolaus in supplemento Pisanellæ in verbo clericus. 3. in fine Felin. in capitul. ad probandum. colum. penul.

15 *Iudex secularis excōmunicatum ostensis literis denuntiatorijs repellere debet.*

penultim. de re iudica. & opinionem hanc quod excommunicatio eo modo probetur, tenet glos. singular. in capit. licet. de sentent. excommunica. libr. 6. quam sequitur Deci. in capitu. pastoralis. §. verum. de appellat. Quamuis apertè opinionem contrariam teneat idē Deci. in capitul. prudentiam. §. Sexta. column. de offici. delegat. & ibi Barba. Roman. in l. 1. ff. de noui oper. nun. asseuerantes per denunciationē nusquam excommunicationē probari, præsertim quo ad excludendum aliquem à iudicio, & à similibus actibus. Quæ opinio non vulgariter corroboratur ex Pontificia decissione text. in cap. 1. de exceptio. libr. 6. vbi decretū est excommunicationem, vt quis ab agendo repellatur, appertissimis documentis probandam esse. Sed vt opiniones istæ contrariæ, distinctionis fœdere componantur, ita asseuerandum censeo, quoć si excommunicationis exceptio alicui obijciatur, vi exceptionis peremptoriæ, vt graue inde damnum patiatur, minimè ea probatur per denunciationem, si verò in vim dilatoriæ opponatur, vt quis à iudicio excludetur, tunc per denunciationem probatur. Ita tenuit Rota in nouis decissio. 252. Abb. & omnes in dict. capitu. prudentiam. §. Sexta de offic. iudi. delegat. Roman. consil. 349. Franc. in dict. capit. licet Domi. in capit. 1. §. 2. de excep. libr. 6. Chosm. in prag. sancti. tit. de excomm. non euitan. in verbo denunciata, & opinionem istam communem esse asseuerat Deci. in dicto §. sexta. & Dom. Episcopus Couar. in cap. Alma mater. 1. part. relecti §. 3. de sent. excom. libr. 6. Non sanè secundum inueteratam consuetudinē totius Christiani orbis consuetum est, neminem denunciari excommunicatum, nisi prius solenniter excommunicatus sit, & licet aliquando hoc interuerti possit, id rarissimum esset, nec ex hoc tolleretur prę sumptio, quę ex frequentissimo contrario vsu orta est.

Ex quo fit, quo ad intellectum tex. in dict. capit. 1. de excep. libr. 6. secundum communem interpretationem ad repellendum excommunicatum, à iudicio sufficienter excommunicationem probari per ipsam denunciationem, & ea ratione iudex secularis repellere debet statim actorem excommunicatum ab agendo, nec potest petere, vt aliter sibi fiat fides de ipsa excommunicatione. Secus vt dictū est, si de grauiori præiudicio tractetur. 16 *Tex. in l. 1. de cen e cep. li. 6. interpre tatur.* 17 *Literis denunci atoris ostensis iudex se cularis non tene tur excō municatum ca pere nec in carce rem mit tere.*

Hinc cōfestim sequitur quod si iudex ecclesiasticus excommunicatum iam denunciatum præcipiat iudici seculari, vt eū capiat, & in carcerem mittat, tunc cum de graui incommodo agatur, non sufficerēt literæ denunciatoriæ, nec ipsa denūciatio, sed oportet, quod acta ostendantur, per quæ appareat de cul-

18 *Auxiliū præstandum nō est quādo à iudice qui implorat appellatum est.*

de culpa, propter quam lata fuit excommunicatio. Non quidem iudex secularis adhibere debet fidem literis Episcopi circa culpam illius, contra quem prolata fuit excommunicatio, nisi de ea per legitimas probationes sibi cõstet. Sic tradiderunt Andr. de Isern. & ibi Matthæus de Afflictis in procem. consti. Neap. num. 26.

18 Decimotertiò, vt casibus suprà cõstitutis, in quibus vel denegatur, vel non statim auxiliũ brachij secularis impartitur, alios addamus, illud firmissimi iuris est, illud minimè esse accomodandum, quando à sententia iudicis ecclesiastici appellatum est ex Alberi. sententia in di. l. episcopale. ver. sed circa hoc quæro. vbi Pau. de Castro in fine C. de Episc. & cler. Oldr. di. consil. 89. Dec. in di. cap. significati. de offic. delegati. Roland. Valle. dict. consi. 37. num. 1. Mart. Nauar. in di. ca. cum contingat. primo remedio. Steph. Aufreri. in tract. de potestate seculari 4. regul. n. 32. Tomo quinto, tract. diuer. doct. Franc. Auiles in cap. Prætor. dict. ca. 20. in verbo vsurpan. num. 25. Et potissima ratio est quia cum per appellationem suspensa sit iurisdictio iudicis secularis. l. 1. in fine ff. ad Turp. quidquid agitur appellatione pendente nullum est c. non solum de appellat. in 6. tanquam factum à iudice incõpetenti. l. fin. C. si à non competen. iudi. & impunè ei non paretur. l. fin. ff. de iurisdict. omni. iudi. quia quantum ad hoc priuatus iudicandus est. l. 3. ff. de offic. Præsi. Imo quod plus est Ioan. Andræ. Anton. Cardi. Abb. Imo. in dict. capitul. 1. de offic. ordin. scribunt, non teneri iudicem secularem, ad impartiendum suũ brachium seculare Ecclesiastico iudici, contra illum qui prætendens se exemptum esse, appellauit ab Episcopi visitatione. ex causa probabili, quæ casus eo fortior est, quòd ius commune resistat huic appellationi, adeò vt is exemptus absolui non debeat, ad cautelam, nisi saltem summariè aliqualiter eius exemptio probata prius fuerit. ita notat Innocen. in capitu. Solet. de sentent. excommun. libr. 6. vbi eum sequuntur Domi. & Perusi. Rota. decision. 234. incipi. Si rector. & decisio. 308. incip. Si quis. Nec minus est circa hoc notandum quod scribit Matthæ. de Afflictis in procem. constitution. Neapolitana. numer. 48. quod si iudex secularis compertum haberet, fuisse appellatum à sententia iudicis Ecclesiastici, & appellationem ab eo nõ fuisse admissam, quæ aliàs de iure admittenda erat, iuxta not. in capit. sæpe. de appellat. & à tali denegatione appellationis appellatum fuerit, prout iure requiritur secundum Cardi. in capit. Pastoralis. de offici. deleg. & in Clementin. de dolo & contu. quod etiã hoc casu brachiũ seculare tribuendum non est: sequitur

Auxiliũ præstandum nõ est quãdo à iudice qui imploratur appellatum est.

Roland. Valle dicto. consi. 37. dicens ita fuisse decisum in sacro consilio status Montisferrati contrà agentes pro Episcopo Albæ.

Hæc tamen communis & verissima sententia intelligenda est, vt locum obtineat quando appellatio interposita fuit à sententia diffinitiua, vel interlocutoria, cum causa probabili, & tempore, & forma debita, secus verò si per processum vel saltem aliundè ostendatur causam appellationis ab interlocutoria sententia, esse falsam, & ideò non esse recipiendam. Sic egregiè de morte declarat insignis Martin. Nauarr. in dict. capit. cum contingat. 1. remedio in fine & in secundo remedio fol 157. versic. Non obstat. & versic. Quinto respondeo, quamobrem eo casu non obstante appellatione ab interlocutoria sententia interposita, non potest auxilium seculari brachij iudici ecclesiastico petenti denegari.

19 *Auxilium præstandum non est quādo iudex extra iudicialiter processit.*

Decimò quarto, illud etiã est iuris exploratissimi, non esse auxilium seculare accommodandũ Iudici Ecclesiastico, quã do extraiudicialiter processit, & eo modo dictum remedium implorat, tunc sanè iudex secularis minimè tenetur ei parere, quia in extraiudicialibus præceptis Ecclesiasticus non est maior Seculari sed par. Vndè non potest ei mandare ca. cum adverum. 96. distinct. Et quia iudici procedenti extraiudicialiter impunè potest non pareri. l. prohibitũ. C. de iure Fisci. lib. 10. ità tenuit Inno. quẽ ibi cæteri sequuntur in di. ca. 1. de offic. ord. vbi Andr. Alci nu. 117.

Decimo quintò, non est prætermittendum, quòd si extra casus suprà à nobis constitutos, iudex secularis iniustè denegat suum auxilium, vltrà id quòd, iudex ecclesiasticus excommunicatione, & alijs pœnis spiritualibus, cõtrà eum procedere potest, vt iam versi. Quintò dictum est, poterit etiam & arbitrariam pœnam pro modo culpæ ei imponere, est equidẽ de hoc egregia Sali. sententia in l. vltim. C. de his qui latro. ocul. sequitur Iacob. Menocho. de arbi. iudi. quæst. libr. Centu. 5. casu. 452. num. 3. quòd singulariter notandum censeo.

20 *Iudex secularis, quia auxilium negat, excommunicari potest, & spiritualibus pœnis puniri.*

Decimo sextò, in hac auxilij, tam ecclesiastici, quam secularis concessione, diligenter attẽdere debent Iudices quòd cum implorationẽ dicti auxilij videatur causa fieri de foro iudicis adiuuantis, non debet adiuuans fortiori, & duriori remedio, vti, quã ipse in suo foro contrà sibi subditos esset vsurus. Quapropter Episcopus à quo postulatur auxiliũ non statim excõmunicauit, nisi prius sibi constiterit de rei inobediẽtia, & contumacia, sinè qua in suo foro excommunicationis sententia proferẽda nõ est, Eodem modò nec ad excommunicationem non procedet, nisi trina monitione præmissa ca. contingit in 2. capit. Sacro. de Senten. excommunica. c. contingit.

21 *Iudex qui auxilium præstat nõ debet alijs remedijs vti quã in suo foro inter subditos vtiretur.*

22 *Citatio an necessaria sit antequã auxil. ũ ecclesiasticum, vel secu lare præstetur.*

tingit.de offic. Delega. cap.inter quatuor.de maior. & obed. cap.de illicita. 24. quæst. 3. Idē etiam asseuerādum est ex parte iudicis secularis, nam si aliquis laicus aduersus Episcopi iussa contumax est,non propterea etiā si Episcopus implorato auxilio petierit, relegādus est, sed alijs remedijs vtēdum est, quibus in forensibus tribunalibus vti cōsuetum est. vt scribit Andr. Alci. d. cap. 1. de offici. ordi. numer. 125.

20 *Iudex secularis, quauis auxilium negat, excommunicare potest, & spiritualibus pœnis pœnit.*

22 *Citatio an necessaria sit antequā auxilium ecclesiasticum, vel secularē præstetur.*

Decimo septimò, ad commodiorem suprà dictorum interpretationem, egregia se offert disputatio,an viso processu per iudicem ecclesiasticum, vel secularem,antequàm alteri iudici petenti, suum auxiliū tribuat, pars aduersa debeat citari, & videtur sanè nullam citationem necessariam esse, nā satis est, quòd iudex ipse de meritis causæ per inspectionem actorum se informet,nec ex eo, quòd aliqualis causæ cognitio desideratur, indè sequitur, quod pars citari debeat quia ipse iudex à seipso ex actis cognoscere potest l. sed si lege. §. Prætor ar. ff. de in ius vocan. ibi. [Et totum causa cognita debet facere.] Vbi Bald.inquit quòd quamuis text. ille dicat, [Causa cognita, nō tamē pars citanda est. Ad idem conducit text. in l. cum hi in prin. ibi, [Prætoris nolo.& in §. si Prætor. ibi, [Prætores quærenda est.ff. de transact. Suffragatur que tex.insigni in l.3.§.si causa cognita. ff. o bono. posse. iuncta glos. in verbo. [Pro tribunali.] vbi scribit Bar. quod licet dicatur ibi, [De causa cognoscī (id est) ad effectum,vt iudex se informet, nō vero quod pars citari debeat. Facit item optimus text.in l. magis puto. §. non passim.ibi. [Hoc excutere.& ibi, Item requirit. Et ibi, Idem Prætor æstimare debebit, ff. de reb. eor. Et plurimum ad rem hanc conducit text. in l. 1. ff. nihil nouar. appella. penden. ibi,Quo ad deliberandū] cuius text. autoritate innixus Ioann. Andr.in capit.Pastoralis col.3. versic. Illud autem notandum. de offici.Deleg.affirmat, quòd vtrum appellatio sit admittēda vel ne, id parte absente potest diffiniri.Item non vulgariter opinionem istam corroborat, quòd à Bald. scriptum est in l. nequè natales colum.fin. versi. Sed nunquid in ista. C. de probationi. quod executor Apostolicus datus ad prouidendum beneficium aliquod alicui,cum clausula si est idonea, licet propter conditionem illā appositam in rescripto teneatur adhibere causæ cognitionem circà idoneitatem,non tamē in examinatione aliquis citandus est. Idem igitur in casu præsenti de quo controuertitur asseuerandum est,nam licet in eo aliqua causæ cognitio requiratur,non tamen ità exacta, vt pars citari debeat, nam quamuis aliquod grauamen inferatur, iudex primus est qui grauabit,non is qui rem sibi mandatam exequitur.

Contraria tamē sententia ex

ex eo verior videri potest, quia quando ex aliquo actu pars lædi potest, & præsens contradicendo actum impediret, citari debet l. de vno quoque ff. de re iudi. l. nam ità Diuus. ff. de adopti. l. in concedendo. de aqua plu. arcen. l. fin. C. si per vim, vel alio modo cap. 1. de causa possessio. & pro. Quod locum obtinet etiam in notorijs, modò aliquâ tergiuersatione celari, & defendi possint glo. celebris. in capit. 1. in verbo, conseruatores. de offic. deleg. in 6. glossi. & doctores in cap. ad nostram in 2. de iureiurā. sic igitur videtur asseuerādum, quòd antè huius auxilij concessionem, pars citari debeat, quia fortè ostendet nullitatem, vel euidentem iniustitiam, vel alias iustas causas propter quas, vt iam diximus hoc auxilium iustè posse denegari, & opinionem istam de stilo curię seruari affirmat Marcus. decisio. 269. num. 2. in prima parte.

Sed vt opiniones has componamus, affirmandum censeo, quod si per primum iudicem ordine iuris seruato, cognitum est de omnibus exceptionibus, quæ possent impedire sententiæ executionem, & hoc ex actis constat, ità vt nihil agendū supersit. citatio necessaria non est, & ità procedunt, quæ pro prima aduximus opinione, si verò sufficienter de his exceptionibus cognitum non est, sed verisimiliter creditur, quod facta citatione, aliqua defensio competeret ei, cōtrà quem implloratur auxilium, tunc citatio præmittenda erit, & ità intelligenda sunt, quæ pro secunda opinione adducta fuerūt, quam distinctionem colligo ex Abb. in capit. prudentiam. §. quia vero colum. 4. vbi Imo. colu. 3. versi. Interdum autē quàm verissimam credo, licet non placeat Marci Ant. Natte. consi. 528 num. 31. volu. 3. qui indistinctè citationem necessariam esse censet.

Decimo octauo, & vltimo solet in disputationem adduci, an Episcopus possit habere familiam armatam, ad executionē, & ministerium iustitiæ, qua proposita quæstione Abb. in cap. significasti. de offici. delega. multis rationibus infirmis, tamen probare contendit non licere, Sed quidquid ille sentiat, vera est, & communis contraria opinio quod hoc de iure Episcopis competat Bald. in l. non salutem. § fina ff. de offici. Præfecti vigi. tradit Deci. latissimè in dict. capit. Significasti. numer. 5. Villadieg. intractat. de irregul. quęstio 11. num. 16. & sequen. Reper. Inquisitorum in verbo, [Arma. §. sed nunc quæritur.] Et opinionem istā communem esse fatetur, eam se quutus Franc. Pegun. ad Directori. inqui. Scholi 116. pagin. 220. secundæ partis. 23 *Episcopus an possit habere familiam armatā.*

Illud autem omni difficultate caret, quod hæreticæ prauitatis Inquisitores, multis & iustissimis causis habere possunt officiales, vel familias armatas, ad suam defensionē, vel ad hæreticos 24 *Inquisitores familiam armatā habere possunt.*

reticos capiendos, vt eorũ fæuitia comprimatur: Stat equidem de hoc priuilegium Clemẽtis Quinti, in Concilio Viẽnẽsi circa annos Domini. 1310 quòd innouauit Ioan. Duodecimus quadam Pontificia constitutione incipi, [Exigit ordinis nostri.] Quæ habetur in literis Apostolicis pro S. officio pagina. 39. de quo priuilegio meminit Reper. inquisitorum in verbo, [Arma §. Sed vtrũ Inquisitores.] Villadiego, in tract. de hæretic. quæsti. 11. numer. 15. Simanc. de institit. Catho. tit. 14. num. 15. Bernar. Comensis in lucerna verbo, *Inquisitor.*

25 *Officiales, & cæteri ministri Sanctæ officij arma deferre possunt.*

Et hoc priuilegium quòd officiales, vel ministri Sanctæ Inquisitionis (quos in Hispania, *Familiares*, appellant, in Italia verò, *Cruce signatos*) Obtinent fauore fidei ius portandi arma quocunquè tempore die aut nocte procedit, non obstante quacunque lege in contrarium ædita. Imò is qui legem conderet, qua prohiberet officiales Inquisitorum arma deferre, velut impeditor sacri officij puniri posset, gloss. in capit. statutum. in primo de hæreti. libr. 6. tradit Director. Inquisitor. 2. par. quæstio. 54. Fran. Pegñ. in anno. ad dictum Direct. Scholi. 60. & libr. 3. Scholi. 114. fol. 222. vbi dictam gloss. communem esse fatetur.

26 Nec solum dicti ministri arma gestare possunt, sed etiam cæteri ministri qui quamuis alia ratione Sancto officio inseruiunt, veluti consultores, aduocati, notarij, custodes, & alij: nam hi omnes ratione officij infesti sunt hæreticis, & impijs hominibus, vt optimè tradit Fran. Peñ. d. Schol. 114.

Quis verò familiaris ab Inquisitoribus creandus sit, vt arma deferre possit, egregiè diffiniuit Ioan. vigesimus secundus Pontifex Maxi. dicta constitutione his verbis. [Quare volumus, & discretioni vestræ per Apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus, quatenus neminem familiarẽ, nisi eiusdẽ ecclesiæ fidelẽ ac deuotũ, & laudabilis conuersationis, & vitæ habere quomodo libet præsumatis.] Hactenus Pontifex. Sũt sanè eligẽdi qui generis notam minimè patiuntur, qui probis sunt moribus instituti. Nec armorũ vsus illis concedatur, qui sub fidei prætextu, facinora cõmittentes priuilegio abutãtur. 27 *Familiares Sanctæ officij qui sunt eligendi.*

Quòd si familia armata non sufficit pro Sancti officij executione, possunt inquisitores auxiliũ secularium Magistratuum, implorare. Vt peculiari constitutione decreuit, Vrban⁹ Quartus rescripto quodã incip. [Liceat ex omnibus] §. denique, & refertur in literis Apostoli. pro Sancto officio. fol. 27. de quo rescripto meminit Reperto. inquisit. in verbo, *Brachium.* Abb. in capitul. 1. de offic. ordin. Locatus in opere iud. in verb. *Inquisitor.* numer. 30. Zanchi. de hæret. cap. 37. num. 1. Nam tanta hæreticorum potentia esse potest, vt vires inquisitorum 28 *Inquisitores auxiliũ secularium implorare possunt.*

non

non sufficerent, ideò oportet inuocare auxilium seculare. l. si quis. C. de Episcop. & cleric.

29 Si verò seculares Magistratus auxilium denegauerint, & contumaces fuerint, possunt Ecclesiasticis cēsuris coerceri, & honore priuari, & alijs pœnis puniri, vt in dict. constitutione Vrba. c. ad abolendam. §. penult. cap. excom. §. moneantur. de hæret.

Pro quibus omnibus, ac necessarijs eorum, vestrum implorо officiū.

CAPVT CLI.

1 Iudex ex officio suo in qualibet causa criminali, post testium aperturam, etiam ad offensam rei, potest testes recipere.
2 Iudex ex officio rationem damnorū partis læsæ habere potest.
3 Testes ad defensā rei ex iudicis officio publicatis attestationibus, recipi possunt.
4 Iudex, etiam eius officio non implorato, pœnam minuere potest.
5 Iudex de veritate pro absēte inquirit
6 Iudex ex officio accusatorem criminosum repellere potest.

1 SI enim officium Iudicis amplissimum est, multaque operari potest in omnibus iudicijs, quantò magis vires habebit in his criminalibus causis à suis officialibus motis, quos in eius locum succedere superiùs declarauimus? meritò ergo in simili denunciatione quicunq; Promotor seu Fiscalis, iudicis officium implorare debebit, exuberat enim plurimū in his causis: Potest namque iudex ex officio suo in qualibet causa criminali, etiam post aperturam testium, testes de nouo recipere, etiam ad offensam rei a vt a not. Bart. in l. 1. §. Si publico. in colum. 5. ff. ad leg. Iul. de adulte. versic. vlterius quæro. quem refert Præpo. in cap. de accusatione. 2. quæst. 8. in col. 39. versi. quarta differentia. & notat Maria. in c. fraternitatis. de testi. colum. 35. versic. Trigesimus tertius, ex quo sequi posset notabilis effectus, quod licet ipse Fiscalis in dilationibus sibi datis non probauisset delictum, facta esse publicatione testium: si iudex repererit testes contra reum, poterit eos examinare, prius tamen citato reo ad videndum illos iurare: debebit etiam sibi dari posteà attestationum copia, & noua dilatio ad opponendum contra illas. Aduerte tamen ne in hoc decipiaris, quia illa doctrina Barto. declaratur notabiliter per Salicet. in l. fina. in fin. col. C. de quæstion. videlicet quod tunc possint testes recipi ad offensam post publicationē quando illa receptio fieret super nouo capitulo, non autem super antiquo: b cuius sententiam sequitur Feli. in cap. Cum clamor: fin. colu. de testibus. post Aret. in cap. fraternitatis. in 8. cartha. eo. tit. quod etiā sequitur Hippo. in l. 1. §. Si quis vltro. ff. de quæst. & dicit esse menti tenendum. Item e 2 tiam aduerte quod ex officio suo iudex poterit in his causis

habere

habere rationem damnorū, & partis læsæ, per ea, quæ notat Præpo. in ca. libellorum in 2. col. 2. quæst. 8. vbi referendo plures docto. in varijs locis cōcludit, quod communiter firmatur per eos ibi, quod siue iudex procedat per accusationē, siue per Inquisitionem, poterit habere rationem damnorum & interesse partis læsæ: laudabiliter ergo, & iustè facit iudex ecclesiasticus, cui magis incumbit exonerare conscientias suorum cleri corum, si constito de damno partis per processum, reum clericum cogat ad satisfaciendum, etiā illud non petente, præmaximè quia sæpissimè læsi & offensi à clericis non audent eos accusare coram suis iudicibus, tum quia desperant non posse iustitiam sibi plenè satisfacientem consequi, propter leuitatem pœnarum quas inferunt ecclesiastici iudices, tū propter tardam expeditionem negotiorum in curijs ecclesiasticis, & sumptus qui in illis prosequēdis fiunt, maximè in Rō. Curia, tum etiam ob illatas sibi minas ab eisdem clericis facinorosis, aut suis famulis vel amicis. Vnde meritoriè, & magna cum vtilitate Reipublicæ faciunt Ecclesiastici iudices, qui ex officio descendūt ad satisfactionem partium læsarū à clericis, etiam illis non instantibus. Sed sicut annotabimus, ea quæ cōtra reos potest iudex ex officio facere, iustum est, vt eorum quę in suum fauorem potest, non obliuiscamur. Et primò ad eorum defensam poterit recipere testes publicatis attestationibus, e vt notat etiam Bart. in di. §. Si publico. Quod dicit Hippoly. in di. §. Si quis vltrò, posse fieri etiā super eisdē capitulis: & allegat Salic. vbi suprà, licet ipse hoc nō dicat, sed solùm quod ad defensam quocunq; tempore ante sententiā produci possunt testes, allegando text. in l. Vnius. §. Cognituru ff. de quæst. ex quo ibi. hoc notat Bart. Secundò potest iudex minuere pœnam etiam, etiamsi non sit imploratū eius officium. vt not. Bar. in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his qui not. infa. col. 3. vers. quæro vtrum. per l. Si non defendatur. ff. de pœnis & per l. 1. in fin. ff. de quæ. Tertiò quod iudex inquirit veritatē pro absente d si potest suo officio, vt not. Bar. in l. Seruum. §. publicæ. 2. col. ff. de procurat. latiùs in 4. §. hoc autem iudicium. in col. 4. ff. de dam. infec. vbi dicit quod quando reus est absens, in delictis in quibus imponitur pœna vsque ad relegationē (quia tunc potest procedi contra absentem vsque ad diffinitiuam sententiam) potest iudex pro absente probationes inducere. Quartò Iudex ex officio potest repellere accusatorē criminosum, & qui aliàs non est legitimus. Notat Inno. in cap. Nulli de accusat. quod procedit, etiā si accusatus velit illum admitti vt notat Archid. in cap. Quærendum. 2. quæstion. 7.

Ad do-

A *Ad defensam rei.* Adde quod opinio hæc procedit tantum in eo casu quo loquitur. Auctor nempè quando ex iudicis officio proceditur, secus si parte instante procederetur, sic tradiderunt Bald. in l. præsbyteri. colum. 1. C. de Episcop. & clerie. & in consi. 276. column. penul. volum. 1. Aretin. in cap. cum clamor. colu. 2. vbi Felin. colu. penul. de testi. quam esse communem opinionem fatetur Aegi. Bosi. in tract. delict. de publi. proce. num. 3. circà quam vide ellegantissimè Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fin. versic. sed quæro nunquid. cum sequen. Anton. Gab. li. 1. communion. opinion. conclus. 21. num. 96.

B *Super antiquo.* Adde Hypoli. in practicam criminal. §. sequens. numer. 8. Ludouic. Carr. in Practicam Criminal. fol. 76. recentioris impressionis numer. 1.

C *Publicatis attestationibus.* Adde Bar. in l. Diui fratres. ff. de pœn. & quæst. 14. incip. [Iudex maleficiorum] Abb. in ca. subborta colu. vltim. de re iudi. Ang. Areti. vbi Aug. Arim. in tract. malefici in parte, [Comparuerunt dicti inquisiti coram dicto iudice] numer. 19. Hyppo. consi. 39. & cons. 73. vol. 2. & in practi. in § sequens. Capitius Neapoli decisi. 81. num. 4. Rober. Maran. in Spec. adu. 6. par. §. Tertius actus pa. 433. numer. 3. Ludo. Carr. in practi. crimi. D fol. 76. Iul. Clar. vbi supra. allegaui.

Pro absente. Adde text. in l. si non defendantur. ff. de pœn. & Regiam. l. à Catholicis Regibus in hoc celeberrimo Complutensi populo conditam anno Domini. 1503. ibi. *Informandose ansi mismo el juez de su officio. por quantas partes pudiere, de la innocentia de el tal accusado.* Quæ hodie lex est. 3. tit. 10. lib. 4. ordi. noui, & vide Hyppo. in pract. crimi. §. opportunè. num. 14. & consi. 73. num. 20 vol. 2. Ferra. in practi. in forma libelli in actione reali. versi. quatenus ex officio. numer. 12.

Excusator pro reo absente in criminalibus causis admittatur.

Eadem igitur ratione videtur, vt quod iudex potest proprio officio facere, idem facere licebit aliquo excusatore, pro absente interueniente, aut quolibet alio submini strante testes, & probationes, ex quibus rei innocentia detegatur Bart. & ibi doctores in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. quod si excusator. non audiatur, processus est ipso iure nullus. tenet idem Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo. *Neglexerit.* quam opinionem communem esse testantur Gramma. voto. 37. Car. in l. obseruare. num. 76. C. quorum appell. non recipi. Petrus Auendanus responso. 15. num. 6. qui Regijs constitutionibus contrarium dicit esse asseuerandum. eandem communem opinionem esse testatur Hieronym. Grattus consi. 98, num. 8. libr. 1. Et hoc modò reus faciet suas defensiones, absque eo quod personaliter compareat, quã cautelã scripsit

Cepol.

Cepol. caute. 68. quam sequitur Blancus in practi. crim. fol. 22. num. 58. & fol. 158. cautè. 11. dicens quod ita practicatur & practicari potest. Sed certè hæc communis sententia mihi nunquam placuit, est equidem in maximam reipublicæ pernitiem, cui plurimum interest, ne crimina impunita remaneant, nullus equidem de crimine accusatus compareret personaliter, sed vel ex officio, vel per huiusmodi excusatorem, faceret testes in suum fauorem examinari, absque aliquo suo periculo, cum ipse in tuto esset constitutus. Tolleretur hoc modo medium aptissimum, ad veritatem detegendam, quod ex confessione iudiciali procedit, necnon ex alijs actibus solitis fieri, præsente reo & incarcerib. detēto. Ideoque in practica dicta opinio recipienda non est, nec ipse vnquam receptam vidi. Et postquam hæc scripsi, legi Iulium Clarum communem sententiam reprobantem in practica crimi. § fina quæst. 33. versi. sed nunquid. & vide eundem dict. §. fina. q. 61. ver. sed hæc quidem, qui etiam scribit, quòd iudex qui Bar. opinoinē sequeretur, grauiter erraret, & in Sindicatu posset molestia affici.

Verum tamen est, quod licet procurator non possit pro reo absente comparere, ad allegandas eas defensiones, quæ concernunt crimen, de quo reus est accusatus: benè tamen erit admittendus, ad allegandum iustas absentiæ causas, & legitima impedimenta iuris, vel facti. text. qui sic est intelligendus in capit. veniens. vbi Abb. & doctores. de accusationi. l. pen. § ad crimen. vbi Bart. Ang. de Imo. ff. de publi. iudic. leg. seruum. §. publicè. ff. de procura. Regia l. 12. tit. 5 par. 3.

Quòd procedit & locum obtinet etiam in causis fidei vt rectè docent Carrerius in tract. de hæreti. numer. 113. Siman. in Catho. institu. tit. 52. nume. 4. Ioann. Rojas sing. fidei in singu. 170. Franc. Pegña in anno ad Directori. inquisi. lib. 3. Scho. 48. quòd verum est secūdum eos quando absens solùm in fide suspectus est, secus verò si vere hæreticus esset, tunc nullus pro eo excusator aut defensor est audiendus text. in capitul. Si aduersus de hæretic. quo omne hæreticis patrocinium denegatur. Imo etiam sine mandato admittēdus quilibet est ad alleganda iusta facti impedimenta, quæ necessaria sunt nempè captiuitatem, & similes causas secundum Bart. & communem sententiam. in dict. §. ad crimen. Quod si absentiæ causæ non sint necessariæ, sed probabiles, nempè locus non tutus, inimicitiæ, & similes: nullus sinè mandato admittendus est ad earum allegationem, quia fortè absens nollet illas causas allegare. Ità notant Bart. & Ang. in dict. §. ad crimen. Anto. & Ab. in dict. cap. Sed opinio hæc nullo iure

defendi

defendi poteſt, nã ſi cauſæ Probabiles ſunt præſumendum eſt abſentem eas allegaturum fuiſſe, & eas allegari velle, vndê meritô Bar doctrina impugnat Imo. in di. §. ad crimen. num. 25. Anani. & Socin. num. 47. & Atetin. num. 48. in dict. cap. veniens. Nec reffragatur, quôd ſcribit Innoc. comuniter receptus in dict. ca. veniens. qui in ea eſt ſententia vt exiſtimet, non eſſe quemquam abſque mãdato admittendum, ad allegãdas voluntarias, abſentis excuſationes, ex cauſa iuris nam ea opinio non agit de excuſationibus in facto conſiſtentibus, ſed de his allegationibus, quæ de iure deducuntur, ad hoc vt non teneatur abſens etiam non impeditus reſpondere

Ac expenſas proteſtor & peto.

CAPVT CLIII.

1 *Victus victori etiam in criminalibus in expenſis eſt condemnandus.*
2 *Expenſæ illæ ſoluendæ ſunt, quæ vere conſumptæ fuerunt.*
3 *Clerici an poſſint damnari in aliquo pro ſoluendo ſalario, fiſcali aduocato, vel notarijs curiæ.*
4 *Promotor ſeu fiſcalis qui calumnioſam accuſationem inſtituerit, in expenſis eſt damnandus.*

QVanuis Epiſcoporum reditus pro ſuſtentandis oneribus eccleſiæ ſuę aſſignati cenſeatur, inter quæ nõ minimum reputandum eſt, vt diœceſim ſuam malis purgent hominibus, & clericos facinoroſos emendent: non tamen iniuſtum reputo quod damnatus reus, ſi bona habeat, expenſas ſoluat Promotori ſu Eiſcali (vt vulgus appellat (Cùm etiam in criminalibus victus victori condemnari debeat in expẽſis, a vt probat text. ſecundùm vnam lectu- 2
ram in. l final. C. de fruct. & lit. expen. voluit gloſſ. in cap. finem litibus. de dol. & cont. Bart. in. l. i. in prin. ff. ad Tutpil. & in l. Si poſtulauerit. in prin. & in. §. fin. ff. de Adul. Abb. poſt alios in d. cap. finem litibus. Canoniſt. in cap. calumniam. depœni. & hæc eſt communior opinio ſecundũ Hippolitum in. l. patre vel merito. ff. de quæſtio. in colũ. 3. in fin. licet Fel. in c. accidens. in colum. pen. de accuſa. quem ipſe non refert propter varietatem opinionum huius articuli, ſe remittat ad alios docto. Hoc tamen adhibito moderamine, vt illæ ſolùm ſoluantur, quas vere expendiſſe conſtiterit, in ſubſtituendis procuratoribus loco ſui, in euoncandis teſtib^s. & miniſtrandis illis pro itinere ſumptibus, ac inſolutione tabellionem, & ſimilium rerum, in quibus certum erit eum aliquid conſumpſiſſe. Pro ſoluendo autem ſalario quod illi Epiſcopus aſſignauerit aut ſuo aduocato, ſeu ſatisfactione notarioriorum curię epiſcopalis, qui ex more gratis debent ac ſolent facere omnia quæ Promotoris concernũt officium: &

ſi bona

si bona damnatorum suppetant posse eos damnari in aliquo (meliori iudicio saluo) non crederem, cum ad salaria ipsius & aduocati teneatur Episcopus, & ad alia gratis facienda sui videatur omnoxij notarij. Quamuis non iudicarem indecens quod episcopus ex communi bursa pœnarum camere posset prædicta salaria soluere, & ipsis notarijs (si laboris magnitudo exegerit) aliquid præstare, dum tamen ex hoc non detur occasio Promotori vexandi reos, notarijsquè longos describendi processus sine vlla necessitate. Hortor autem sub obtestatione extremi iudicij Præsules omnes, vt officialibus suis ad insequendos malefactores sumptus necessarios præstent, ne ob eorum defectum in Romana & Metropolitanis curijs, persecutio criminalium litium deseratur, ex quo malefactores insolentiores reddantur, solaquè ab ipsis appellatione interposita, ac obstenta inhibitione per diœcesim sicuti cæteri probi & innocui homines liberè discurrant videntibus superioribus & contemptis. Quod nempè audacius & liberiùs faciunt delinquentes, quando perpendunt tantam esse suorum superiorum auaritiam, quod appellantes ab eis solent negligere, ne quicquam sibi ex hoc, sumptus accrescat. Debent præterea aduertere iudices, quod si promotor calumnioſam instituerit accusationem, in expensis damnari debet: b vt cauetur in decisione Capellæ Tholosanæ, in quæst. 6. vbi etiam videnda est bona additio Stephani, quæ dicit, quod quando accusauit nulla infamia, vel indicijs præcedentibus, dicitur iniustè accusasse, & merito quidem in expensis damnandus est tunc. Nam qui positus est, vt sua diligentia sceleratos clericos insequatur (vt boni manifesti fiant & ab alijs discernantur) non debet insontes & bonos clericos infamare neque vexare. b

IN *expensis*. Adde quod hanc opinionem communem esse fatentur Nicellus in concord. glossar. cap. 47. Aposto. ad Ange. in tracta. malefi. in parte & ad querelam numer. 73. Hieron. Grattus consi. 97. numer. 1. libr. 1. D. Episcopus Couarr. in practi. quæst. capit. 27. num. 2. Viuius in libr. commun. opini. in verbo, Iudex tenetur condemnare. Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. § fi. q. 62. versic. Sed nunquid D. Anton. Padilla in l. transigere. numer. 4. C. de transa. Est tamen opinio hæc intelligenda si expensæ, fuerint petitæ, non autem aliàs tradit. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infecto. & in l. properandum. §. Sin autem alterutra. colum. vlti. C. de iudi. vbi Bald. Ferra. in forma libelli in actione reali. versic. & expensis. nume. 7. Maranta in Specul. aduo. 6. par. 3. membro, numer. 12. pag. 397. A

latæ Iaſ. in §. omnium. nu. 145. Inſti. de actioni. & eſt opinio communiter recepta ſecundū Rip. in d. §. hoc iudicium. num. 83. verſ ſecunda concluſio.

Clericus qui abſoluitur à crimine, an expenſis poſſit cōdemnari

Quòd ſi clericus accuſatus abſoluitur à crimine nullo modo in expenſis debet codemnari iuri equidem & rationi contrarium eſt, quod eadem ſententia, qua abſoluitur etiam condemnetur. Præſertim quod ſi crimen leue ſit, pœnam eius ordinariam expenſæ longè aliquādo ſuperant. Si verò ſit graue, non prorſus clericus liber remanet ab aliqua nota obiecti criminis, cum talis condemnatio culpam aliquam præſeferat, à qua qui abſoluitur immunis debet remanere, & ideò vel in totum eſt condemnandus, vel abſoluēdus, quia inter factū & nō factū: non eſt dare mediū nec media pœna imponi poteſt, vt elegāter ſcribit æruditiſſimus D. Fran. Sarmiento Gienenſis Preſu. integerrimus libr. 1. ſelectarum interpræ. cap. 1. quo loco aſſerit ad noſtrum inſtitutum accommodatiſſimè quod licet pœna ratione culpæ temperetur non vero ratione probationis, quia ex probatione nec creſcit, nec minuitur culpa, & ideò expenſatum condemnatio, nec pro pœna imponi poteſt, quando delictum non fuit probatū, & iſtam opinionē nouiſſimè amplectitur Doctor Segura in directorio iudi. Eccleſi. 2. par. cap. 12. numer. 5. probans iuri communem eſſe conſentaneam, & in Concilio Prouin. Toletano edito anno. 1566. actione. 2. cap. 12. hoc ità fuit decretum, cuius verba retuli ſuprà. c. 5. litera. c. vbi vide.

Sed iam audio nonnullos Iudices Eccleſiaſticos conquierentes, nec non notarios, Fiſcales, & alios officiales Curiarū Eccleſiaſticarum latrantes, quod ſi opinio iſta in dictis tribunalibus reſciberetur, nullus eſſet qui denūciationē proponeret, nec qui in inquirendis criminibus intenderet omneſque à ſuis muneribus deſiſterint, cum poſt longum laborem debita ſibi mercede caperet. Quæ iuſta eſſet quærela, niſi iure ſtatutū eſſet, quod in his caſibus expenſæ, quæ pro iuſtitiæ executione fiunt, *ex burſa pœnarum cameræ debent perſolui, vt noſter Epiſcopus hoc capite ſcribit:* quod ſi pœnæ pecuniariæ Fiſcales deſcerint. Epiſcopi ex iuncto munere eas expēſas ſupeditare tenentur, Et ſi hoc ad vnguem ſeruaretur tribunalia Eccleſiaſtica iuſtitia & equitate eſſent compoſita, nec daretur locus iniuſtiſſimis denuntiationibus quæ cum maxima infamiæ labe innocentium clericorum, & quandoque laicorum fiunt, ſed ea tantum crimina denunciarentur quæ probari poſſent, vt benè, & cum iudicio ſcribit D. Segura in loco præcitato. Sed fortè *vellent* dicti curiarum miniſtri clauem potius de manu Herculis eripere quam ab aliquibus Præſulibus, ſui laboris ſalaria exigere, ſed qui iuſtè merentibus de-

negant

negant strictam rationem dabunt, in die tremendi iudicij.

B *Damnari debet.* Adde latè Ang. Aretin. vbi Aug. Arim. in tract. male. in parte. & ad querelam. num. 71. Aegi. Bossi. in tract. delictor. tit. de accusa. num. 27. Nota tamen singulariter, quod quidquid sit de iure communi, hodie de consuetudine Sindici siuè Promotores Fiscales non puniuntur propter calumniam, nam ex quo officij necessitate compulsi denũtiant, cessat, præsumptio columniæ ità seruari testatur Albe. in l. ea quidem. num. 9. C. de accusatio. Amad. de Sind. numer. 85. Quod quidem intelligendum est, quantum ad hoc vt excusentur à præsumpta calumnia quæ oritur ex eo, quòd delictũ non fuit probatum. Sed si de vera calumnia apparet, tunc procedit communis sententia, vt debeant Fiscales curiæ in expensis condemnari, & fortè grauiùs arbitrio Iudicis puniri. de quo lege Iul. Clar. in loco nouissimè allegato, & vide Concilium Toletanum actione. 2. cap. 12. cuius decisionem allegaui suprà cap. 6.

LAVS DEO.

I
P

A

Ads
Alia
ſa
ca
Ale
Alia
I
An
te
te
Ap
Arb
Ad

B
Ben
Biga
Blaſ
Bona
Bone

C
Clana
2
Carni
na
ter

INDEX OMNIVM CAPITVLORVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM ALPHAbetico ordine descriptus.

A

AB Ecclesijs ad quas confugerũt extrahi c. 123. fo. 492.
Ab ingressu Ecclesiæ interdicti capit 129. 527.
A collatione ordinũ suspenso cap 30. 124.
Adulteri cap 85. 347.
Aliquoties insuper celebrando corpus & sanguinem Domini non percipiebant, cap. 42. 149.
Aleatores, cap. 70. 263.
Aliquo lapsu temporis non obstante, cap. 147. 591.
A manifestis vsurarijs oblationes recipientes, eosque ecclesiasticæ sepultura tradentes, ca. 89. 368. ante 369.
Apostata, cap. 111. 251.
Arbitrarijs puniri, cap. 146. 587.
Ad ratiocinia obligati, cap. 20. 71.

B.

BEneficia plura possident, c. 48. ante 48.
Beneficijs priuari, cap. 131. 531.
Beneficia, cap. 10. 32.
Bigami, cap. 16. 48.
Blasphemi, cap. 110. 443.
Bona Ecclesiæ dilapidantes. cap. 71. 268.
Bonorũ publicatione puniri, ca. 132. 535.

C.

CApi, cap. 122. 484.
Calumniatores, cap. 65. 242.
Clandestinis nuptijs interessentes, ca. 73. 278.
Carnificum seu macellariorum, aut tabernariorum officium, publicè & personaliter exercentes, cap. 69. 259.
Canonicis vel sinodalibus 3, cap. 144. 582.
Columberius & Serpelo, cap. 7. 26.
Concubinarij, cap. 79. 308.
Coram vobis D.N. cap. 2. fol. 5.
Comam nutrientes siue relaxantes, ca. 76. 300.
Commendatumque sibi infirmum baptizare noluerunt, cap. 47. 155.
Coram secularibus magistratibus clericos inuitos conuenire sunt ausi. ca. 62. 233.
Contra Ecclesias, à quibus beneficia obtinẽs aduocati, vel procuratores extiterunt, ca. 63. 234.
Consulentesque Aruspices, Incantatores, Ariolos, Augures, Sortilegos ac eos quæ artẽ Magicã profitentur, ca. 108. 435.
Conspiratores, cap. 118. 477.
Confessionibus proprijs, cap. 127. 519.
Consuetudinarijs, cap. 145. 585.
Corporalibus, cap. 143. 579.
Cum laici essẽt sine ordinibus ministrare, & celebrare sunt ausi, cap. 12. 35.
Cum alienigina sint in his Castella & Legionis Regnis, vel in alijs, quibus legibus, moribus, vel consuetudine prohibitum est dignitates Ecclesiasticas beneficia præstimonia, vel pensiones, impetrare sunt ausi cap. 54. ante 154.
Cum Parochiales Ecclesias habeant intra annum non fuerunt promoti, c. 53. 176.
Corpore vitiati, cap. 17. 52.

D.

DAta incorrigibilitate, cap. 139. 562.
Denunciatio, cap. 6. 19.
Deponi. cap. 135. 549.

Degradari, ea p. 140. 58.
Deficiente vero legitima probat. & vulgatam infamiam, graue scandalū, vehementem suspitionem ex testium dictis obortam purgatione tudici, c. 148, 592
Duellum alijs sponte offerentes, Seu oblatū suscipientes, cap. 100. 318.

E.

Ebrij, cap. 77. 304.
Ecclesiastic. viros vt sua resignent beneficia ac ne citati ad curiam accedant capientes, cap. 104. 430.
Ego N. presbyter, cap. 4. 14.
Etsi opus fuerit, ad dictarum pœnarum executionem, seculare brachium imploretur, cap. 151. 601.
Et sine titulo cap. 18. 60.
Eos citari personaliter, cap. 121. 486.
Eucharistiam ob ebrietatem, ac voracitatē euomuerunt, cap. 41. 148.
Excommunicato, cap. 28. 123.
Excommunicationis maioris vinculo innodati, per annum vel multo tempore, contumaciter steterunt, cap. 116. 463.
Exigentibus culpis. cap. 138. 562.
Expensas protestor & peto, c. 152. 622.
Excommunicati, cap. 13. 37.
Extra tempora & ante ætatem legitimam, & al. alieno Episcopo, cap. 26. 101.

F.

Falsi testimonij res, cap 93. 382.
Falsarij, cap., 117. 473.
Fornicarij, cap. 78. 307.
Furtiuè cap. 25. 101.
Fures cap. 90. 369.

G.

Grauia & plura perpetrarunt facinora, cap, 11. fol. 28.

H.

Habita informatione summaria, cap. 120. fol. 482.
Hæretico, cap. 29. 124.
Hæretici, cap. 114. 454.
Hæretici, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, ecclesiastica adhibentes Sacramenta ac eos Christianæ sepulturæ tradentes, & eorum eleemosynas ac oblationes recipientes, cap. 115. 462.
Homicidæ, cap. 94. 388.
Huius diœcesis originarij, cap. 8. 27.
Horu prohibitu, celebrare sunt ausi, capitulo, 46. 154.

I.

Illegitimi, cap. 14. 74.
Illiterati, cap 21. 72.
In ea domicilium habentes, cap. 9. 29.
In custodia eucharistiæ desides, c. 44. 150
Incendiarij, cap. 105. 434.
In nullo beneficio residens. cap. 52. 176.
Instituti hæredes, de restituendo hæreditatē incapaci, tacitā fidē dederunt, ca. 64. 237
Incestus cap. 84. 343.
Incarcerari, cap. 124. 498.
In die saptus, cap. 35. 538.
In priuatis locis, sinè Episcopi licentia, celebrarunt capitulo, 39. 142.
In perpetuum carcerem damnari, c. 137. 563. sit 551.
In exilium mitti, cap. 134. 559. sit 547.
In arctum monasterium detrudi c. 139. 550. sit 550.
In pluribus eorum intrusi sunt, c. 49. 165.
In qua, si defecerint vti comitibus puniri, cap. 149. 596.
Interdictique tempore ad ordines sunt promoti, cap. 32. 125.
Ioculares Goliardi seu Buffones, cap. 68. fol. 257.
Iuramento de præmissis interrogari, cap. 126. 506.
In criminalibus, capitalibusque causis accusatores aduocati, Procuratores, contra reos in secularibus tribunalibus steterūt, cap. 98. 406.

L.

Leges & phisicam audientes, c. 59. 478.
Læsa Maiestatis rei, c. 119. ante. 119. 478.
Literas ad alios directas aperientes, & aduersarijs ostendentes. cap. 103. 428.

M.

Matrimonium de facto contrahentes, cap, 80. 317.
Maledici, cap. 66. 246.
Missamque pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrarunt hominibus, vt illi mortui incurrerent persculum, cap. 40. 157.
Monialibus. cap. 81. 387.
Ministri laicorum ac in rebus eorum procuratores existentes, cap. 57. 214.
Missamque sacram ineptam reliquerant, cap. 45. 161.

N.

NAues ad pugnam gubernantes & conflictum personaliter exercentes ac alios ad pugnam incitantes, c. 101. 419.
Nephandi criminis rei. cap. 86. 353.
Negotiatores ac aliarum rei conductores, capit. 55. 198.
Non iejunii, cap. 24. 136.
Nuptias secundas vel temporibus prohibitis benedicentes, cap. 74. 296.
Neophiti, cap. 22. 80.

O.

OB negligentiam ipsorum aliquid sanguinis stillauit in terra & in altari cap. 42. fol. 149.
Officium insuper diuinum ut teneantur non recitarunt cap. 54. post. 54. 196.
Officialis ac Vicario generali, cap. 2. 7.
Occasione laicæ recognitionis non requisitæ Episcopi audientia beneficia ecclesiastica sibi præsumpserunt vindicare c. 51, 169

P.

PArricidæ, cap. 96. 396.
Per saltum, cap. 24. 97.
Perjuri, cap. 92. 378.
Peccatores qui sibi confessi sunt signis, aut verbis prodentes, cap. 109. 435.
Per Assessinos alios interfici mandantes, cap. 96. 402.
Pœnisve alijs pecuniarijs, cap. 142. 575.
Post peractã pœnitentiã solennem. 23. 94.
Principum & secularium virorum lustriarij, 61. 220.
Promotor seu Fiscalis curiæ vestræ, 5. 17.
Pro quibus omnibus, ac in necessarijs eorum vestrum imploro officium, 152. 618.
Proxeneta illicitorum contractuum, cæpit. 56. 213.
Publicis spectaculis cap. 72. 275.

Q.

QVi episcopatus renunciauerat, c. 31. 125
Quorũ aliqui patres eorum nullo modo te possederunt, cap. 48. post. 48.

R.

RAptorum & ecclesiarum violatorum, non satisfacientium, sepulturis interessentes ac de eorum rapina participantes cap. 106. 431.
Rebaptizati, cap. 15. 44.

S.

SAcrilegi, cap. 87. 363.
Schismatici, cap. 112. 453.
Seque de suis criminibus gloriantes, capit. 119. post. 119. 482.
Seculari curiæ trad, cap. 141. 570.
Serus sine dominorum suorum licentia, ca. 19. 70.
Simoniaco, cap 27. 121.
Simoniaci, cap. 91. 373.
Sine aqua, & igne, vel in pane fermentato & calice ligneo, cap. 36. 140.
Sine oratio seu stola & alijs vestibus sacris, capit. 38. 141.
Si vero capi non possunt absentes, eos pœnæ damnari condignis, cap. 150. 598.
Scortilegi, capit. 107. 432.
Spiritualibus filiabus se commiscentes. cap. 82. 330.
Stupri, cap. 83. 334.
Suspensiones, excommunicationis, ac interdicti censura nodati. cap. 33. 127.
Super altari non consecrato, cap. 37. 140.
Suspendi, cap. 130. 528.
Super rebus aptis ad faciendum scortilegia, & ad illum effectum, vnam, vel plures missas, fecerint celebrarunt adhibitis nepharijs precibus & verbis superstitiosis, cap. 43. 150.

T.

TAbellionatus officium exercentes, cap. 58. 216.
Testibus contictos, cap. 128. 521.
Tortura, cap. 125. 498.
Truncationes membrorum per se facientes. aut faciendas iudicantes, cap. 99. 414.

V.

VEnatores, cap. 67. 252.
Venefici, cap. 95. 394.
Verberati, cap. 133. 541.
Villarum procurationes suscipientes capit. 60. 219.
Virgata ac patita veste publicè vtentes, ca. 75. 298.
Vtolentiæque illatores, cap. 102. 420.
Vsurarij, cap. 88. 366.
Vtuus possessoribus eorum capit. 50. 165.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A.

Absens clericꝰ, qua forma debet cõdẽnari, 599. num. 1.

Absens laicꝰ qualiter puniri debet Regijs cõstitutionib. ibi. num. 3.

Abstemius an possit ad Ecclesiasticos ordines promoueri, fo. 306.

Absolutio ab excommunicatione solo testimonio confessoris nõ probatur, 131.

Absolutio ab excommunicatione, in Apostolicis literis gratiæ, sẽper impendi solet, ibid.

Accusatio clericis prohibita est coram secularibus magistratibus, 408. num. 3.

Accusatio clericis dictis casibꝰ permissa est, protestatione facta, ne procedatur ad pœnam mortis, vel membri mutilationis, ibid. num. 2.

Accusatio licita est clericis, dicta protestatione interueniẽte, quãdo suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, ibi. num. 7.

Accusatio criminalis, vt clerico nõ noceat expressam, & non tacitã protestationẽ continere debet, 409. num. 9.

Accusatio protestatione facta clericum ab irregularitate liberat, quamuis Iudex Secularis mortis pœnam, vel membri mutilationem imponat, ibi. n.. 10.

Accusatio prædictam protestationem continere debet, quando causa est criminalis, secùs, si ciuiliter intentatur, quamuis ex accidenti mors contingat, ibid. num. 12.

Accusatio absque aliqua protestatione, à clericis fieri potest, quãdo causa est talis qualitatis, ꝙ nec ad mortẽ, vel membri mutilationem, non potest procedi. 410. num. 13.

Accusatio criminalis, quantumcũque gratissima absque aliqua protestatione fieri potest, corã iudice Ecclesiastico, ibi. nu. 14.

Accusatio criminalis protestatione interueniente, ab irregularitate liberat, quamuis accusator animum protestationi contrarium habeat. Sed contrariũ verius, ibi. num. 15.

Accusatio criminalis absque protestatione, non excusat clericũ quãuis animo conceperit, quod non ad mortẽ, vel membri mutilationem procedatur, ib. n. 16.

Accusatio criminalis, etiam cum protestatione, non excusat clericum quando tanquam patronus, vel aduocatus eam proponit, 411. num. 19.

Accusatio absque protestatione, non producit irregularitatem, quando, nec pœna mortis, vel mutilationis membri sequuta est, 408. num. 6.

Aduocati munus, an possit à clerico exerceri in criminalib. causis in fauorem rei. 411. nu. 20.

Aduoca-

Aduocati officium clericis prohibitum est præterquam in casib. traditis in fol. 235.
Aduocationis munere, an fungi possit regularis, ibid.
Aduocationis officio, si clericus coram seculari iudice delinquit, ab eo non potest puniri. 237.
Aduocationis munere, qui nō potest vti, an priuatim possit consulere, 234. num. 2.
Adulterij crimē grauissimum est. 350. a.
Adulter clericus an hodie sit deponendus, 351. b.
Adulterium commissum, siue à layco, siue à clerico, cū muliere nupta impudica, ordinaria criminis pœna non punitur, 348. num. 5. & fol. 352. c.
Adulter clericus coram iudice Ecclesiastico accusari potest, quāuis mulier adultera, coram seculari iudice nō accusetur, 349. num. 7.
Adulter clericus à iudice Ecclesiastico puniendus est, quamuis maritus eum non accuset, 161. num. 6.
Adulterij crimine, si clericus fuerit condemnatus, vtrum infamis efficiatur, 341. num. 3.
Adulterij crimine quæ norma in procedendo, à iudicibus Ecclesiasticis sit obseruanda, 350. num. 8.
Adulter laicus, à iudice ecclesiastico potest puniri. 352. b.
Administratores Ecclesiarū, piorumque locorum, pendente administratione, prohibentur ordinari, 73. num. 5.
Alieniginæ apud Hispanos, beneficia Ecclesiastica, non possunt obtinere, 180. num. 8.
Alienigenæ in his Hispaniarum regnis; præstimonia, nec pēsiones obtinere possunt. 185. n. 12.
Alienigenæ fere in totius Christiani orbis prouincijs, excluduntur ab obtinendis beneficijs, 180. num. 1.
Alieniginę qui beneficium impetrauit, non facta mentione originis, nullum commodum ex ea impetratione potest reportare, cū subreptitia sit. 181. n. 3.
Alienigenæ in extraneis prouinciis nō possunt ad beneficia admitti, ibi. num. 4.
Alienigenæ quando in regnis, admittebātur ad beneficia, id fuit in causa: vt magnæ illæ seditiones oritētur, quas *communidades* appellant. 183. num. 5.
Alieniginæ horum Regnorum, an dicantur nati in regno Nauarræ, vel Aragoniæ, 190. num. 24.
Alieniginæ horum regnorum, qui propriè dicantur, ibi nu. 23.
Alienigenæ obtinere possunt beneficia, præstimonia, pēsiones, literis Regiis ad hoc specialiter concessis, 186. num. 15.
Alienigena an iudicandus sit, qui nascitur ex matre alienigena, si pater fuit naturalis, 191. nu. 25.
Alienigena an dicatur, qui nascitur à parentibus naturalibus horū Regnorum, extra Regnum hoc in transitu, 192. num. 27.
Alienigenæ in his regnis, minimè possunt obtinere, eos annuos reditus, quos vulgari sermone, *iuros* appellamus. 185. num. 14.
Alienigenę in Hispalensi ciuitate, Iudices esse non possunt 186. num. 14.

Alienigenæ non possunt admitti, in collegio Celeberrimo Diui Iacobi Zebedæi Salmanticensis. ibi.
Alienigena nõ potest beneficium, quòd impetrauit, cum alio permutare, ibi. num. 16.
Alienigena literis naturalitatis impetratis, non potest beneficium impetrare, nisi in ipsis literis, hoc specialiter fuerit iudultum 185. num. 14.
Alphonsi à Montaluo opinio acriter confutatur, 95. num. 18.
Alimenta quomodò ministranda sunt, illis qui in monasterio, ad pœnitentiam peragendam deputantur, 553. 2.
Alimenta deneganda nõ sunt, illis qui in perpetuis carceribus detinentur, 556.
Altaria certis in locis cõstitui antiquissima est cõsuetudo. 145. a.
Antonius Gome. Laudatur. 18. a.
Antonius Morejon Inquisitor Cęsarauguſtanus laudatur. 573.
Apostata clericus qua pęna puniatur, 452. num. 2.
Apostasiæ triplex species cõstituitur, 451. num. 1.
Apostasiæ diffinitio, eiusquè grauitas. 453.
Apologia Henrici. Maur. Franciscani grauiter increpatur, 92. num. 19.
Apellare an possit clericus traditus curiæ seculari, à sententia secularis magistratus, 570. num. 3.
Appellare an possit extraneus pro reo condemnato. 871. num. 4. & fol. 575.
Armis prohibitis, potest clericus expoliari siuè metu excommunicationis, à iudicibus secularibus, vel eorum ministris. 202.
Arma prohibita licet clericus deferat, nulla pœna, quanuis pecuniaria, puniri potest à iudice seculari. ibi.
Arma prohibita clerici deferentes in Regno Franciæ, à secularibus magistratibus puniuntur. 203.
Arma prohibita clericus deferens, non debet ab Ecclesiastico iudice condemnari, pœnis Regiarum legem. ibi.
Assassini qui fuerint explicatur. 405.
Assassini lite non contestata puniuntur. 405. num. 3. & 404. a.
Assassini quibus pœnis puniantur 405.
Astrologia iudiciaria, quæ interrogatoria nuncupatur, nõ caret superstitione. 434.
Auxilium brachij secularis multis nominibus, vtilissimum est iudicibus Ecclesiasticis. 601. num. 2.
Auxilium brachii secularis peti potest, quandò opus fuerit, non præmissa excommunicatione, ibi. num. 4.
Auxilium brachij secularis præstandum est, etiam à superioribus iudicibus. 607. num. 9.
Auxilium Ecclesiasticum à secularibus iudicibus peti potest 608. num. 10.
Auxilium brachij secularis, non debet impartiri, antèquam detur copia processus, vt inde iustificari possit, ibi. num. 11.
Auxilium brachij secularis præstandum est, absquè causæ cognitione, quandò sententia in causa ciuili transiuit in rem iudicatam, 610. num. 13.

Auxilium brachij secularis iustè denegatur, oppositâ exceptione nullitatis. ibi. num. 14.
Auxilium brachij secularis, non debet impartiti, quandò à sententia iudicis Ecclesiastici appellatum esse constat 613. nu. 18.

B.

BArbam non licet clericis nutrire, præterquàm Romæ & aliis certis prouintijs, 305.
Beneficia plura obtinens, quæ residentiam requirunt, totidèm habet domicilia, 32. num. 2.
Beneficij ratione, quis domicilium consequitur, ibi. num. 143.
Beneficiorum pluralitas, contraria est iuri naturali. 156. num. 1.
Beneficiorum pluralitas canonicis sanctionibus obuiat, 157. nu-2.
Beneficiorum pluralitas, multis magnisq; sanctorũ virorum testimonijs execratur, 158. nu. 3.
Beneficia plura obtinens, cum dispensatione, sinè causa concessa, in animæ iudicio securus non est, 159. num. 4.
Benificium curam habens animarum, qui obtinet, si secundũ consequitur, primò ipso iure priuatus est, 160. num. 6.
Beneficia duo curata, simul conferuntur, optio datur ibi. numero. 7.
Beneficij secundi acceptatio, iracundiæ causa, nõ facit primum vacare, si acceptans incontinenti pæniteat, ibi. num. 8.
Beneficium secundum curatum, non facit primum vacare, nisi possessione pacifica sequuta. ibi. num. 9.
Beneficia plura quanuis simplicia, sinè Rom. Pontif. dispẽsatione, non possunt obtineri, 161. c.
Beneficia Ecclesi. hæreditario iure non deferuntur, 163. num. 1.
Benificium viuentis impetrans, ab Ecclesiastica communione repellendus est. 165. num. 1.
Beneficium viuentis impetrãs deponitur, ibi. num. 2.
Beneficium viuentis impetrans est infamis. 166. num. 3.
Benificium viuentis impetrans incapax est ad illud obtinendum, nisi Pontificis Maximi dispensatione, ibi. num. 5.
Beneficium viuentis impetrans, si illud posteà consequatur nulla de prima impetratione facta mentione, non valet impetratio, ibi.
Beneficij viuentis collatio non cõualescit, quanuis is cuius erat beneficium moriatur. 168.
Beneficium quod præsentationis tempore per mortem non vacat, sed tempore collationis, conferri possit. 167.
Beneficium viuentis conferri non potest, quanuis in contrarium sit consuetudo. 168.
Beneficium viuentis per sex menses commendari potest ab ordinario. 167.
Beneficij viuentis collatio, etiam pretextu ignorantiæ non valet. ibi. b.
Beneficium viuentis, non solum non potest impetrari, verum nec mortui, quandò tantum tempus non effluxerit, quòd de morte verisimilitèr, notitia haberi potest. 168.
Beneficium viuentis cõferens, qua pœna puniatur. ibi.

Beneficiũ viuẽtis impetrans, quibus pœnis puniatur, ibi.
Beneficia omnia personalem residentiam requirant, 170. nu. 1.
Beneficiũ clerici vagabundi, alteri potest conferri. ib. n. 4. & 171
Beneficiorum residentiam & diuersas penas contra non residẽtes statutas, vide fol. 171. Cætera vide in verbo residentia, & in verbo clericus non residens.
Beneficia in Diœcesibus Burg. Palentina, Calagurritana, iustissimè filiis patrimonialibus conferuntur, 184. num. 11.
Beneficiorũ impetrationibus, naturales alienigenis, sunt præferendi. ibi. num. 9. & 10.
Beneficij collatio facta infami, an nulla sit, 267. d
Beneficiorum priuatio, non nisi pro graui crimine imponi debet, 532. num. 1.
Beneficij priuatio, nũquam debet imponi, nisi in iure exprimatur, ibi. num. 2.
Beneficio si clericus priuatus fuerit, an ad fructuum restitutionẽ teneatur, 534. num. 6.
Beneficio priuatus nunquam quiescensetur, nisi expressè in sentẽtia exprimatur, 532. num. 3.
Bigamia oct. modis cõtrahitur, 48.
Bigamus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri, ibi.
Bigamiæ irregularitas, à Vet. Test. legibus, originem habet, 49. a.
Bigamiæ irregularitas, Epis. dispẽsatione non tollitur, 50. c.
Blasphemiæ crimen grauissimum est, 443. & 446.
Blasphemus clericus qua pœna puniatur, 443. num. 2.
Blasphemus laicus à iudice Ecclesiastico punitur, & qua pœna. 447. (ibid.
Blasphemiæ crimen est mixti fori,
Blasphemiæ crimen, si condignè non fuerit punitũ à iudice Ecclesiastico, an possit iterum à seculari puniri, ibid.
Blasphemiæ crimen, aliquando ab Inquisitoribus punitur, & quibus pœnis, 448.
Blasphemiæ hæreticales, quæ dicantur, ibid.
Blasphemia iocosè dicta, an punienda sit, & qua pœna, ibid.
Blasphemiæ crimen committi dicitur, quando verba S. scripturæ ad prophana trahuntur, in libellis quos *Pasquines* appellãt, 450.
Blasphemi quibus casibus, à pœnis excusantur, ibi. 451.
Blasphemus laicus, *non potest detineri in carceribus secularibus quando crimẽ, vnico teste probatur, nam licet capi possit*, sub fideiussorib. est relaxãdus. 498.
Bonorum publicatio duplex est, 535. num. 1.
Bonorũ publicatio, rarissimè contra clericos statuta reperitur, ib. num. 2.
Bonorum publicatio, an possit à iudice Ecclesiastico contra clericos imponi, in illis criminib. quibus laici illa pœna mulctãtur, ibi. num. 3.
Bonorũ publicatione generaliter facta, an oĩa bona generaliter comprehendantur, 537. nu. 4.
Bonorũ publicatione, an cõprehẽdatur ius patronatus, 533. nu. 5.
Bonorum confiscatione, an comprehendatur peculium Castrẽse, aduentitium, vel profectitiũ 541. num. 6.

Bona clericorũ confiscata cui sunt applicanda,542.num. 7.
Bona clericorũ ab intestato morientiũ,successores habent consanguineos proximiores. 555.a

C.

CAlũniator is dicitur, qui falsa crimina obiicit.242.n.1.
Calumniator clericus, qua pœna puniatur,ibid.num. 3.
Calumniæ quæ sint excusationis causæ,243.num. 4.
Calũniantiũ variæ pœnæ.243.245
Calumniator an ea sententia sit absoluẽdus, qua reus est condẽnandus,246.
Canonicus reuelans capituli secreta,qua pœna puniatur.430.
Ca.qui bis,de consc.dist.4.interp. 400.col.1.
Ca.1.de offic.de leg.li.6.11.col.2.
Cap.Lugd.9.quæst.2.115.col.1.
Cap.cum inhibitio.§. fi. de cland. de spon. 287.
Cap.clericis.cap. clerici. de vita & honest.cler.fol.306.
Cap.1.de hom.lib.6.402.
Cap.2.de homi.lib.6.408.
Cap.1.de sen.excom.li.6.465.n.3.
Cap.rursus,1.q.3.469.nu.11.
Cap. ad falsariorum de crimine falsi,477.a.
Cap.nullus.de consec.dist.1.151. num. 1.
Cap.excommunicamus,§.qui autem. cap. cum contumacia. de hær.lib.6.471, num.12.
Cap.1.de excep.lib.512.num.16.
Cap.conquestus,de sent.excõ.366
Cappellaniam obtinens. nõ tenetur intra annum ad sacerdotiũ promoueri, nisi contrarium in fundatione cõtineatur.177.n.5.
Capi potest clericus, sui Ecclesiastici iudicis præcepto, absque inuocatione auxilij brachij secularis,488.num. 2.
Capi non potest layeus à iudice ecclesiastico nisi inuocando auxilium brachij secularis,489.a.& latius fol.605. num. 7.
Capi potest clericus à layco in flagranti crimine repertus. 488. num. 3.
Captus clericus à iudice seculari, statim Ecclesiastico iudici remittendus est.490.d.
Captus clericus cum Ecclesiastico à seculari remittitur, non ignominiosè remittendus est. 491.
Capi potest clericus à quocunque layco priuato, si in fragitati crimine repetitur,490.
Captura clericorum non nisi fidelibus ministris cõmittenda est. 488 num. 2.
Carcer immundus nec cum secularibus personis clericis constituendus est.493.num. 2.
Carcer tormentum est.ibid. nu.3.
Carceris pœna quando pro delicto imponitur, absque plena probatione nemo in carcere detinendus est.493.num. 9.
Carceris quis fuerit primus inuẽtor,459.a.
Carcer est mala mansio, & morti æquiparatur.ibid.
Carcerem occupãs,committit crimen lesæ Maiestatis,ibid.
Carcer qualis sit cõstituendus,ex iudicis arbitrio dependet. 496.
Carcere relaxandus est qui leuiter delinquit,ibid.
Carcere relaxandus est sub fideiussoribus, qui pecuniaria pœna puniendus est,ibid.
Carcere relaxandus est pauper.qui fide-

fideiussorem non inuenit, præstita tamen cautione iuratoria, 497.
Carcere nullus relaxandus est, quando pœna corporalis infligenda est, ibid.
Carcere publico detinendus est clericus minorum ordinum, lite pendente circa clericatum, 487. & 231 num. 19.
Carcere ē effractores qua pœna puniantur. 498.
Caroli Molinei & quorundam hæreticorum opinio acriter confutatur, 142.a.
Caroli Molinei opinio longe repellitur, 474.
Clericus excommunicatus ordines recipiens, deponendus est. 37.num. 1.
Clericus non ieiunus celebrans, qua pœna puniatur. 137.num.2.
Clericus qui incepta re sacra, recordatur, non esse ieiunū, quid facere teneatur, ibid.a.
Clericus qui plures missas in die celebrauit, qua pœna puniatur. 138. num. 2.
Clericus qui sine aqua, igne, vel in pane fermētato, & calice ligneo celebrat, qualiter sit puniendus, 140.num. 1.
Clericus super altari non cōsecrato celebrans, quam pœnam subire debeat, ibid, num. 1.
Clericus qui sine vestibus sacris celebrat, iudicis arbitrio puniēdus est, 141.num. 2.
Clericus ob ebrietatem, vel voracitatem, sacramentum euomens qua pœna puniatur. 141.nu.1.
Clericus cuius negligentia, aliquid sanctissimi sanguinis Domini stillauit in terra, vel altari, quam pœnam patiatur. 149. num. 1.
Clericus qui super rebus aptis ad scortilegia celebrat, nephariis præcibus adhibitis, qualiter puniatur, 150.
Clericus negligens, in custodia Sacræ Eucharistiæ qua pœna plectatur, ibid num. 1.
Clericus qui rem diuinam inceptā relinquit, qualiter puniatur, 151 num. 1.
Clericus qui rem sacram inceptā relinquit, quibus casibus excusari possit, 152.num. 3.
Clericus qui propter impedimentum, sacram rem inceptam relinquit, impedimento cessante potest perficere, 153.num. 4.
Clericus qui horis prohibitis celebrauit, iudicis arbitrio puniri debet, 154.num. 1.
Clericus qui infirmum sibi commendatum, baptizare noluit, deponendus est, 155.num. 1.
Clerici seruare tenentur Regiam legem 19. titul. 11. libr. 5. ordin. noui quæ reuenditionem tritici vel hordei prohibet. 204.
Clericus reuendens triticum, vel hordeum, cōtra Regias sanctiones mortaliter peccat. 170.
Clericus reuendens triticum, aue hordeum, non est præcise puniendus pœnis Regiarum legum Ibid.
Clerici obseruare tenentur Regiā legem primam tit. 24. lib. 5. ordin. noui. 206.
Clerici condemnari possunt, ad resarcienda damna illata à suis animalibus, faciuntque fidem custodes montium. 209.
Clerici pro rata, collectam souere tenentur, quando imponitur pro custo-

custodia vinearū, vel agrorū. 210.
Clericus negotiator gabellam soluere tenetur. 161.
Clericus negotiator vt possit compelli ad solutionem gabellæ an prius ter moneri debeat. 211.
Clericus negotiator ad solutionē gabellæ coram iudice Ecclesiastico, & non seculari conueniri debet. 212
Clericus non potest esse minister laicorum. 214. num. 1.
Clericus non potest esse generalis procurator laicorum, secus in vna causa tantùm. ibi. num. 2.
Clericus in decem casibus, laicorum procurator esse potest. 215.
Clericus non potest tabellionis officium exercere. 216. 1.
Clerici qui antè clericatum tabelliones fuerunt, possunt post clericatum, veteria instrumenta complere. ibi num. 3.
Clerici an possint publicè audire ius Cæsarium, vel medicinam. 218. num. 1
Clericus an possit promoueri ad gradum doctoratus in iure Cæsareo. 219.
Clericus secularia munera nō potest exercere. 220.
Clericus non potest esse Vicerex vel Vicecomes Principis secularis. ibi. num. 2.
Clericus potest esse consiliarius Principis secularis. 222. b.
Clericus consiliarius Principis secularis, si in officio delinquit, an possit ab eo puniri. ibi.
Clericus interuenire potest in condenda lege, qua pœna mortis infligitur, quando non inminet casus, propter quem lex condita fuit. 221. 3.
Clericus inter laicos potest esse arbiter. 223.
Clerici à seculari iurisdictione exempti sunt. ibi. nu. 1.
Clerici post diffinitiuam sententiam, fori exceptionem possunt opponere. numero. 2. ibi.
Clericus nullo modo potest secularem iurisdictionem prorogare. ibi. num. 3.
Clericus qui coram iudice seculari se laicum esse fingit, potest, à suo Episcopo vindicari. ibi. n. 4.
Clericus qui fori exceptionem opponere distulit, expensis est mulctandus. 225. num. 6.
Clericus pœna pecuniaria quantumcunque leuissima à iudice seculari puniri non potest. ibi. num. 207.
Clericus prima tonsura initiatus, fori priuilegio gaudet. 227. numer. 9.
Clericus qui pensionem Ecclesiasticam obtinet, an dicatur habere beneficium. 227. num. 10.
Clericus qui prestimonium habet, an is dicetur beneficium obtinere. ibi. num. 11.
Clericus qui capellaniam habet, an dicetur obtinere beneficium 228. num. 12.
Clerici coniugati, an foro Ecclesiastico gaudeant. ibi. num. 13.
Clericus scriptura probari debet. 229 num. 16.
Clericatus an probetur possessione habitus clericalis & tonsuræ. 230. num. 18.
Clericus qui alium clericorum iniuitum, coram seculari iudice conuenerit, quibus pœnis puniatur. 22. num. 22.
Clericus qui cōtrà Ecclesiam, qua obtinet

obtinet beneficium, aduocatus fuit beneficio priuādus est 223. num. 1.
Clericus an dicta pœna puniatur, si tantum consilium præstitit. ibi. num. 2.
Clericus in nouē casibus, aduocati officium potest exercere. 235.
Clericus maledicus veniam postulare cogitur. 247. num. 1.
Clericus qui in Romanum Pontificem, in iniuriosa verba prorūpit, iudicis arbitrio plectendus est. ibi num. 2.
Clericus qui verba iniuriosa protulit, ex expressis Regia Hyspanorum lege, an teneatur recantare Palinodiam. 248. num. 7.
Clericus iniuriarum actione condemnatus, an efficiatur infamis ibi. num. 6.
Clerici Histriones, qua pæna puniantur 257. num. 2.
Clerici macellariorū, aut tabernariorum officiū exercentes, qualiter puniantur. 259. num. 1.
Clericus qui Sordida munera per alium exercet, an pæna aliqua sit plectendus. 261. a.
Clerici publicis spectactulis interesse non possuut. 275. num. 1.
Clerici interesse non possunt ludis taurorum, nec executionibus, damnatorum. 276. num. 3.
Clericus qui celebrando non suscepit corpus, vel sanguinē Dñi, qua pæna puniatur. 151. num. 1.
Clericus qui clādestino matrimonio interfuit, qualiter puniatur 278. num. 1. & fol. sequen.
Clericus publicus concubinarius quis dicatur, 309. num. 1.
Clericus publicus concubinarius, quibus pœnis puniatur, 310. num. 3. & fol 313.
Clericus concubinarius quinque crimina committit. 161.
Clerici publici concubinarij res sacra audienda non est 309. num. 2. & fol. 312.
Clericus concubinarius, si ex concubina filios habuerit, ad maiorem gradum, vel dignitatē, non potest aspirare. 314.
Clericus concubinarius nō potest intrà propriā domum, filios illegitimos habere. ibi.
Clericus publicus, & notorius cōcubinarius, ipso iure suspensus est, celebrans efficitur irregula- 309. num. 2. & fol. 314.
Clericus qui de facto matrimoniū contraxit, qua pæna puniatur, 317 num. 3.
Clericus qui sub figura matrimonij virginē violauit, stupri pœna punitur, 318. num. 4.
Clericus qui matrimonium contraxit, ipso iure excommunicatus est, ibi. num. 3.
Clericus minorum ordinū beneficiatus matrimoniū contrahens, ipso iure perdit beneficium Ecclesiasticū, quamuis matrimonium nullum sit, 318. num. 5. & fol. 319. f.
Clericus minorū ordinum, qui per verba de præsenti cum minori duodecim annorum contraxit, an perdat ipso iure beneficium 321. num. 6.
Clericus minorum ordinum, per matrimonij contractum, perdit regressus, & accessus, pensiones, & alia iura ad Ecclesiasticū beneficium pertinentia. 326.
Clericus in maioribus ordinibus constitutus, qui matrimonium con-

contraxit, suspectus est de hæresis crimine, 319. num. 1.
Clericus carnaliter cognoscens filiam spiritualem deponēdus est, 333. num. 1.
Clericus qui carnaliter cognouit monialē deponi debet, 327. n. 2.
Clericus qui carnaliter cognouit mulierē, quam tenuit in sacramento confirmationis, quam pœnam patiatur, 332 num. 2.
Clericus qui filiam suæ parochiæ, nullo vinculo spirituali coniunctam carnaliter cognouit qua pœna puniatur, ibi. num. 3.
Clericus qui copulā carnalem habuit cum sua commatre, cui pœnæ subijciatur, 333. num. 4.
Clericus qui in sacra confessione mulierem ad libidinē prouocauit, ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, noua constitutione punitur, ibi. a.
Clericus propter struprum deponendus est, 334. num. 2.
Clericus propter incestus crimen deponi debet, 343. num. 2.
Clericus qui cum aliqua muliere fornicatus fuerit, & posteà eius consanguineam carnaliter cognouit, an pœna incestus puniatur, ibi. num. 3.
Clericus adulter deponitur, & in monasterium detruditur, 347. num. & fol. 351. b. & vide in verbo, Adulter.
Clericus nephandi criminis reus, de iure antiquo deponebatur, & in monasterium detrudebatur, 353. num. 2.
Clericus hodie propter nephandū crimen, realiter degradatur, & traditur curiæ seculari, 360. C.
Clericus Sodomita etiā occultus, & pœnitentia peracta suspensus est ordinis executione, & celebrans efficitur irregularis, 359. Cætera vide in verbo Sodomita
Clericus sacrilegus deponēdus est, 362. num. 2.
Clericus vsurarius ab offi. & beneficio suspendēdus est, 367 nu. 2.
Clericus fur deponendus est 369. num. 1.
Clericus actione furti condemnatus, infamis efficitur. 371.
Clericus Simoniacus qua pœna puniatur, 373. num. 1. Cætera vide in ver. Simonia.
Clericus qui falsum testimonium protulit, punitur depositione, & detrusione in monasterium, 378. num. 1. & fol. 383.
Clericus qui coram iudice seculari falsum testimonium protulit, ab eo non potest puniri 382. num. 2. & fol. 387. C.
Clericus homicida deponendus est, 388. num. 1.
Clericus homicida non est ipso iure beneficio priuatus, ibi. num. 2. & fol. 389. a.
Clericus homicida interim accusatione pendente, beneficio potest renuntiare. 390.
Clerici homicidæ renuntiatio pēdente accusatione facta, à superiori admittenda est. 391.
Clericus homicida accusatione pendente, suos fructus facit, ibi.
Clericus homicida de nouo, non potest beneficiū acquirere, ibi.
Clericus homicida statim perdit ius quod habet per gratiam expectatiuam. 392.
Clericus homicida an possit habilitari ab Episcopo, ad beneficiū obtinendum, ibi b.

Clericus veneficus qua pœna puniatur 394. num. 1.
Clerici parricidæ quæ pœna sit in iure sancita 402. num. 1.
Clericus Assassinus multis magnisque pœnis punitur. 402. nu. 1. & sequen.
Clericus Assassinus absque degradatione à seculari iudice punitur. ibi num. 4. & fol. 404. b.
Clericus Assassinus vt possit puniri à iudice seculari, requiritur q̃ prius declaretur à iudice Ecclesiastico Assassinũ cõmisisse. ibi.
Clericus Assassinus lite non contestata punitur. 402. num. 3. & fol. 404. a.
Clerici criminales causas agitare prohibentur. 407. num. 1.
Clerici truncationes membrorum facientes, vel faciendas iudicantes, officio & beneficio deponendi sunt. 414. num. 1.
Clericus an ex delegatione Principis secularis, possit in criminalibus causis contra laicos procedere. 415. a.
Clericus absque labe irregularitatis consulere potest, quod pro aliquo futuro crimine, pœna mortis imponatur. ibi.
Clericus qui crimen duelli commisit qua pœna plectatur. 418.
Clericus qui in personis, rebus, beneficijs violentiam intulit, quibus pœnis plectatur. 410 nu. 1.
Clericus qui condemnatum, à iudicis familia eripuit, quam pœnam patiatur. ibi.
Clerici violentiam inferentes possunt à regno expelli. 422. a. d.
Clerici schismatici pœna 453.
Clericus Apostata quam pœnam patiatur. 451. num. 2.
Clericus qui falsitatis crimen in literis Apostolicis cõmisit, seculari curiæ tradendus est 473. n. 1.
Clericus qui falsis literis Apostolicis vtitur, officijs & beneficijs priuatur. ibi num. 4.
Clerici conspiratores qualiter puniantur. 477. num. 1.
Clericus an dicatur cõmittere crimen lesæ Maiestatis 478. num. 1. & 48. b.
Clericus qui de suis criminibus gloriatur, qualiter puniatur 482.
Clericus propter q̃næ crimina tradẽdus sit curię seculari. 562. n. 1.
Clericus incorrigibilis quis dicatur. ibi num. 2. & fol. 563.
Clericus incorrigibilis qualiter puniatur. ibi num. 1.
Clericus incorrigibilis qui nõ potest ab Ecclesiastico *iudice puniri, à seculari comprimi potest. 564. num.* 4.
Clericus non deferens tonsuram mortaliter peccat. 301. nu. 1.
Comam nutrire clericis prohibitum est. ibi.
Comã nutrire apud antiquos, inter mollia numerabatur. 301. a.
Comam radere symbolũ fuit mœroris. ibi.
Collegium societatis Iesu, Complutense laudatur. 13.
Concilium Triden. sess. 23. cap. 7. de refor. interpretatur. 94. n. 24.
Concil. Triden. sess. 23. cap. 11. de reform. 103.
Concil. Trident. sess. 24. c. 17. de reform. 161. c. 162. d.
Concil. Triden. sess. 6. capi. 1. de reform. 172.
Concil. Trident. sess. 23. ca. 1. de reform. ibi.
Concil. Triden. sess. 24. cap. 1. de reform.

reform. 280.
Concil. Triden. sess. 24. cap. 6. de reform. 308.
Concil. Triden. sess. 25. capi. 10. de reform. 316.
Concil. Trident. sess. 24. capit. 8. ibi. 314.
Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. de reforma. 393.
Concil. Trident. sess. 25. capi. 10. de reforma. 419.
Concil. Trident. sess. 24. cap. 8 de reforma. 603. num. 5.
Concil. Triden. Sess. 25. cap. 3. de reforma. ibi.
Cõstitutio Cæsarauguſtanę sanctiſſimæ Eccleſiæ refertur. 19. n. 12.
Concubina clerici etiã coniugata, ſi modo publica fuerit, à iudice Eccleſiaſtico puniri poteſt. 314.
Cõcubina clerici an dicatur cõmittere ſacrilegium, vel inceſtũ. 315.
Cõcub. clerici à iudice ſeculari puniri poteſt, ſi fuerit publica. 314.
Concubinarius iuris pęnis plectẽdus eſt, nec per appellationem differtur executio niſi in caſu no tabili. 316.
Conſiliarius ciuitatis reuelans ſecretũ, qua pęna puniatur. 429.
Coniuges mortaliter peccant, ſi in Eccleſia carnaliter ſe cognouerint. 146.
Corpore viciatus ad ſacros ordines nõ poteſt promoueri. 52. n. 1.
Corpore viciati apud Ethnicos, à ſuis ſacerdotijs longè repellebãtur. 53. num. 3.
Corporis labem qui patitur, ſiniſtram contra ſe pręſumptionem habet. 54. num. 4.
Corpore viciatus ſi de facto fuerit ordinatus, characterem ordinis recipit, ibi. num. 5.
Corporis vitium non ita amplam irregularitatẽ præſtat, ſicut antiquitus. 55. num. 6.
Corporis vitium quoad ſuſceptos ordines quod præſtat impedimentum. ibi num. 7.
Corporis vitiũ quod impedimentum præſtet, iudicio Epiſcopi relictum eſt. 60. num. 16.
Corpore vitiatus in criminalibus, non poteſt eſſe teſtis contra clericum. ibi n. 17. & fol. 437. n. 4.
Corpora ſanctorum Iuſti & Paſtoris propter maximam temporis ſterilitatem publica proceſſione geſta fuerunt. 373.

D

DEcani, ſiue Archidiaconi, in criminalibus cauſis, non habent iuriſdictionem. 9. num. 7.
Delator debet ſeipſum obligare, q̃ probabit, contenta in denunciatione. 19. num. 5.
Delator quãdo dicatur probaſſe, vt ab obligatione liberetur. ibi n. 6.
Delictum leue, graue vel grauiſſimum quod dicatur. 33. num. 1.
Delictum an debeat puniri, ſecundum ſtatutum loci vbi fuit perpetratum, vel ſecundum ius cõmune. 29. b
Didacus Couar. laudatur 28. col. 2.
Didac. Sandoual laudatur. 252.
Didac. Sahagun laudatur. 387.
Didac. Epiſc. Salonẽſ laudatur. 206
Degradari non debet clericus, niſi iure expreſſum ſit. 568 num. 1.
Degradari nullus debet ſine accuſatione. ibi num. 2.
Degradationis appellatione, an intelligatur de verbali vel actuali. ibi num. 4.
Degradationis realis quæ ſit præſcripta forma. ibi. 5.

Degradationis pœna antiquissima est in Dei Ecclesia. 569.
De gradationis forma, quæ hodiè seruanda sit stante cõcilio Tridentino ibi.
Degradatio morib⁹ recepta nõ est, in clericis minorũ ordinũ ibi. b.
Depositionis diffinitio 549. nu. 1.
Deponi non debet clericus, nisi in iure exprimatur, aut pro magnis criminibus, ibi. num. 2.
Depositione crimina digna, sunt iudicis arbitrio relinq. ibi. nu. 3.
Depositus clericus antiquitùs in monasteriũ detrudebatur, 550. num 562. 1.
Depositus clericus, adhuc est de iurisdictione Ecclesiæ, ibi. 3.
Dilapidator bonorũ Ecclesiæ à dignitate est remouẽdus 264. nu. 1.
Dilapidator bonorum Ecclesiæ octo pœnis punitur. 272.
Dilapidationis criminis procedẽdi forma, 269. num. 4.
Dilapidationis in crimine tria specialia in iure statuta sunt ibi. n. 3
Dilapidator bonorum Ecclesiæ, si eius sit patronus, qua pœna puniatur, ibi num. 2.
Dispẽsare vtrum possit Episcopus cum homicida, 389. num. 2. & fol. 392.
Duellorum grauitas explicatur, 418. a.
Duellorum grauissimę pœnę sunt statutæ, ibi.

E.

EBrietas ad sacrorum ordinum promotionem impedimentum præstat. 306. a.
Ebrietas in clericis qua pœna puniatur, ibi. b.
Ebrietas qualiter probetur. ibi.
Ecclesia iniuria afficitur, ex iniuria clericis illata. 364. b.
Ecclesia ex cõiugali copula polluitur 144. num. 2. & fol. 146.
Ecclesiarum immunitate, an clerici in maioribus vel minoribus ordinibus constituti gaudeant, 491. num. 1. & fol. 492.
Episcoporum proprium munus est crimina punire. 10. a.
Episcopus an possit dispẽsare cum excommunicato, ad ordines promoto 37. & sequen.
Episcopali dignitate condecorandus quod examen subire debet, & quibus qualitatibus debet esse condecoratus, 102. a.
Episcopus ordinans illum, qui nõ obseruabit interstitia, quando cẽseatur cũ illo dispẽsare, 104. c.
Episcoporum consecratio diebus Dominicis & Festiuis facienda est, 110. a.
Episcopus cum ordinato ignorantèr ab excommunicato, dispensat, 123. num. 3.
Episcopus qui interdicti tempore ordines cõferens irregularis est, 126. num. 2.
Episcopus qui interdictum decreuit & minimè obseruat, irregularis est, 127. num. 5.
Episcopi & alij superiores intrà quod tẽpus sint cõsecrãdi, 178. a
Episcopi & alij superiores residere tenentur, & nõ residentium pœnæ, 172. c.
Episcopus an possit cũ homicida dispensare, 389. nu. 2. & fo. 392.
Episcopus habens iurisdictionem temporalem, an possit criminales causas alteri iudicandas cõmittere. 415. a.
Episcopus non potest personaliter citari, nisi in casibus quibus est depo-

deponendus, 487.
Episcopus inhabilitare potest aliquem in perpetuum ad beneficia. 532. num. 7.
Episcopus fiscum habet, 576. 3.
Episcopus vtrùm possit habere familiam armatam, 616. nu. 23.
Examen ab ordinādis subeundum est, 101. a.
Examen seu scrutinium ab ordinandis faciendum, circà multa versatur. 102.
Excommunicatus maiori excommunicatione celebrans, efficitur irregularis, num. 127. 1.
Excommunicatus celebrans irregularis est, quamuis non fuerit denuntiatus, 128. a.
Excommunicatus celebrans irregularis est, quamuis iniusta sit excommunicatio, 129. a.
Excommunicatus tunc efficitur irregularis, quandò exercet actū certo ordini competentem, ibi.
Excommunicatus celebrans, non efficitur irregularis, quandô legitima ignorantia excommunicationis præcessit. 130.
Excommunicatus celebrans non efficitur irregularis, quādô nulla fuit excommunicatio. 131.
Excōmunicatus post appellationē celebrans, etiam si iniusta sit appellatio, nō est irregularis, 132.
Excommunicatus Apostolicis literis, ob pensionē certo termino non solutā. quādo ab irregularitate excusetur, licet celebret, ibi.
Excom. irregularis non est, qui mortis articulo, mortis sacramētalem absolutionē impendit, ibi.
Excomminicatus parochus occultè tamen, an possit, absque regularitate sacramentalem absolutionem impendere. 133.
Excommunicatus minori excommunicatione celebrans, non efficitur irregularis. 135. d.
Excōmunicatio grauissima pœna semper iudicata fuit, 493. nu. 1.
Excommunicationis imago fuit apud Athenien. & Roma. 464. 1.
Excommunicati â sacris repelluntur, ibi. num. 2.
Excommunicatus, à mensa & sermone excluditur. ibi.
Excommunicatis ius petentibus denegatur. ibi.
Excōmunicati minimè ad Ecclesiastica beneficia admittūtur, ibi.
Excommunicati à secularibus dignitatibus repelluntur. ibi.
Excōmunic. Impij appellātur. ibi.
Excōmunicati sunt infames, ibi.
Excomminicati Sathanæ & malis Angelis traduntur. ibi.
Excom. tanquā membra putrida ab Ecclesia excluduntur. ibi.
Excōmunicatio horribilis, & pertimescenda est, 465. num. 3.
Excōmunicatio annalis operatur, vt excōmunicatus pro conuicto & confesso habeatur, 467. nu. 4.
Excōmunicatio annalis nō inducit beneficiorū priuationē, 468. 5.
Excommunicatus laycus propter pertinatiam, à iudicé Ecclesiastico punitur, ibi. num. 7.
Excommunicationis pœna pecuniaria, quæ secularibus legibus applicatur Iudicibus Ecclesiasticis, qui excōmunicationē protulerūt, iustè ab illis percipitur in vsus pios ibi & num. 8.
Excom. annalis in causa ciuili prolata operatur, vt excōmunicatus habeatur pro cōfesso, 469. nu. 9.
Excommunicatio annalis nō præcludit

eludit viã excom. quin possit suã innocẽtiam ostendere, ib. n. 10.
Excom. annalis suspectũ reddit ex cõmunicatũ hęres. nota, 470. n. 12
Excom. annalis qui per annũ stetit in excommunicatione, licet, de hær. suspectus sit, non tamen ab inquisitoribus tanquam hæreticus potest puniri. ibid.
Excõmunicatus annalis si noluerit se purgare, tanquã pertinax hæreticus puniendus est. 471. n. 12.
Excommunicatus etiam lapso anno, si voluerit suam innocentiã ostendere, audiendus est. ibi.
Excommunicatio quæ vltra annũ durauit, inducit beneficiorum priuationem. 472. num. 13.
Excom. quę vltra an. durauit, vt locus sit beneficiorum priuationi, quantum tempus, post annũ debet transire. ibi num. 14.
Exilij pœna à iudicibus Ecclesiast. imponitur. 559. num. 1.
Exilij pęna semel per Episc. vel iudicem Eccleſia. imposita, ab ipso remitti non potest. ibi num 2.
Exilij pęna de facto imposita, ab eode iudic. reuocari potest ibi n. 3.
Extraua. cõsti. Pij V. in fauorẽ Soc. Iesu interpretatur. 61. num. 2.
Extra. Pij II. quę incep. cum ad sacrorũ. latissimè interpret. 118. e Extra. Pauli II. latissimè elucidatur.
Extra. Pij V. & Greg. XIII. circa agitationes tauror. declaratur. 277.
Extra. Pij V. contra clericos Sodomitas, nouiter interpretatur. 360
Extra Pii V. circa formã creandi cẽsus ædita in Hispania non seruatur. 376.

F

FAlsarij literar. Apost. qua pœna puniantur. 473. num. 1.
Falsum cõmittens in literis iudicis delegati qualiter puniatur. ibi numer. 2
Falsarij literarum Regiarum quas pœnas patiantur. ibi num. 3.
Falsis literis Apost. vtens, officijs & beneficijs priuatur. ibi n. 4.
Falsum cõmittens in literis Apost. vnicã literã corrigendo, vel pũctum, ipso iure excõmunicationis sententia illaqueatur, à solo Romani Pontificis delenda. ibi nume. 5.
Falsificans literas Apostol. quando substantia nõ mutatur, an pœna ordinaria sit plectendus. 476.
Falsum cõmittens in literis Nuncij Apost. vel Pœnitentiarij, aut Episcoporũ, qualiter puniatur. ibi.
Falsum cõmittens in literis S. Põti. curiæ seculari tradendus est. 477.
Falsum committens in moneta S. Pontif. qua pœna puniatur. ibi.
Filij hæreticorũ ad sacros ordines minimè possunt promoueri. 93. num. 22.
Filius etiam legitimus, in beneficio patri non potest succedere, 163. num. 3.
Filius legitimus diuersum beneficium, in eadem Eccleſia, in qua pater habuit, ipse poterit obtinere. ibi num. 4.
Filius illegitimus clerici, intra domum patris non potest habitare. 314.
Fiscalis curiæ, in principio sui officij iuramentum subire debet. 14. num. 3.
Fiscalis Curiarum Ecclesiast. ex decreto concil. Prouinc. Tolet. sacerdos constituendus est, vel qui intra sex menses ad sacerdotium possit promoueri, & promoueatur

tur. 14. col. 1
Fisc. offic. sub annuo censu nō debet locari. ibi n. 2. & fol. 17. b.
Fiscalis à iudice creatus loco ipsius officij succedit. 17. num. 1.
Fiscalē creare potest quilibet merū Imperiū habēs. ibi in annot.
Fiscalis ex communi curiarum stilo crimina non notoria potest denunciare. 19. num. 3.
Fiscalis de quocunq; crimine potest clericum accusare. 22. n. 11.
Fran. Arganda Chonchensis inquisitor laudatur. 357.
Furtum magnum an pœna mortis puniatur 370. & 372.

G

GAbella à clerico negociatore soluenda est. 210.
Gabella vt solui debeat à clerico negociatore, an prius ter moneri debeat, quod desistat à negociatione. 211.
Gabella à clerico negociatore petenda est coram Ecclesiastico iudice non coram seculari. 212.
Gabella siue tributum de quo in l. 5. tit. 7. part. 5. quando à clericis solui debeat. 211.
Gabellam indebitam à clericis exigentes, quibus pœnis puniantur. 212.
Gabellarij siue publicani, vt in plurimum ad malum sunt audacissimi. 213.
Gregorius Lup. laudatur. 146.

H

HIspaniarum Reges minimé in sua amplissima domo, sanguine seu genere infectos recipere consueuerunt. 90. nu. 15.
Hispaniarum Reges, eorumque suprema tribunalia, cognoscere possunt per modum (vt dicunt) violentiæ in causis spiritualibus. 422.
Hispaniarum Reges, & alij Principes Christiani orbis, an de vi illata, in possessione beneficiorū, semotis priuilegijs cognoscant. 423.
Hispaniarū Reges & suprema tribunalia, Episcopos, & Iudices ecclesiasticos, vim inferentes in suis Regnis, nisi desistūt, possunt expellere, & illos priuare rerum temporalium amissione. 425.
Hispaniarum suprema tribunalia, in causis violentiæ, expēsis possunt multare. ibi.
Hispaniarum suprema tribunalia, non cognoscunt per modū violentiæ, in causis criminalibus, vel ciuilibus expectantibus ad Inquisitores, vel Iudices bonorū confiscatorum. 426.
Hæreticus quis dicatur. 454. nu. 1.
Hæreticus est ipso iure beneficio priuatus. ibi num. 2.
Hęreticus clericus est degradandus & tradendus curię seculari. 455. num. 3. d.
Hæreticorū bona confiscantur, & quibus post confiscationem applicentur. 456. n. 4. & fol 460. f.
Hæreticus rediens ad fidem, an recuperet beneficium. 455. num. 2. ad finem. c.
Hæretico collatio beneficij facta, nulla est ipso iure. 458. a.
Hæreticorum filij, & eorū receptatores ipso iure beneficijs priuantur. ibi.
Hæreticorum traditio curiæ seculari die festo fieri potest. ibi c.
Hęreticus qui perpetuo carceri mācipandus est, an prius debeat degradari. 459. d.

Hæretici qui ad fidem redeũt, abiurare hæresim debent, & ibi multa de abiuratione. ibi.
Hæret. bona in Hispania ad fiscum Regium pertinent. 460. f.
Hæreticorum bona immobilia in Regno Franciæ, ad Regem, vel Dñm temporalẽ spectant, mobilia verò ad Episcopum. 461.
Hæriticus ad fidem rediens, perpetuis carceribus est mancipãdus, 558. nu. 570.
Hæres qui tacitam fidem præstitit de restituenda hęreditate, incapaci, omni hęreditatis cõmodo priuatur, 237. num. 1.
Hæres quomodò dicatur accõmodare testatori tacitã fidẽ de restituenda hęreditate, incapaci, & quibus casibus videatur inductũ tacitũ fidei cõmissum ibi nu. 2.
Hæres qui interrogatur à iudice, vtrũ tacitã fidẽ dederit, de restituẽda hęreditate incapaci, an teneatur respondere, 238. num. 3.
Hæres scriptus an teneatur data tacita fide, de restituendis bonis incapaci, illa restituere vel ad Fiscum deferre, ibi.
Hæres qui tacitam fidem testatori dedit, & iuramẽto promisit nõ reuelaturum, an teneatur vocatus à iudice, veritatem manifestare, 238. num. 5.
Hæres scriptus qui tacitam fidem testatori dedit, vtrũm salua cõscientia, ante cõdemnationẽ, ea bona possit retinere, 229. b.
Hæres qui tacitã fidem dedit, non solũ bona hæreditaria, sed illorũ fructus restituere tenetur. 240.
Hæres qui non tacitã, sed expressã præstitit fidẽ, de restituenda hęreditate in-capaci, non Fisco, sed heredibus ab intestato, restituere tenetur. 241.

I.

Illegitimi apùd Ethnicos honoribus, & dignitatibus indigni iudicabantur 38. num. 1.
Illegitimus non potest sacris ordinibus insigniri 39. num. 2.
Illegitimus si de facto fuerit ordinatus, Characterem ordinis recipit, non verò executionem ibi num. 3.
Illegitimus antè obtentam dispensationem celebrans, nouam irregularitatẽ nõ contrahit ibi. n. 4.
Illegitimi sæpènumero legitimos antecellunt ibi. a. b.
Illegitimi fuerunt viri prestantissimi. 40.
Illegitimitatis vitiũ occultum an impedimentũ præstet ad sacrorũ ordinũ perceptionẽ. 40. co. 2.
Illegitimi ratis irregularitas tãtùm à Pontifice Maximo dispensatione concessa deletur. 41.
Illegitimitatis irregularitas per ingressum religionis tollitur, ibi.
Illegitimus per ingressum religionis an efficiatur legitimus quòad successionem bonorum parentum, 42. col. 1.
Illitetatus non potest ad Ecclesiast. ordines promoueri. 74. num. 1.
Illiterati dispẽsatione obtenta, nõ possunt ordi. insigniri, 75. nu. 2.
Illiteraro si beneficij collatio facta fuerit, nulla est, ibi num. 4.
Illiterati penitus qui dicantur, 76. num. 7. b.
Illiteratus beneficio priuandus est. 75. num. 4.
Illiterato si literę Rom. Pon. ad cõsequendũ beneficiũ concesse fuerint, nõ est obtẽperandũ. 76 nu. 5

Illiterato beneficium conferens, damnum Ecclesiæ illatum resarcire tenetur,78 g.
Illiteratus si de facto fuerit ordinatus characterē ordinis recipit. 75.num. 2.
Incarceratus iniustè, sine expensis est relaxandus,485.a.
Incarceratus iniustè,nō potest pro alio delicto in carcerbus detineri,ibid.
Incarceratio maturo consilio facienda est,484.a.
Incarceratio clericorum vt iustè fiat,quæ præcedere debent. ibi.
Incarceratus non præcedente informatione absque aliqua impensa relaxandus est,ibid.
Incarceratio in causis fidei, qualiter sit facienda.485.
Incarceratio aut relaxatio iudicis arbitrio facienda est,231. n.20.
Incarceratio absque exacta criminis informatione fieri potest. quando periculum esset in mora,233.num.23.
Incarcerari non debet clericus pro leui crimine, sed solum personaliter citandus,486.num. 1.
Incestus diffinitio,343. num. 1.
Incestuosi qua pœna puniantur, ibi.& folio sequenti.
Incestus crimē cōmittētes,an liberentur propter ignorantiā.346.
Indiciorum copia an ante confessionem reo danda sit, 518.
Ingressus ecclesiæ prohibitus,quādo celebrantem faciat irregularem,527.num. 1.
Ingressus Ecclesiæ prohibitus, nō tollit iuridictionem, 528.
Ingressus Ecclesiæ cui prohibitus est,ingredi potest,quando diuina muncra nō celebrātur,ib. b.
Ingressus Ecclesiæ prohibitus, nō inducit priuationem sepulturæ Ecclesiasticæ,ibid.
Inquisitionis officium à B.Dominico initium suscepit in Hispania,anno Dom.1200. fol.461.
Inquisitionis officium clericis sæcularibus concessum fuit,à Ferdinando Aragoniæ & Castellæ Rege. ibid.
Inquisitionis cōstitutiones, & decreta,Cardi. Mendocius prudētissimorum virorum consilio composuit,ibid.
Inquisitionis generalis summum prætorium (quod fidei Catholicæ propugnaculum est)in Hispania, in curia Regis residet. 260.f.
Inquisitor generalis semper apud Hispanos vnus ex summis Præsulibus creatur,ibid.
Inquisitores semper creantur in Hispania viri integerrimi & eruditi,572.f.
Inquisitores non tenentur sæcularibus iudicibus acta processus ostendere,574. vers. est equidē.
Inquisitorum sententiæ in Hispania statim à iudicibus sæcularibus executioni traduntur, 573.
Inquisitores hæreticæ prauitatis, quando contra fortilegos iurisdictionem habeant,434.a.
Inquisitores contra illum qui altero coniuge viuente, matrimonium contraxit, iurisdictionem habent : & quæ pœnæ ab illis sunt imponendæ,324.
Inquisitores procedunt contra clericum, qui matrimonium contraxit, cum de fide suspectus sit. 319.num.3.d.
Inquisitores quando contra fortilegos

leges iurisdictionē habent. 434.
Inquisitores vtrùm iurisdictionem habeant, contra laicos, qui tanquam clerici, diuina munera celebrarunt. 36. a.
Inquisitores iurisdictionem obtinent cōtra illos, qui sacris literis abutētes, libellos componunt, quos *Pasquines*, appellant. 450.
Inquisitores habere possunt familiam armatam. 616. 24.
Inquisitores inuocare possunt auxilium sæculare, 617. nu. 28,
Inquisitor generalis solus minuit vel commutat pœnam perpetui carceris. 558. num. 570.
Inquisitor generalis tollit habitū pœnitentiæ quamuis delinquēs in perpetuū condēnatus sit, ibi.
Inquisitorum & sancti officij cōsultores, aduocati, notarij, custodes, familiares, & cęteri ministri quocunque tempore arma deferunt. ibi. 26.
Inquisitorum & sancti officij familiares, quibus qualitatibus ornati esse debent. ibi. num. 27.
Interdictus sacris quandò celebrās efficitur irregularis. 133. b.
Intrusus in beneficio quis dicatur, 165. num. 1.
Intrusus in beneficio curato, ipso iure eo priuatus est. ibi. num. 2.
Intrusi in beneficio non valet impetratio, non facta mentione, præteritæ intrusionis. ibi. b.
Ioan. Bernar. Diaz de Luco laudatur, 16. b.
Irregularitas iure Pontificio statuta est, contra clericos coram sæcularibus magistratibus, in causis capitalibus accusantes. 406. num. 3.
Irregularitas nulla contrahitur, in Sacræ inquisitionis tribunalibus. 416. a.
Irregularis non est iudicandus, qui abscindit auris cartilaginem, 417. d.
Irregularis non est, qui abscindit mamillam mulieris. ibi. Cætera vide in verbo Clericus irregularis.
Iudices Ecclesiastici contra exemptos suam iurisdictionem turbātes, vel impedientes, iurisdictionem habent, 10. a.
Iudex Ecclesiasticus minimè debet permittere, clericum sinè delatore, de occulto crimine accusari. 19. num. 4.
Iudices Ecclesiastici non debent, ad clericorum capturam, sinè informatione procedere. 19. num. 4. & 20. num. 4.
Iudex Eccles. accusare volentibus, terminum præfigere debet. 19. num. 9. 22. f.
Iudex Ecclesiasticus, deficiente iure canonico, ad ius Regni, & nō ad ciuile confugere debet. 585.
Iudex Ecclesiasticus qui negligens fuit, in reuindicando clerico a sæculari iudice detento grauissimè puniendus est, 226. num. 8.
Iudex Ecclesiasticus non potest inhibere sæcularem absque preuia causæ cognitione circa clericatum. 229. num. 15.
Iudex Ecclesiasticus lite pendente, præcipere potest iudici sęculari, ne lite pendente, in causa procedat. 232. num, 21.
Iudex Ecclesiasticus contra laicos merces deprauatas vendentes procedit. 262. col. 2.
Iudex Ecclesiasticus punit sacrilegos. 363. col. 1. a.

Iudex

Iudex Ecclesiasticus an lusores laicos possit punire. 266.
Iudex Ecclesiasticus punit laicos concubinarios, & quibus pœnis. 325,
Iudex Ecclesiasticus concubinam publicam clerici punit. 314.
Iudex Ecclesiasticus incæstuosos laicos punit. 330.
Iudex Ecclesiasticus punit laicos adulteros,& quibus pœnis 352
Iudex Eccles. Sodomitas laicos punit,& qua pœna. 369.
Iudex Ecclesiasticus punit laicos exercentes contractus prohibitos, quos, *Mohatras* appellamus,& qua pœna. 368. a.c.
Iudex Ecclesiasticus punit laicos periuros. 381.
Iudex Ecclesiasticus punit laicos, corã illo litigantes,cõtumelioſa verba in illum proferentes. 387.
Iudex Ecclesiasticus laicos percussores clericorum punit. 365.
Iudex Ecclesiasticus non potest facultatem clericis concedere, vt in criminalibus causis coram sæcularibus iudicibus proferant testimonium. 414. num. 26.
Iudex Ecclesiasticus punit laicos sortilegos, & qua pœna, 434. b.
Iudex Ecclesiasticus laicos blasphemos punit. 447.
Iudex Ecclesiasticus punit laicos, qui sine ordinibus, sacra ministrare sunt ausi. 35.
Iudex Ecclesiasticus laicos pertinaciter in excommunicatione permanentes punit. 468 num. 7.
Iudex Ecclesiasticus qui innocentem clericum capere fecit, puniendus est. 482. num. 2.
Iudex Ecclesiasticus an possit clericos ad triremes condemnare. 580. nu. 3. & fo. 582.
Iudex Ecclesiasticus an mithrationis pœna vti possit. 580. nu. 2.
Iudex Ecclesiasticus an possit reos laicos capere, & in proprium carcerem mittere. 489. & latiùs fol. 505. num. 6.
Iudex Ecclesiasticus sæculare auxilium implorat. 602. num. 1.
Iudex Ecclesiasticus an in ciuilibus cõtrouersijs, possit contra laicos proprias sentẽtias, capiendo pignora exequi. 601. num. 7.
Iudex Ecclesiasticus an possit clericum condemnare in quantitate aliqua, ex qua soluatur salarium Fiscali, aduocato, aut notario curiæ. 622. num. 3.
Iudex inferior ex causa pœnam legalem potest minuere. 488. 584 a.
Iudex quando à iure communi recedit, an debet in sententia causam exprimere. ibi. b.
Iudex compellere potest reum, ad iuramentum præstandum de veritate dicenda. 17, num. 2.
Iudex originis an procedere possit, contrà subditum ob delictum alibi commissum. 27. numero. 2.
Iudex secularis non potest clericum absentẽ cõdemnare, pœna pecuniaria, apud Hispanos dicta, *Del despere*. 225. num. 7.
Iudex sæcularis an teneatur sententiam iudicis Ecclesiastici, sinè causæ cognitionẽ exequi. 570. num. 2.
Iudex secularis statim, sine mora inquisitorum sententiam tradere debet executioni. 572. a.
Iudex ex officio suo in qualibet causa criminali, post testiũ publicationem.

cationem, pro reo, & contra reū poteſt teſtes examinare, 517. nnm. 1. & 3.
Iudex ex proprio officiō rationē dānorū habere poteſt, 517. n. 2.
Iudex etiam officio eius non implorato, pœnā minuere poteſt, 511. num, 4.
Iudex ex eius officio, accuſatorem criminoſum poteſt repellere. ibid. num. 6.
Iudæi antiquitus in Hiſpania incolatum habuerunt, & iuſtiſſimis cauſis ab ea fuerunt expulſi, 85. num. 9.
Iudæi vel alterius ſectæ in Hiſpaniarum regnis nō poſſunt manere, 86. num. 10.
Iudaica macula infecti, vt in plurimum malis moribus corrupti ſunt, 87. num. 12.
Ex Iudæis deſcēdentes, vel ex alia infecta familia, à Collegiis, cōfraternitatibus, & ab aliis ſocietatibus, iuſtiſſimè repelluntur, 86. num. 11,
Apud Iudæos & Ethnicos, nullus ad ſacerdotium promouebatur qui labem generis pateretur, 88. num. 13.
Ius Regiū apud Hiſpanos ius cōmune appellatur, 585. c.

L.

LAici clericos accuſare nō poſſunt, 14. nu. 7. & fol. 15. a.
Laici clericos accuſare poſſunt in decem caſibus, qui ſcribuntur. fol. 15. a.
Laici diuina munera celebrantes, quam pœnā patiūtur, 35. col. 2.
Laicus quidam Compluti, finxit ſe clericum eſſe, vt duas Miſſas celebraret, & qua pœna fuit punitus, 36. litera a.
Laicus in criminali cauſa, contra clericum teſtis eſſe nnn poteſt, 521. num. 1.
Laicus legitimus eſt teſtis contra clericum, & in criminali cauſa, quando veritas aliter non poſſet probari, ibid. num. 2.
Laicus legitimus eſt teſtis. contra clericū in notorio crimine, nec nō in crimine hæreſis, leſæ Maieſtatis, & ſimoniæ. 523. nu. 3.
Laici an admittātur ad probandā famam, cōtra clericos, 521. n. 6.
Laicus qui corā ſæculari iudice clericum conuenit, cauſam perdit 234. num. 26.
Lex oratio. ff. de ſpon. interp. 289.
Lex diffam. C. de ingen. & manumiſ. 24. f.
Lex fin. ff. de his qui deiecerunt, vel effud interpretat. 588. n. 3.
Lex pen. ff de Senat. iure ipr. 185. num. 37.
Lex fil. C. de mun. orig. li. 10. 196.
Lex 6. tit. 22. par. 4. 71. a
Lex 26. tit. 3. l. 1. ord. no. 185. n. 11.
Lex 5. tit. 6. li. 1. ord. noui. ibi. 12.
Lex 25. ti. 5. l. 1. ord. no. 188. n. 20.
Lex 1. & 2. tit. 5. li. 8. ord. no. 211.
Lex 1. & 5. tit 3. lib. 1. ord. no. 12. col. 1. cum ſequent.
Lex 5. tit. 7. part. 5. 210.
Lex 7. tit. 4. l. 1. ord. no. 232. nu. 20.
Lex 1. tit. 9. par. 7. 250.
Lex 1. tit. 19 par. 7. 344.
Literæ dimiſſoriæ (quas vulgo *Reuerendas* appellant) ab hinc multis ſæculis receptæ ſunt, 112. c.
Literæ dimiſſoriæ quam formam obtinere debent. ibi.
Literę dimiſſor. ab epiſc. originis, domicilij, vel beneficij ſunt cōcedendæ, 113.
Literæ, dimiſſ. concedi poſſunt ab Epiſco

Episcopo electo, & confirmato, nec desideratur quod sit consecratus. ibid.
Literæ dimissoriæ à solis Episcopis, & non ab Abbatibus mittendæ sunt. ibid.
Literas dimissorias nō tribuit capitulum sede vacante, nisi in tribus casibus, 114.
Literas dimissorias non mittit Archiepiscopus subditis suffraganeorum, 114.
Literæ dimissoriæ morte concedentis minimè spirant. ibid.
Literis dimissoriis non concessis, in tribus casibus ordinari quis potest ab alieno Episcopo. 115.
Literis dimissoriis non concessis, qui ab alieno Episc. fuerit ordinat⁹, qua pœna puniēd⁹ sit, 117.
Literis dimissoriis minimè concessis, nec minores ordines, aut tonsura potest conferri. ibid.
Literas alienas aperiens, & eas aduersario ostendens, in falsi crimen incidit. 428. num. 1.
Literæ delegatorum Apostolicæ sedis, ante illarum executionē, in Hisp. regnis, à summis Senat. examinantur, 187. nu. 19.
Literæ Apostolicæ in derogationē iuris patronatus Regij, vel priuatorum, in Hispania minimè executioni traduntur, donec Summus Pontifex consulatur, ibid. num. 20.
Ludus taxillorum clericis prohibitus est, 263. num. 1.
Lusor clericus qua pœna puniatur 264. num. 2.
Lusor clericus etiā transactis duobus mens. Hispan. legibus statutis, à iudice Ecclesiastico puniri potest, ibid. num. 3.
Lusor clericus, iubente superiore, quæsita in ludo restituere tenetur, nec curandum est, an tempus Regiarum constitutionum transactum sit, 165. num. 4.
Ludus taxillorum an clericis liceat, ibi. col. 2.
Ludi quam plurima mala. 266. b.
Lusor clericus, qua pœna in Archiepiscopatu Toletano puniatur. 267.
Lusor taxillorum, quibus pœnis in Hispaniarum regnis sit plectendus. 268. c.
Ludo perdita ab scolari, restituenda sunt. quamuis terminus regiis constitutionibus præscriptus, effluxerit, quod Salmanticensis Academia obseruat ibi. f.

M.

Malefactorem eripiens, à iudicis potestate, qua pœna puniatur. 427. c.
Malum nomē sinistram suspicionem generat, 26. & seq.
Manus in seipsum inijcere, nunquā nec ob seruandam castitatem licuit. 52. num. 10.
Maritus si post adulterium à muliere commissum, eam carnaliter cognouit, ea mortua, nō potest ordinibus insigniri. ib. n. 5.
Martinus Bustos sacrorum decretorum professor Salmant. Academiæ laudatur, 284.
Matthæi locus, cap. 19. explicatur, 56. num. 9.
Matrimonium clandestinum dupliciter perpenditur, 279. d.
Matrimonij forma quæ hodie seruanda sit, ex decreto Concilij Trid, 280.
Matrimonij de substantia minimè sunt monitiones, quæ decreti Conc.

Conc. Tri. desiderantur. ibi.
Matrimoniũ licet valeat sine monitionibus, parochus qui eas omisit, grauiter peccat. 281.
Matrimoniũ corã parocho, & testibus celebratũ valet, quãuis parochus nullis verbis vtatur. 282.
Matrimonium coram parocho & testibus celebratum valet, licet parochus dissentiat, & contra dicat. ibi.
Matrimonium coram parocho celebratum, cui ab ordinario interdictum est, ne aliquos matrimonio coniungat, an validum sit. 284.
Matrimonium celebratum coràm parocho, qui non est proprietarius, sed vicarius qui ad nutũ ordinarij potest remoueri, an validum sit quando ordinarius à principio prohibuit. ibi.
Matrimonium celebratum coram parocho, qui per vim, vel metum interuenit, vtrùm sit validum. ibi.
Matrimonium celebratum coram parocho, qui nec vidit, nec audiuit quæ agebantur, an firmitatem obtineat. ibi.
Matrimonium celebtatum coràm parocho, qui præter spem, & aliud agens, audiuit verba matrimonialia, àn sit iudicandum legitimum. 285
Matrimonium contrà formã concilij Tridentini contractũ, nullum est: validè tamẽ posteà cõtrahi potest. ibi.
Matrimoniũ cõtrahẽtes cõtrà cõciliũ Tridẽ grauissimè peccãt, & quibus pœnis puniẽdi sunt. 286.
Matrimoniũ celebratũ à parocho, extrà oppidũ, & propriã parochiã inter subditos, validum est. 291.
Matrimoniũ ab alieno sacerdote celebratũ, vt firmitatẽ obtineat, proprij parochi expressa licentia desideratur, nec tacita sufficit. 292.
Matrimonium ab alieno sacerdote celebratũ, vt validum sit, licẽtia proprij sacerdotis præcedere debet, nec sufficeret quòd posteà sequatur. ibi.
Matrimonium quandò corã proprio parocho, dicatur celebrari, & quis dicatur proprius parochus. 293.
Matrimonium contrà formam decreti cõcilij Trid. contractũ, non debet ab ordinario in sententia proferenda, de nouo irritari, sed declarari irritum, & nullum à principio fuisse. ibi.
Matrimonium impedientes, sine clerici, siue laici fuerint, grauiter puniendi sunt. ibi.
Matrimonium vt legitimè contrahatur sine monitionibus, in casu cõcilij Trid. generalis Episcopi vicarij dispẽsare potest. 294.
Matrimonium vt sine monitionibus contrahatur, quæ sint iustè dispensandi causæ. ibi.
Matrimonij forma diffinita in decreto concil. Triden. non extenditur ad sponsalia de futuro. 286
Matrimonium à principio nascẽtis Ecclesiæ, clericis interdictum fuit. 321. a.
Matrimoniũ nec apud Barbaros, & incultos homines contrahi licebat illis, qui contemplationi & Dei ministerio dicati erant. 322.
Matrimonium monachis semper fuit prohibitum. ibi.
Matrimonium contractum à religiosis

giosis Societatis Iesu, post tria vota emissa, quādiu in ipsa Societate fuerint, nullum est. 323.
Matrimoninm qui contraxerit, dimissa vxore, qua pœna puniatur. ibi.
Matrimoniū secundū contrahens, viuēte cōiuge, ab inquisitoribus punitur, & quibus pœnis. 324.
Matrimoniū secundū contrahens viuēte coniuge, minimè est ipso iure excommunicatus. 325.
Matrimonium secundum contrahens, quibus pœnis Hispaniarū Regnis puniatur. ibi.
Matrimonium quoad Thorū separatur, propter nephādum crimen. 355.
Medicns salarium publicum habens, potest ab sponte dantibus oblata recipere. 123.
Membrum quod propriè dicatur 415. num. 2.
Missa vnica à clerico celebrāda est. 138. num. 1. a.
Missas plures ex quibus causis, eadem die clerico celebrare liceat. 139. a.
Missa priuatis domibus non licet celebrari. 142. num. 1.
Missa si in priuato loco celebretur, qua pœna clericus celebrans sit puniendus, ibi. num. 2.
Missa post concilium Tridentinū, ante lucem non debet celebrari, nec valet consuetudo in contrarium. 154. num. 1,
Missa ante diem, ex causa celebrari licet. 155. num. 3.
Missa vsque ad quam horam, post meridiem possit celebrari, ibi. numer. 4.
Missa audienda non est, facta à clerico publico, & notorio concubinario. 309. num. 2. fol. 312. a.
Monialem carnalirer cognoscens, quatuor crimina cōmittit. 329. a
Monialē carnaliter cognoscens, àn de vno quoque crimine, segregatim possit accusari. ibi.
Monialē carnaliter cognoscens, à simplici sacerdote, minime potest absolui, quia Absolutio Episcopo reseruata est. 330. ibi.
Monialem carnaliter cognoscens, quibus pœnis in iudicio seculari, & in Hispaniarum Regnis puniatur. ibi.
Monialem carnaliter cognoscens, in Mediolanensi dominio, & Italiæ prouincijs, pœna mortis punitur. ibi.

N.

NEgotiatio multis nominibus clericis est interdicta. 198. num. 1. & fol. seq.
Negotiatio clericis interdicta est, quando ipsi personaliter exercent. 200.
Negotiatio clericis interdicta non est, quandò subest necessitas. ibi.
Negotiator clericus quis dicatur, 201.
Negotiator clericus minimè dicitur, qui fructus sui beneficii, vel perceptos ex proprijs fundis vēdit. ibi.
Negotiator clericus, qui in negotiationis munere delinquit, à iudice Ecclesiastico puniri debet. 202.
Nefandi criminis grauitas vide in verbo sodomia.
Neophyti qui dicātur. 80. num. 1.
Neophitus non potest sacris ordinibus insigniri, ibi. num. 2.
Neophytus quandò ad Ecclesiasticos ordines potest promoueri. 83.

ueri. 83. num. 7
Neophytus contrà Christianum, testis esse non potest, ibi. nu. 5
Neophytus is dicitur, qui nuper religionē ingressus est. 94. nu. 25
Neophitis officia secularia interdicta sunt. 82. num. 3
Nobilis non recantat palinodiam. 251. c.
Notarius an pro ordinis instrumēto, mercedem aliquam possit recipere. 122.
Notarius vide latè in verbo Tabellio.
Nuptiæ secundæ minimè possunt benedici, 296. num. 1
Nuptias secundas si clericus benedixerit, qua pœna puniatur. 181. numer. 2. & 287.
Nuptiæ benedicendæ non sunt, temporibus ab Ecclesia prohibitis. fol. 297. f.
Nuptias prohibitis temporibus clericus benedicens, qua pœna puniatur, nec non contrahentes, ibi.

O

OBligati ad publica ratiocinia, non possunt ordinari. 71. num. 1.
Obligati ad priuata ratiocinia, sacris ordinibus possunt insigniri. 73. num. 3.
Obligatus ad publica ratiocinia, præstita fideiussione potest ordinari. 74. num. 6.
Officia curiarum Ecclesiasticarum non possunt locari. 14. num. 2. & fol. 16. b.
Officium diuinum à clericis recitandum est, non recitantium pœna. 196. num. 1.
Officium diuinum non recitans, fructus restituere tenetur. ibi
Officium diuinum dicere tenētur clerici, quamuis in publicis Gymnasijs literis incumbant. 198.
Officialis Episcopi qûis dicatur. 7. numer. 1.
Officialis Episcopi in quo à vicario generali differat. ibi
Officialis Episcopi, vt corrigere, & punire crimina possit, potestas expressa sibi est demandanda, ibi, numer. 2.
Officiales Episcoporum per seipsos, iam de clericorum causis criminalibus cognoscūt. ibi. nu. 6.
Officiales Episcoporum ex generali mādato, inquirere possunt, ibi. num. 3.
Officia seculatia neophytis sunt prohibita. 82. num. 3.
Offensus si dixit se nolle accusare, an postea accusare *volēs sit audiendus*. 22. num. 10
Ordinari nullus debet per saltum. 97. num. 1.
Ordinatus per saltum ordinis caret executione, ibi. num. 2.
Ordinatus si aliquis fuerit per saltum, an possit cum eo Episcopus dispensare. 98. num. 3.
Ordinatus in maioribus ordinibus, & eorum titulum ostendens, in minoribus legitimè ordinatus præsumitur. 99. 2.
Ordinatus per saltum charactérem ordinis recipit, nō verò ordinis executionem. 97. num. 1.
Ordinari nullus potest, absq; mortali crimine, non suscepto confirmationis sacramēto, 98. co. 2.
Ordinari nullus debet furtiuè, 101 numer. 1.
Ordinatus furtiuè qua pœna puniatur, ibi. numer. 2.

Ordines

Ordines Ecclesiastici, diuersis diebus sunt conferendi, 103. c.
Ordinatus extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ab alieno Episcopo, ordinis executione suspendendus est. 105. nu. 1.
Ordinatus aliquo de prædictis tribus modis, hodie ipso iure suspensus est, & celebrans efficitur irregularis. ibi num. 2.
Ordinatus ante legitimam ætatem an cogatur continere. 107. n. 4.
Ordines minores quo tempore debeant cõferri. 108. a.
Ordines sacri, non nisi Sabbatis quatuor temporum conferri debent. ibi.
Ordines sacri qua ratione, dictis temporibus, & non in alijs, cõferantur. 109.
Ordines sacri duobus casibus, ad *Dominicos* dies possunt transferri. *ibi*. f.
Ordines sacri quocunque tempore à Pontifice Romano conferuntur. 110. col. 2.
Ordines singuli qua ætate debeant conferri. 111. b.
Ordinatus ante legitimam ætatem an ea superueniente possit ministrare. 112.
Ordinatus à Simoniaco non recipit ordinis executionem. 121. num. 1
Ordines sacri, minores, & prima tonsura, sine pretio, vel mercede conferri debent, 122. a.
Ordinatus ab excõmunicato characterem ordinis recipit, nõ verò executionem, 123. num. 2.
Ordinatus ab Episcopo hæretico forma Ecclesiæ seruata, characterem recipit, non autem executionem. 124. num. L.
Ordinatus á suspenso, non recipit ordinis executionem, quamuis characterem recipiat, 124. n. 1.
Ordinatus ab Episcopo qui loco simul & dignitati renunciauit, executionem ordinis minimè recipit. 125. num. 1.
Ordinis sacramentum interdicto tempore non potest conferri. ibi. num. 1.
Ordinatus presbiteratus ordine, interdicto tempore, irregularis est, 127. num. 6.
Ornamenta Ecclesiæ commodari non possunt, & qua pœna transgressores puniantur. 147. c.

P

PApa an in beneficiorum pluralitate possit dispensare. 159. num. 4.
Papa potest pœnam mortis statuẽdo, nõ verò exequendo inferre. 222. num. 4.
Papæ scribenti pro illiterato, obtẽperandum non est. 76. num. 5.
Papa quocunque tempore ordines confert. 110.
Parochus proprius ad matrimonij celebrationem quis propriè dicatur. 293.
Parochus qui extra oppidum subditos nulla interueniente causa coniungit, arbitraria pœna punitur. 291.
Parochus vel sacerdos qui alienos iungit, vel benedixit, ipso iure suspensus est, 290.
Parochus, cuius negligentia infirmus non receptis sacramentis decessit, ab officio remouendus est. 151.
Parochialem habens Ecclesiam, si intra annũ nõ promouetur, ipso iure ea est priuatus. 176. nu. 1.

Parochialis Ecclesiæ priuatio, vt in casu superiori locum obtineat, annus à quo tempore, currere incipiat, ibi. numero. 2.
Parochialem Ecclesiam habens, intrà annum ab ordinario moneri potest, vt promoueatur ibi. numero. 4.
Parochialem Ecclesiam habens, dato iusto impedimento, à pœna excusatur. ibi. num. 3.
Parochialem Ecclesiam habens, si intra annum coram ordinario comparuit, qui noluit illum propter scientię defectum, vel aliam causam ordinare, in nullam pœnam incidit. 177.a.
Parochialem Ecclesiam obtinens, in nullam incidit pœnã, donec annus lapsus sit, & vltima anni die potest ordinari. 176.
Parochialem Ecclesiam habens, sacrorũ canonũ pœna nõ punitur si pacificã possessionem parochialis Ecclesiæ, minimè fuerit consequutus ibi. b.
Parochialem Ecclesiam habẽs, àn excusetur à pœna, propter impedimẽtum, quòd in fini anni superuenit, ibi.
Parricidij crimen grauissimũ 401.
Pœnitentia solennis ab ordinibus sacris repellit. 94. nu. 1.
Pœnitentia solennis àn hodie in vsu sit. 96. b.
Pater vsum fructũ retinet in bonis filij ante clericatum quæsitis 544. g.
Pœnitentia publica moribus recepta est. 96. b.
Pœnitentiæ solennis impedimẽtũ ad sacros ordines, àn Episcopi dispẽsatione tolli possit. 95. n. 3.
Pœna amissionis naturalitatis, & bonorũ temporaliũ in his Hyspaniarum Regnis, contrà clericos est frequẽtissima. 187. n. 18.
Pœna per legem secularẽ statuta, contrà arma deferentes, àn clericos comprehendat. 202.
Pœna priuationis beneficij imponi non potest, nisi in iure exprimatur. 532. nu. 2.
Pœna priuationis beneficij, in sẽtentia expressè exprimenda est ibi. numero. 3.
Pœna priuationis beneficiorũ, àn extendatur ad beneficiũ. quod pruatus extrà iurisdictionẽ habet. 533. nu. 4.
Pœna priuationis beneficiorũ, àn extendatur ad fructuum restitutionẽ, ibi. nu. 5. & 6.
Pœna verberũ in clericorum personis, qua ratione sacris canonibus fuit instituta. 545 nu. 1.
Pèna verberum contrâ clericos, nõ nisi pro magnis criminibus imponenda est, ibi. numero. 25.
Pœna verberũ contrà clericos, secularium ministerio exequenda non est, ibi nu. 3.
Pœna verberum imposita ab Ecclesiasticis iudicibus, quamuis sanguinis effusio interueniat, nulla irregularitas cõtrahitur, ibi. numero. 4.
Pœna vetberũ nec in Hispania, nec in Regno Franciæ nec in Mediolanensi dominio, contra clericos recepta est. 359. a.
Pœna pecuniaria à iudicibus Ecclesiasticis imponitur. 575. nu. 1.
Pœna pecuniaria retineri potest, à iudice Ecclesiastico, quãdo, per legem, vel statutum sibi defertur. ibi. 3.

Pœna pecuniaria si solui nō potest à clerico, non est corporali plectendus ibi. numero. 4.
Pęna pecuniaria ab inquisitoribus imponitur. 578.
Pœna corporalis rarissimè clericis imponenda est. 579. num. 1.
Pœna triremium an possit imponi, ab Ecclesiasticis iudicibus. ibi.. num. 3. & fol. 582.
Pœna mithrationis ab Ecclesiastico iudice imponi potest. 480. num. 2.
Pœnis imponendis consuetudo attendenda est. 587. b.
Pœna quandò iure non est statuta, arbitrio iudicis relinquitur. ibi. num. 1.
Pœnis arbitrariis imponēdis, multa sunt à iudicibus obseruanda. 589. b.
Pœna arbitraria an vsque ad mortem extendi possit. 588. num. 4. & fol. 589. d.
Pœna legalis an ex causa possit moderari. 582. num. 1.
Pœna legalis ex causa à iudice inferiori moderatur. 584.
Pœna delicti si iure expressa non reperiatur, qua pœna tunc clericus sit puniendus. 582. num. 3.
Pœna text. in cap. fœlicis in pœnis libr. 6. an habeat locum contra illum, qui contumelioſa verba in Cardinalem protulit. 246. num. 3.
Pœna text. in c. 1. de homici. libr. 6. an in percussoribus, locū habeat. 402. num. 5.
Pœna dicti. ca. 1. vtrum locum habeat, si mors sequuta non sit. ibi. num. 6.
Pœna legalis in animæ iudicio locum non habet. 239.
Periurij crimen grauissimum est 380. a.
Periurus clericus officio, & beneficio, deponendus est. 378. numer. 1.
Periurus clericus an sit ipso iure beneficio priuatus. 379. nume. 3. & fol. 380. c.
Periurus an is censeatur, qui promissionem fide confirmatam, non adimpleuit. 379. num. 2.
Periurus an pendente accusatione, posit beneficio renuntiare. 281. c.
Periurium sine dolo commissum, ordinaria criminis pœna, non punitur. ibi.
Periurium nec ordinaria pęna punitur, propter difficultatem adimplendi iuramentum. ibi.
Periurus laicus à iudice Ecclesiastico punitur. ibi.
Periuro beneficij collatio facta, an sit nulla ipso iure. ibi.
Periurus ordinaria criminis pœna non punitur, quādo per inquisitionem proceditur. 385.
Piscatio clericis interdicta non est. 256.
Piscatione clerici vti non possunt, temporibus Regijs Hispaniæ constitutionibus prohibitis. fol. 255.
Prælatus qui compertum habet, quòd clericus concubinarius efficeretur deterior, si præcisè compelleretur dimittere concubinam, poterit sinè peccato ad tempus tolerare. 312. numer. 4.
Prima tonsura an vnius testis testimonio probetur. 230. numer. 17.

Proxeneta illicitorum contractuũ, qua pœna puniatur. 213. n. 1.
Publicani gabellas à clericis indebitè exigentes, qua pœna puniãtur. 212.
Purgatio canonica accusatore apparente indici nõ debet. 593. 1.
Purgatio indici potest quando fiscalis accusat. 592. num. 2.
Purgatio canonica iudicis arbitrio relicta est. ibi num. 3.
Purgatio canonica quibus modis, & qua forma facienda est, 593. num. 5.
Purgatus semel de aliquo crimine, vtrùm de eodem possit postea accusari, ibi num. 11.
Purgatio canonica quando indicẽda est, multa à iudicibus Ecclesiasticis sunt præcauenda. 595. num. 13.
Purgatio canonica antiquitus sũmæ fuit vtilitatis. 595. in annotat.
Purgatione canonica ad remouendum scandalum, multi Summi Pontific. de grauissimis criminibus infamati, vsi fuerunt. ibi.
Purgatione canonica deficiẽs, punitur vt conuictus. 595. num. 1.
Purgatione canonica si clericus, defecerit, & traditus fuerit curię seculari, pœna ordinaria puniri non debet. 597. num. 4.
Purgatio canonica in vsu non est, vel rarò ea vtendum. 598. num. 5. & fol. 595.
Puteus vulgariter dictus de *fantorca* an olim fuerit carcer clericorum Diœcesi. Toleti 591. f.

Q.

QVando de domicilio fit mentio, de habitationis domicilio intelligitur. 29. num. 2.
Quæsita à clericis ex illicita negociatione, in vsus pauperum sunt eroganda. 198. num. 2.
Quæsita ex illicita venatione, in animæ iudicio restituenda non sunt, 257. a.
Quæ crimina digna sunt depositione, iudicis arbitrio relinquitur. 549. num. 3.
Qui solennem egerit pœnitentiam irregularis est. 94. num. 1.
Quomodò olim prohibitum fuit clericis secularibus officijs vacare. 215. num. 3.

R

RAptores bonorum Ecclesiarũ, quibus pœnis puniãtur. 431.
Raptores mulierum matrimonij causa, ipso iure excommunicati sunt. 308.
Raptores clerici mulierum, causa matrimonij, *ex concil. Tridentini decreto, de proprio gradu sunt deijciendi.* ibi.
Rebaptizatus non potest ad ecclesiasticos ordines promoueri. 44. num. 1.
Rebaptizatus qua pœna puniendus sit. ibi num. 2.
Rebaptizatus non solum à principio irregularitatem contrahit, sed si postea à sciẽs ratum habuerit. 45. b.
Rebaptizatus metu cadenti in cõstantem verum, an sit irregularis. ibi.
Rebaptizatus ea conditione, si nõ est baptizatus &c. quãdo ab irregularitate sit immunis. 46.
Rebaptizatus iusta ignorantia, irregularis non est, nec rebaptizans. 48. c.
Receptores curiarum Ecclesiasticarum, vt in plurimũ mali, & lõgè à tri-

à tribunalibus repellẽdi sunt. 6.
Receptoribus ab Ecclesiasticis tribunalibus expulsis, saluberrimum traditur consilium, quo dicta tribunalia probè, & integerrimè gubernentur. 7.
Religio Societ. Iesu laudatur. 323.
Residentia personalis in omnibus beneficijs desideratur. 170. nu. 1. cum sequent.
Residentia hodie ex nouissimo cõcilio Trident. & ex Romanorũ Pontificum decretis in beneficijs omnibus curã habẽtibus ani marũ, sub multarum pœnarum impositione desideratur. 171.a.
A residẽtia personali parochus excusatur, per duos mẽses, ex causa quæ sibi iusta videatur, nec ordinarij licẽtia requiritur. 173.
A residentia parochus. 24. casibus excusatur. ibi.
A residentia excusat prælectio, vel professio Theologiæ. ibi.
A residentia excusat sacrorum canonum professio. 174.
A residentia non excusat cæteratũ scientiarũ professio, nisi proprij Episcopi licentia accesserit. ibi.
A residentia excusat iussus Roma. Pontifi. quando aliquem coram se comparere iubet. ibi.
A residentia excusat Episcopi obsequiũ quoad duos canonicos. ibi
A residentia non excusantur scriptores bullarum, vel procuratores Romanæ curiæ. ibi.
A residentia excusat absentia quæ contingit, gratia congregationis generalis concilij. ibi.
A residentia aduersa valetudo excusat, 175.
A residentia necessitas Ecclesiæ excusat, ibi.
A residentia graues inimicitię excusant, ibi.
Reus qua forma à iudice de crimine sit interrogandus. 508.a.
Reus an teneatur delictum confiteri iudici interroganti. 509.
Reus non potest absolui à sacerdote, nisi animo conceperit, veritatem patefacere. 511.
Reus si iudici interroganti non respondet, quid hoc casu iudex facere debeat. 512.
Reus statim & sine mora confiteri tenetur, ibi.
Reus de crimine conuictus, licèt iniustè torqueatur, crimen tamen confiteri tenetur. ibi.
Reus iuxtà mentem iudicis interrogantis respondere debet, & non captiosis verbis vti. 512.
Reus non tenetur iudici respondere, quãdò exemptus est ab illius iurisdictione, quia clericus, scholaris, aut indebitè ab Ecclesia extractus. 513
Reus vt possit à iudice interrogari, quæ probatio criminis contra eum debet præcedere, ibi.
Reus in causa capitali, an excusari possit à crimine confitendo, quando de suo honore, & fama controuertitur. ibi.
Reus de occulto crimine à iudice non potest interrogari. 514.
Reus etiam in causis fidei de occulto crimine nõ interrogatur, nisi ex propria confessione, ad hoc causam dederit. ibi.
Reꝰ si de facto fuerit à iudice interrogatꝰ, nõ tenetur respõdere. 516
Reus in casu dubij, an iudici interroganti teneatur respõdere. ibi.
Reꝰ vt possit à iudice interrogarian indiciorũ illi copia dãda sit. 517

Reus si à crimine absoluitur an possit expensis condẽnari. 623. a

S

SAcramẽtum Euchariſtiæ, ſumma diligentia, & veneratione, cuſtodiendum eſt. 150. num. 2.
Sacramenta altaris, minimè debẽt niſi à ieiunis celebrari. 136. n. 1.
Sacramentum ordinis, interdicti tempore, non poteſt celebrari. 125. num. 1.
Sacramentum confirmationis bis ſuſcipiens an ſit irregularis. 46. col. 2.
Sacrilegij diffinitio. 362. num. 1.
Sacrilegus clericus deponendus eſt ibi num. 2.
Sacrilegus laicus à iudice Eccleſiaſtico punitur, & qua pœna. 363.
Sacrilegus laicus à iudice ſeculari punitur. ibi.
Sacrilegus ad eccleſiaſticos ordines non poteſt promoueri. 362. A.
Sacrilegus immunitate Eccleſiæ non gaudet. ibi.
Sacrilegij cauſa laicus clerici percuſſor, à iudice eccleſiaſtico punitur, non verò quando iniurioſa verba tantum protulit. 365.
Sacrilegij crimine vterque Iudex procedit, Eccleſiaſticus nempe & ſecularis, ad imponendas pœnas ſuo foro ſtatutas, non obſtãte præuentione, vel condemnatione ab altero facta. 365.
Sacrilegij crimine caſu ſuprà conſtituto, laicus iudex minimè tenetur ſtare proceſſui, ab Eccleſiaſtico facto. 364.
Sacrilegij quatuor ſpecies conſtituuntur. 362. num. 3.
Sacrilegus laicus an poſſit à iudice Eccleſiaſtico capi, & in carcerem mitti. 365.
Sacerdos reuelans ſacramentalem confeſſionem, qua pœna puniatur. 435.
Sacerdos ſacramentalem confeſſionem reuelat, quando aſſeuerat aliquem habere peccatum aliquod, à quo ipſe abſoluere non poteſt. 436. num. 3.
Sacerdoti aſſeueranti, ſe habere licentiam reuelandi ſacramentalẽ confeſſionem, an fides ei præſtanda ſit. ibi num 4.
Sacerdoti reuelanti confeſſionem ſacramentalem, nulla fides præſtanda eſt. 440.
Sacerdos ſi in teſtem producatur, iurare poteſt ſe nihil ſcire, ex his quæ ſacramentali confeſſione nouit. 441.
Sacerdos iubente ſuperiore, patefacere tenetur *id de quo interrogatur, quando non ſolum nouit, in confeſſione ſacramentali*, ſed alia via cõpertũ habuit. ibi.
Sacerdos non dicitur ſacramentalẽ confeſſionem reuelare, quando aliquem ſacramentaliter abſoluiſſe fatetur. ibi.
Sacerdoti aſſeueranti aliquẽ à ſuis peccatis abſoluiſſe, an ei fides ſit præſtanda. ibi.
Schiſmaticus clericus quæ pœna puniatur. 453.
Schiſmæ diffinitio eiuſque grauitas. 454.
Scholaſticus nũcupatus Albornoz grauiter reprehenditur. 290.
Sententia abſolutoria ſuper denũciatis prolata, vtrũ proficiat ſicut prolata ſuper accuſatis. 19. n. 8.
Seruus non poteſt ſacris ordinibus inſigniri. 70. num. 1.
Sigillum de alienis literis remouẽs pœna falſi punitur. 429. a.

Simo-

Simoniæ diffinitio scribitur. 373. & 375.
Simoniæ crimẽ merè Eccleſiaſticum eſt. 375. a.
Simoniæ crimen ſignis, & coniecturis probatur, ibi. b.
Simoniacus non recipit ordinis executionem, ibi. c.
Simonia nec mentalis, nec conuẽtionalis, ſi realis non fuerit, minimè priuationẽ inducit. 376. d
Simoniacꝰ in ordine, & beneficio, ipſo iure excõmunicatꝰ eſt. 367.
Simoniacus nõ eſt cenſendus, quo ad excommunicationem incurrendam, qui conducit, aut emit vicariam, ſpiritualem iuriſdictionem habentem. 377.
Simoniacus eſt qui aliquid pro ordinum collatione recipit, etiã pro prima tonſura, pro literis dimiſſorijs, teſtimonialibus, vel pro ſigillo. ibi.
Simoniacus nõ eſt cẽſendꝰ, qui ſuſceptis ordinibꝰ, aliquid dat. ibi.
Simonia licet cõmittatur in emptione, vel venditione penſionis, nõ tamẽ hoc caſu ſententia excõmunicationis incurritur. ibi.
Simoniæ crimen (quod confidentiæ appellant) grauiſſimũ eſt, & quibus modis cõmittatur. ibi.
Synodalis Salmantina conſtitutio interpretatur. 286.
Synodalis conſtitutio Toletana declaratur. ibi.
Synodalis Toletana conſtitutio enucleatur. 290.
Sodomię crimen grauiſſimum eſt, 353. a.
Sodomiæ criminis grauiſſimę pœnæ diuerſarũ gentium. 354.
Sodomiæ crimẽ qua ratione mutum, & nephandum, Hyſpani iuſtè appellant. ibi.
Sodomiæ criminis cauſa, tempeſtates, & innumeræ calamitates proueniunt. ibi.
Sodomitę quare filij diffidentiæ nuncupentur. ibi.
Sodomitæ omnes nocte ſanctiſſima Natiuitatis Chriſti deceſſerunt. ibi.
Sodomiæ crimẽ quandò cõmittitur, Diabolꝰ fugit, cũ nec tã hor rẽdũ crimẽ cernere poſſit. 355.
Sodomiæ cauſa matrimoniũ quoad thorum ſeparatur. ibi.
Sodomitis an ſit aduocatus cõſtituendus. ibi.
Sodomiæ crimen omni tempore, pœna vltimi ſupplicij punitum fuit. ibi.
Sodomitæ igne comburũtur. 356.
Sodomitę bonis omnibus ipſo iure priuantur. ibi.
Sodomitæ an illis tantum bonis per confiſcationẽ priuẽtur, quæ tẽpore commiſſi criminis obtinebant, an etiã poſt delictum quæſitis. 357.
Sodomiæ crimen cum hæreſi connexionem habere videtur. 356.
Sodomię crimine Inquiſitores hęreticæ priuitatis iuriſdictionẽ habent, in Regno Aragoniç, & Valentiæ. 357.
Sodomitæ an teſtamentum facere poſſint. 358.
Sodomita clericus antiquitùs depoſitus in monaſterium detrudebatur. 353. num. 2.
Sodomita clericus ex noua Pij Quinti conſtitutione, ſeculari curiæ traditur. 360.
Sodomita occultus, & etiam peracta pœnitẽtia, ſuſpẽſus eſt ordinis executione, & interim cele-

brant, efficitur irregularis. 359.
Sodomita non dicitur quis, quoad criminis ordinariam pœnã, ex extraordinaria pollutione, sed ex illa tantum, quæ est contra naturam. 361.
Sodomita laicus à iudice Ecclesiastico punitur. 360.
Sortilegi qui propriè dicãtur. 232. num. 1.
Sortilegus clericus qua pœna puniatur. ibi.
Sortilegus laicus à iudice Ecclesiastico punitur, & qua pœna. 434. b.
Sortilegi, & diuinatores, acriter confutantur. 433. a.
Statutum Toletanæ vrbis, ab increpatione Mõtalui Hyspani defenditur. 91. num. 18.
Statutum sanctissimæ Ecclesiæ Toletanæ latissimè defenditur, contrà Henri. Maur. Franciscanum. 92. num. 19.
Statutum item sanctissimę Genensis Ecclesiæ defenditur. ibi.
Statutum secularium puniens dãna illata in prædijs, clericorum animalia vtrũ cõpræhẽdat. 208.
Statuto laicorum sanciri potest, quod vetmes. vel locustę à prædijs clericorum suis expensis expellantur. ibi.
Statutum prohibens ne extrà territoriũ vinum deferatur, vtrùm clericos comprehendat. 206.
Stupri diffinitio. 334. num. 1.
Stuprans virginem qua pœna puniatur. ibi. num. 2.
Stuprans virginem voluntariam, vtrum aliqua pœna puniendus sit. 335. num. 4.
Stuprans virginem voluntariã, an in animæ iudicio aliquid satisfacere teneatur. 336. num. 5. & latiùs fol. 340. b.
Stupratæ virginis consensus, stupratorem non liberat, à dotis præstatione quãdo ipsa sub parentis, tutoris, vel curatoris potestate constituta est. 341.
Stuprũ virgini cõsentiẽti, importunis tamen precibus, dos præstanda est. ibi.
Stuprator virginis voluntariæ, resarcire damnum tenetur, quandò ipse stuprũ publicauit. ibi.
Stupri damnum resarciendum est, si de eo in processu constat & stuprator condemnari debet, licet, à parte nõ fuerit petitũ. 339
Stuprator qui allegat mulierẽ anteà corruptam, fuisse, probare debet, quia puella virgo semper præsumitur. ibi.
Stuprator qualem dotem constituere tenetur. 342.
Stuprator non tenetur integram dotem constituere, sed damnũ illatum resarcire. ibi.
Stuprum à clerico commissum cũ virgine immatura, ordinaria criminis pœna non punitur. 338.
Stuprum an cum vidua, honestè viuente committatur. ibi.
Suspensus propter crimen, si de facto celebrat, irregularis est. 107. numer. 3.
Suspensio quæ imponitur propter crimen, differt ab ea quæ imponitur propter contumaciã. ibi.
Suspensus ab officio, non censetur à beneficio suspensus. 529. numer. 3.
Suspẽsus àiure, si de facto celebrat, efficitur irregularis. 530. nu. 4.
Suspensio alia temporalis, alia perpetua. ibi. num. 5.
Suspẽsus propter peccãtũ, celebrãs non cõtrahit irregularitatẽ. 531.

T.

TAbellionum animus corruptus punitionem delictorū impedit, 5. num. 2.
Tabellionum imperitia destruit mundum, & multorū conscientias in magno discrimine constituit. 6. b.
Tabelliones seu notarij imperiti, vel in officio delinquentes priuandi sunt, vel ad tempus ab officio remouendi. ibi.
Tabelliones seu notarij Apostolici nisi præuio examine ordinarij, non possunt in Archiepiscopatu Toletano officii suū exercere. ibi
Tabellionum seu notariorū officium, an vile sit iudicandū. 216. num. 1.
Tabellionatus officiū clerici possunt exercere. ib. num. 1.
Tabellionatus officium, clerici exercentes suis beneficijs priuandi sunt. ibi.
Tabellionatus officium clerici beneficiati in minoribus ordinibus cōstituti exercere prohibentur. ibi.
Tabellio si ad clericatum promoueatur licet non possit nouas rogationes (quas apellāt) recipere, vetera tamē instrumenta perficere potest. ibi 3.
Tabellio siue notrius qui pœna falsi ab Episcop fuit condemnatus, & poste per eū restituatur an instrumenta ab eo cōfecta firmitatem obtinant. 217. nu. 5.
Tabellionis seu notrij officiū Romæ in publicis Eccles. tribunalibus clerici possunt exercere. ibi. c
Tabernarū ingress clericis prohibitus est, nisi tempore peregrinationis 305. nu. 3.
Taurorū agitationibus clerici non possunt interesse. 276. num. 3.
Taurorū agitationib⁹ si clerici interfuerint, mortaliter peccāt, ibi.
Taurorum agitationibus si clerici interfuerint, arbitraria pœna puniendi sunt. ibi.
Taurorum agitatio an absque crimine fiat. ibi.
Testis falsus grauissimum crimen committit. 383. a.
Testis falsus in Hispaniarum regnis Talionis pœna punitur, 386. & fol. 382. b.
Testis falsus in sacris inquisitionis tribunalibus talionis pœna punitur. 385.
Testis falsus in Romanæ inquisitionis generalis prætorio qua pœna puniatur. 386.
Testis falsus ordinaria criminis pœna non punitur, quando falsitas nociua non est. 383.
Testis qui circa accidentalia causæ falsum cōmisit, pœna ordinaria non punitur. 384.
Testis falsus nō punitur ordinaria pœna, quando falsitas sine dolo commissa est. ibi.
Testis falsus similiter non punitur pœna ordinaria, quando per inquisitionem proceditur. 385.
Testis falsus qui coram iudice Ecclesiastico falsum deposuit, ab ipso punitur. 387.
Testis non potest esse clericus in causis criminalibus, coram iudice sæculari, etiam protestatione interueniente, ne ad pœnā mortis vel membri mutilationē procedatur, 412. num. 21.
Testis clericus esse non potest in causis criminalibus coram iudice sæculari, quamuis pœna mortis,

tis vel membri mutilationis nō sequatur. ibi.
Testis clericus esse potest in criminalibus causis, ad probādam rei innocentiam. 413. 22.
Testis clericus in criminalibus causis esse non potest, etiam in fauorem rei absq; Iudicis Ecclesiastici licentia. ibi.
Testis clericus absquè aliqua licentia in criminalibus causis corā iudice Ecclesiastico esse potest. ibi. num. 23.
Testis clericus vel regularis, qui de facto testimonium protulit in causis criminalibus, quamuis puniendus sit, eius tamen testimonium nō vitiatur. ibi. n. 22.
Testis laicus contra clericum esse non potest. 521. num. 1.
Testes duo an in crimine hæresis sufficiant. 524. d.
Testes in crimine hæresis non publicantur. 525.
Testis corpore vitiatus contra clericum in criminali causa esse nō potest. 521. num. 4.
Testes in grauissimis criminibus in quibus vertitur timor publicationis, an debeāt publicari. 525
Testes publicandi sunt quamuis in sententia, qua causa ad probationem admittitur dictum fuerit cum honore publicationis & conclusionis. 518.
Testes de auditu, vel de alijs indicijs deponētibus, in antiquis circà generis labē probāt. 93. nu. 20
Testes de qualitate generis pro militari dignitate consequenda, vel collegiorū ingressu deponētes, publicandi non sunt. ibi. num. 21.
Titulus necessarius est ad Sacrorum Ordinum susceptionem. 61. num. 1.
Titulus legitimus non oritur ex eo beneficio, quod tenue est, nec sufficit ad humanæ vitæ sustentationem. 63. num. 4.
Titulus minimè desideratur, quādo quis ad minores ordines promouetur. ibi. num. 5.
Titulus præsens ad Sacros Ordines necessarius est, nec sufficit quin futurum speratur. 64. num. 6.
Titulus coadiutoriæ an sit legitimus. ibi. num. 7.
Titulus legitimus censendus non est qui procedit ex vicaria temporali, vel ex beneficio Manuali. 65. num. 8.
Titulus an legitimus iudicandus sit, qui procedit ex capellania. ibi. num. 9.
Titulum legitimum habere dicitur, qui prætimonium obtinet. 66. num. 10.
Titulum an is dicatur habere qui pensionem obtinet. ibi. num. 11
Titulo ficto qui ordinatur, qua pœna punitur. 67. num. 12.
Tituli remissi post sacros susceptos ordines, nullo pacto ante ordinationm facto, nec irregulatitatem, nec suspensionem inducit. ibi. num. 13.
Titulus patrimonij an priuilegia bonorum Ecclesiæ obtineat, ibi. num. 14.
Titulum doctratus ostendens, in cæteris præumitur insignitus, 99. fi.
Toletana ciuitas quondam Regia nuncupabatur, 91. num. 18.
Tonsura clericorum antiquissima est in Dei Ecclesia cōtra impios hæreticos ostenditur 301.

Tonsura

Tonsura maiori Episcopi & Religiosi quàm clerici vtuntur, & quæ sit ratio. 302.
Tondere capillos semper ab illis receptum fuit, qui se Deo consecrarent. ibi.
Tonsura clericorum, quam significationem habeat. 301.
Tondere comam, & barbam radere Deus Opt. Max. Leuit. c. 19. prohibuit, & quæ fuerit ratio. 303.
Tonsuram apertam deferre nō tenentur clerici ea initiati, qui priuilegio clericorum non gaudent. ibi. fi.
Tonsuram clericalem si clerici nō gestauerint mortaliter peccant. 300. num. 1.
Torqueri clericus iure potest, 499.
Torqueri clericus potest, quamuis nulla infamia præcesserit. 504. a
Tortura an possit imponi ex sola confessione extraiudiciali. 499. num. 2.
Tortura in secunda instancia peti potest. 501. num. 5.
Torqueri an is possit, qui vacillat in testimonio. 503. num. 9.
Torturæ modus si excedatur, ad quid iudex teneatur. 504. nu. 10
Tortura clericorum non debet esse tam sæua sicut laicorum, 501. num. 6.
Torqueri per laicum an possit clericus sui Prælati iussu. 502. numero. 7.
Tortura quando contra clericum imponitur, an priùs debeat degradari. 500. num. 4.

V.

Vagabundus quis dicatur. 31. d
Vagabundus an sit remittendus ad locum commissi criminis. 34. & seq. d.
Venatio clericis interdicta est. 252. num. 1.
Venatio sanitatis, vel recreationis causa, an clericis liceat. 254. num. 6.
Venatio adeò clericis interdicta est, quòd in contrarium consuetudo introduci non potest. ibi. num. 5.
Venatio an permittatur clericis, in minoribus ordinibus constitutis. 253. num. 3.
Venatio an licita sit Episc. 255. a.
Venatio interdicta est clericis temporibus Regijs Hispaniæ constitutionibus prohibitis. ibi. fi.
Venatio licet dictis temporibus clericis sit interdicta, non tamen præcisè cōdemnari debent pœnis Regijs constitutionibus stabilitis. ibi.
Venationi operam dāres, quamuis clerici sint, expoliari possunt à iudicibus sæcularibus, & ipsorū ministris auibus, canibus & alijs instrumentis prohibitis. 256.
Venatione illicita quæ acquisita sunt, in animæ iudicio non sunt restituenda. 257.
Veneno qui occidit, dicitur proditoriè occidere. 394. num. 1.
Venenum qui emit ad occidendum, sed pœnituit, extraordinaria criminis pœna puniendus est. 396. b.
Venenum qui alicui dedit, vt eum interficeret, sed adhibitis medicamentis mortem effugit, pœna mortis ordinaria punitur. ibi.
Venefici criminis grauitas. 394. numero. 3.

Veneficus clericus, qua pœna puniatur. ibi. num. 1.
Veneno sceleratissimo, nempè Eucharistia intoxicata Imperator Robertus vtriusque Siciliæ Rex fuit interfectus. 396. d.
Vestis virgata & partita quæ dicatur. 298. num. 1.
Veste virgata & partita si clericus vsus fuerit, eo ipso suspensus est. ibi. num. 2.
Veste prohibita vtens, si clericus fuerit, suspensus est. ibi. num. 2.
Veste prohibita vtēs secretè tamē, à pœna immunis redditur. 299. num. 3.
Veste prohibita vtens paupertatis causa similiter excusatur, ibi numero. 4.
Vestes quæ clericis sunt interdictæ explicatur. ibi. num. 5
Vestes honestę, & verè clericales, quæ dicantur. 300. a.
Vestes clericales non deferens qua pœna ex Concilio Tridentino puniatur. ibi.
Vestales virgines libidini vacātes, quibus pœnis plectebātur. 330.
Vestes sacræ singulis diuinis ministris signatæ, ad diuina munera celebranda, antiquissimæ sunt in Dei Ecclesia. 141. a.
Vicarius generalis Episc. an possit dispēsare, vt monitionibus non factis, matrimonium celebretur. 294.
Vicarij generalis Episcopi, quæ sit potestas & iurisdictio, 7 cum sequen.
Vicarij generalis iurisdictio, Episcopi radijs illustratur. ibi.
Vicarius generalis Episcopi ordinarius dicitur, 295. col. 1.
Vicarij generalis tribunal & Episcopi vnum est. ibi.
Vicarius generalis Episcopi, in quo differat ab officiali. 7. nu. 1.
Vicarius generalis Epis. corrigere & punire crimina potest, ibi.
Vicarius generalis Episcopi an ea expedire possit, quæ ex Concilio Tridētino arbitrio ordinarij relicta sunt. 294.
Virgo puella semper præsumitur nisi contrarium probetur. 339.
Virginum consecratio solis festis facienda est. 110.
Vsurarius clericus, officio & beneficio suspendēdus est. 366. nu. 2.
Vsurarius est infamis. ibi. núm. 1.
Vsurarius nō potest eligi, nec præsentari ad Ecclesiasticum beneficium, 368. ante 367. a.
Vsurarum crimē à iudice Ecclesiastico inter laicos punitur. ibi. C.
Vsurarum crimen, vel consuetudo fænerandi, an testibus singularibus probetur, 367. post. 368.
Vsurarius manifestus quis dicatur 368. ante 369. num. 2.
Vsurariorum manifestorum oblationes recipiendæ non sunt. ibi. num. 1.
Vsurarium crimen an contineatur in contractibus, quos, Mohatras. Hispani appellant, vt inter laicos â iudice Ecclesiastico possit puniri. 363. post. 368.
Vsus fructus an in generali bonorum confiscatione comprehendatur. 527. num. 4.

Z.

ZAbarelæ opinio quædam explicatur, 500. num. 3.

FINIS.

ERRATA,

Ob exemplar Hiſpanicum incorrectiſſimum multis errorum millibus ſcatēs, ſi primùm ſimul vel poſt legendo ſigillatim corrigis, ſarta perinde ac ſi non admiſſa ſint. Diligentiam ac fidem noſtram ſpecta. Qui, cum plurima admiſerint, nulla ponunt, peſſimè de lectoribus, autoribuſque merentur, quin & vtroſque inſigni afficiunt iniuria. Ini. eſt initio, quod ferè latè patet, vt ſi. eſt fine, penè ad medium vſque; med. eſt medio, marg. eſt, in margine. tum primæ ſyllabæ regulæ, in qua eſt error, ponuntur alia litera. Facie 16. ini. *rem*, dele m. *nam*. Indicæ vel iuridicæ. 18. ini. *nem*. qua ſi. 24. ſi. *teme*. conſtiterit, ſit comperitur. *vbi* iudicem. 27. ini. *redi*. teſtatore. ſi. *1*. Origenis. 31. ſi. *opi*. ſedere, ſit, fœdere. 34. marg. *tur*, quæ. 35. ini. *degente*, 50. 36. ſi. *Com*. contigit in. 59. ſi. *lto*. reddit. 63. ſi. *gitimo*. qualequale. 64. ſi *obt*. ordines. *titu*. habiturus. 67. ſi. *dina*. propterea que. 72. ini. *em*. obnoxij. med. *erce*. permittentur. 79. ſi. *pro*. qualemcunque. 80. ſi. *13*. Ethnicos. 81. ini. *cap*. proprie Neophiti 83. med. *vel* deneget. 84 ſi. *capi*. limine. 85. ini. *viro*. conſultatione. 86. ſi. *deis* Saracenisue habeant, ab 88. ini. *vit*. redeant. med. *Ro*. autem. 86. fin. *imponens*. 90 ſi. *quia* conflictu vel tibus. 92. ſi. *mum*. quæ. 94. med. *quir*. ea quæ. *nau*. ex, dele. 99. ſi. *ſacer*. Epiſcopalem conſecrationem. 106. med. *ad* aliquem. ini. *ceat* dele 8. regulas & vſque ad, Non liceat. 108. ſi. *ibi* ſaluto. 112. ini. *bus* miniſtrantē. 121. ſi. *Sacros*. feſi. dele, vel adde 24. *poteſt*, ſit poſſe. 124. ini. *tiam* recipit. 125. ſi. 1. *pore* miniſtrari non po. 127. ſi. *Epiſ*. ordin. 129. ſi. *tunc is*, ſit cum quis. 139. ſi. *opinionem* ſequitur Nauarr. 141. ſi. *ſit* illud. med. *pitum* Ad, ſit, At. 144. ſi. *tamen* iudicū. 145. ſi. *fin*. Ethnicos. 146. ini. *nos* Bartholo. *rem* iudicabit. 147. med. *ria* alicui. 150. ſi. *quidam*. med. 1. *Cle*.. properator, ſit, perpetrator. 151. ſi. *Hinc* par. hum. 153. ſi. *nolit* Sacer. 154. ini. *d tur* pœniſque. 156. *Cap*. 48. adde ante 48. ſi. *t. care* acceptans. *10. gant*. conſt. adde, quæ. *execrabilis*. 157. ini. *Quid* Eccleſiam eandem. ſi. *ſuades*, ſit, perſuades eo quod ſtu. ini. *cena*. contemni, ſit cum tenui ſi. *zere* obuiet. 158. ini. *mtam* diſſolutionis. 162. ſi. *Cap*. 48. adde, poſt 48. 163. med. *ſtulatis*, adde, careret vt habetur in capit. Apoſtolica. 164. ini. *dict*. quoquo. 366. ſi. *cipit*, adde Archidiaconatum viuentis eiuſdem archidiaconatus. 176. *3. Cle*. ſubſiſtente. 177. ini. *ſi vo*. tenuit ſit renuit. 179. ſi. *cap*. 54. (adde) ante 54. 183. med. *in alt*. ij, ſit is. *tiſſimè* (adde) quæ. *Etant* enim, ſit, cum. 188. marg. *Ethnicos*. ſi *cia* ex, ſit, ſpectantia. *tiquos* ſeruientes. 192. med. *nera* poſſe. 193. ſi. *adhuc*. 194. ini. *non* decimam vel as. 196. ini. *cap*. 54. (adde) poſt 54. 199. ini. *nego*. teſte, ſit, peſte. 200. med. *excom*. pœnis quæ, ſit pœniſque. 206. ſi. *rigo*. molliens. 207. ſi. *dine* (adde) ſunt approbata, in qua conſuetudine. 210. med. *uerg*. lanionem. 211. ini. *tum*, ſit, cium. regum, ſit, regnum. 212. ini. *hoc* aff. ſit, eff. *na* creſcente. 216. *4. non* amittunt. ſi. *teres*. non, delc. 219. ſi. *teſt*. medulla. *ea* ediſcere. *Vtl*. procurationes. 220. med. *rum* iuſtitiarij. 221. ſi. *nus* ſi, ſit, ſit. 225. med. *ſint*, ſit fuit. 226. ſi. *& cæ*. ordinarij. *cepto*. ha ſit, anhelantes. 227. ſi. *teſt*. ſit, poſſunt (adde) ſine. *pert*, ibi (adde) eſt. 228. med. *Qui*, ſit, Quid. *quod* ſi ca. ini. *glo*. execrabi. 229. *15*. quod, ſit, quam. 232. ſi. *me*, ſit, ſime. *Nec* præfata. 234. med. *bus* obtinēt. *ter* extiterunt. ini. *vel* pro ſtrictè. 235. ini. *in dict*. imponens. 237. *2. com*. teſtatori. *3. An* poſitioni. 239. ſi. *ex* dominium. 246. ini. *tene*. ſupplicij. 249. med. *verum* eſſet, conuiciantem. *retractationem*. 251. med. *Sego*. celebratis. *igno*. quia, ſit, qua. 253. med. *vt lai* admittat. 255. ſi. *ſum*. cla. ſit clē. 256. *ſer*. iuberi. 257. med. *loci*, ſit, ioci. 259. ſi. *dum* tamen. 261. ini. *ſint* lenones. *pata*. 266. med. *vul*. car. ſit, cri. 269. med. *pida*. alius. 272. ini. *ctor*. nimirum, ſit non mirum. 278. ini. *uemus* præmiſſis. 279. ſi. *ne* (adde) bannis. 280. med. *ad* etiam (adde) extendi. 283. med. *equidem* illa (&) 284. ſi. *non* intellexiſſe. 285. marg. *poſſe*, ſit, poſtea. marg. *car*. ſit Card. 187. ini. *in*. Arbi. 288. ini. *det*, ſit, bet. med. *ante* matrimonij. 294. ſi. marg. *tur*, ſit celebretur. ſi. *teſt*. negabimus. 296. ſi. *peſſe*, ſit preſſe. 298. med. *rum* dipond. 301. ſi. *ex* ſacram. 303. ini.

ini. *Luc.* Ne, sit nec. 305. med. *quen.* præ, sit per. 306. med. *nihil* praua, sit, proba. 307. fi. *ei.* opiniones. 308 ini. *depo.* fornicationem. 309. ini. *ue* extra habeat. 312. fi. *tmo.* admiss. 314. fi. *ratio.* ne. 317. ini. *sationc.* 323. ini. *torum* piorumque. 325. fi. *tibus*, sit, libus. 332 fi. *grauit.* nos, sit, non. 333. fi coeat. 335. ini. *tulit* proced. *dum* Secundò med. *pro pte.* (adde) voluntate. fi. *hoc* nō, dele, 336. med. uersatio 340. med. dicib. Ecclesiasticis. fi. *infamiamque* in. 343 fi. *sten* à patre. *Iniceste.* 348. fi. *lur.* ipso (adde) &. *ter.* eum. 351. med. *pud.* Herodotum. *sim* deprehensi. 353. med *ret.* leges. 355. marg. *ta* sit tæ. 363. fi. *capi.* 364. marg. *Cle.* dele, & scribe Ecclesia offenditur ex iniuria clerico illata. 367. (adde) post 366. med. *lum* Cæsarij *ordinem. 368.* (adde) ante 367. ini. *uiuariorum*, 367. (adde) post 368. *368.* (adde) ante 369 med. *Amr.* oblationes. 371. fi. *tells.* condict. 382. fi. *cip.* incidenter. 383. med. *si crs.* imponi. (adde) non. 384. med. *plu.* si, sit, sic. 386 ini. *eius*, sit, eorum. 387. ini. *quos*, præuent. 394. ini. *Be.* sit Ve. *s. Cle.* be. sit ve. 395. med. *nequi.* iuffi it. marg. *tentant.* 398. med. *set* eos, sit, os. 399. ini. *plenum.* adde, esset. 401. med. *grauitatem* hoc, adde, est. 402. *s.* adde, An. 403. med *indict.* facto. *& ideo* nimirum, sit non mirum 404. med. *fts.* celeri sit, sceleri. *Notabis.* 406 ini. *Etum* mandantis fi. *deret* mandatarius recus. 407. fi. *rst.* pri. & loco, sub. 409. fi. *ci.* desist. fit, resist. 411 med. quando, capitulo. 412. med. *is.* inuitus. *rebellare*, sit reuelare. 413. med. moni. laborem, sit fauorem. 419. *Cap.* 94. sit, 101. 421. fi. *vlt.* eo. 427. fi marg. *Is.* obuians. 429. med. *Duum*, sit, Duum 434. med. *torum.* 436. med. *nisi.* off. adde, eo. ini. *licet* interpres, & ille qui. 444. ini. *cem* quando, sit, quadam 446. fi. sanab fic insanab. 457. m*a. Chr.* commissum. 458. fi. *sus* concluſi. 462. med. *minum* nullius, sit illius. 466. med. *quis* si quid eiusſ. 467. ini. tib. excommunicatio. 463. ini. *vnū* de, adde, qua. 469 fi. *robo.* perſ. adde, in. med. *Ours* honore, *sit, onere.* 471. med. *deb.* contumax. 476 ini. *quoad.* re, dele. 477. ini. *tume. sed, sit, seu.* 478. *Cap.* 119. adde, ante 119 482. *Cap.* 119. adde, post 119 ini. *sed* flagitijs. 484. med. *ciunt* leuiter (sit post) quod. fi 486 ini. *solet* honestius. *uitas*, adde, exigit. 487. fi. *rum* laicos. 488. fi. possit. capi. 489. med. *dam* textumque. 490. med. *secu* quicunque, sit, cuicunque. 491. marg. *eum*, adde, a. 492. ini. *tur* capitulū. *Quod*, adde, si: 494. med. *tro* alijsue, sit talisue. 496. ini. marg. *Cle.* sit, carceris. 499. med. *rem* sit. 502. med. *caril* igabit. 507. ini. *Sola* ind. 508. med. *Hoc* marg. sit A &, Traditur egregius modus à iudicibus obseruãdus interrogandi reos in casib. criminalib. 511. ini. *confitendo.* med. *cet* nih. adde, cu n. 513. ini. *de* eaque *peran. dum.* fi. *rege.* Inditum 516. ini. *tene.* absque, adde, labe. 517, marg. *Fassio* ex. ini. *te da.* ind. 518. ini. *Iste*, sit, ante. *tionem* denegandam 525. med. *tur* nec, sit &. 526. ini. & vid. sic. fi. *blicatis.* 528 fi. *posi.* per, sit propter. *resi.* adde, non. 530. med. *si cle.* vius, sit, visus vel ausus. fi. *dex* informabit. 532. fi. *censc.* pri. adde, ipso. 535. fi. *turi.* scribitque. *6. cu.* aduentitium. 536. med. *non* sinere. *uan.* ibi, sit, sibi. 538. ini. *& si* qua. sit, quia. med. *autem* haberet. 540. med. *ill.* sic. 541. med. *se quod* non, sit, noster. ini. *Etig.* vbi, sit ibi. 545. med. *licet* postea. 558. sit, 546. ini. *nr* tum. 550 sit, 547. fi. *men* quod, dele. 548. ini. *propo.* qui, sit, quia, vel cui. fi. *Ets*, sit, *Etus. 562.* sit, 550. *563.* sit, 551. 552. med. *tur.* secun. adde, eum. *566.* sit, 554. fi. *nni.* ademisset. 567. sit 555. fi. marg. *quod si* de. 557. ini. *rimum* genus fumem. fi. *stra.* diriss. 570. sit, 558. ini. *quia* fictè. 559. med. *tenti.* maximæ verèque p. 564. fi. *incedit.* 567 fi. *vt su.* quod. 568. ini. *4. rium.* verbali. 570. ini. *3. quin* sibi, sit, sit. 571. fi. *tio.* a, sit, ea. 575. fi. *Et utrum.* med. *dres*, adde, ad. 582. fi. *ait.* verbaliter. 583. med. *mum.* quàm iusci. 586. med. *bet* spernere. 587. *cap.* 146 sit. fi. *ntrio.* 589. fi. *lici* nec, sit, ne. 585. ini. *let* num. sit, ni. *por.* quos. *mibit.* 596. *cap.* 149. sit. 598. ini. *me* indicunt. 600. fi. *iuste*, adde, pronunciaci videtur quod iuste pò. ini. *Franc.* edictum. 607. ini *quod si*, 611. fi. *nunci.* ipsique. *leis.* quadringen. 612. ini. *ftia.* neminem, sit, aliquem, *vel* quẽ-

piam.

piam. 614. med. *egro* more. ini. termit. quod si. fi. *tim* excõmunicab't. si. *nicæ.* non, dele. 618. *cap.* 152. fit. med. *delic* esse, sit, etiam. 622. ini. *Pro.* seu Fiscali. 624. sit, ini. *cten.* obnoxij. fi. *ac* ostenta. 625. ini. *ibus* reciperetur. *sibi* careret. Err. In Indice capitum. *Incendiarij. Institt.* restituẽdo. *Missamq́,* sacram inceptam. *Quorum* aliqua. *mediante.* post 48. (adde) 162. *Virgata* ac partita. Alia quiuis lector per se, vt passim saltim, sit, saltem. prosligitur, sit prosligitur. decissum & descissio, sit decisio. exspectat, exspectantia, sit spectat, spectantia. propia, sit propria. Restituebat & Indicem item deprauatissimum, ad aliaque vtpote minoris formæ plura folia, Henric. Agricola Brechtanus Sac. Theolog. Baccalau. Loua. 1563. dein Lector Abba. annos 8.

Hæc Practica Criminalis Canonica authore D. Ignatio Lopez, nihil continet Religioni Catholicæ contrarium, & digna est, quæ prælo mandetur. Datum Antvverpiæ 2. Maij. Anno 1592.

Michael Hetsroey, Bruegelius Canonicus Antvverpiensis.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA

BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14047